D. DIDACI
BOLERO
ET CAXAL
TRACTATVS
DE
DECOCTIONE
DEBITORVM FISCALIVM.

BIBLIOTECA PROVINCIAL
SORIA

D. DIDACI BOLERO ET CAXAL TRACTATVS DE DECOCTIONE DEBITORVM FISCALIVM.

D. DIDACI BOLERO ET CAXAL.

I. C. MATRITENSIS, OLIM
DECOCTIONVM IVDICIS; POSTEA IN OPERVM,
SALTVVMQVE DOMINICORVM CÆTV FISCI PATRONI;
NVNC CONSILII REGII PATRIMONII IN AVLA
MILLIONVM FISCALIS.

TRACTATVS DE DECOCTIONE DEBITORVM FISCALIVM,

ET EORVM BONIS CVRANDIS, ET DISTRAHENDIS, VT FISCO, ET CREDITORIBVS SATISFIAT,
ET DE IVRISDICTIONE TRIBVNALIS DECOCTIONVM HVIVS CVRIÆ.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

PARS PRIMA.

OPVS NOVVM, ET OMNIBVS IN FORO versantibus apprimè vtile, & necessarium.

CVM INDICIBVS, TAM LEGVM, QVAM RERVM, ET Verborum, locupletissimis.

MATRITI
Ex Officina Lucæ Antonij de Bedmar Typographi.
ANNO M. DC. LXXV.
Cum Priuilegio, & Censuris.

DECOCTIONE
DE
TRACTATVS
BOLETO
D. DIDACI

CAROLO
SECVNDO, REGI CATHOLICO,
HISPANIARVM MONARCHÆ
POTENTISSIMO.
AVGVSTISSIMO NOVI ORBIS
IMPERATORI
SEMPER INVICTO.
IN REIPVBLICÆ COLVMEN SVPERNE
EDITO.
D. DIDACVS
BOLERO ET CAXAL
EIVS IN REGIO REI DOMINICÆ SENATV,
IN AVLA MILLIONVM FISCALIS.
O. D. C.

NON alij litatum iri à limine ipſo, ſeù meliùs fronte opus pateretur, ni tibi, O ſpes vnica Orbis! cùm lex ærarij ſit à prima lege lata: *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.* Tua hæc ſunt: quià tibi omne decimat,

eorum bonis curandis, & distrahendis, vt Fisco, & creditoribus satisfiat; quo non solum singulorum debita ad iustitiæ euocantur trutinam, nè suos creditores extorqueant, & suo quisque teneatur Iure, sed presiùs tua, prò quibus Ministri omnes, qui tua mancipantur stipe, ità debent invigilare, vt sibi omninò persuasum habeant, nõ aliundè Monarchiarum vigorem accrescere posse, nisi ex serio paratis diuitijs, tributis, vectigalibus, aliàs lentescere, & enervari. Hæc vnica Principũ cura, vt prò pace, & bello Respublica Floreat; sed tibi maximè, O Maximè Principum! hoc incumbit, qui Leonem Regalium insignium tuorum stemma eminens, nec iniucundum imitari debes, cuius ea est indoles, vt apertis palpebris somno indulgeat, nè vmquàm videatur imparatus ad hostes arcendos, qui illius securitati, fœlicitati, & Imperio struunt insidias, perindè que vocetur velox Prædę exactor. Lepidè apùd Macrobium, (*) Augusti Cæsaris gestum effertur: qui cùm sæpiùs maiorem noctis partem, aùt penè integram insomnem duceret, ob ingentes Imperij curas, quibus nequè ingloriè vrgebatur, verèque Leonem æmularetur, certiorem, Romanum Militem, æquitemque vita functum, qui æris alieni ingenti copia obrutus numquàm de solutione cogitarat. Immò id dùm

(*) *Lib. 2. Saturn. cap. 4.*

viueret occuluiſſe, ob quod res illius auctioni ſubijciebã-
tur, vt ex pecunia parta aliqualitèr creditoribus fieret ſa-
tis, iuſiſſe *ſibi emi illius æquitis cubicularem culcitram*: miran-
tibuſque reſpondiſſe: Nihil commodius ſibi ad concilian-
dum ſomnum poſſe parari culcitra, quà, tanto grauatus
pondere, quieti morem geſsit. Herclè nihil aptiùs ad de-
bitorum decoctionem perficiendam, & Principũ curam
exprimendam, prò Ærarij, & Fiſci Regij copia ex tribu-
tis, & vectigalibus in vnum congeſta, nè incurioſis Mi-
niſtris, & graui ſomno deditis, dominationi immineant.
Ærarium Regium apùd Romanos in Saturni æde legitur
conſtitutum, eo quòd eſſet locus munitiſsimus, præru-
tiſque collibus omni aditu pręſepto; cenſebant enim Im-
perij Omen in illius ſecuritate locari, quod ſi alienis ma-
nibus ſinè delectu pateat acceſſus, direptionibus magis,
priuatis que commodis, quàm æquis diſtributionibus,
Principi que proficuis facultas cedet, vt vſus tulit, Iccircò
S. Iob (*) Reipublicę ſtatum, & columen hoc Symbolo (*) Cap.
expreſsit: *Numquid ad præceptum tuum elevabitur Aquila?* 39.
*& in arduis ponet nidum ſuum? In petris manet, & in præru-
tis ſilicibus commoratur, atque inacceſis rupibus, indè contem-
platur eſcam, & de longè oculi eius proſpiciunt.* Quid ad inſ-
truendum Ærarium, & Regimem potuit ſignifican-
tius adumbrari? Cùm nec ſic apùd Romanos Saturni
Templum prò Ærarij, & Gaçæ Regiæ cuſtodia, vel na-
tura inſtructum, vel induſtria impervium apparuerit.
Quòd ſi ad Aquilam Avium facilè Reginam, cuius ge-
nium ſacer textus ad vivum depingit, mentis aciem dire-
xero, qualitèr ipſa fixis oculis ſolem contemplatur, pro-
cul dubiò inveniã Auguſtiſsimam MARIAM ANNAM
Matrem tuã ità elevatam, vt ex Solaribus Auſtriacis Cæ-
ſareis Aquilis diuinitùs nobis datam indubiè prædicem:
quæ nidum tuum, ſiuè Infantiam intelligam, ſiuè Ærariũ
interpreter, in arduis poſſuit, omni prorsùs periculo
amandato, in præruptis ſilicibus, Rupibus inacceſsis, vt

Leo

Leo ſimùl, & vigilans Aquila æternum regnes: Indè contemplans eſcam; id eſt, totius Monarchiæ, fœlicitati, & affluentiæ conſulens: de longè que, ſeù præmatura, & inſomni providentia hoſticum robur proſpiciens, & repellens: Illud etiàm Romanorum imitans, & exequens quod Appianus (*) ad ſcopum noſtrum appoſitè retulit: nimirùm apùd eos, ſollerti, callidaque cura Ærarium peculiare fuiſſe diſpoſitum, in quo pecunia aſſervabatur ad Bellum Gallicum, & ſuſtinẽdum, & depellendum; quod nullis ità congruit, quàm Hiſpanis Regibus, cùm enim Romani Imperatores prouidè calluiſſent, nullam aliam Nationem Bellorum primo æſtu fluxilem, Gallica, nihil cẽſuerunt ità oportunius, quàm pecuniam perpetuò eſſe paratam ad hoc priuatum Bellum ſignis fauſtis committendum. Si vſpiàm ergò, de Regio Ærario ad id inſtruẽdo, opus fuit, proculdubio hac tempeſtate muniendum ipſi teſtantur eventus, qua à Gallis, vndìquè tua impetìtur Monarquia, tuæ gloriæ inuìdis, & Maieſtatem tuam inſectãtibus, tot ſacramentis ictis. Quod me impulit, neque iniuſſum tamèn, vt lucem publicam Tractatui permitterem, quem longis meditationibus, aliquibus retrò annis, confeceram, elimaueram, tuo obſequio vtilem, utquè mihi ſors alta ſpondet, tuæ Monarchiæ robuſtis artubus validum, quæ non obſcurè ſuadet, enervatis viribus, ſolutis nervis, ſuperatis, calcatis tuorum hoſtium inſidioſis faſtubus, quìn vento ſecũdo nimiùm vela turgida contrahamus, Maiorum tuorum gloriam, Famam, longè, latè que ſuperare: Tibi que Iure optimo, ſinè aſſentatione applaudere, & pangere: *Nulli ſecundo.*

(*) *lib. 2. de Bello Ciuili.*

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLEN-
TISSIMO PRINCIPI

D. D. PETRO

NVNIO DE GVZMAN,

MARCHIONI DE MONTE-ALEGRE, ET DE

QVINTANA, COMITI DE VILLA-VMBROSA, ET DE CASTRO-NVEVO, DOMINO VILLARVM SANCTI THOMÆ DE PVERTO NVEVO, NAVIANOS, ET NVEZ, CALATRAVENSIS MILITIÆ ÆQVITI, ET HORTI DE VALDECARABANAS MAGNO COMMENDATARIO, ARCIS DE LANTANO CVSTODIÆ PRÆFECTO, SVPREMI CASTELLÆ SENATVS SVMMO PRÆSIDI, ET IN SVPERIORI GVBERNATIONIS REGNI CONGRESSV SEXVIRO, ET TANDEM AB INTIMIS STATVS CONSILIIS.

EA Tibi incumbit, & eſt ſuprema cura (Excellentiſsime Princeps) prò Regis noſtri, & Reipublicę fœlicitate, quę præſertìm in Ærarij, & Fiſci cumulo ſita eſſe debet, vt nihil gratius muneri tuo, prę cæteris faſtigiato, poſsit offerri, quàm Tractatus, quide illo apparando, muniendoquè, non oſcitantibus elucubrationibus, viam ſternit, & monſtrat. Vt ergò is meus qualiſcunque labor Supremas Maieſtatis aras, quibus illum æternum fatum deſtinat, humili, etſi trepido genu, non tangat, ſed colat, pèr

manus

manus tuas libandum esse censui, pèr quas tòt suprema beneficia sum expertus, & his tibi devinctus; cùm fas non fuerit Dijs sacra nisi pèr Mystas facere, Flamines illos vocabat antiquitas, quià filo capite redimitos, & Pileo quandòquè, prò temporum tempestate. Quamobrèm Tu, qui Iouis Nostri Hispani Flamen Dialis constitutus emines, nùnc filo innexus sacrificium parabis; Posthàc Pileo donatus, laborum, & obsequiorum tuorum magnitudinem referens, victimarũ oblationem faustè progredieris; quà sempèr sospites. Quod quidèm non incongruè suadet speciosa sententia Leonis Pontificis (*) ità affirmantis: *Nèc posset de illius provectione dubitari, cui prò laboribus multis, prò moribus castis, prò actibus strenuis, celsioris loci præmium deberetur.*

(*) *In cap. Miramur 5. distinct. 61.*

Excellentiæ tuæ

Obsequio addictissimus, ex voto, ex debito,

Licenc. D. Didacus Bolero & Caxal.

CENSVRA DOCTORIS D. D. ANTONII DE IBARRA OLIM, Ecclesiæ Parrochialis S. Ginesij Matritensis Rectoris, in Diœcesi Toletana Examinatoris Synodalis, electi Canariensis Antistitis, & tandem ad Almeriensis Ecclesiæ Sacras Insulas translati.

IVSSV D. Doctoris D. Francisci Forteça, S. Vicentij Abbatis, in Primaria Ecclesia Toletana Dignitatis, & huius Curię Vicarij, vidi libens, & legi libentiùs Librum, quem *De Decoctione debitorum Fiscalium, & eorum bonis curandis, & distrahendis, vt Fisco, & debitoribus satisfiat, & de Iurisdictione Tribunalis decoctionum huius Curiæ*, aptè concinauit D. D. Didacus Bolero & Caxal à Catholicę Maiestatis Consilijs, & in Supremo Regij Ærarij Senatu Fisci Regij Patronus, vidi, inquam, libens, & legi libentiùs, ità me & res ipsa, & scriptio, & iudicium trahebant; Multa in illo variaque lectio, accurata collectio, & in penetrādo, digerendoque Iudicium paritèr, & acumen; Tanquàm Iuris, tàm priuati, quàm publici, Antistes plurima miscuit prætèr communem morem dissertus sapientissimus Author ad Fidem, ad intelligentiam, vitam, & mores, queis tàm rem publicam, quàm priuatam perenni debito creditor generosus obstrinxit. Absit vt in hoc opere pulchro, valido, acri, sublimi, vario, eleganti, puro, spatioso, & magna cum laude diffuso, aliquid, vèl Fidei nostræ dissonum, vèl optimis moribus obrepat, quandoquidèm eius parens sui sempèr memor solùm scit ê Thesauro suo noua, & vetera proferre: Dignissimum propterea iudico vt in communem vtilitatem publicam lucem aspiciat. Sic ex animo censebam, Matriti die 7. Octobris, anno à Virginis Partu 1673.

Doct. D. Antonius de Ibarra.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

EL Doctor Don Francisco Forteça, Abad de San Vicente, Dignidad en la Santa Iglesia de Toledo, y Vicario desta Villa de Madrid, y su Partido; Damos licencia para que se imprima el Libro intitulado: *Tractatus de Decoctione debitorum Fiscalium, &c.* compuesto por el señor Licenciado Don Diego Bolero y Caxal, del Consejo de Hazienda, en Sala de Millones, atento por Censura del señor Doctor D. Antonio de Ibarra, Electo Obispo de Canaria, no tiene cosa contra nuestra Santa Fè Catolica. Dado en Madrid à onze de Octubre de mil y seiscientos y setenta y tres años.

Doct. D. Francisco Forteça.

Por su mandado.

Diego de Velasco,
Notario.

DOCTORIS D. D. IOSEPHI FERNANDEZ de Retes, I.C. Primarij Iuris Ciuilis Salmantini rude donati. In rei Dominicæ Consilio Fiscalis, ex Supremi Consilij delegatione, ad quod iàm, cum hæc typis mandatur, euectus est.

CENSVRA.

DELEGANTE Supremo Consilio subeo onus censendi de vtilissimo, præclaroque opere *de Decoctione debitorum Fiscalium*, quod publicę luci, immò communi vtilitati destinat vir egregius, præclarus I. Consultus, in Tribunalibus, Forensibusque controuersijs *spectatus satis D. Lic. D. Didacus Bolero & Caxal*, in hoc ipso Cósilio rei Dominicæ Sodalis meus, & in Fiscalis munere collega in Aula Regalium redituum extraordinariorum, quos idiotismus noster *Millones* appellat. Subeo, inquam, munus censendi ex præscripto; ex animo libentiùs subirem laudandi officium: quo enim officiorum genere deuinctus non sim ab amicissimo capite, conuictu, vrbanitate, & comitate omnibus, mihi præcipuè, iucundissime? Seponam tamèn, licèt ingratijs, opportuno magis tempori, & occasioni, vt muneri iniuncto obsecundem censoria seueritate, & nota; Quantumvis, vt in limine tester, opus nihil offerat denotatui, siuè leges, siuè Religionem spectemus. Quinimò à doctrina, vtilitate, methodo, & rei tractatę perspicuitate editionis ius, quod petit, optimè meretur. Doctè quippè exequitur, quod sibi tradendum elegit: habuit præjudicatum Iudicium Author hîc à viro doctissimo Don Petro Diaz Noguerol, Magistro quondàm suo, môx studiorum socio non levi, aùt parco elogio, sed gravi, & amplissimo *Alleg. 35. num. 9.* quod eiusdem verbis consignabo: *Et nupèr*, inquit, *in casu occurrenti obtinuimus Ego & Don Didacus Bolero & Caxal celebris huius Curiæ Aduocatus, summà mihi familiaritate coniunctus, cuius opera non parùm ad huius libri editionem conduxit, eius enim ingenij acies, iurisprudentiæ scientia, & reliquarum artium notitia maiora in dies promittunt.* Nihil ampliùs promittere potuit vir famę celebris (sic Noguerolium cõdecorat in eximio opere *suæ Bibliothecæ 2. tomo*, eximius & ipse Don Nicolaus Antonius, bono rei litterarię, & decori Hispanię natus) vt ad Boleri nos expectationem erigeret. Sed quod præjudicium fuit Aduocatorum sui temporis dissertissimi; cursus temporis, frequentes actiones litterarię, munerum exercitia, & liber hic iudicatum faciunt, aût si nobiscum loqui malis, rem iudicatam. Quidquid enim promisit sponsor ille, noster affatìm solvit, & ex numerato præstat.

Vtilitas maxima exurgit ex hoc opere Tribunalibus, maximè huic nostro; in quo sæpissimè discutiuntur lites de decoctoribus Fiscalibus; & cùm in hunc vsquè diem, tàm causarum Patroni, quàm Iudices non sinè multò labo-

labore, ſtudioque, quid petendum, quid perſuadendum, quid decidendum foret, inquiſierint, non vno alterove Doctore contenti, ſed indigi multis, & emendicatis ſuffragijs: habent in vno Libro, & non vaſtę molis, quidquid legere, quidquid ſeligere ament, certo quidèm iudicio, matura ipeculatione, & experientiâ rerum magiſtrâ doctum; cùm pèr multum temporis Auctor inſudaverit, vt veriùs quàm elegantèr dixerim, in hoc munere obeundo, & in hac Curia, cùm Iudicem decoctionum egerit. Et valdè ſanè miror neminem doctiſsimorum Anteceſſorum, qui Tribunali huîc præfuerunt (Carlevalis meminiſſe ſit ſatis) præoccupaſſe noſtro circum, aût pallium: vt cum magna laude huius ornandę Sparthæ Anteſignanus dici poſsit.

Methodus partita, & diſtincta eſt, pêr titulos, quæſtioneſque digeſta, quarum elenchus citò propinat dulciſsimos, qui latent doctrinę, latices: adeò vt experti, & forenſibus aſſueti, ſinè diſpendio temporis, inveſtigare citiſſimê, & invenire poſsint quidquid rei optent, aût deſiderent. Quod negotiorum voragine demerſis, vt ſunt in Curijs plerique, iucundiſsimum eſt.

Summâ etiàm perſpicuitate gaudet; ſiuê Iudicij ordinem, & formam tradat, ſiuè quæſtiones examinet. Nec deſiderabis quod & Noguerol promiſſit, bonarũ artium, & exoticę notitię paraturam in novis, curioſiſque quæſtionibus, quas & vſui, & exercendo ingenio attexit. In ſumma, multa ſunt, quæ hoc opus commendent, & dignum prælo, & pretio faciant: quæ remorari eius editionem poſsit eſt profectò nihil. Ità cenſeo Matriti, poſtridiè Kalendas Decembris, Anni ſalutis noſtræ reparatæ M.DC.LXXIII.

Doctor Don Ioſephus
Fernandez de Reyes.
I. C.

La Reyna Governadora.

POR Quanto por parte de vos el Licenciado Don Diego Bolero y Caxal, Fiscal de la Comision de Millones, se nos hizo relacion, teniades escrito vn Libro, que se intitulaba: *Tractatus de Decoctione debitorum Fiscalium, & eorum bonis curandis, & distrahendis, vt Fisco, & creditoribus satisfiat, & de Iurisdictione Tribunalis decoctionum huius curiæ.* Y para que se pudiesse imprimir teniades las licencias necessarias, suplicandonos os concediessemos licencia, y privilegio para poderle imprimir, ò como la nuestra merced fuesse. Y visto por los del nuestro Consejo, y como por nuestro mandado se hizieron las diligencias, que por la Pragmatica vltimamente hecha sobre la impresion de Libros, se dispone; fuè acordado debiamos mandar dar esta nuestra Cedula para vos en la dicha razon, y Nos lo tuvimos por bien. Por la qual os damos licencia, y facultad, para que por diez años primeros siguientes, y no mas, podais imprimir, y vender vos, ò la persona que vuestro poder tuviere, y no otra alguna, el dicho Libro, que original en el nuestro Consejo se viò, que và rubricado, y firmado al fin de Miguèl Fernandez de Noriega nuestro Secretario, y Escrivano de Camara mas antiguo de los que en êl residen; con que antes que se venda se traïga ante ellos, juntamente con el original, para que se vea si la dicha impresion està conforme à èl; ô traïgais feë en publica forma, como por Corrector por Nos nombrado, se viò, y corrigiò la dicha impresion por el dicho original, y se tasse al precio por que se ha de vender. Y mandamos al Impressor que imprimiere el dicho Libro, no imprima el principio, y primer pliego, ni entregue mas que vno solo, con su original, al Autor, ò persona â cuya costa se imprimiere, y para efecto de la dicha correccion, hasta que antes, y primero el dicho Libro estè corregido, y tassado por los del nuestro Consejo: y estandolo, y no en otra manera, puedan imprimir el dicho principio, y primer pliego, y segundo, donde se ponga esta nuestra Cedula, y la Aprobacion que cerca de ello se hizo por nuestro mandado, y la tassa, y erratas, pena de caer, è incurrir en las penas contenidas en las leyes, y Pregmaticas destos nuestros Reynos, que sobre ello disponen. Y mandamos, que ninguna persona, sin vuestra licencia, pueda imprimir el dicho Libro; y si lo hiziere, aya perdido, y pierda todos, y qualesquier libros, moldes, y aparejos que de ellos tuviere: y mas incurra en pena de cincuenta mil maravedis; la tercia parte para la nuestra Camara, y la otra tercia parte, para el Iuez que lo sentenciare; y la otra tercia parte, para el Denunciador. Y mandamos à los del nuestro Consejo, Presidentes, y Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra Casa, y Corte, y Chãcillerias, y à todos los Corregidores, Assistẽte, Governadores, Alcaldes Mayores, y Ordinarios, y otros Iuezes,

y Iusti-

y Iuſticias qualeſquier de todas las Ciudades, Villas, y Lugares deſtos nueſtros Reynos, y Señorios, y à cada vno en ſu juriſdicion, que os guarden, y cumplan eſta nueſtra Cedula; y contra lo en ella contenido no vayan, ni paſſen, ni conſientan ir, ni paſſar en manera alguna, pena de la nueſtra merced, y de diez mil maravedis para la nueſtra Camara. Dada en Madrid à diez y ſeis dias del mes de Abril de mil ſeiſcientos y ſetenta y quatro años.

YO LA REYNA.

Por mandado de ſu Mageſtad,

Don Geronimo de Eguia.

TASSA.

MIGVEL Fernandez de Noriega, Secretario del Rey nueſtro ſeñor, y Eſcrivano de Camara mas antiguo del Conſejo, certifico, que aviendoſe viſto por los ſeñores dèl vn Libro intitulado: *Tractatus de Decoctione debitorum Fiſcalium*: compueſto por el Licenciado Don Diego Bolero y Caxal, Fiſcal de la Comiſsion dẽ Millones, que con licencia de los dichos ſeñores ha ſido impreſſo, taſſaron à ocho maravedis cada pliego; y el dicho Libro parece tiene ciento y ſeſenta y cinco y medio, ſin principios, ni tablas, que al dicho reſpeto monta mil trecientos y veinte y quatro maravedis, y al dicho precio, y no mas, mandaron ſe venda el dicho Libro; y que eſta certificacion ſe ponga al principio de cada vno, para que ſe ſepa el precio à que ſe ha de vender. Y para que conſte doy eſta certificacion en Madrid à primero dia del mes de Mayo de mil ſeiſcientos y ſetenta y cinco años.

Miguel Fernandez de Noriega.

FIDES CORRECTORIS.

Folio.	Columna.	Linea.	Errata.	Correcta.
2.	1.	vltim.	ſue,	ſeu.
7.	1.	38.	ſubueniundum,	ſubueniendum.
8.	2.	1.	non,	nom.
9.	2.	22.	oculatione,	ocultatione.
11.	1.	13.	vſquè ad 29.	vſquè ad 30.
eod.	eadem.	ſequent.	30.	31.& ſic in n.ſeq.adde
18.	2.	23.	8.	18. (vnum.
eod.	eadem.	30.	9.	19.
25.	2.	10.	Patribuſ]	Patribus qui,
30.	1.	17.	debitorum,	creditorum.
37.	1.	38.	marmorum,	marmoreum.
56.	2.	38.	indubitalis,	indubitabilis.
66.	2.	36.	argentiorum,	argentariorum.
78.	2.	25.	coniuctis,	coniunctis.
79.	1.	24.	*Exitus*, docet,	*Exitus docet.*
eod.	2.	10.	Ioannes,	Ioſephus.
102.	2.	26.	cap.29.	cap.39.
120.	2.	20.	impoſitorum,	impoſitionum.
129.	2.	3.	limitationem,	limitationum.
162.	1.	6.	hærens,	hæres.
166.	1.	35.	vel non,	vel nè, nèc.
eod.	2.	8.	foranus,	folanus.
178.	2.	19.	exigunt,	erigunt.
eod	eadem.	30.	Hermigio,	Heringio.
219.	1.	37. & 38.	decoctionem,	decoctionum.
eod.	2.	vltim.	declara,	declarat.
232.	1.	23.	num.38.	num.28.
234.	1.	38.	ſupra num.43.	ſuprà hoc tit. q.2.n 7.
251.	2.	25.	probatæ,	ptolatæ.
258.	2.	14.	coijnata,	counata.
277.	2.	8.	delphinali,	delphinale.
eod.	eadem.	eadem.	fiice,	fiſci.
298.	2.	4.	condictionis,	conditionis.
306.	2.	7.	Vicos,	Vico.
eod.	eadem.	11.	dictum,	dictæ.
307.	1.	9.	Bertalus,	Bertolus.
318.	2.	16.	curſu,	concurſu.
319	2.	30.	probatus,	probator.
339.	1.	9.	amplectit,	amplectitur.
371.	2.	vltim.	pati,	pacti.
383.	1.	22.	non cùm vxor habet,	cùm vxor non habet.
430.	1.	11.	de maioribus,	de maioratibus.
543.	1.	24.	defenſionis,	defenſiones.
549.	1.	11.	res,	reus.
630.	1.	27.	recepiſſe,	recepiſſet.
eod.	eadem.	28.	&	ei.
631.	2.	35.	diſtinctionis,	diſtinctionem.

Hic Liber, inſcriptus, *De Decoctione debitorum Fiſcalium, & eorum bonis curandis & diſtrahendis, vt Fiſco, & creditoribus ſatisfiat*, demptis his mendis, ſuo exemplari fidelitèr reſpondet. Dat. Matrit. die 26. menſis Aprilis, Anno 1675.

Lic. D. Franciſco Forero de Torres.

DOCTOR D. DIDACVS DE LA SERNA ET CANTORAL, I.C. apùd Salmanticenſes Iuris Ciuilis Veſpertinæ Primariæ Cathedræ Anteceſſor, ſuo. D.LIC.D.DIDACO BOLERO ET CAXAL, *Aduocatorũ in Vrbe quondàm ex primoribus, nùnc Fiſci Aduocato in Aula Patrimonij, in huius Tractatus editione, S.P.O.*

ACCEPI dudûm litteras dilectiſsimi Ioſephi (ſpes altera tui, & ab effectu, & exceptura mei, ſexquidecem ab hinc annis, in hoc legum domicilio, Salmantino ſtadio, in qua vnica totius Orbis litterarum Ciuitate ſoli ignari perigrinantur (vt de Romana alter aiebat) quę fœcunda eloquentię mater, tibi, & Patrię filium, & vtriquê facundum in eo advocatum reddidit, mihi tandêm nec inanem ſpem, quam ex genio, ingenioquè conceperam, iàm in aſsiduis lectionibus, iàm in publica diſſertatione, quam me adſidente ſtrenuè propugnauit) quibus iniuſſu tuo nuntiauit Tractatum tuum, de DECOCTIONIBVS DEBITORVM FISCALIVM, proximè in lucem, immô vt lucem tenebroſis debitorum technis prodeuntem, vt ſi vellem, quamuis raptîm, poſſem amicitię noſtrę in eo contractę placare; ex quo magnas ei, maximas tibi gratias ago, quippè qui nouerit noſtrá neceſsitudinem hoc obſequio quali quali fieri copulatiorem, & qui in hoc opere, de communi ferê fidei fractura, obæratorumque ſutelis agens, ocaſionem tribuis meam ergà te tutam, illæſamque, nó priuata, ſed publica ſcriptura reddere. Ergò dùm tui operis gratulabũdus (vir doctiſsimê) adſtipulator ſto, dixerim litteratorũ cætus, debitarũ in hac edictione tibi laudum conſtitutor, nec tibi acceptum fore, tenue laudationis officium exiſtimo, nec mihi laudabile, vèl impari paria facere, vèl facem præferre præſumenti viro, propria luce conſpicuo, vt præteream ab alio occupatam viam, D.Petro Noguerol ſcilicêt, advocatorum ſui temporis Primario, & intèr veſtri ſcriptores forenſes aclamatiſsimo, qui adhuc ętate iuuenem, quamuis Iuriſprudentia ſenem, laudauit, ſententiamque tuam velùt alter Paulus, in te Celſum adoleſcentem reſpiciens, vtraque manu fuit amplexus, ſed qui mirum? cûm futurę magnitudinis præſagiens eſſes, VITÆ FLORE PVER, SED GRAVITATE SENEX. Eea quippè ingenij fælicitate, facilitateque Iuriſprudentię artem, arcemq̃ peruenìſti, quôd expuer forũ auſpicatus, illicô formalibus verbis, & forẽſibus formulis informatus, non ritu Tyronũ manum intrà togę ſinum cohibueris, ſed exerto brachio cauſas ardentèr, audentèrque orabas, ità, vt de te ſubita admiratio, par expectatio oborta eſſet, quam in eo fefelliſti, *quòd maior expectatione euaſeris.* Tibi igitur cauſas oranti adſtupebat curua Senatorum ſenectus, & quem ſic dicentem mirabatur, admirabatur non nundinarium verborum inſtitorem, ſed ſempèr bonę cauſæ Patro-

Allegat 35.n.9.

Leg.91. §. 3. de Verbor. obligat.

Rutil. Itiner.1

Vt deSeruino Patrono ſuo proloqueba tur Gauaro.

Patronum, nec à te propugnatam, quæ iniqua eſſet, nec iure, & legibus nixam, deſertam, præmiorum ſpe, aùt metu periculi. Intèr hos tamèn Oratorię profectus, illud laudabilius, quod vtriuſque prudẽtię Iuris Romani, & Patrij peritiam coniunxiſti, certò ſciens hanc ex illa informari, nõ infirmari, deſpiciens errorem eorũ, qui barbaram profitentes, conductitijs que Authorum cõſilijs abutentes, errore noxio, quã non callent, ſpernunt, & quod deterius, iuuentutẽ à veri cognitione auertunt, quos tamèn illitteratis litteris vacantes (venia potiorum) ridet Plin. & rectè, cùm ex numero interpretũ, non ex ratione ſapiant, numerant â caſu, ab indice non ponderant, & veri ſitientes digito fontem monſtranti contenti, aquam amitunt; Sed proh noſtra artis compta præuaricatio! inopem Iuriſprudentiam fecit copia Conſultorum, quos ei verè nouercantes, eius alumnos vulgus Imperitorum acclamat, ſed tales (vt ad te conuertatur oratio) Sidonium accipiant, *multa loquentes, & cuncta ſilentes meritò fugillantem*, ſed nè ex laudatore cenſor, eo dicta ſint quo magis eluceat dexteritas, qua promiſcua manu veram Philoſophiam, id eſt iuris communis cognitionem, oratoriamque contraxiſti; *Dicebas enim diſpoſitè, grauitèr, ardenter, magna acrimonia, maiore facundia, maxima diſciplina, paucis ſententijs, multis laudibus.* Et tandèm ſic intèr æui tui Oratores eminuiſti, vt quos emulantes vidiſti, non inſequentes deſpiceres. Poſt tòt ergô cum laude peracta patrocinia, ſupererat primorum Patrum ſcanderes ſubſellia. Advocatorum namque (vt ille dicebat) cûm finiuntur actiones, incipiunt dignitates, & antequàm ad Regalij Patrimonij peruenires faſtigium, tibi par vno, quod pluribus impar, ad debitorum facultatibus labentium priuatum Tribunal euectus, intèr eorum fraudes, deuiaſque fidei fracturas, rectus extitiſti arbiter, nec vnquàm à recto iudicandi calle deflectere vidit ipſa judiciorum alea, ſed magna conſtantia nequitias eorum depulliſti, & quę non vnius ſæculi portenta, in valido ſempèr auxilio: teſtentur M. Valerij & Appij Claudij contentiones in Senatu de nexis dimitẽdis, fatalis Sempronij Aſſellionis mors, quià ære alieno oppreſſa Ciuitate ſecundum debitores gratioſe ius dixit; ob id quoque Celij Ruffi, Prætoris, Senatu, & Vrbe eiectio, Iulij Cæſaris ob vitandum tumultum lex, forſam permiſsio, vt debitores pecunię æſtimatis poſſeſsionibus creditoribus ſatisfacerent; Hæliaſtę Græci, qui concepta formula deierabant ſe numquâm Athenis æris alieni reſciſsionem fieri permiſſuros; Theodorici inducię debitoribus conceſſę apùd Caſiodorum; Solonij prô debitoribus ſubtile commentũ, quod ex Androcione Plutarch. refert. Tu tandèm in noſtro iuſtitię gladio confodis, adeoque ære alieno opreſſorum, dixerim oprimentium miſeros creditores malitijs reſtitis, vt meliùs de te, & noſtra ærate, quàm de ſe, ſuoque ſæculo audentèr Cicero, ob ſimile contra debitores excogitatum remedium, in lib. de Legib. *Indèque, nec maius vnquàm æs alienum fuit, nec melius, aùt facilius diſolutum. Fraudandi enim ſpe ſublata, ſoluendi neceſſitas conſecuta eſt.* Nec eo ſiſtit proficiendi in Republica auiditas, cùm quę

Libr. 1. epiſt. 10.

Libr. 9. epiſt. 9.

Sidonius libro 8. epiſt. 6.

ſche-

ſchedis rimaſti, publico iudicandi muneri ſatisfaciens, priuata in cude recocta, publicè nùnc cudenda curas, cunctis vtilia, vt nullum ſic tempus ab vtilitate publica (cui addictus es) vacet, nec vllo iàm ſubſidio aduersùs creditores obærati vtantur, ſicût olim pêr Græcas Vrbes aſylorum fiducia abuſſos, dolet Tacit. ceſſent iàm (Doctiſsimè vir) hoc tuo tractatu quęrullę creditorum voces, debitorum fallatiæ, laborioſæ advocatorum vigiliæ, in hoc litium genere tenebris involutæ, quibus, & ſi aliqua lux ex varijs variorum quæſtionibus in irritum plerumque, impolito ſermone, maximo intervallo, ex te tamèn integra breui tempore plena cognitione, maturo iudicio affulget. Laudes ſcriptionis genus vniuerſa litteratorum cohors, quibus mihi res eſt, longe ab illis, qui Catoniana fronte; & velata ſeueritate, aût inuidiam, aût ignorantiam tegunt, ſed non meror, hodiè tantùm probat quiſque, quantùm ſe capere poſſe confidit, ſiſto tamèn, nàm exercente in dies laudationis materia, copia deficit laudatoris, morem gero tractationi tuæ facultatibus lapſus; Rogo gratiam facias, ſi impudentèr præconia tua de te potiûs, quâm tibi, ſcripſero; interìm præcor D. O. M. vt quemadmodùm vtilitate Vrbem, & Orbem ornas, orneris dignitate, inuidia vacua, & adulatione plena, Vale: & Viuè.

Libr. 3. Annal.

ORATIO PANEGYRICA AD Authorem, & Librum.

TRACTATVM (de *Decoctione debitorum Fiscalium, eorumquè bonis curandis, & distrahendis, vt Fisco, & Creditoribus satisfiat*, cuius est Author *D. D. Didacus Bolero et Caxal*, in Senatu Regalis Patrimonij, & in Aula nuncupata de Millones, Fiscalis meritissimus) legi, ac perlegi tanta cum attentione, vt cum Magno Basilio *Epistola* 39 proferre audeam: *Accepi Librum, & summoperè delectatus sum, propterea quòd rectus est sententijs, ac contrariorum obiectiones, & responsiones illis subiectas non confusè, sed recto ordine digestas habet.* Quia inveni, quę Sydonius Apolinaris *l.b.9. Epistol.7.* requirit. *oportunitas in exemplis: Fides in testimonijs: Proprietas in Epistetis: Vrbanitas in figuris: Virtus in argumentis: Pondus in sensibus: Flamen in verbis: Flumen in clausulis.* Addens: *Quod placet materia, ordo, industria.* Cuius Lypsius *Epistol.37.* rationem reddit: *Illa vtilissima. Iste facillimus: Hæc summa.* Floribus ornatum prospitio, vberrimos productum fructus autumo, & cum Ennodio *lib. 1. Epistol. 12.* profero: *Pulchra sunt quæ scribis, sed Ego amo fortia. Redimita sunt floribus, sed ego poma plus diligo.* Ciceronianum stylum absque fiducia, & iactantia imitantem admiror, ideòquè magni habendum censet Symmachus *lib.4. Epistol.45.* scribens: *Fiducia mihi styli, atquè ingenij nulla est, sed tua benignitas ausus meos prouocat.*

Assumpsit Author materiam grauem, iuridicam, vtilem, & quotidiè in foro agitatam, eam ad practicam nouitèr reducens: *Illud Ars est, Quæ magna sunt ità tractare, vt auditori quoquè magna videantur*, dixit Socrates apud Plautum *Oratione* 10. cum summa distinctione, & claritate scriptam: *Cùm nihil scribenti sit fœdius, quàm materias confundere.* Docet Theodorus Hepingius *in Proœmio, num.1 fol.593.* & sicutì Cicero *de Oratore* (agens de Libris Philosophi Nicandri) scriptum reliquit: *Vt quasi pictor oculis subijciat totum agriculturæ* (legamus *Decoctionum*) *negotium.* Sitquê ex illis de quibus Lucius Crassus (testante Cicerone ipso *lib.3. de Oratore, pag. 178. lin.21.*) dixit: *Is est verus, is perfectus, is solus Iureconsultus: Nam neque sinè forensibus nervis satis vehemens: Nèc sine varietate doctrinæ satis politus & sapiens esse potest.* Ità elegit materiam, qualem Horatius *in Epistol. ad Pissones, vers.38.* asserit debere sapientem Virum.

Summite materiam vestris, qui scribitis, æquam
Viribus, & versate diù, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri.

In qua magis practicus versatusquê invenitur, quàm Propercius *lib.3. Elegia 7.* recusans scribere carminibus heroicis Augusti facta.

Quid

Quid me ſcribendi tàm baſtum mittis in æquor?
Non ſunt apta meæ grandia vela rati.

Materiam expertam aggrediendam conſulit Diuus Hieronymus *epiſt.* 49. docetquè metaphoricè gubernaculum in experto non fidendum, & de ſe ipſo locutus aît: *Supèr onerariam nauim rudis vector imponor, & qui nèc dùm ſcalmum in lacu euxini maris regi credo fragoribus, hortaris vt tu mida vela ſuſpendam, audentes explicem, clavum regam.*

Tôt qualitatibus ornatus liber multiplex, ſeù multà comprehendens, conſiderandus, & meritô canendum,

Quamuis multorum placeant volumina Libri,
Si Bolerus *adeſt ſufficit ipſe tibi.*

Sicuti de Libris Diui Auguſtini prædicauit Corinus *in eius vita*, & in eâdem intelligentia Caſiodorus *lib.* 4. *Variar. epiſt.* 5. dixit: *Fruſtrà ad cenſuram proponitur, cui tantis titulis approbatio debetur. Et lib.* 1. *epiſt.* 7. deduxit ad fauorem Auctoris ſequelam hanc: *Iuſtum eſt, vt benè gerentibus laudis tribuatur aſſenſus.* Iuſtum eſt aît Plinius *in Panegyrico*, maiores, æſtimabilioreſquè laudes ſilentio, àc ſapientum intelligentiæ relinquere. *Quædam melius ſilentio ſignificantur, quàm exprimuntur eloquio, commodiùs cogitationibus hominum æſtimanda relinquuntur, quàm inferuntur auribus.* Sicquè cum Diuo Hieronymo *ad Paulinum*, libentêr profero: *Supèr quo melius tacere puto, quàm pauca ſcribere.*

Enim verô non tacendum iudico, tôt negotijs occupatum tempus, & otium habuiſſe ad tàm prodigioſum ingenij partum, quod meritò laudat Iuſtus Lipſius *centuria* 3. *epiſt.* 86. àc ponderat: *Hoc magis, quod à te ſcripta; id eſt, viro loci generiſquè dignitate intèr Principes in aſſiduis occupationibus, vt concipere, vèl conari talia admirationem habeat. Quid ſic agere, quaſi hoc vnum ageres, & ſempèr egiſſes?* Integrum vitæ ſpatium ad tale opus ſcribit Seneca, *epiſtol* 72. fuiſſe neceſſarium. *Omnia alia negligenda, vt huic aſſideamus, cui nullum tempus ſatis magnum eſt, etiàm ſi à puerilia vſquè ad longiſſimos humanæ vitæ terminos vita protendatur.*

Eminentem ſtatuam ſibi in hoc libro colocare, non ſinê euidenti fundamento affirmo, ſiquidem eadem de cauſa ſimile euenìſſe Lucio Aëtio Poëtæ Plinius *in lib.* 34. *cap.* 5. *de Statuis*, refert: *Notatum ab Auctoribus eſt, Lucium Aetium Poetam in camænarum æde maximi formæ ſtatuam ſibi potuiſſe, cùm breuis admodum fuiſſet.* Magnæ ſtaturæ (immò ſemi Gigantem) conſiderauit Pontifex Bonifacius orantem coràm ſe cum ſumma elegantia, & eloquentia, vt fide ſcriptum tradit Gloſſa *in verbo à multis, in Proœmio ſexti Decretalium.* Sicquè (mediantê libro) præſumat Auctor, prædicemquè ego, & affirment omnes Legentes librum, quod Sapho Lesbi Regina ſcripſit Phaoni, teſtante Ouidio *in Epiſtola Saphi ad Phaonem, verſ.* 33.

Sum breuis, at nomen, quod terras impleat omnes,
Eſt mihi, menſuram nominis ipſe fero.

Non

Non minor gloria debetur ex publicatione Libri, quià ſi attenditur Ioſephi Scaligeri *in Epiſtola ad Pelagium*, problema. *Omnibus* (inquit) *ſcribendi datur libertas, paucis facultas.* Intelligendum eſt, ſolùm conſtitutis in eminentia Iuriſprudentiæ, mediante continuò ſtudio, & exercitio hoc competere. In quo Auctorem meritò venerandum teſtantur Schola litteraria, ac forenſis congreſſus. Siquidem admirationis fuit eius facundia in miniſterio honorario advocati, in hac omnium ſcientiarum excelſiori Academia Matritenſi, ſita apûd Suprema Tribunalia Hiſpaniæ. Eaquè ratione Bernardinus Gomez de Miedes *in pulchro tractatu de Sale, lib.3 num.82.pag.250. littera D. & G.* Matritum eiuſquè Regium Palatium iudicat eſſe congreſſum illuſtrium virorum huius, & aliorum Regnorum. Non erit abs re eius verba tranſcribere ſatis elegantia ſalequè aſperta. *Quid enim aliud ſunt, aùt quid, re vera magis exprimunt* (aìt facundus Miedes) *quàm doctiſſima quædam experientiæ Gymnaſia? Seù percelebres prudentiæ Academiæ? vèl potiùs, omnium humanarum actionum ornatiſſima, & frequentiſſima Amphiteatra? In quibus rerum vſus, vt tragedia, repræſentantur à mortalibus. Per quos tàm varij ſimul, & admirabiles panduntur rerum euentus, tàm lubrici, àc portentiſſimi caſus, tàm lugubres, & calamitoſi ſucceſſus. Vt neceſſe hinc ſit vrbanos homines (tòt detectis deformitatibus) non minùs facetos, quàm frugiferos, atque ſagaciſſimos evadere.*

De gradibus in Aduocati munere adeptis, Caſiodorus *lib 5. Variar. Epiſtol.4.* elogium hoc poſſumus autumare, ſcripſi ſe, & Patribus conſcriptis dixiſſe. *Meminiſtis enim aduocationis laboribus infudantem quà ſe vnicuiquè bonorum prouitate coniunxerit, cauſis noſtris fidelis Orator afficit, neceſſarijs rebus aſſiſtens, vt dicantis portauit animum ad ſubſellia cogniturum, cui meritò frequens palma contigit, quia ſapienter alleganda tractauit. Pudoris enim ſubſtinere iacturam neſciunt, qui ſe priùs Iudice corriguntur. Inferior gradu præſtabat viris conſularibus ſe Patronum, & cum honoribus veſtris impar haberetur. Patritius ei dictus eſt in celeberrima cognitione ſuſceptus. Nimis rarum eſt P.C. ſolidum loqui, & cui multa neceſſe eſt dicere, titubantia non proferre. Hoc in eo certiſsimum fuit. Hoc & antè noſtra iudicia vos probaſtis. Quis enim tempore ſuo eum quaſi gubernatorem litium ignorare potuit, qui cauſarum ſcopidos tranſire contendit? Legibus profectò minùs indiguit, qui eius ſolatia non quæſiuit.* Repetit. *Epiſt.40. & lib.11. Epiſt.4.*

Fuit creàtus Fiſci Patronus permanens in eòdem, ſed digniori miniſterio, nam eſt Regius Aduocatus, *vt in l.1. tit.13. lib.2. Recopil.* & in alijs iuris communis, Senatorquè, vti abundè probat Dom. Larrea *allegat.1. num.11. & 12.* qui *in num.25.* honores ei competentes refert, & ſpecialitèr Fiſcali Regij Patrimonij. Talitquè tranſitus, & aſcenſus eſt legalis, vti Baldus *in l. Binos, num.1. C. de Advocatis*, teſtatur his verbis: *Nota quòd illi, qui ſunt meliores, & priores in Collegio Advocatorum, illi debent aſſummi in Aduocatos Fiſci.* Colligiturquè ex *Nouella de Poſtulando*, dicente: *Collegium Advocatorum ſeminarium eſſe dignitatum*; multiſquè comprobat Altamiranus *in l.3. C. de Filijs*

offi-

officialium, cap.9.num.12.& 13. Exemplaria illustrium virorum, qui ex Advocatia Fiscales, Senatoresque fuerunt creati ab Imperatore Iustiniano tradit Cuiatius *in Basilicon sub titulo de Iudicibus, in Nouellis, in Auth. de Iudicibus, §. Vetus igitur.*

Novum prodere Librum omni tempore fuit, non solùm meritorium, sed summa laude, & recomendatione dignum, constat *ex l. 2. §. Posteà cùm Appius, D. de Orig. Iur.* & testatur Aullus Gellius *lib.6. Noct. Ætticar. cap.9. in medio*, & Leuitici *cap.29. versic. Decimo*, præferuntur noui libris antiquoribus. *Comedetis vetustissima veterum, & vetera, nouis superuenientibus, proijcietis.* comprobat Antonius Possevinus *de Cultura ingeniorum, cap.29.* Dominicus Baudius *in Oratione ad studiosos leidenses, pag.93.* ait: *Nàm & si maximis tantùm operibus admiratio debetur? tamèn inferiora non despicimus: & iusta laude non carent, quæ sunt maximis proxima,* ad quod refert carmina sequentia.

Non si priores Mæonius tenet
Sedes Homerus Pindaricæ latent.
Ceæque, & Alcæi minaces,
Stesicoriquè graues camenæ.
Est quadam prodire tenùs, si non datur vltrà.

Ratio est, quià non omnia scripta sunt sicuti sentit Cicero *lib.2. de Naturâ Deorum*, in metaphora metalorũ: *Non æris, argenti, auri venas penitùs abditas inuenimus ad vsum aptas, & ad ornatum decoras.* Etsi Divus Bernardus *Epist.174. ad Canonicos Lugdunenses* contrariũ opinarit: *Miramur satis* (inquit) *Patribus doctiores sumus? Periculosè præsumimus quidquid ipsorum in talibus prudentia præteriit.* Testatur idem Ioan. Camers. in Cai Iulij Solini *Polij historia, post præfationem.* Siquidẽ ex ipsa antiquorũ repetitione, noua disputanda, & resoluẽda emergunt, quę novum formant librũ. *Existimas nostra scripta esse recentia, & nupera. Ego nihil cũctabor à prima origine repetere nostrarũ litterarũ antiquitatem;* dixit Theofilus Antioquenus *lib.7.* de scriptis suis agens. Hypocrates *in lib. de Prisca medicina*, idem resoluit: *Non omnia priscis temporibus inuenta sunt, principiumque, & via monstratur qua alia inueniantur. Multoque iàm tempore inuenta cognoscantur, probentur vè. Posthàc quæ inuenientur, si quis quæ inuenta sunt cognoscat, hisque commotus, & concitatus noua perquirat.* Ea enim, quę serô manifestantur, & si vetustissima, noua esse Arnobius, *contra Gentes*, laconico stilo declarauit. *Noua non sunt, sed Nos serò didicimus.* Cicero *lib.1. Academicarum quæstionum*, Marcum Varronem Auctorem celebrat multorum, quæ diuturnitate temporis abscondita in lucem edidit. *Nos in nostra vrbe peregrinantes, errantesque tanquàm hospites tui libri, quasi domum reduxerunt, vt possemus aliquandò qui, & vbi essemus agnoscere. Tu ætatem Patriæ: Tu descriptiones temporum, sedem Regionum, & locorum aperuisti, plurimumque luminis attulisti.*

Vt autèm cognoscatur quàm magistraliter scriptus sit liber hîc, sequar documentum Demosthenis *Philip.3.* proferentis nomine Auctoris, *Ego declaratio, non verba proferens, sed scripta maiorum nostrorum ostendendo,* ostentat

enim

enim, *Primò* quę de apicibus iuris recondita, obſerbataque tenet ad cõmunem, non propiam, vtilitatem. Divus Ambroſius *lib. 2. de Offic. ijs, cap. 3* non ſinè admiratione ponderat, conſtituens differentiam inter ſapere comunitèr, & perfectè ſapere. *Aliud eſt* (inquit) *communitèr ſapere: Aliud ſapere perfectè. Qui communitèr ſapit, prò temporalibus ſapit. Qui perfectè ſapit, neſcit ſua ſpectare commoda, quærens non quod ſibi vtile eſt, ſed quod omnibus.*

Secundò proponit, àc refricat quæſtiones novas, antiquas, & antiquatas talitèr, quòd ſi plures eiuſdem materię tractatus paleſtram occuparent, (Nullum ſpecialem vidi) adhuc contineret nouas, vtiliterq; agitatas. Seneca *Epiſt. 79.* non inexpertus admonet: *Omnibus præſertim hic locus ſe dedit, & qui præceſerant non prærripuiſſe videntur, quæ dici poterant, ſed aperuiſſe. Multum tamèn interſt, vtrùm ad conſumptam materiam, àn ad ſubactam accedat, creſcit in dies, & inventuris inventa non obſtant.* Et Conſultus *in l. 2. ff. de Orig. iur.* novum eſſe librum affirmat, in quo inveniuntur leges in vnum congeſtæ, & ſuo ordine collocatę. *Non quia Papyrius de ſuo quidquam adiecit libro, ſed quòd leges ſine ordine latas in vnum compoſuit* Iuſtinianus *Diſperſas*, dixit, *in Authent. vt cum de Appellatione cognoſcitur, §. Aliud quoquè capitulum.* Etiàm ſi alibi ſcriptas reſcripſiſet, ſicùti Iuſtus Lipſius *lib. 2. Cent. Miſcel. Epiſt. 18.* arguit contra alitèr ſentientes. *Pennas ſuas non habet, quàm vellicas. Et carpis eas vndiquè ex alieno ſcriptorum corpore deſumptas.* Notatus fuit Lucius Africanus ex Menandri libris ſuos formaſe, ſed lepidè reſpondit: *Fateor ſumpſiſſe, non à Menandro modo, ſed vt quiſque habuit quod conueniret mihi. Quòd me non potuiſſe melius facere credidi.* Et Chriſtophorus (teſtante Diogene Laercio *lib. 7.*) Medeam Euripidis ſuam iactitauit. Quarè Quintilianus *de Oratore, lib. 3. cap. 7.* maioris laudis dignum aſſerit. *Propium laudis eſt, res ampliare, ornare.* Sicque omnia in hoc libro contenta nova eſſe concors Iuris peritorum aſſentus affirmavit.

Tertio, quià, & ſi omnia dicta inveniantur, qui ampliat, extendit, limitat, alitèr intelligit, ſeù interpretatur, & ad perfectionem vſquè reducit, novum librum format, ſicuti Seneca *Epiſt. 64.* affirmat: *Nulli nato pòſt mille ſæcula præcluditur ocaſio aliquid aliud adijciendi, ſed etiàm ſi omnia à veteribus ſint, hoc ſempèr novum erit. Vſus, & inventorum ab alijs ſcientia, & diſpoſitio, multùm egerunt qui antè nos fuerunt, ſed non peregerunt.* Cornelius Tacitus *lib. 3. Annal.* credit plura laudabilia inveniri poſſe. *Nequè omnia apùd priores meliora, ſed noſtra quoquè ætas multa laudis, & artis imitanda poſteris tulit.* Summa cum elegantia Caſiodorus *lib. 8. Epiſt. 13.* proſequitur intentum: *Non enim ſunt imparia tempora noſtra tranſactis, habemus ſequaces, emuloſque priſcorum. Redde nùnc Plinium, & ſume Trajanum, habes magna, quæ dicas, ſi & tu ſimili oratione reſpondeas, vellem (ſi rerum natura pateretur) Xenophon Atticæ in ævum noſtrum venires tu, qui ad Cyri virtutes exequendas votum potius, quàm hiſtoriam, commodaſti.* Plinius *lib. 6. Epiſt. 21.* multa à ſe ſcripta ex quàm plurimis Authoribus collecta teſtatur, & tamèn multa addita, & ampliata

inve-

inveniuntur: *Ego planè meis adijci posse multa confiteor, nec mirum, si viginti quoque millia rerum dignarum cura ex lectione voluminum circiter duum millia, quorum pauca admodùm studio si attingunt propter secretum materiæ ex exquisitis Authoribus centum inclusimus his voluminibus adiectis rebus plurimis. Quas aut ignoraverunt priores, aut posteà invenerat vita.* Plinius alter *ad Vespasianum*, idem profitetur: *Si quidèm sum ex his, qui mirer antiquos, non tamèn (ut quidam) temporum nostrorum ingenia despitio. Neque enim quasi lassa, & effeta natura nihil iam laudabile parit. Sed verò nèc dubitamus multa esse, quæ & nos præterierunt.*

Quarto, & vltimò, quià cùm ex Hypocrate *lib. 1. Aphorismor. sectione 1.* notum sit: *Ea, quæ sumus, est minima pars eorum, quæ ignoramus, dùm viuimus.* Ergò multa scitu digna remanent. Ergô Authos in hoc tractatu plura, quæ nondùm ad nos venerunt, scribit, simulque docet quod Iuris professores fateri tenentur: *Quod qui in disciplina aliqua diutiùs laboraverunt, adstringuntur ex professionis debito, quæ mente conceperunt, instàr seminis in lucem prodere.* Sentit Baldus *in Præludio Feudorum, col. 1.* testaturquê Iason *ibidèm.* Divus Augustinus, *lib. 1. contra Academicos*, negat sapientiam in non scribente: *Studentium laborem nullum esse sine scripto: Et nihil aliud esse quam vento puluerem tollere.* Et Textus *in cap. Nunquàm de manu, de Consecrat. distinct. 5.* addit: *Scribantur Libri, vt & manus operetur cibum, & anima saturetur lectione.* Ex quo sequitur scribendi ad docendum obligatio: *Expende, & nouis voluminibus ieiuna nostra sustenta.* Monet Symmacus *lib. 1. Epist. 45.* Quà summa cum ratione affirmat Plinius *lib. 27. cap. 1.* omni laude dignum esse sapientem, qui, quæ didicit, *participat*, quoniàm *Sapientia abscondita, & Thesaurus inuisus. Quæ vtilitas in vtroquè?* Interrogat Ecclesiasticus *cap. 20. vers. 32.* Ideôquè Dominus apud Matthæum *cap. 13. vers. 52.* sequens reliquit documentum: *Scriua doctus, qui profert de thesauro suo noua, & vetera.*

Ex quibus omnibus nostrum Authorem ad prosecutionem instare debemus, studiosi plura desiderant, plura sperant, quiâ varijs delectantur. Petronius Arbiter *in Satyris, pag. 82.* dixit:

Non vno contenta valet Natura tenore,
Sed permutatas gaudet habere vices.

Et fol. 80. reddit rationem:

Inveniat quod quisquè velit, non omnibus vnum est,
Quod placet, Hìc spinas colligit: Ille rosas.

Sicquê Ecclesiastes *cap. 12. vers. 12.* habetur: *Faciendi plures Libros nullus est finis.* Consulitquè Speculator *in Proœmio Operum, §. Cæterùm* Quàm pulchrê, quàm elegantêr, & quâm ad intentum Rupertus Abbas *in Præfatione de Sanctissima Trinitate*, metaphoricè docet plures, & in eâdem materia, scribendos esse Libros: *Quis rectè indignetur (ait) quòd in eadem possessione, post vnum, aut duos puteos, quos foderunt Patres præcedentes, plures faciant Filij*

ſubſequentes? Iſaac alios puteos fecit, præter illos, quos fecerunt ſerui Patris Abraham. Nobis quoquè concedãt, poſt illos puteos, quos fecerunt Patres, & Priores noſtri, & alios facere, dummodò viuam & Nos aquàm reperire poſsimus.

Auctoribus Librorum multiplices honores, laudeſquè glorioſæ debentur, ſiquidèm ſummo cum labore, & ſtudio Rempublicam litterariam ditant, & ornant. Populus Romanus decreuit collocari Statuam in eminentiori loco Vrbis ad eorum honorem, cuius Effigies denotabat venerabilem Virum: *Qui vna manu volumen replicatum continebat. Alteram, ad mercedem Operis, ſpanſam porrigebat*, vti refert Pierius Valerianus *lib. 4. in verbo de Libris.* Aliam dicavit Cæſari Numeriano prò oratione publicè recitata. Teſtatur Flavius Vopiſcus *in eius Vita.* Athenienſes (aſſerente Plinio *lib. 7. cap.* 37.) ſapientiſsimi Beroſi Effigiem, in Statuę formam habentem linguam Auri in plano Academiæ, formarunt. Statua debetur Authori, & Libro, & dûm à doctis decernitur, Ego in Regali Senatu Advocatus antiquior, & ſi in gradu inferior, de eis canam.

Multiplices rerum formas, quas Pontus, & Æther
Exhibet, & quid prodit, & abdit, humus,
Mens haurit, ſpectant oculi, dùm cuncta ſagaci
Arte, Bolere, *tuus digerit iſte Liber.*
Miratur proprios ſolers induſtria fœtus,
Quamquè tulit, nulli ſe negat eſſe parem.
Obſtupet ipſa ſimùl rerum fœcunda creatrix,
Et cupit eſſe ſuum, quod videt artis opus.

Don Melchior Cabrera
Nuñez à Guzman,

In Regali Curia Advocatus antiquior.

AD

AD ERVDITVM,

ET OMNI GENERE LITTE-

RATVRÆ ORNATISSIMVM

VIRVM

D. D. DIDACVM

BOLERO ET CAXAL.

QVONDAM PRIMARIVM CAVSARVM PATRONVM in hac Curia, Pauperum, & Carceratorũ Sanctę, ac Supremę, & Generalis Inquiſitionis Tutellarem, Sacrarum Sancti Ioannis Hieroſolimitani Aſſemblearum Aſſeſſorem: Vniuerſorum Regnorum Caſtellę, & Legionis Conſultorem, & Aduocatum huius Imperialis, & Coronatæ Villę Patronum meritiſsimum: Decoctionum Redituum Regalium Iudicem integerrimum; Nemorum, & operum Regiorum

FISCALEM PRÆTEXTATVM.

NVNC DIGNISSIMVM REGALIS PATRIMONII IN AVLA Millionum Aduocatum, & Promotorem Fiſcalem.

SCRIBEBAT

D. DIDACVS GVTIERREZ DE PAZ,

Ipſiuſmet Curiæ Aduocatus, obſeruantiſsimus eius Diſcipulus.

PRO LIBRO,

QVEM PRÆLO MANDAVIT, CVI TITVLVS INEST.

DE DECOCTIONE DEBITORVM

FISCALIVM, &c.

MAGNO equidèm prolubio perfuſſus (Sapientiſsimè, & omnibus Animi Affectibus colende Domine, & Magiſter mi) ad tuum præconium, licèt indignus Encomiaſtes, accedo; cum videam in lucem proditum per graphicum Opus tuum, omnibus ſuis numeris abſolutum, & plus, quàm ad Cleantis lucernam expolitum. Parcat clinamini meo, & ſpudaſti tuo, tua eximia Modeſtia; nam cùm eius ſoliditas, & baſis, ſit ipſa Virtus, qua mirificè polles, & excellis, ipſa me vehementiſsimè allicit, mouet, ac propemodùm cogit in tuas irrumpere laudes, me me opituletur Lucanus.

In Panegyr. ad Piſonem.

Hinc tua me Virtus rapit, & miranda per omnes
Vita modos, quæ, ſi deeſſet tibi fortè creato
Nobilitas, eadem pro Nobilitate fuiſſet.

Lib. 6. Epiſtolar. Epiſt. 16. ad Tacitum.

Nàm cùm Plinius ille Iunior nobis illam auriferam ſententiam reliquiſſet, quà grauiſsimè adſeuerat, *Beatos eſſe illos, quibus Deorum munere datum eſt, aùt facere ſcribenda, aùt ſcribere legenda; beatiſsimos verò, quibus vtrumque*, & in te vno triplex hæc Beatitudo inſideat, frena licentię relaxaui, vela feci, tu mihi anſam præbes, & incitamentum es, cum foràs hoc opus euulgaueris: nam vt teſtatur Eloquentię Princeps: *Trahimur omnes laudis ſtudio, & optimus quiſque maximè Gloria ducitur: ipſi illi Philoſophi etiàm in illis libellis, quos de Contemnenda Gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt, in quo prædicationem, nobilitatemquè deſpiciunt prædicari de ſe, ac nominari volunt, nullam enim Virtus aliam mercedem laborum, periculorumquè deſiderat, præter hanc laudis, & Gloriæ.*

Cicero pro Archia Poeta.

De Cupiditate Gloriæ, exemplo 3. in Externis.

Maximus ille (Verè maximus) Romanorum rerum Scriptor: *Cæterùm Gloria, nì ab his quidem, qui Contemptum eius introducere Conantur, negligitur, quoniam quidèm ipſis Voluminibus, nomina ſua diligenter adjiciunt, vt quod profeſsione eleuant, vſurpatione memoriæ Conſequantur.* Et paulo inferius: *Nulla eſt ergò tanta humilitas, quæ dulcedine Gloriæ non tangatur.* Benè Plinius: *Omnes enim, qui gloria, famaquè ducuntur, mirum in modum aſſenſio, & laus, à minoribus etiam profecta, delectant.*

Ibidem exemplo 5. in proprijs.

Lib. 4. Epiſtolar. Epiſt. 12.

De laudibus Stiliconis, lib. 3. in Præfatione.

Concinit apprimè Claudiani ſenſus.

Gaudet enim Virtus teſtes ſibi iungere Muſas,
Carmen amat quiſquis Carmine digna gerit.

Lib. 2. Triſtium, Eleg. vnica, & lib. 4. eleg. 4.

Naſonem auſcultare,

Fama Iouis ſuperſt, tamèn hùnc ſua facta referri,
Et ſe materiam Carminis eſſe, Iuuat.
Iupiter ingenijs præbet ſua numina Vatum

Se què

Se què celebrari quolibèt ore ſinit.

Quapropter paccato animo, terſa fronte, Munuſculum hoc excipe, in ſignum, & pignus ſingularis Reuerentię, qua tê ſemper Colui, & nùnc adveneror. Vtar iterùm Lucani verbis:

Accipe noſtri — *Vbi ſupra.*
Certum, & hoc Veri complectere pignus amoris;
Quod ſi digna tuà minus eſt mea pagina laude,
At voluiſſe ſat eſt, Animum, non Carmina, Iacto

Emines enim (& non Vulgari gradu) Iuſtitia, Fortitudine, Temperantia, & Prudentia: Iuſtitia in omnibus, tàm internis, quàm externis actibus, Fortitudine in rebus aduerſis. Temperantia in proſperis; Prudentia verò in Conſilijs, & rebus gerendis: hæ ſunt, quæ homines Vehunt, audi Mamertinum: *Adhibeto tantùm tibi gratuitas, & paratu factiſſimas Comites Iuſtitiam, Fortitudinem, Temperantiam, atque Prudentiam, vltrò te Maximus Imperator accedet, & vt capeſſas Rempublicam flagitabit.* Quid ergô? Cùm in te omnis Virtutis prototypon inueniatur: Vniuerſa cum Caſiodoro acclamatio præco eſt: *Hìc eſt enim probatæ Conſcientiæ gratiſſimus fructus, vt quamuis ſumma potuerit adipiſci, iudicetur tamèn ab hominibus, plùs mereri.* Veram igitùr, teſte Plinio, fœlicitatem comparaſti: *Eſt enim demùm Vera fœlicitas fœlicitate dignum videri.* Nè miremur! Nam de te id ipſum, quod Macobrius de Virgilio Marone, poſſumus decantare: *Hæc eſt quidèm, Euangele, Maronis Gloria, vt nullius laudibus careat, nullius vituperatione minuatur.*

In Panegyric. ad Iulianum Imperatorem.

Lib. 1. Var. Epiſtol. 4.

In Panegyric. ad Trajanum.

Saturnal. lib. 1. cap. 24.

Huius Veritatis auctifica eſt Magnifica, & Prudentiſsima Regina noſtra, quæ te (intèr tôt Virorum millia) Fiſcalem Regij Patrimonij, in Aula de *Millonem* elegit, & deſignauit, audi Caſiodorum: *Nec credi poteſt Virtus quæ ſequeſtratur à præmio: Tamèn Iudicij noſtri Culmen excelſum eſt, cùm qui à nobis prouehitùr, præcipuus, & plenus meritis æſtimetur.* Iterùm: *Pompa meritorum eſt Regale Iudicium; quia neſcimus iſtà niſi Dignis impendere.* Tertio: *Tali igitùr homine decoratus evaluit, evaluit inquam, ac ſe honoribus Palatinis, Iudicio noſtro laudatus, immiſcuit, Dignitatem ſumens, quam ſolemus dare Prudentibus.* Quid glorioſiùs? cùm in ipſo Natalium loco eucharis, & ſublimeris: teſtetur hoc Iterùm, atque Iterùm Caſiodorus: *Hæc eſt Vitæ glorioſa Commoditas, Dominos eſſe teſtes, Ciues habere laudantes,* & alibi: *Vbi enim dignius Eloquens, quàm in Ciuitate, proficiat litterarum, vt ibi declaret meritum, vbi nutrivit ingenium.*

Lib. 1. Var. Epiſtol. 3.

Lib. 1. Epiſt. 3.

Lib. 5. Epiſt. 22.

De Decoctione Debitorum Fiſcalium agis, mira Dexte-

ritate, Terſo ſermone, Concinna edepòl energìa Materiam recoxiſti; ità vt Opus tuum nihil habeat, quò Veterum Induſtrię Summorum hominum inuideat: *Patet omnibus Veritas* (ait Stoicus) *nondùm eſt occupata, multum ex illa, etiàm futuris relictum eſt*, ideoque quamuis alij Tractatum hunc ſparſim, & perfunctoriè tetigerunt, tu primus, & ex profeſſo pro Fiſco, omnia, quę circa eum ſeſe offerre poſſunt ſapienter, & acutè excogitata, diſertè, & copioſè explicata, cum aliquo nouitatis ſalis grano palàm facis, quę ad ſummam abſolutionem hominum ſolertia, ſummo adhibito ſtudio, & diligentia, requiruntur, perfacilè inueniſti, magnam quidem de te expectationem feceras; ſed hoc opus expectationem tuam ſuperat, de quo Operis ipſius Enucleatio loculentius præſtat teſtimonium, quod per omne ęui tempus plenis glorię velis feretur, vt Vegetius teſtatur: *Nàm vnius ætatis ſunt, quæ fortiter fiunt; quæ verò pro vtilitate Reipublicæ ſcribuntur æterna ſunt.*

Seneca lib. 4. Epiſt. Epiſt. 33. in fine.

Lib. 2. de Re Militari.

Quid non de præferentia, & prælatione Creditorum, in ſimilibus occurrentium Iudicijs, & de eorum Priuilegijs omni lepòre enucleas, & adamaſim ruminas? Vt poſsim cum Naſone dicere.

Triſt. lib. 3. Eleg. 1. circa finem.

Quæquè Viri docto Veteres fecere, nouiquè
Pectore, lecturis inſpicienda patent.

Tibi videtur reſcripſiſſe Plinius: *Eſt Opus pulchrum, validum acre, ſublime, varium, elegans, purum figuratum, ſpatioſum etiam, & cũ magna tua laude diffuſum.* De te videtur loquutus Theodoricus Rex: *Nutriſti facundiam exercitatione cauſarum, expertus es quam ſuaues fides afferat fructus, vt etiam ipſa conciliet corda regnantium. Hæc in te, ſpeculator Virtutum, noſter ſenſus, inſpexit; ijs apud nos ſuffragijs placere meruiſti, vt dignus exiſteres ad publicas cauſas, qui geſiſti hactenùs ſub integritate priuatas: ſume igitur Fiſci noſtri tuenda negotia.*

Libr. 4. Epiſtol. Epiſt. 20.

Apud Caſiodorũ lib. 1. Var. Epiſt. 22.

Tu ſolus Authoritatem Regiam circunſpicis, gnarus equidem Dogmatis Plinij: *Sæpius Vincitur Fiſcus, cuius numquam mala cauſa eſt, niſi ſub bono Principe*, non deſit Caſiodori teſtimonium: *Quapropter fit interdum cauſa mala Fiſci, vt bonus Princeps eſſe videatur: maiori quippè Compendio perdimus, quàm ſi nobis indebitè Victoria ſuffragetur.*

In Panegyr. ad Trajanum.

Lib. 1. Var. Epiſtol. 22.

Ad te igitur, ſicut ad Cryſtalinum, & Limpidiſsimum Fontem recurrat, qui circa hoc Veritatem inueſtigat, & amat: nam tibi commodiſsimè adaptatur illud Macrobij: *Modò memineritis à Seruio noſtro exigendum, vt quidquid obſcurum videbitur,*

Saturnal. lib. 1. cap. 24.

bitur, quaſi litteratorum longe maximus, palàm faciet: nèc minus fœliciter, quod de Ariſtone Plinius Iunior: *Nihil eſt quod diſcere Vellis, quod ille docere non poſsit, mihi certè quoties aliquid abditum quæro, ille Theſaurus eſt.* Lib. 1. Epiſt. 21.

Tu meherelè geſtiente, & exultante Calamo, ê Iuriſprudentię Vepretis, & profundis receſsibus Veritatem depròmis, itaut ſi amœniſsima, & floridiſsima prata excurreres, compto ſtylo, eximia claritate, qua omnium animis lenocinium, efficax phlytrum, & illicium eris: prò me enim loquitur Claudianus.

Nam mihi conciliat gratas impenſius Aures.
Vel meritum Libri, vel Steliconis Amor.

Prometitum tuum Liber hîc auget, exornat, & nimìs condecorat, & vt auguror prologium erit efficax, vt ad maius honoris faſtigium collocèris. Faxit Deus! Meis annuat Votis! Alacer progredere dum nouis honoris Vinculis deuinciris, veniam da præfidętię meę, ſtudijs tuis famam perenna, fortunæ tuæ faber eſto, tu tibi maximum debebis facinus, nam teſte Plinio: *Quid homini poteſt dari maius, quàm Gloria, & Laus, & Æternitas?* Ita ſuper titulos tuorum maiorum mirificè ſcandes, eorum Virtutibus Decorum adjicies Coronamentum, omnium eris apographum: nâm ſi glorioſum poſteris eſt Auitas excellere facultates; quantò præſtantius erit hæreditarias augere Virtutes. Lib. 3. Epiſtol. Epiſt. 21.

Tuorum Natalium ſplendor, & Generis Claritas laudum tuarum conſummatio eſt. Nollem (Modeſtiſsime Vir) moleſtus tibi fieri; ſed commendatio tua animum meum extimulat, vt exclamem.

O qui nominibus cum ſis generoſus Auorum,
Exuperas morum nobilitate Genus Ouid. lib. 4. Eleg. 3.

Quid ni? Cum ſis Generoſiſsimarum Imaginum fœtus. Dicat Antiquiſsima, & Nobiliſsima Familia de los Boleros, in Inclyta Genuenſi Republica? Dicant tot Seniores in eius Dominatione famoſi ab anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſecundo primas Dignitates optenti? Conſulat Curioſus Caffarum. Dicat Egregius Vir Guillermus Bolero, qui cum Hugone Fieſco Legatus miſſus fuit à prædicta Sereniſsima Republica ad noſtrum Inuictiſsimum, & Sanctiſsimum Regem Dominum Ferdinandum Tertium, cognomento el Santo, ano milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto? De quo Libri, qui *Decretorum* vocitantur, fidem faciunt. Dicant cæteri Seniores, Conſiliarij, & Magnates

Cla-

Clariſsimi Aſcendentes tui, intêr quos numeras Cardinalem Criuella, & Summum Antiſtitem, cognomento Caſtaña, ex eadem tua Stirpe fœliciſsimi palmites? Ergò Iure optimo poſſum cum Caſiodoro dicere: *Sume inſignia Conſulatus: honorem quidem arduum; ſed Familiæ Veſtræ Domeſticum.*

Ex Genere Materno, non minori claritate perfulges teſtetur de ſplendore tuorum maiorum, cognomen de Caxal, in fidiſsimo Aragonum Regno, non Vulgaribus Stemmatibus Celebre; Veraciſsimus teſtis eſt Hieronymus Zurita, quid plura? ſufficit enim hæc primis deguſtare labris, vt cunctis innoteſcat ſanguinis tui condecorata puritas, quam miro tuarum Virtutum concentu admodùm illuſtras, hæc eſt vera Nobilitas, auſculta Lucanum.

In Annalib. eiuſdem Regni, lib. 1. cap. 53. & 55. & 56.

In Panegyr. ad Piſonem.

Nàm quid Imaginibus, quid Auitis fulta Triumphis
Atria? quid pleni numeroſo Conſule Faſti
Profuerint, ſi vita labat? Perit omnis in illo
Gentis honos, cuius laus eſt in origine ſola.

Satyra 8. Iuuenalem attende:

Tota licèt veteres exornent vndiquè cera
Atria, Nobilitas ſola eſt, atque vnica Virtus.

In Panegyric. de Conſulatu Mallij Theodori. Claudianum tene:

Ipſa quidèm Virtus pretium ſibi, ſolaquè late
Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus vllis
Erigitur, plauſuve petit clareſcere Vulgi.

In Comment. ad Somnium Scipionis, lib. 1. cap. 8. Macobrium concipe.

Solæ faciunt Virtutes Beatum, nullaquè alia via quiſquam hoc nomen adipiſcitur. Percipe Quintilianum: *Quis generoſiſsimus? Non ne, qui optimus? Non qui claritate naſcendi; ſed qui Virtute maximè excellit.* Vide quid quærat Seneca? *Quis ergò Generoſus? Ad Virtutem benè à Natura compoſitus hoc vnum eſt intuendum.* Redeat Caſiodorus: *Hæc eſt indubitata Nobilitas, quæ moribus probatur ornata.* Verba Saluſtij concipe: *Sed Dux, atque Imperator vitæ mortalium animus, qui vbi ad gloriam Virtutis via graſſatur, abundè pollens, potenſquè, & clarus eſt, neque fortunæ eget, quippè quæ probitatem, Induſtriam, cæteraſquè bonas artes, nequè dare, nequè eripere poteſt.* Audi Valerium Maximum: *Explica totos factos, conſtitue omnes Currus Triumphales; nihil tamèn morum Principatu ſpetioſius reperies.* Comprobet Lucidius Apuleij ſententia: *Si laudas aliquem quia generoſus eſt, parentes eius laudas; ſi autèm quia Diues, Fortunæ hoc debetur, ſi autèm quia Validus, ægritudine fatigabitur, ſi autèm quia Velox, in ſenectute abibit: ſi autèm quia formoſus, expecta*

Lib. 5. cap. 11.

Lib. 5. Epiſtol. Epiſt. 44.

Lib. 5. Var. Epiſtol. 12.

De Bello Iugurtino, in princip.

Libr. 8. cap. 15. exemplo 3.

De Deo Sacratis.

modi-

modicum, & non erit: Sèd ſi cum laudas, quia bonis moribus, & Artibus Doctus eſt, & valdè eruditus quantum homini licèt; tùnc ipſum Virum laudas, quia nec à Patre hæreditarium, nec caſu pendulum, nec ætate mutabile, nec à corpore caducum.

Quid ergò plura referam, vela contraho, Portum Capio, Colofonem addo. Vale, & viue Neſtorios annos, & omni fœlicitate Diteris.

Excelſe Vir, Magiſter Venerande,
Decus, & honor Vniuerſę Heſperię,
Qui Decoctorum Dogmata materię,
Opus hoc, ſcripſiſti, quidem grande:
Gradus honoris alacer ſcande,
Et decurſa fœlici, & recta ſerie
Moderator ſupremus ſis Iberię:
Maiorum laudum iter nobis pande,
Muſę tempora tua, lauro honorent;
Aſtræa tali Alumno glorietur,
Docti tuorum Operum præcones
Sint, & exultent, famam condecorent,
Et poſtquàm Liber hîc Typis mandetur
Bartoli, & Baldi ſileant, & Iaſones.

Addictiſsimus tibi

Lic. Don Diego Gutierrez de Paz.

SAPIENTISIMO,
ET ÆQVE NOBILI
D. D. DIDACO
BOLERO ET CAXAL,
REGII PATRIMONII, IN AVLA
Millionum eximio Patrono,& digniſsimo
Fiſcali.

IN EDITIONE OPERIS, TAM NECESSARII, QVAM
eruditione, & nouitate præditi,

DE DECOCTIONE DEBITORVM
FISCALIVM.

LICENTIATVS D. DIDACVS
DE MVNICHICHA, APVD SVPREMA
HISPANIÆ TRIBVNALIA CAVSARVM
PATRONVS,

S. P. D.

QVI humana hac vita commodatur, vt mundum operibus claris exornet, & qui ita perfectê operatur, vt immortalibus animis incidi mereatur, non indiget fama, quę eius merita promulget: illum enim, cui propriarum actionum lux veluti rectè viuendi ratio deſervit; actiones ipſę, & opera propria authoritate tutantur, atque commendant,

non

non illorum perſcrutatores: his enim talia opera nota facere muneri eſt, operibus autem nota fieri, merito, & muneri debito; vbi enim ingenioſiſsimi laboris præſtantia refulget, aliorum laude eidem ſplendorem, & meritum detrahi videtur. Eluceant igitur ſcripta, quibus perficiendis, tot vigiliæ, & elucubrationes ſunt impenſę, vt ſemél in lucem edita, neque fama indigeant, quę laudes congerat, & ſubminiſtret, nequè quæ illa collaudet, cùm eadem ſe ipſis ſint talia, quæ Authori æternum quaſi nomen acquirant. Si namquê Palladem paterno capite progenitam Deam Orbis terrarum eſt veneratus, quòd ſapientiæ Iouis Patris partus fœliciſsimus extitiſſet, quomodò non plus, quàm humano cognomine (ſi fas ſit) ornabitur ille, cuius nulla oblivione delere poterunt memoriæ famam ſcripta? Præſertim verò cùm ab illis, qui veluti micantia lumina ſcientiarum circunſpiciuntur ſpecula, non ſint agitata frequentèr, proptèr ſubtilitatis præſtantiam, & vlterius materiei nouitas delicata, notitiarum, & ſingularis, quod ſuſcipit ſcribendum, propoſiti vis, legentes ea mirentur.

Honores etiâm, & præmia meritò ſequuntur illos, quos omnium laude ſua opera diiudicant dignos, licêt enim attento animo conſiderauerim illud Plutarchi: *Perfectiore virtute mihi præditus videtur, qui nè aliorum quidèm laudationes requirit*: nihilominùs tamèn eiſdem quandoquè conſentiendum opinor, quia, vèl non ſunt legenda opera, vèl dûm leguntur, ſi arrident, laudibus ſunt neceſſariò extollenda: *Quamquàm enim fortes, & ſapientes Viros*, inquit Tullius, *non tàm præmia ſequi ſolere factorum, quàm ipſa rectè facta; Hos equidèm, Auctore Cleobulo, laudibus afficere oportet, & dignitates ſummas conferre.* Quem ergò, interrogo, digniſsimum quocumque honoris gradu afficiendum cenſebimus? niſi illum, qui præclarę generis, ſtirpi, ingenij nobilitatem iniungit, niſi illum, inquàm, qui præſtantiſsimis dotibus ipſas Dignitates exornat? Adeô, vt cum Eruditiſsimo illo, & Sapiente dicere auſim: *Sicut Deothus, ſic in litteris verſatiſsimo laus tribuitur, eſt enim laus maximorum Tuba Virorum, cuius ſplendida vox nullis anguſtijs coercetur.* Cuius ſcripta, & notitiæ, ita canoras voces per legentium aures ſpargunt, vt in earum emiſſorem hæc optimè elogia cadant: *Quorum Virtutes in pretio ſunt, hi perueniunt ad illuſtrem viam; nobilitat ſuum quemque opus; ſentit præclarè geſtis potiùs, quàm opibus parari veram gloriam, nèc vno modo contingere honeſtam famam, ſed ſua quemque*

Plutarch. in Cõparat. Ariſtot. cũ Catone maij

Pro Tito à Milone.

Card. Paſc. libi de Virt. & Vitijs.

Apud Rauiſium Textorem.

quemquè Opera fieri clarum; in quorum etiàm ſcriptorum ſtudium ità corripior, vt ſicùt Quintilianus locutus de Cicerone diceret: *Hunc expectemus, hoc propoſitum ſit nobis exemplum, ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero valdè placebit*: Idem aſſererere poſsim de tali Viro, cuius ingenij partus exempla ſunt velut lumina; ſententię velut gemmę; opus totum aureum in omni doctrinę cenſu, & ab omnibus etiàm poſteris ęſtimandum. Prodeant igitûr, vt publica ſint talia ſcripta, & quoſcumquè doctiſsimos erudiant. Et ſi hoc, quod eſt ſcribere communiſsimum ſit multis, quorum plurimos aura popularis excitat vt ſua ſcripta poſteritati commendent, non tamèn omnium eſt ſcire benè ſcribere, ſecundùm illud Propertij:

Quintilian. libr. 10. cap. 1.

Omnia non paritèr rèrum ſunt omnibus apta
Fama, nèc ex Æquo ducitur illa iugo.

Licèt enim tanto operi impares laudes potiûs oneri, quàm honori ſint, qualeſcumquè tamèn fuerint, veluti grati animi, & memorię fidelis indices venereris.

LITTE-



LITTERATISSIMO VIRO,

EXCVLTISSIMO VTRIVSQVE IVRIS

PROFESSORI, ET PATRONO,

PARENTI OPTIMO, ET COLENDISSIMO,

D. D. DIDACO

BOLERO ET CAXAL.

QVI SEX LVSTRORVM CVRRICVLO FORENSEM PVLVEREM, NVLLI IMPAR, GLORIOSE COLLEGIT.

POST IVDEX CONSTITVTVS TRIBVNALIS DECOCTIONVM reditvum Regiorum, qui ex Thesaurariorum proiectu, vel fato exciderunt, vendicantur in tutum.

A QVO OPERI NOMEN INDITVM, ET SPERO, NVMEN.

DEIN FISCALIS PROMOTOR REGALI CÆTVI ADSCRIPTVS E Toga, qui prò curandis nemoribus, & extruendis saltubus sedulò invigilat.

AC TANDEM, CVM HVIC VOLVMINI VLTIMAM MANVM admoveret, ad limamquè evocaret, ad Fiscalis munus obeundum in Ærarij Regij Consilij è merito evectus, ad Regales Proventus vulgo Millones incorruptè administrandos ex æquo præficitur, & dignus maioribus.

SVVS ADDICTISSIMVS, ET OBSEQVENTISSIMVS FILIVS,

D. IOSEPHVS EMMANVEL

BOLERO ET MVÑOZ.

IN REGALIBVS EXEDRIS I. V. ADVOCATVS, ET SVPREMI Consilij Sanctæ, & Generalis Inquisitionis ad Pauperum exercendum Patrocinium, In Fiscum, prò solutione, & Lanceis subveniendis, quæ in communem Regni, & status publici subsidium præmuniuntur ab Antistitibus, & Dynastis, in Patris locum subrogatus; & prò negotijs Regijs, quæ ad Milliones huius Provinciæ spectant, curam gerens.

Hæc prò modulo pangebat.

MANTISSIME PARENS.

Qui honor ſit Parentibus debitus, & Diuina, Naturaliquè Lege præſcriptus, â Diuina Sapientia excipere, & ediſcere oportet, priuſquã ê riuulis, & laticibus ſcholę ſęcularis aliquid hauriamus: ait enim Proverb. *Audite Filij diſciplinam Patris; Nam & Ego Filius fui Patris mei, tenellus, & docebat me, atquè dicebat: ſuſcipiat verba mea cor tuum, cuſtodi præcepta mea, & viues.* Quæ tamêtſi mores ſolummôdo referre videantur, litteris etiàm à Pãrentibus ebibitis apprimè congruunt, in his, qui omnis Doctrinæ ſuppellectile inſtructos Parentes, veluti præcipuum Naturæ donum, nacti ſunt, nullis meritis comparatum. Cap. 4.

Pòſt communicatam Indolem nulla præcipuior cura Parentibus hærere debet quàm Morum expolitio, quibus Filij ad Pietatem & Relĩgionem ſecuris greſsibus diriguntur, illaquè intimiùs, & ferventiûs commendatur, ſi in Parentibus Filij Prototypon inſinuent, quo ſe ſe ad inſectandam Virtutem exigant, Cui ſi accedat Magiſterium cultioris, & altioris litteraturæ, vt filios è cerebro denuò, ſed glorioſiùs, gignant, veluti ê Ioue munita Pallas, ſicquè Pater Iure poſsit vocari *Patri Mater*, tùnc ad litteram illud eiuſdem ſapientis in eos veniet: *Filius ſapiens, Doctrina Patris*, ſeù, vt alij vertunt: *Gloria, & Corona Patris.* Cap. 13.

Hæc examuſsim in me contigiſſe nullus eſt qui ambigat, nèc tuę Gloriæ, nèc fati mei invidus: ſolus ego libentèr fatear, Diſciplinam tuam, qua nullam maiorem, in me oleum, & operam perdidiſſe, non quià illi ſedulior non incubuerim, ſed quià eâ hebetior non profecerim, etenim ſi illud à primæ ętatis limine ſapientiæ tuæ largum ſtillicidium in me derivaſſem, & Horatianum vulgaritèr tritum expertus eſſem. Epiſtol. libr. 1. Epiſt. 2.

Quo ſemèl eſt imbuta recens ſervabit odorem
Teſta diù.

Profecto evigil cultura tua in me Vberiores culmos extuliſſet, cùm à Pueritia mihi illuxeris vtriuſquè ſapientiæ Magiſter, ſi â teneris aſſueviſſem huiuſmodi Præceptis.

Hinc tibi duplici Iure teneor: indequè mihi in te Piëtas, obſe-

obſequium, famulitium, quibus adſtringor veluti funiculo triplici: etenim, ſi, vt Cicero ſcitè perſtrinxit: *Parentes cariſſimos habere debemus, quòd ab his vita, Patrimonium, Libertas, Civitas, tradita eſt; quæ omnia in illorum violatione violantur.* Non equidèm violatione Commiſsi Criminis, ſed cultus, & deditionis, vèl incurioſo neglectu, vèl levi piaculo, cùm iſthæc ſint genituræ dotes, quæ ſinè delectu contingunt, quid putabitur peccatum iri? ſi in ea, quæ ſi optioni paterent, nulla alia potiora reperirentur, impingeret Animus? Te igitùr, & Parentem, & Magiſtrum incomparabili ſorte conceſſum veneror, illiſquê verbis colo, quibus Seneca diſiunctìm vtrumque munus excolendum eſſe præcepit: *Ego illos veneror* (hoc eſt Deos, Parentes, & Magiſtros) *& tantis nominibus ſemper aſſurgo*: Ità Præceptores ſuos colebat celebre illud ſapientiæ Arcanum: & ſubnectit: *Quemadmodùm Præceptores veneratur, ac ſuſcipit, quorum beneficio illis in vijs exijt ſit. & his, ſub quorũ tutela poſitus, exercet Artes bonas.* Quid igitùr exequeretur, ſi coniunctìm in Patre, & Genitura, & Magiſterio potitus, omnigena morum inſtructione, Vbertiſsimo bonarum Artium apparatu ſplenderet?

In Oratione poſt reditum ad Senatum.

Epiſtola 65.

Lib. 2. Epiſt. 74.

Indoles, Ingenium, Parentibus tribuitur quæ accidunt, non decernuntur: Animi verò elimatio, & expolitio, quæ per bonas Artes eminent, Magiſtris, & Præceptoribus: quorum cura, & cultura tantò excellentior eſt, quantò Animus corpus antevertit: Ad quod illuſtrandum nullum aliud aptius adduci poteſt, quàm Magni Alexandri pleno ore plaudendum dictum, & vt præcipuum intèr Plutarchi Apotegmata evocatum, qui interrogatus, quid præferret, ſi optioni daretur locus: *Patrem habere Philippum? An Ariſtotelem Præceptorem?* Illicò reſpondiſſe: *Magiſtrum proculdubio præponerem: Pater enim vt eſſem, ceterùm Præceptor vt præclarè inſtitutus eſſem Author fuit.* Quis enim niſi rationis, & diſciplinç impos, Naturam ſorte acceptam, cum doctrina labore, & induſtria parta, in ſimultatem adducet?

Plutarcho in Vita Alexandro.

Argumentum hoc inſecutus, novior quidam ſcriptor, nèc ignobilis, exemplo ſatis apto, vtriuſquè rei diſcrimen aperuit ſic alloquens: *Sicuti Parentes Filiorum corpora effigiant, ità Præceptor diſcipulorum mentes formet, quæ res tantò prætioſior videri ſolet, quantò homo interior homine eſt exteriore præſtantior.* Enim verò quià non omnibus lux illa præſto adeſt, quà interioris hominis lineamenta ſecretiora panduntur; iccircò Magiſterij exiſtimatio in commune vulgi diſpendiũ venire aſſuevit.

Philippus Beroaldus ad Martinũ Bohemium.

Nec mihi, vt ſpero, ità continget, qui vtrumque hominem à te acceptum fatebor ingenuè, tamêtſi non diffitear, eſto in effigienda mente non intermiſſo labore inſudaveris, tibi omninò euaſiſſe diſsimilem, qui ſummum Iuriſprudentiæ apicem aſſecutus, in Magni Alexandri Magiſtrum, ſi illa retro acta ſæcula incoluiſſes, fore euehendum indubiê prædicabo, quin hoc aliquis ex filij aſſentatione conceptum irrideat, aut carpat; quamuis hæc non levis ſit diſsidię, aut inſufficientiæ meę obiurgatio, *cùm (ſi Terentio vtar) Domi haberem vndè tàm largè diſcerem* : tibi què nullum aliud obſequium gratius offerre poſſem, quàm litterariæ imitationis profectum, vt cum eodem canerem, quod tuis auribus non immodulatis concentibus arriſiſſet.

In Adelpha 7. ſcena 4.

Qui Viret in Foliis venit à Radicibus humor.

Hinc pari greſſu Natura, & Diſciplina vſquê ad vbertiſsimum meſsim exiliunt, matureſcunt, quibus permotus aiebat Argeſicles apùd Diodorum: *Eorum volo eſſe diſcipulus, quorum ſum filius.* Et quidèm meritô, cûm non alij deberent eſſe vitę altores, & Doctrinæ ſatores.

Diodoro Siculo, lib. 1. cap. 6. & lib. 2. cap. 8.

Enim verô quiâ id non niſi paucis conceſſum, cùm Ego vnus ex illis ſim, hanc fœlicitatem cum Plinio Iuniore teſtabor, nèc tamèn ſine rubore: *O te Beatum adoleſcentem! Qui eum potiſsimum imitandum habes, cui natura ſimillimum eſſe voluit.* Imitandum equidem, non ſolûm litteris, ſed præſertim moribus, qui opulentiores ſunt Animi Theſauri, quos Fuſcus in te, veluti ad vivum, expreſsit, & recenſuit: *Illuſtrata ſcientia, humilitas recta, innocentia decora*; quibus ſempèr antè me emicantibus, illud ſempèr vrgebant.

Plinio lib. 8. Epiſt. 13.

Fuſcus de Viſitatione, cap. 16. num. 3.

Diſce Puer Virtutem ex me, verùmquè laborem.

Proindèquè me accuſatum iri vehementèr doleo, eo quod tam inæſtimabiles opes iners profuderim.

Tu mihi illis legibus præfulgebas, quas Seneca gravitèr indixit, cûm dixit: *Ante omnia opus eſt, vt Patres, non ſolùm nihil peccando, ſed honeſta peragendo, manifeſtum ſe ſe filijs exemplar exhibeant:* ac ſi te privatim alloqueretur, & me carperet cùm ſcripſit: *Puer ad tuum formetur arbitrium: Multum ſibi dabis, etiàm ſi nihil dederis prætèr exemplum.* Quod priùs tradiderat Ariſtoteles Ethicorum facilè Princeps, his verbis: *Educati rectè à Parentibus per ſanctos, & iuſtos mores boni meritò evadunt.*

Epiſt. 6. & Plutarcho in lib. de Educatione liberorum.

Idem ad Albinam.

Lib. 3. Economicon.

Cæterûm nequè iſta, quæ ſempèr Venerabundus mirabar, quæque in te tàm altè eminebant, ſat fuere ad exornan-

dam

dam animi mei inopiam, vt par erat vena tam diuite, vtque tibi in aliquo ſimilem facem accenderem, quâ Naturę curriculum non remiſsiori, aut tardiori pede protraherem, vt decebat Maiorem natu filium, nê vè illud Senecę aut obſcurarem, aut hevetarem: *Magnus ſtimulus eſt laus Parentum, dùm his non patimur eſſe impares, quos habemus Authores.* *Epiſt. 22. lib. 9. Caſiodoro lib. 5. Var. Epiſt. 22.*

Igitùr, quià non ſempêr cum natura, filij intellectus & doctrinę paternæ ex aſſe inſtituuntur hæredes, ad quod non inlepidè illud Appiani in illiteratum Labeonem ſapientiſſimi Labeonis nomenclatura notus? *Labeo ſapientiæ nomine illuſtris, Labeonis eius parens, cuius ob legum experientiam celebre nomen fuit.* *Appianus lib. 4. de Bello Ciuili.* Hoc & ſi doleam ſortem, diſciplinam tamên extollam, domeſticamque Aulam ſinè fucco efferam, à qua (ſi mihi fato conceſſum fuiſſet genium illud, quod tuam eruditionem redoleret) proculdubiò nec Corinthum, nec Athenas deperirem, aùt expeterem.

Fœtus hic immortalis ingenij & ſtudiorũ tuorum meam diſsimilitudinem, nec ſinè rubore, arguet: O ſi me ità efformare potuiſſes! Sicuti illum ad vmbilicum vſquè perduxiſti: quantum tibi grata appareret genitura! Quantum (vt cum Gellio ad alium ſcopum loquendi finem faciam) *quantum aduleſcentes coætanei mei, amplexi Coronis ſuis in caput Patris poſitis, me diſſuaviarentur*: eo quôd talem Parentem retuliſſem. Enimverô impoſsibilia expeto, cùm ſat mihi fuerit tibi ſolatio, & iubamini adfuiſſe, quô Typographorum laborem vinceres, lentitudinẽ ſuperares, vt bono publico affulſiſſent, quibus omnes ad publicam vtilitatem fruerentur; Quę mea cura: *Quandò ità tibi iuvat; Vale, & ſalue, &c.* *Libr. 3.* *Plauto in Ciſtella ſcen. 1. act. 1. ſub finem.*

Filius tuus. O terque! quaterque beatus!

D. ANTONII BOLERO ET MVÑOZ

Authoris filij, in laudem Patris.

O D A.

ARdens efferor efferor
Alta mente procùl fert amor arduus,
Me Lymphatum amor euocat,
Debacchabor, io, iàm rape concitum
O mutis, & inertibus
Facundi eloquij lingua volubilem
Donatura perennius
Vim fandi; ſcatebras fontis, & ingeni
Patris pignus amabile,
Et Patris ſpecimen non imittabile,
Vinxit compedibus pedes,
Cùm me tantus amor, tanta licentia
Tentauit, cor amabile
Vſit me penitus; feruor, & impotens
Non natum patitur leue
Certamen capere: & delicias Patris
Noſco laude ſub abdita,
Miles ſigna ſequor, ſi vſquè ſequar, tuum eſt
Fecundi ſoboles Patris
Inſpirata modum pone laboribus,
Cûm me vis animi potens
Cunctantem placido traxerit impetu
Iuſsis officioſior
Non vlli violens, non adamantina
Nectat vincula peruicax
Conuiuam ſuperum non humilem beat,
Regnes arbiter omnium,
Te ſceptrum patrium, te calami decent.

DON FRANCISCI GASPARIS BOLERO ET MVñOZ, V.I. PROFESSORIS, AVTHORIS FILII, IN NOMEN SVI COLENDISSIMI PARENTIS.

ANAGRAMA.

Didacus Bolero et Caxal
Dic. Ero lex alta. Dabo Ius
dd.ii.c.ee.r.oo.ll.x.aaa. t.b.s.u.

D. LVDOVICI BOLERO ET MVñOZ, LEGALIS SCIENTIÆ STVDIOSI AVTHORIS FILII

EPIGRAMMA.

In meritam cedat, Genitor charissimê, laudem
Ingenij fœtus sedulus iste tui.
Ac totum volucris spargatur fama per Orbem
Diffundens sophiæ lumina clara tuæ.
Sicùt enîm Titan radijs illuminat illum,
Sîc Iuris Phœbum, dicere te esse queo.
Nàm legum, & Iuris nitido splendore coruscans,
Inscitiæ tenebras ipse fugare facis.
Vndè licèt properans miserè omnia concoquat ætas
Hoc opere in sæclum gloria, honosquè fluent.
Sume ergò obsequium paruum, Pater Inclyte, Nati,
Et voto currat par tua vita meo.

EXCEL-

EXCELSO PER QVAM COLENDO VIRO

D. D. DIDACO

BOLERO ET CAXAL.

IAM IN REGIIS TRIBVNALIBVS CAVSArum Patrono. Iàm in Supremo Sanctæ, & Generalis Inquisitionis Senatu, Pauperum, & carceratorum defensori. Iàm in Regijs Patronij Consilijs nùnc è merito prò Regio Fisco Advocato.

D. FRANCISCVS DE TORREjON VELASCO & Lasala, I.V. prima redimitus laureola, nupèr in Sertoriano Musœo Digesti Veteris Moderator, Divæ Eurosiæ Collegij Rector, Rectorisque Vniuersitatis Consiliarius.

HVMILI ANIMO, EX TOTOQVE CORDE IN GRATITVdinis obsequium D.O & C.

DISTHICON.

Par linguę, Calamoque lepos, par gratia certat,
Sivè loqui præstet, scribere siuê velit.
Hic renouatus ager grauidis se ostendit aristis,
Doctrinę fructum cernit habere sinu.
Fama, decusque tuum, secum pòst funera viuent.
Nâm memor, & puluis, saxque perenis erit.

SAPIEN-

SAPIENTISSIMO, ET ÆQVE NOBILI

D. D. DIDACO

BOLERO ET CAXAL.

REGII PATRIMONII IN AVLA MILLIONVM EXIMIO PATRONO, ET DIGNISSIMO FISCALI.

D. HIERONYMVS BENEDICTVS DE VERA ET VILLAVICENTIO.

Humili animo in obsequium gratitudinis

D. O. C.

EPIGRAMMA.

Quicquid in Orbe tenet summi fastigia plausus,
Non minus, ac Regis fausta corolla beat.
Qui sophus ad sacram sublimat Pallada Librum,
Regius ingenio, Regius ore nitet.
Quid quod de Regum texit sapientia rebus
Eloquium? Dium buccinat illa decus.
O tibi diuinum quàm splendet, DIDACE, numen!
Dùm tuus est Regi fulta columna Liber.
Iure tueris opes Regum, qui nostra tuentur:
Nescio quid superis par tua dextra sapit.

AVTHOR

AVTHOR LECTORI.

EN adſum (Beneuole, & Candide Lector) æquo, & cõſtanti animo Iudicium tuũ ſubiturus; non enim eſt mihi ignotum, illum, qui aliquod opus publicæ luci committere audet, ſcopum hoc euitare non poſſe, teſtante id Diuo Hieronymo, his verbis: *Qui ſcribit multos ſumit Iudices: quorũ aliqui detrahunt in publico, & poſteà libenter in angulis legunt*: Hi ſunt delicati quidam Zoili Nebulones, qui, priùs quàm ſapere, contemnere diſcunt, & cũ nulla meliora faciant, quæ non capiunt, carpunt, ea in partes ſecantes. * Et rabido morſu, caninoquê dente, omnia corrodere, & cõtaminare non reformidant, alienæ ſcientiæ obtrectatione famam ſibi aucupari præſumentes; cuius exicialis notæ te immunem aſſerere audeo. Quis enim ſtudiorũ, & Thęmidis amorem contemnet, & laboribus alienis, prò eius aſſequutione virilitèr perpeſsis, iuſtè inſidiabitur? Cùm ergò, prætèr ſpem, Iudicis Decoctionũ Regalium redituum munus mihi obveniſſet, & ideò à forenſibus controverſijs in huius Supremę Curię Subſellijs occurrẽtibus, in quibus diù ſtrenuè inſudaram, exceſſum feciſſem, materiæ excellentiam negotiorum frequentia expertus, & quantùm Regis, & Publicæ Salutis obſequio eius peritia proficere poſſet; animadvertens Reipublicę munia obeuntibus, non ſolum Cõmiſſæ eis Prouintiæ, verûm & otij à publicis actibus conceſsi, reddendã eſſe rationem, vt Marcus Cato aiebat, & otioſis Deum non adeſſe, vt Menander cecinit, in hunc aſſumptũ totis Viribus incubui, collectis his, quæ in materia mercatorum Iura ſtatuerunt, & ei appoſitè (vt potui) adaptatis: Res (quidẽ) non parũ ardua, & plus multũ audaciæ quàm laudis præſeferens; ea videlicèt, quæ tot Præclari Viri, & in legali ſcientia conſummatiſsimi tandiù prætermiſſerunt, tamquàm novus aliquis, & nupèr natus Hercules aggredi; & ſuſtinere: ſed audendum eſt, cùm ſtrenuis actibus, & glorioſis auſubus Fortuna ſæpiùs arrideat; maximè, cùm opere inſpecto, atquè evoluto per Grauiſsimos, ac ſimul Eruditiſsimos Magiſtratus, eorum Iuſſu, & hortatu devictus, quò ſcripta hæc typis publici Iuris, & vſus fierent, curaui, quæ annuentia non leuis diffidentię meæ erit exculpatio. Si grato ergò animo, & benigna itêm acceptatione lucubrationes has foves, & faves, & tibi non diſplicuiſſe cognovero, aculeum mihi ad ſecundam operis partem expoliendam, & edendam addes, quam, Diuino Numine annuente, alijs quinque Titulis diſpertitã, & proſequutam policeor in hunc modum: Titulus ſextus: de effectu ſententiæ, & venditione bonorum, vt ſatisfiant Creditores, & quibus ſolemnitatibus exequendum ſit? Titulus ſeptimus de reſciſsione Contractuum ſequuta pèr decoctionem. Titulus octauus de Nullitate Contractuum, ſeû obligationũ Decocti, & reuocatione alienationum ab eo ex quocumque titulo factarũ. Titulus nonus de reuocatoria, ſeù auocatione pecuniæ ſolutæ per ipſum decoctum, vèl pèr Iudicem, poſteriori Creditori in præjudicium anterioris. Titulus decimus de pœnis decoctorum, & quibus caſibus locum habeant? Fruere, & Vale.

ELEN-

Cap. cũ adeo, de Reſcriptis, ibi: Nec de facili arguant, niſi totum põderent materiã

ELENCHVS
TITVLORVM, ET QVÆSTIONVM, QVÆ IN HOC TRACTATV CONTINENTVR.

TITVLVS I.

Decoctio quid sit? Et quis propriè decoctus dicatur? Tàm in debito particulari, quàm in publico, vèl Fiscali, & quomòdo contra eum procedendum sit?

Quæst. I. Significatio huius nominis decoctio exponitur, & eius genera declarantur.

II. Quid omnia Iura statuerint contra debitorem circà exactionem debiti?

III. De beneficio cessionis bonorum in fauorem debitorum inducto.

IV. An decoctores, seù falliti hoc cessionis bonorum beneficio gaudeant?

V. Debitor Fisci quomôdo conueniendus sit prò exactione crediti? & àn ei competat beneficium cessionis bonorum?

VI. Eadem quæstio disceptatur in personis priuilegiatis, velutì in fœmina; prò his summis, quas debeat Fisco, & àn possit conducere Regia Vectigalia?

VII. Quid seruandum sit in minore?

VIII. Quomôdo procedendum sit contra Nobilem Fisci debitorem?

IX. Clericus, & quælibèt Persona Ecclesiastica quatenùs teneatur? & possit conueniri prò debitis Fiscalibus?

X. Hæreticis, & Iudæis àn interdicatur conductio Regiorum reddituum?

XI. Quomôdo constituatur debitor in esse, & statu decoctionis?

XII. An debitor decoctus, cõfugiens ad Ecclesiam, eius Immunitate gaudeat?

XIII. Vtrùm decoctis litteræ moratoriæ per Principem concedi possint?

XIV. Agitur specialitèr de debitoribus Fisci ex locatione, vèl administratione reddituum Regalium, vèl alia causa, decoctis: & declaratur Text. *in l. Si aliquid, C. de Suscept. Præpos. & Archar. lib.* 10. cuius materia singularitèr in pũcto obseruatur.

XV. Proponitur noua, & peculiaris limitatio regulę; quôd officiales non debent officio priuari òb delictum omissionis; in Officialibus, & Ministris Consilij Regij Patrimonij.

TITV-

TITVLVS II.

Quis ſit decocti Iudex competens? Et de Erectione, & Iuriſdictione Tribunalis decoctionum huius Curiæ.

Quæſt. I. Iudex loci delicti, & fraudis adhibitæ in decoctione per debitorem, eſt competens, & potior ad procedendum cõtra eum, & in cauſa decoctionis. Et quandò, & quomodô poſsit debitor fugiens à loco domicilij, vèl adminiſtrationis, pèr quemcumque Iudicem, & pèr ipſummet debitorem detineri? Et quid, ſi portet ſecùm bona, ſeù res alienas? Explicantur leges Regni, quę circà hoc ſtatuunt. Et àn idem procedat in ſuſpecto de fuga?

II. Debitor Fiſci ex conductione, vèl adminiſtratione redituum Regalium, ſeû ex alia cauſa, qui decoquit, priuatiuè ſubijcitur Iuriſdictioni Supremi Conſilij Regij Patrimonij; Cùm cauſę Fiſcales ſempèr habeant ſuos Iudices Regios. Et exponitur ab origine inſtitutio Conſilij, & eius diuiſio.

III. Proponitur cauſa erectionis Tribunalis decoctionum huius Curię, & delegationis ſpecialis in cauſis talium decoctorum, & refertur eius introductio, & ſeries Iudicum, & Miniſtrorum prô eius exercitio, & amplificatione deputatorum.

IV. Declaratur Iuriſdictio Iudicis decoctionum Redituum Regalium, tàm ad cognoſcendum, quàm ad ſubdelegandum cauſas in toto Regno, & auocandum ad ſuum Tribunal omnes pendentes coràm Iudicibus Ordinarijs, & praxis huius auocationis accuratè exponitur.

V. An hæc Iuriſdictio locum habeat etiàm contra Perſonas Eccleſiaſticas cuiuſcumque Dignitatis, quę ſe in conductione, adminiſtratione, aût alia qualibet re concernente Regios reditus, & eorum exactionem intromiſſerint? quod ſingulatitèr demoſtratur, & exornatur.

TITVLVS III.

De Sequeſtratione, & Tuitione bonorum decocti.

Quæſt. I. Decoctione ſequuta, perſona debitoris quærenda, & capienda eſt, & eius bona ſequeſtranda, & manifeſtanda, librique, & ſcripturę diſquirendæ ſunt, & omnia in tuto pèr Iudicem collocanda, & quomodô hoc exequendum ſit?

II. Curator bonorum creandus eſt, qui ea defendat, & ſequeſter, ſeû adminiſtrator, qui ea inquirat, conſeruet, & fidelitèr curet, de cuius officio agitur, & in quo differant ſequeſter voluntarius, & neceſſarius. Et quôd hoc in cauſis, in quibus Fiſcus interuenit, non procedit. Nâm habet ſuos Theſaurarios, & Adminiſtratores.

III. An debitor decoctus, pendente Iudicio concurſus, & antêquàm bona ſint diſtracta, vel creditoribus addicta, retineat eorum dominium? & qui effectus ex hoc reſultent?

IV. An in debitoribus Fiſci eius priuilegium aliquid operetur circà hanc bonorum ſequeſtrationem? & ſpecialitèr diſcutitur in ſequeſtro corporis debitoris Fiſcalis defuncti.

V. Adminiſtrator iſte, ſeù ſequeſter quomodò debeat eſſe indemnis, & nihil de ſuo impêndere? & àn ex bonis ſequeſtratis debeant alimenta decocto miniſtrari?

TITVLVS IV.

De forma procedendi ad Graduationem creditorum, quoàd ordinem Iudicialem.

Quæſt. I. Bonis debitoris decocti ſequeſtratis, & in tuto collocatis, quomodò creditorum conuocatio facienda ſit, vt Iura ſua deducant, & Iudex poſsit eis gradum, & locum ſuum in ſententia aſsignare?

II. Graduatione facta pèr Iudicem, omnes creditores habent ęquale Ius executiuum, & an illi, qui ſententiam aſsiſtentię ſupèr aliqua re debitoris obtinuerant, debeant etiâm concurrere? & explicantur *leges* 11. *titul.* 14. *&* 9. *titul.* 15. *partit.* 5.

TITVLVS V.

De Gradu, & Prælatione, tàm Fiſco, quàm reliquis creditoribus aſsignandis.

Quæſt. I. Materię principia, & elementa iaciuntur, & traditur diſtinctio creditorum habentiũ hypothecam, vel expreſſam, vel tacitam, & priuilegiatam â Iure; vel perſonalium, quibus priuilegia Ius indulſit. In quo, cũ cauſa publica multũ prævaleat, diuiditur hæc. in quatuor ſpecies cum Bart. *in l.* 1. *n.* 25. *ff. Solu. Matr.* quę proponũtur.

II. Agitur de prima ſpecie vtilitatis publicæ, quæ conſiſtit in Sacris, Sacerdotibus, & Magiſtratibus, & præferentiam prò eorum creditis inducit.

III. Agitur de Tertia ſpecie vtilitatis publicæ, quæ conſiſtit in dotatione fœminarum, & de priuilegijs, eis prò dotibus in concurſu creditorum competentibus.

IV. An eadem hypotheca priuilegiata indulta vxori prò dote, competat etiã prò eius augmento, arrhis, antephato, alimentis vxori debitis, & intereſſe dotis non ſolutæ.

V. An eadem hypotheca detur vxori in bonis mariti prô ſatisfactione medietatis bonorum ſuperlucratorum, conſtante matrimonio ab eo alienatorum?

VI. An prædicta Priuilegia conceſſa veræ doti, procedant etiàm in dote confeſſata?

VII. An dotalis hypotheca compe-

tat vxori à tempore promiſsionis dotis, & contracti matrimonij, vèl à tempore traditionis ipſius?

VIII. An Priuilegium hoc dotale cõceſſum vxori, tranſeat ad hæredes, ſiuè ſuos, ſiuè extraneos? Et ân etiâm in eius Ceſsionarios, & particulares ſucceſſores?

IX. An vxor decocti, quę aliqua bona ſuæ dotis, vel mariti occultauit, & intercepit, amitat prælationis priuilegium?

X. Vtrùm Vxor, quæ ex eo; quôd pomposè, & laſciuè vixerit, vtendo nimis pretioſis, & pompoſis veſtibus, & alijs rebus luxui, & extraordinario cultui deſeruientibus, dedit cauſam decoctioni mariti, poſsit vti priuilegio Prælationis aduersùs eius creditores?

XI. Agitur de quarta ſpecie vtilitatis publicę, conſiſtentis in eo quòd ciues & ſubditi ſint locupletes, & diuitijs abundent, vt communibus neceſsitatibus poſsint ſubvenire, & tributa Principi debita præſtare.

XII. Eadem ratio expenditur præcipuè in Magnatibus, & Nobilibus Regni, qui ſunt velùti nerui, & oſſa corporis politici, & tenentur ad protectionem illius. Et ideò ergà eos beneficentia, & liberalitas Principis in conceſsione feudorum, dignitarum, & terrarum exerceri oportet.

XIII. Initium ſumit ſecunda ſpecies vtilitatis publicę conſideratę in beneficio, & augmento Cameræ Fiſcalis, quæ in tres partes diuiditur. Et in hac quæſtione agitur de hypotheca, & priuilegio Fiſci, ratione Iurium, & tributorum ſibi à priuatis debitorum.

XIV. De hypotheca, & priuilegio Prælationis cõperente Fiſco contrà bona eius, qui exigit, vèl adminiſtrat Vectigalia, vêl quoſcumque Reditus Regios, ex nominatione, vèl deputatione publica, vêl contractu, ſupèr tali adminiſtratione celebrato. Et agitur de cauſa Primipilari.

XV. Agitur de hypotheca inducta in fauorem fiſci ex ſuis contractibus, & latê expenditur, & exornatur Regula *leg. 2. C. de Priuilegio Fiſci*, quòd Fiſcus & dos pari paſſu ambulant.

XVI. Vtrûm, quandô adeſt dubium circà anterioritatem contractus, vèl facti, ex quo reſultat Ius, & Prælatio, velùti in duobus inſtrumentis eodem die confectis; Si alterum contineat horam, ſit prę-ferendum, tàm in concurſu cum dote & fiſco, quàm cum reliquis creditoribus?

XVII. An in dubijs cauſis, prò Fiſco, vèl potiùs contrà eum, ſit decidendum, ad declarationem Text. *in l. Non puto, ff. de Iure Fiſci*, & ſimùl enodatur *l. 1. C. de Iure Fiſci, lib. 10.* & ceſſante dubio, quod Ius habeat ex hypotheca anteriori? & agitur de materia *l. Si is, qui 28. ff. Eodem.*

XVIII. In lucem deducuntur aliqua ſpecialia priuilegia competentia Fiſco exequenti, & ſubhaſtanti bona conductorum Vectigalium, Gabellarum, vèl aliorum redituũ

Rega-

Regalium, deprompta ex legi-- bus Regni, proptèr fauorem publicum exigendi debita fiſcalia, ex quibus, neceſsitatibus ingruẽtibus ſub veniri queat

XIX. Diſpoſitio *l. Quotiès, C. de Rei vindicat.* limitatur in venditione, ſeu donatione rei facta à Principe duobus; Nàm primus prefertur poſteriori, etiàm exiſtenti in poſſeſsione. Et quid in priuato contrahente ſinè hypotheca expreſſa ſupèr eadem re cum priuato, & cumfiſco?

XX. An Fiſcus poſterior creditor rem obligatam poſsit capere, & vendere, & ſatisfactis ex pretio prioribus creditoribus, reſiduum prò ſuo credito retinere?

XXI. Creditores ex cauſa depoſiti quandò, & quomodô præferantur in concurſu cum cæteris, & cum fiſco?

XXII. An hypotheca conſiſtat in mercibus tabernę, ſeû apothecæ, obligatis generalitèr à mercatore cum omnibus bonis, fauore creditorum, vèl diſtractis mercibus reſoluatur, ad explicationẽ Text. *in l. Cùm tabernam 34. ff. de Pignor.* & àn Fiſcus in hoc aliquo ſpeciali Iure vtatur?

XXIII. Fiſcus in bonis delinquentis prò pœnis, ſiuè legalibus, ſiuè arbitrarijs, habet tacitam hypothecam à die ſententiæ. Et latè agitur de eius virtute, & efficatia, & quandò locum habeat contra cęteros creditores, vèl non?

XXIV. Agitur de Iure competente Fiſco in bonis rei criminoſi, in caſu confiſcationis bonorum ipſius, quæ diuiditur in ordinariam, & extraordinariam.

XXV. De effectu confiſcationis ordinariæ, in qua ſtatîm, commiſſo crimine, incurritur amiſsio bonorum, quorum dominium in fiſcum tranſit, quod declaratur.

XXVI. Quod Ius Fiſco detur in bonis delinquentis, in caſu confiſcationis extraordinariæ, & quos effectus producat, maximê quôad alienationem bonorum factam â delinquente.

XXVII. Agitur de confiſcatione rerum ſingularium, & non ſegnitèr diſcutitur, àn in rebus, quæ ceciderunt in commiſſum, velùti in mercibus, quarum fabrica, & introductio in Regnum prohibita eſt, & dicuntur contrabani, ſeù in bonis, auro, argento, & alijs rebus extra regeſtum ab Indiarum dictionibus, vêl alibi tranſvectis, detur concurſus, & oppoſitio creditorum?

XXVIII. Quid obſervandum ſit? quandò tàm Fiſcus, quàm creditores concurrentes prô pœnis, & condemnationibus, ſunt eiuſdem Tituli.

XXIX. An Fiſcus parti & cæteris creditoribus præferatur prò expenſis factis in perquirendo, vel capiendo reo criminoſo? Vbi agitur etiàm de illis quantitatibus, quibus mulctatur contumacia delinquentium nô comparentium, vulgò, *Deſprez, & homecillo.*

XXX. Vtrùm executio condemnationis corporalis rei debeat fieri

ad

ad inſtantiam Fiſci, contradicentibus creditoribus, & petentibus in carceribus detineri, donèc eis ſoluatur?

XXXI. An Fiſcus, occupans bona delinquentis, debeat ſatisfacere illius creditoribus potiora Iura habentibus, ſummariè, non expectata ſententia? Ad declarationem *l. Si quis poſthàc, C. de Bonis proſcriptorum.*

XXXII. Sermo eſt de vſuris Fiſcalibus, tàm debitis ratione pœnæ & condemnationis rei, quàm ratione contractus, & accuratè diſpũgitur Scebola *in l. Cùm quidam* 17. *§. Ex locato, verſ. Fiſcus, ff. de Vſuris*, & comprobatur conductores Regalium Iurium, ſpeciali priuilegio, ſi tardiùs pecuniam inferunt, vſuras præſtare debere.

XXXIII. An attento Iure Canonum, licêt non debeantur vſurę, debeatur tamèn Fiſco intereſſe ratione moræ? Quod enucleatur.

XXXIV. An & in quibus caſibus, debeat etiàm pręſtari intereſſe Fiſco ab eius officialibus, qui ratione officij, tenentur ad adminiſtrationem, exactionem, & cuſtodiá Ærarij, ſeù Regij Patrimonij? & de fide circà hoc ab eis ſeruanda. Et itèm, ſi in rationibus cum eis expenſis reliquati ſint, debeant reliqua ſoluere cũ legitimo intereſſe pòſt moram?

XXXV. An ſi tales Officiales Regij foro cedant, & creditores ad eorum bona concurrant, Fiſcus ſit eis præferendus prò his creditis reliquationis & intereſſe, ratione ſui Iuris & hypothecę? & àn hæc retrotrahatur ad principium, in quo incepit officium exercere, vêl ſolùm ſumat initium à tempore rationum, ſeù in quo malè in eo verſatus eſt?

XXXVI. Vtrûm Fiſcus ex ſuis contractibus vſuras, ſeû intereſſe prętet. Et quomodô, & in quibus caſibus hoc procedat?

XXXVII. Vtrûm regula *l. Qui autèm in principio, ff. Quæ in fraud. creditor.* quòd debitor poteſt non adquirere in præjudicium creditorum, limitationem patiatur in debitore Fiſci, ſpeciali eius priuilegio?

XXXVIII. Gradus, & ſatisfactio Fiſci, & eius Ius habentium, qua forma, & modo aſsignari, & fieri debeat?



D. DIDACI BOLERO ET CAXAL.

TRACTATVS DE DECOCTIONE DEBITORVM FISCALIVM.

TITVLVS PRIMVS,

IN QVINDECIM QVÆSTIONES DIVISVS.

Decoctio quid sit? Et quis propriè decoctus dicatur? Tàm in debito particulari, quàm publico, vel Fiscali, & quomodo contra eum procedendum sit?

EPITOME QVÆSTIONVM.

TITVLI PRIMI.

Quæst. I. Significatio huius nominis decoctio exponitur, & eius genera declarantur.

II. Quid omnia Iura statuerint cótra debitorẽ circa exactionẽ debiti?

III. De beneficio cessionis bonorũ in fauorem debitorum inducto.

IV. An decoctores, seu falliti hoc cessionis bonorum beneficio gaudeant?

V. Debitor Fiſci quomodo conueniendus ſit pro exactione crediti? & an ei competat beneficium ceſsionis bonorum?

VI. Eadem quæſtio diſceptatur in Perſonis priuilegiatis, veluti in fœmina; pro his ſummis, quas debeat Fiſco, & an poſsit conducere Regia vectigalia?

VII. Quid ſeruandum ſit in minore?

VIII. Quomodo procedendum ſit contra Nobilem Fiſci debitorem?

IX. Clericus, & quælibet Perſona Eccleſiaſtica quatenus teneatur? & poſsit conueniri pro debitis Fiſcalibus?

X. Hæreticis, & Iudæis an interdicatur conductio Regiorum reddituum?

XI. Quomodo conſtituatur debitor in eſſe, & ſtatu decoctionis?

XII. An debitor decoctus, confugiens ad Eccleſiam eius Immunitate gaudeat?

XIII. Vtrùm decoctis, litterę moratorię per Principem concedi poſsint?

XIV. Agitur ſpecialiter de debitoribus Fiſci ex locatione, vel adminiſtratione reddituum Regalium, vel alia cauſa decoctis: & declaratur Text. *in l. Si aliquid, C. de Suſcept. Præpoſ. & Archar. lib.* 10. cuius materia ſingulariter in puncto obſeruatur.

XV. Proponitur noua, & peculiaris limitatio regulę; quod officiales non debent officio priuari ob delictum omiſsionis, in Officialibus, & Miniſtris Conſilij Regij Patrimonij.

QVÆSTIO I.

Significatio huius nominis Decoctio exponitur, & eius genera declarantur.

Summarium Quæſtionis Primæ.

Num. 1. *Significatio terminorum materiæ de qua agendum eſt debet præcedere.*

2 *Decoquere eſt paulatim diminuere, & coquendo abſumere, & exornatur num.* 3. & 4.

5 *Decoctus eſt, qui ſubſtantiam ſuam conſumit.*

6 *Decoctio eſt fuga, vel latitatio debitoris, ſue ceſsatio à ſolutione creditorum, ob eorum mollem, & eius inſoluentiam, & bonorum iactu-ram.*

7 *Decoctores ſunt in noſtra materia, qui creditum non reddunt, & ære credito fraudant creditores.*

8 *Et dicuntur etiam falliti, ex eo, quòd rumpant, & creditoribus fidem fallant.*

9 *Triplex genus eſt decoctorum primum*

mum eorum, qui fortunæ, ſecundum illorum, qui ſuo proprio, tertium eorum, qui partim ſuo, partim fortunæ vitio decocti ſunt.

10 *Quæ differentia inter eos detur?*

11 *Primi, qui culpa, & vitio carent miſeratione digni ſunt, & ideò contra eos, criminaliter procedi non poteſt.*

12 *In præſenti ſolum agitur de eo, qui caſu in paupertatem incidit.*

1 IVLPIANVS, *in l. 1. ff. de Iuſtit. & Iure*, ita principiũ Iuris agreditur: *Iuri operã daturũ, prius noſſe oportet, vnde nomen Iuris deſcendat; & in l. 1. ff. Si certum petatur*, ſic rubricam, & titulum exorditur: *E re eſt priuſquam ad verborum interpretationem perueniamus, pauca de ſignificatione ipſius tituli referre*, vbi Gloſſa marginalis notat, quod iſta l. allegatur ad hoc, vt ad cognitionem ſpecierum, debeat præcedere cognitio generis, & item *ex l. 1. ff. de Origin. Iur.* addit, nefas eſſe materiam agredi origine non repetita. Immò, & turpe eſt prius determinare velle, quã terminos intelligere, vt teſtantur Angelus *conſ.* 110. & Mantica *de coniectur. vltimar. volunt. lib. 1. tit. 1. num. 1.* Quorũ præceptis (& quidem iuſtè) annuens.

2 Præmitto quod verbum, *Decoquere*, propriè ſignificat *paulatim diminuere, & coquendo abſumere.* Vndè Quintilianus *in* 2. ait, materiam eſſe primum volo, vt abundantiorem, atque vltra quam opporteat fuſſam multum. Deinde Decoquent anni; id eſt, diminuent, limabunt, atterent, & quaſi exugent, & Liuius refert tempore Neronis Cartaginenſis in ſtipendium argentum aduexiſſe, & cum probum non eſſe, quæſtores nunciarent, experientibuſq; pars quarta decocta eſſet, mutua pecunia ſumpta in detrimentum argenti ſupleuerunt. Et Columela *lib.* 13. & Plinius ſæpè ait, Decoquere muſtum, vt aliud ad tertias, vel ad quartas, & idem Columela *in princip. lib.* 12. Decoxit Domino ſuo fœtura. Nã quamuis interdum emendatum ſit perperam factum, vel imprudentia, vel negligentia, res tamen ipſa iam Domino decoxit, nec mox in tantum exuberat, vt iacturam capitis amiſsi reſtituat, & quæſtum reſartiat decoxit; id eſt, frugum fœturam quaſi fœnus debitum non reddidit,

didit, & meminit huius vocis Catulus: *Decoctoris amica Formiani.*

3 Et Cicero *in Lucium Catilinam*, ſic ait: *Ex his copijs, quæ à nobis quotidie comparantur magnopere contemno collectum ex fenibus deſperatis agreſti luxuria, & ruſticis mondiculis ex decoctoribus, ex his qui Vadimonia deſerere, quam illum exercitum maluerint*, & idem *in Piſonem*, Decoctum argentum, pro pecunia in luxum, & ganeam ab ſumpta, poſuit his verbis ſcomaticè, & mordaciter in Piſonem dictis: *Ita enim ſunt rationes præſcriptæ ſcitè, & litteratè, vt ſcriba ad ærarium, qui eas retulit præſcriptis rationibus, ſecum ipſe caput ſiniſtra manu perfricatus commurmuratus ſit, ratio quidem hercle apparet argentum decoctum æchetæ; id eſt*, reliqua non comparent, non extant, verba autem ſunt Plauti, ex Trinummo à Cicerone, per parodiam (id eſt, vt Fabius inquit) per cantici, ac ſermonis ſimilitudinem in orationem ſuam translata, quę tamen in omnibus Ciceronis, exẽplaribus deprauatiſsimè leguntur, his enim verbis deſcribitur: *Habitus hominis profuſsi de reliquis rationum ſuarum anxij.*

4 Et Seneca *lib. 5. de Beneficijs*, ait: *Quomodo fœnerator quoſdam debitores non appellat, quos ſcit decoxiſſe*, & Plinius *lib. 33.* in idem: *Non erat apud antiquos numerus vltra centum millia, itaque hìc, & hodie multiplicatur, vt decies centena millia, aut ſæpius dicantur, fœnus hoc fecit, nummuſque percuſsus, & ſic quoque æs alienũ etiam nũc appellatur poſteà diuites cognominati dummodo notum ſit, eum qui primus accepit hoc nomen, decoxiſſe creditoribus ſuis*, de craſſo loquens, quod diues cognomento dictus eſt, de quo etiam Valerius Maximus *lib. 6. cap. 11. in tit. de Varietate cauſarum*, eleganter dixit: *Quid Craſſo pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit? Sed eidem poſtea inopia turpem decoctoris ſuperluſionem immiſsit, ſiquidem bona eius creditores, quia ſolidum præſtare non poterat, venerunt. Itaque amara ſugillatione non caruit, cum egens ambularet, qui diues ab occurrentibus ſalutabatur digito demonſtrabatur, &c.*

5 Ex his facilè erit colligere proprietatem, & naturam verbi Dequoquo, ex eo prouenire. Nam ſicut ignis paulatim coquendo diminuit quamlibet rem, ſic Decoctus ſubſtantiam ſuam conſumit, vt benè exponunt DD. infra referendi, & præcipuè, Marcheſanus *de Commiſs. part. 3. de Commiſs. ſup. dilation. moratoria, cap. 1. §. 1. num. 57.* his verbis: *Vocantur iſti Decocti à Decoquo, quaſi ſubſtantias ſuas conſumentes ad inſtar rerum, quæ igne paulatim decoquuntur. Quare ſicut tales cibi non proſunt, valde cocti, ita etiam iſti Decoctiſſimi,*

ſimi, creditoribus quorum eſt natura debitum debentibus non reddere imò eos fraudare, Benuenutus Straca *de Decoctoribus, part. 1. num. 1.* ſic in puncto: *Decoctor à verbo Decoquo deſcendit, quod paulatim diminuere ſignificat, & coquendo abſumere. Item ſubſtantiam conſumere, trãslatione ſumpta ab his rebus, quæ ad ignem diutius commoratæ ad nihilum redigi ſolent. Vndè decoctores conturbatores, & bonorum conſumptores dicuntur*, refert, & ſequitur Daniël Sauterius, *in eleganti, & omni eruditionis ornatu perpolita praxi Banchæruptorum, part. 1. cap. 6. num. 4.*

6 Vndè licèt diuerſimodè à DD. definiatur ex mente eorum, qui materiam rectius comprehenderunt: *Decoctio eſt, fuga, vel latitatio debitoris, ſeu ceſſatio à ſolutione creditorum, ob eorum mollem, & eius inſoluentiam, & bonorum iacturam*, & ideò ille cui hæc accidunt, ſcilicèt, qui ob inopiam non ſoluit, & molle creditorum grauatus à ſolutione ceſſat, fugit, vel latitat decoctus dicitur, vt ſentiunt Angelus Aretinus *in §. Soluitur Inſtit. Pro ſocio*, ex verbis Imperatoris ibidem Abbas *in cap. Ex parte, de conſtitut.* Straca *de Conturbatoribus, ſeu Decoctoribus, 2. part. num. 10.* Scaccia *de Commertijs, §. 2. gloſſ. 5. num. 173. verſ. Sed in hac facti ſpecie.* Franciſcus Roccus *in Tract. de Decoctione Mercatorum, nota 1. num. 1. & 2.* Marcheſanus *vbi proximè*, vbi cum Straca *dict. num. 1.* Decoctorem appellat qui fortunę vitio, vel ſuo, vel partim fortunę, partim ſuo, non ſoluendo factus foro ceſsit.

7 Et ideò, *Decoquere*, in noſtra materia eſt, *creditum non reddere, & ære credito fraudare*, Budæus *in Prioribus Annotat. ad Pandectas in l. Qui hominem, §. Quoties, verſ. Decoquere igitur, ff. Depoſiti*, vbi ait quod Decoquere eſt, Vorato Patrimonio creditoribus fidem fallere, aut certè fidem ſuam per inopiam non liberare, & paulo inferius, *fol. 585. in finè, verſ. Hæc autem*, quod hæc ſignificatio, ex eo prouenit quod Decoquere paulatim diminuere ſignificat, & coquendo abſumere, quod etiam tradidit idem Budæus *in Poſterioribus Annotat. ad Pandectas, in l. Moris, in verſic. Obiter, ff. de Pœnis, fol. 152.* Vbi interprætans nomen Decoctionis de quo loquitur, *l. Iure Prouiſum, C. de Fabricenſibus, lib. 11.* Dicit decoquere eſſe creditum non reddere, ære credito fraudare, depoſita non reſtituere, diminuere fallere, deſtituere, non reſpondere, & inde Decoctores eos dici? Qui non ſolum patrimonio, ſed etiam publicis, & priuatorum pecunijs abſumptis in inopiã ceciderunt quacumque de cauſa, & ſimiliter Alciatus *in l. Si aliquid, C. de Suſceptor. Præpoſit. Archar. lib. 10. fol. mihi 578.* ait: *Decoquere apud antiquos idem*

eſſe, quod bonis decedere, & delinquendo creditoribus imponere, & inde decoctores dici Helluones, & bonorum Conſumptores, Laurentius Beierlinck *in Theatro Vitæ Humanæ, tom.* 1. *verb. Abligurito-res*, his verbis: *Dicuntur abligurito-res, qui paternas, maternaſque res ſine diſcrimine abſumunt, & ad aliena quoque abſumenda toto conatu feruntur, ſumpta tranſlatione ab auiditate ciborum, quam liguritionem vocant, dicitur autem abliguritio, quaſi liguriendo abſumo.* Et ex Ioanne Loſichi *in ſuis Poëmatibus*, ad id refert hoc carmen:

Cum ſua decoctor ſubeuntem limina furem
Quærere ſperatas nocte videret opes
Nocte quid in noſtris circũſpicis ædibus inquit
Hìc ego nil media cernere luce quèo.

Riccius *collectanea 2245. circa fin.* ibi: *Denique ſcias, quod debitor fallitus ille propriè dicitur, qui non ſoluendo effectus eſt, atque creditoribus ſuis petentibus non ſoluit, neque ſoluere poteſt.*

8 Vndè dicuntut etiam falliti, ex eo quod rumpant, & creditoribus fidem fallant, vt in ſpecie declarat Couarrub. *in Theſauro Linguæ Caſtellan.* que dize: *Quebrar entre Mercaderes, es alçarſe. Et tit.* 19. *lib.* 5. *Recopilat.* qui ſic inſcribitur: *De los Cambios, y Mercaderes que ſe alçan*, quod magnũ admiſſum eſt, cũ graue ſit, fidem fallere, *l.* 1. *ff. de Conſtitut. pecun.* & interſt noſtra, Ne fallamur, *l.* 1. *ff. Si menſor. falſ. mod. dixerit*, & dicuntur Conturbatores. Vndè Stracca, qui ſolemnem Tractatum in hac materia edidit, titulum de Conturbatoribus, ſiue Decoctoribus inſcripſit, eſt enim Conturbare ſimpliciter, vel plena loquutione Conturbare rationes, aut fortunas, idem quod decoquere, *l. Qui dum fundum, ff. de in rem verſo, l. Qui cumque, §. Idem labeo ait, ff. de Inſtit. act.* Lucas de Pœna *in dict. l. Si aliquid, ad fin. in verbo, Decoxit, C. de Suſceptor. Præpoſit. & Arcar. l. b.* 10. Stracca *in dict. Tract.* 1. *part. num.* 3. *verſic. Conturbare*, quem ſequuti ſunt Alexand. Scot. Prateius, & Anton. Nebriſſenſis *in eorum Vocabularijs vtriuſque Iuris, in verbo, Conturbare*, & cum eis benè expendit Petrus Caualus *Centuria 2. Reſolut. Criminal, caſu* 105. *num.* 5. his verbis: *Decoquere verò eſt Conſumpto Patrimonio, creditores ære credito fraudare, & indè dicuntur Decoctores quos Vulgo vocamus fallitos, quod creditoribus fidem feſelerint Scot. Prat. Nebriſſ. in dict. Vocabulario, in verbo, Decoquere, Stracca in dict.* 1. *part. nu.* 2. *in princip. & ad fin. Eſt enim Decoquere ſubſtantiam conſumere, & creditores ſolutione defraudare, quod ſæpè euenit his, qui gulæ omnia dedunt, aut qui ſcorta ſectantur, tranſlatione ſumpta ab his rebus, quæ ad ignem diutius commora-*

moratæ, ad nihilum redigi ſolent, ideòque Lucas de Pena ſupra citatus, exponit verbum Decoquere; id eſt, valde coquere, & conturbare, & ſubdit quod indè dicitur Decoctor; id eſt, Deuorator, & Prodigus, quibus elegantibus clauſulis omnia ſupradicta comprehendit, & Paulus Pariſius *conſ. 82. num. 42. lib. 1.* ait, quod contra fallitos, & fugitiuos debitores Iura exclamant.

9 Et quia tripliciter hæc calamitas debitoribus accidere poteſt, tria eorum genera veniunt cõſideranda cum Stracca *dict. tit. de Decoctoribus, part. 7. in princip.* Primum eorum qui fortunę, ſecundum illorum qui ſuo proprio, tertium eorum, qui partim ſuo, partim fortunę vitio Decocti ſunt, quem in hoc ſequuntur Marcheſanus *de Commiſſ. part. 3. de commiſſ. admiſſ. ad bonor. ceſſion. cap. 1. §. 1. num. 101.* Franciſcus Roccus *in Tract. de Decoctione Mercatorum, nota 2. à num. 4.* & cum alijs nouiſsimè D. Michaël de Cortiada *in Praxi Contentionum Regni Aragonum, part. 2. deciſ. 70. num. 1. bonus text. in cap. Ex parte, de conſuetudine*, ibi: *Quod ſi indigena, vel extraneus prodigalitatis vitio, vel incuria, ſeu quocumque caſu alio diſſipauerit, vel amiſerit bona ſua*, vbi Gloſſ. verb. *Prodigalitatis vitio*, ait, quod nõ eſt ſubueniundum ei, qui culpa ſua, & vitio incidit in egeſtatem, & citat. *l. Si Mulier, ff. Quod metus cauſ. & cap. Non ſatis, 68. diſt.* & alios adducit Auguſt. Barboſa *in Collect. ad dict. cap. num. 6.*

10 Sed quia in illis qui culpa, & vitio proprio Patrimonium ſuum, & bona dilapidauerunt, & etiam in his, qui partim culpa propria, & partim fortunę iniuria bonis exuti ſunt, diuerſa ratio militat. Quia licèt ſub nomine, & propria debitoris ſignificatione contineantur omnes, ad hoc vt cõtra eos procedatur ad exactionem debitorum, tamen in compluribus differunt, & diuerſis Iuris effectibus Iudicantur, & præcipuè in hoc, quod ob delictum criminaliter tenentur, & ſeuerę Legum animaduerſioni ſubiacent, de quo quia in titulo finali, ſecundę partis, ex profeſſo (Deo dante) agendum eſt, hìc prætermittimus, contenti enodatione ſignificationis, & proprię naturę horum debitorum, qui decocti dici poſſunt, quia facultatibus lapſi, effecti ſunt non ſoluendo, & aſsignatione formę, qua creditores debita ab eis exigere valeant, quæ eſt huius operis materia. In quo præciſsè, cum ex prædicta diſtinctione reſultent complures effectus, de eis, ſuis locis, & Quæſtionibus ſpecialiter agemus.

11 Primo ergò debitores, qui culpa, & vitio carent, & infortunij calamitate ad eum ſtatum deuenerunt, miſeratione, & gratia digni ſunt, & ideò con-

contra eos criminaliter procedi non poteſt: vt argument. *l. Diuus, ff. de Offic. Præſidis*, in illis verbis: *Cum ſatis furore ipſo puniatur*, tenet Stracca *in dict. Tractat. 3. part. num. 3.* ibi: *Dic igitur diſtinguendo, aut quis decoxit fortunæ vitio, & tunc fortunæ telis vexatum puniri, & iniquum, & iniuſtum eſt*, quem ſequitur Marcheſanus *de Commiſſ. part. 3. tit. de Commiſsione admiſſionis ad bonorum ceſsionem, & alternatiuus, cap. 1. §. 1. num. 101. fol. mihi 303.* Pro quo expendi poſſunt Text. *in l. Inter ſtipulantem 83. §. Sacram*, verſ. *Homo liber, ff. de Verbor obligat.* ibi: *Et caſum, aduerſamque fortunam ſpectari hominis liberi, neque Ciuile, neque Naturale eſt. L. Vnica, C. Quando Imper. inter Pupill. vel Viduam, &c.* ibi: *Quod ſi Pupilli, vel Viduæ, alijque fortunæ iniuria miſerabiles.* In quo ſenſu accipienda eſt *bona l. 20. tit. 23. part. 3.* Vbi inter miſerabiles Perſonas quas Rex ſpeciali protectione, quo ad appellationes fouere debet, ita ponit: *E de los que fueron ricos, è honrados, è deſpues vienen à pobreza, en manera que el Rey entienda que ſon muy deſcaìdos del eſtado en que ſolian ſer, ò de aquellos que ſon muy viejos, è vienen por ſi à librar los pleytos. Ca por tales como eſtos, quando ſe alçaren à èl, piedad le debe mover, para librarlos el miſmo, ò les dar quien les libre luego. L. Planè 4. ff. Vt legator, ſeu fideicommiſſ. non caueatur*, ibi: *Aut etiam rem familiarem inopinato fortunæ impetu amiſſerit, &c.* Singularis Text. *in cap. Frater 47. 50. diſtinct.* ibi: *Cæterùm ea, quæ ex improuiſo caſu potius quam fraude accidunt, fato plerumque non noxæ imputantur.* Optimus Text. *in l. 29. tit. 11. part. 4.* ibi: *Baratador, è deſtruidor, ſeyendo el Marido de lo que ouiere, de manera que entendieſſe la Muger, que venia el Marido à pobreza por ſu culpa, aſsi como ſi fueſse jugador, ò ouieſse en ſi otras malas coſtumbres, porque deſtruyeſse lo ſuyo locamente.* Et per totam confirmat prædictã diſtinctionem ad effectum auferendi, vel non dotem ab eo cõſtante Matrimonio. Et Text. *in §. Sed nos, Inſtitut. de Senatus Conſult. Tertylliano*, ibi: *Ideòque impium eſſe credidimus caſum fortuitum in eius admitti detrimentum*: nam vt probat Conſultus *in l. Cæſar de Publican.* Ea, quę caſu fortuîto eueniunt, non dicuntur eueniſſe, nec debitoris culpę attribui, cum caſus fortuîtos nullum conſilium humanum poſsit præuidere, *l. 2. §. Si eo tempore, ff. de Adminiſtrat. rerum ad Ciuit. pertinentium, l. Contractus 23. ff. de Regulis Iuris.* Vbi caſus fortuîti à nemine præſtantur, nec ſimiles caſus, qui non poſſunt præuideri in bonę fidei, vel ſtricti Iuris contractibus veniunt, *l. Quæ fortuìtis 5. C. de Pignorat. action.* ſingularis Text. *in l. Si ſeruus 21.* ibi:

Quia

Quia nemo eum euincit, ſed fatum humanæ ſortis, ff. de Euict. Caſus enim eſt inopinatę rei euentus ex diuerſis cauſis proueniens ob aliud, & aliud inceptis, vt definit Gloſſ. *in §. Theſauri*, verbo, *Fortuito*, *Inſtitut. de Rerum diuiſione*, & benè explicat Benedictus Capra *concluſ. & regul.* 78. *num.* 53. *& ſeqq.*

12 Et cum duobus modis poſsit accidere. Vno quando habet culpam antecedentem, vel concomitantem, & alio quãdo contingit ſine culpa ipſius de cuius facto, vel obligatione quæritur, non de primo, ſed de hoc ſecundo ſolùm nûnc agimus, qui propriê dicitur caſus, vt notat Gloſſ. verbo, *Debet*, *in §. Præterea penultim. Inſtitut. Quibus modis re contrahitur obligatio.* pro quo benè facit Baldus *conſ.* 382. *in Quæſtione Milani*, *num.* 18. *volum.* 5. Vbi, quôd rigor ſtatutorum debet mitigari cum Mercatore caſu fortuîto fallito. Facit Ioannes Faber *in §. fin. num.* 10. *Inſtitut. de Actionibus.* Vbi, quôd non ſunt detrudendi in carcerem, nec conueniendi, niſi in quantum facere poſſunt illi, qui non ſua culpa, ſeu vitio, ſed per infortunium aliquod (putà bellum, naufragium, incendium, & ſimiles caſus, qui in vita, ſeu rebus humanis quandoque accidere ſolent) omnium fortunarum ſuarum iacturam fecerint, quam opinionem vſque ad cœlum extollit Iaſon *ibidem num.* 13. Parlador. *lib.* 2. *Rerum quotid. cap. fin.* 5. *part.* §. 6. *num.* 18. *& 19.* Optimè Ioſeph Seſe *deciſ.* 297. *tom.* 3. in terminis Mercatoris, qui oneratis tribus Nauibus lana ducenda Belgium, & duabus deuaſtatis à Luthæranis, & alia paſſa naufragium cum alia bona non haberet fugit ſine oculatione, aut aſportatione librorum, aut bonorum, probat non poſſe criminaliter contra eum procedi. Daniël Sauterius *in dict. Praxi Banchæruptorum, part.* 1. *cap.* 4.



QVÆSTIO II.

Quid omnia Iura ſtatuerint contra debitorem circa exactionem debiti?

Summarium Quæſtionis Secundæ.

Num. 1. *Licèt non criminaliter tamen contra debitores omni Iure ſtatuitur pro redditione debiti.*

2 *Quid in initio obſeruatum fuit circa hoc?*

3 *Quid poſtea lege* 12. *Tabularum cautum, & num.* 4.

5 *Referuntur eius tres partes.*

6 *De rigore tertiæ partis qua iubebatur debitorem ſecari, & num.* 7. & 8.

9 *De addictione in ſeruitutem de qua in* 1. *parte legis.*

10 *Cuius ratio fuit fides, quæ ſeruari debet, pro quo adducuntur bona verba Cæcilij apud Gelliũ, & aliorum qui agunt de his addictis ſeu nexis, & numer.* 11.

12 *Deinde anno ab Vrbe condita* 428. *lege Pætilia ſublata eſt l.* 12. *Tabularum, & cautum, quod debitoris bona, non corpus eſſent debito, & creditori obnoxia.*

13 *Referuntur aliqui Authores qui damnant rigorem, & immanitatem legis* 12. *Tabularum in* 3. *parte.*

14 *Et item Hiſtoria, quæ fuit cauſa ferendæ legis Petiliæ.*

15 *Bonorum venditiones, quæ repulſa acerbitate harum legum, inductæ ſunt, infamiam irrogabant, & has ſuſtulit Iuſtinianus* in titulo Inſtitut. de Succeſsionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & de Senatus Conſult. Claudiano.

16 *Ius Diuinum, & Hæbreorum Leges, ſeruitutem debitorum, & filiorum ipſius, & item venditionem permiſerunt.*

17 *Similis fèrè lex Athænienſiũ, & quid Solon, circa id ſtatuit?*

18 *Legis Pætiliæ veſtigium extat in Iure.*

19 *Seruitus debitorum, Cæſareo etiam, & Pontificio Iure, ſublata eſt.*

20 *Creditor non poteſt debitorem ſuum liberum hominem inuitum in pignus capere, nec detinere.*

21 *Conſuetudine, vel ſtatuto poteſt introduci ad ſimplicem creditoris requiſitionem, de bitores carcerari poſſe, vt*

ſol-

ſoluant, vel fideiubeant, & num. 22.

23 *Validum eſt pactum, quòd ſi debitor non ſoluat iuſſu Iudicis poſsit capi, & ad carceres duci.*

24 *An hoc pactum poſsit etiam exèqui contra hæredem debitoris.*

25 *Opponitur Text.* in cap. Ex reſcripto, de Iure Iurando, *& eius verus intellectus exponitur, vſque ad num. 29.*

30 *Homo liber, non poteſt pignorari, nec alienari pro credito.*

31 *Perſona debitoris, non poteſt capi, niſi prius facta excuſione in eius bonis.*

32 *Debitor, ex cauſa pecuniaria habens bona, non incarceratur.*

33 *Praxis procedendi contra debitorem manifeſtum in cauſa Ciuili, quòd facta excuſsione compellatur debitor indicare bona, quæ ſi non appareant ſufficientia, teneatur præſtare fideiuſsorem de ſaneamiento, aliàs carceretur, & num. 34.*

35 *Offerens fideiuſsorem idoneum videtur eſse ſoluendo.*

36 *Et idem eſt, ſi citato creditore producat teſtes affirmantes bona nominata debitoris eſse, qui tenebuntur, vt fideiuſsores.*

37 *Debitor contra quem executio procedit, ſi ea facta, non reperiantur bona, nec det prædictam fideiuſsionem, carceratur donec ſoluat.*

1 SED non ideò debitores incolumes euadũt, nam etiam contra eũ, qui caſu, & non ſua culpa ęs alienum contraxit, omnia Iura ſtatuunt pro exactione debiti. Quia cum nulla res ſit (vt inquit Cicero *lib. 2. de Officijs*) quę vehementius Rempublicá contineat, quam ſit fides, vt etiam teſtantur Iura ſupra citata *quæſt. 1. num.* 8. & fides nulla eſſe poſsit, niſi ſit neceſſaria ſolutio rerum creditarum, vt ipſe proſequitur, omnem curam in hoc adhibuerunt. Et Seneca *lib. 3. de Beneficijs*, ait, ęquiſsimum eſſe, & Ius Gentium præferre hanc vocem, *redde quod debes*, quem refert Velaſco *de Priuileg js Pauper. part. 1. quæſt. 44. num. 18.* & latè exornans Ænæus Robertus *lib. 2. Rerum Iudicat. cap. 6.* verſ. *Pro creditore, fol. mihi 373.* Petrus Vanderanus *de Priuileg. credit. cap. 11. in princip.* Petrus Iacobus Aniquinus *de Præuent. inſtrument. cap. 1. num. 13.* & melius *num. 143.* Et in puncto eleganter comprobat Sauterius *in dict. Praxi Banchæruptorum, part. 2. cap. 2. num. 1.*

2 In initio ergô ante leges 12. Tabularum (vt rem ab origine repetamus) obſeruabatur, vt debitores in ſeruitute operas præſta-

præſtarent donec creditoribus eſſet ſatisfactum, quod oſtendit Quintilianus *lib.* 8. *Oratoriar inſtit. cap.*4. & cum eo Menochius *de Arbitr. lib.*2. *caſu* 183. *num.*2. & 3. vbi adducit verba Quintiliani.

3 Poſtea verò *lege* 12. *Tabularum*, ita cautum fuit, *æris confeſsi, rebuſque Iure Iudicatis, triginta dies iuſti ſunto. Post deinde manus iniectio eſto. In Ius ducito, ni Iudicatum faxit, aut quips endo eo in Iure vim dicit, ſecum ducito, vincito, aut neruo, aut compedibus quindecim pondo, ne minore, aut ſi volet, maiore vincito, ſi volet ſuo viuito, ni ſuo viuit, qui eum vinctũ habebit. Libram farris in dies dato, ſi volet, plus dato,* & deinde proſequitur aliud caput: *Ni cum eo pacit, ſexaginta dies in vinculis retineto, tribus nundinis continuis in commitium procitato, æriſque æſtimiam prædicato. Tertijs nundinis capite pœnas luito, aut trans Tiberim peregrè venum ito. Aſt ſi pluſes eſſent rei, tertijs nundinis parteis ſecanto, ſi plus minus vè ſecue ſunt neſi fraude eſto*, vt Antonius Concius *ex Aulo Gellio, lib.* 20. *cap.* 1. Ex verbis antiquis, & quæ Decem Virorum temporibus Romę in vſu fuere reſtituit, ſicut etiam Ioſephus Scaliger, & poſt curam in ea emendanda adhibitam à Iacobo Reuardo, & Iacobo Cuiatio ex omnibus probat Roſinus *lib.*8. *Antiquit. Roman. cap.*6. *in* 3. *part. explicationis leg.*12. *Tabul. tit. de Re Iudicata, l.*34. & 35. *fol. mihi* 347. & eundẽ legis tenorẽ refert Marcheſan. *de Commiſſ.*3. *p. de commiſſ. ſuper dilat. morat. cap.*1. §. 1. *nu.*2. & plura de ea adduxerunt Acurſius *in l.*1. *C. Qui bon. ceder. poſſ.* verbo, *in eo enim*. Carolus Sigon. *de Antiq. Iur. Ciu. Rom. lib.*1. *cap.*6. Bernard. Pandi. *in Tract. de Præſent. & execut. inſtr. in præfat. ſub nu.*4. & *ſeqq.* Hering. *de Fideiuſs. cap.*20. §. 9. *num.*68. verſic. *Sic lege fol. mihi* 234. Matth. Colerus *de Proceſs. exec. par.*1. *cap.*6. *nu.*127. verſic. *Licèt autem iſtud valde videatur durum eſſe, & crudele, &c.* Galter. *in Prax. inſtr. vltim. part. princip. rubr.*2. *nu.*7. *verſic. Vndè.* Aſinius *de Execut.* §. 2. *cap.*2. *nu.* 1. & 2. *& per tot.* Florid. Mauſon. *de Cauſ. execut. lib.*1. *qu.*3. *nu.*47. Ænæus Robertus *lib.*2. *Rer. Iudic. cap.*5. Velaſco *de Priuil. Paup. par.*1. *quæſt.*44. *nu.*4. & Antonius Cõcius, *ibi* verba antiqua exponit, & declarat Tertulian. *in Apolog. aduerſus gentes, cap.*4.

4 Sed maiori perſpicuitate, & præciſsione eam refert D. Cova. *lib.*2. *Var. cap.*1. *in princ.* his verbis: *In vinculis ſexaginta dies habeto, inter eos dies tribus nũdinis continuis ad Prætorem in comitiũ Producito, quãtæque pecuniæ iudicatus erit Prædicato. Tertijs autẽ nundinis, ſi interea pactus nõ ſit, capitis pœnas dato, aut trans Tyberim peregrè venũ ito. Et ſi plures forẽt quib⁹ reus eſſet Iudicatus, tertijs nũdinis partes ſecãto*, quam

his

his verbis referũt etiã Menoch. *dict. caſu* 183.*n.*5. Theſaur.*deciſ.* 153.quos refert Nouar.*in Tract. de Datione in ſolutũ,q.*1.*nu.*4.Carol.de Tap.*de Iur.Reg.lib.*2.*c.*48.*nu.*2. Galter.*in Prax.*3.*p.princip. Rubr.*2.*n.*7.*fol.mihi* 208.Ant.Pichard.*in §.Cum eo quoque* 40.*Inſtit.de Act.n.*8. Balduin.*ad ll.Romuli,lib.*2.*c.*46.Hothomanus *ad leg.*12.*Tabul.fol.mihi* 266.Parlad. *lib.*2. *Rer.quotid.cap.fin.*5.*p.§.*7. *n.*1.Natta *conſ.*361.*n.*7. Petr.Pechius *de Iure ſiſtendi, cap.*2.*nu.*3. Alex.ab Alex.*lib.*6.*Dierũ Genial. cap.*10.verſ.*Quod in confeſſum,& ibi Addit.*Connanus *lib.*4. *Comm. Iur.cap.*14.*n.*8.*&* 9.*fol.*427.Illuſtriſſ.Cardin.Baron.*tom.*1.*Annal. anno Chriſti* 33.*fol.*134.Mar.Curtellus *de Donat.inter Patr.& fil. diſcu.*2.*tract.*1.*partic.*6.*n.*87.Petr. Greg.*lib.*22.*Syntagm. Iur.c.*6.*n.*5. Caſparus Mãcius *in Patrocinio debit.q.*5.*Decad.*1.*n.*106. *& ſeqq.*

5 Cuius legis prima pars vult produci vinctũ debitorem tribus nundinis ad Prætorẽ in Iudiciũ,vt repetatur publicè in quãtã pecuniã fuerit creditori cõdemnatus,ſic enim conſtabit omnibus vincto non fieri iniuriã,aut à creditore,aut à Iudice, *l.*2.*C.de Cuſtod.Reor.* Secũda verò, quod ſi intra id tempus triũ nundinarũ pactus debitor cum creditore nõ fuerit capitis pœnas det,aut vendatur, vt ex pretio creditori ſatisfiat. Tertia nimis Seuerẽ diſponit,quod ſi plures eſſent creditores, debitor in partes ſecaretur.

6 Et cũ in hac tertia parte tãta pœnę crudelitas ſtatueretur, de eius rigore inter Sextũ Cœcilium,& Phauorinũ, ingens orta fuit diſputatio apud Gelliũ *dict. lib.*20.*c.*1. cuius meminit Acurſius *in dict. l.*1.*C.Qui bon.ced poſſ.* Vndẽ Cœcilius aiebat plures vinctos fuiſſe à creditoribus nullũ verò diſectũ.Sic & Quintil.*lib.*3.*c.*8.ſcribit eã legẽ quoad diſectionẽ nõ eſſe natura laudabilem,&ideò moribus repudiatã fuiſſe. Idẽ teſtatur Tertulian.*in Apolog.c.*4.Baëç.*de Inop.debit.c.*1. *n.*56.*& n.*57. notat Roder.Suar. Virũ ſanè, doctũ, & Patrũ noſtrorum memoria eruditũ *in l.*2. *tit.de los Governos, col.* 1. dixiſſe Acurſium,& cæteros erraſſe, dũ ex leg. 12. Tabul. hanc permiſſionẽ tribuunt creditori, attribuens hoc infœlicitati illius ſęculi in quo floruit, dũ ait in eo bonas litteras apud Hiſpanos in pretio non fuiſſe, Parlador. *vbi ſupra d.*5.*part.§.*7.*nu.*1.*in fin.*

7 Verba Cœcilij apud Gelliũ hæc ſunt:*Nihil profecto immitius, nihil immanius niſi vt re ipſa apparet eo conſilio tãta immanitas pœnæ denuntiata eſt, nè ad eam vmquam perueniretur.Adduci nãque nunc, & vinciri multos videmus. Quia vinculorum pœnam Deterrimi homines contemnunt. Diſectum eſſe antiquitus neminem equidem, nec legi, nec audiui.*

8 Ex quo ait Couarr.ad terrorẽ peſsimorũ debitorum, quĩ addictionem quoque ſolam cõtem-

temnerent conſtitutũ eſſe hoc genus pœnę, ſequitur Caſparus Mancius *vbi proximè nu.* 109.

9 Prior legis pars, quę de vinculis tractat apud Romanos frequẽtiſsimê ſeruabatur, ſiquidẽ debitor, qui creditori nõ ſoluebat debitũ cõfeſſum, aut iudicatũ, vel id ſoluere nõ poterat, addicebatur creditori in ſeruitutẽ, l. Nexus, Cic. *in Orat. pro Flaco*, de quodam Heraclide ait: *Cũ iudicatũ nõ faceret addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt*, quod ex Othoman. Briſon. & alijs benê exornat Pichard. *in Rubr. tit. Inſtit. de Eo cui libert. cauſ. bon. addicuntur, nu.* 5. *& eſt ſingularis Text. in l. Siquis vmquã, de annonis ciuicif. lib.* 14. *tit.* 27. *in C. Theodoſiano*, vbi ita Imperator. *Siquis etiã pauperrimus erit, cogitur exhibere operariã ſeruitutẽ*, & notatur ab Ænneo Robert. *lib.* 2. *Rer. Iudic. c.* 15. *circa fin.* & benê à Scipione Gẽtil. *in Tract. de Iuriſdict. lib.* 1. *c.* 12. Vbi quærit vſque ad quod tempus hæc addictio, & vinctio in vſu fuerit.

10 Cuius rei ratio deſcendit, vt ſupra diximus ex fide, quę ſeruari debet, vt elegãter etiam notat Aul. Gell. *dict. lib.* 20. *cap.* 1. aſſumẽs verba Cœcilij, qui Phauorino, ita reſpondit: *Reſtat, vt ei, quod de ſectione, partitioneque corporis immaniſsimum eſſe, tibi viſum eſt, reſpondeam, omnibus quidem virtutum generibus exercendis, colendiſque Populus Romanus, è parua origine, ad tantæ amplitudinis inſtar emicuit. Sed omnium maximè, atque præcipuè fidem coluit, ſanctamque habuit, tàm priuatim, quàm publicè, ſic Conſules Clariſsimos Viros hoſtibus confirmandæ fidei publicæ cauſa dedit, ſic clientem in fidem acceptum chariorem haberi, quam propinquos, tuendumque eſſe contra cognatos cenſuit. Neque prius vllum facinus æſtimatum eſt, quã ſi cui probaretur clientem deriſui habuiſſe. Hanc autem fidem maiores noſtri non modo in officiorum Viribus, ſed in negotiorum quoque contractibus ſanxerunt, maximèque in pecuniæ mutuatuæ vſu, atque commertio. Adimi enim putauerũt ſubſidiũ hoc Inopiæ tẽporariæ, quo cõmunis hominum vita indiget ſi perfidia debitorũ ſine graui pœna eluderet. Confeſsi igitur æris, ac debiti iudicatis triginta dies ſunt dati cõquirendæ pecuniæ cauſa, quã diſſoluerent, eoſque dies decẽ Viri iuſtos appellauerunt velut quoddam inſtitiũ; id eſt, Iuris inter eos quaſi interſtitionẽ quandã, & ceſſationẽ, quibus diebus nihil cum his agi Iure poſſet. Poſt deinde niſi diſſoluerant ad Prætorẽ vocabantur, & ab eo quibus erant iudicati addicebantur. Neruo quoque, aut cõpedibus vinciebãtur*, & ſtatim prædicta legis verba ſubijcit, quę omnia licêt non citato Gellio, proſequitur Gratianus *Diſceptation. Forenſ. tom.* 2. *cap.* 380. *num.* 22. *& ſeqq.*

11 Cœlius Rodigin. *lib.* 12. *lect. Antiq. c.* 20. *in princ.* ex Liuio inquit:

inquit: *Nexu vincti, ſolutique ſe vndique in publicũ proripiunt, implorant Quiritũ fidẽ, & alibi deinceps, & qui ante nexi fuerant creditoribus traddebãtur, & nectebãtur alij.* Cũ quo benè in pũcto Gratian. *vbi proximè n.*20. ait: *In quo eſt obſeruãdũ, vt hoc obiter adnotetur, quod apud veteres Romanos, qui æs alienũ feciſſet, idque cumulatũ cũ vſuris foret, adducebatur à creditore, nõ in ſeruitiũ, vt ſæpè, ſed in Ergaſtulũ quoddãmodo, & Carnificinam, & quod grauius multo eſt, abducebãtur itẽ filij. Imò etiamnũ Nepotes, ſi quid cõtradicerent ſeruiliter Verberabãtur, obſita erat ſqualore veſtis, fædior corporis habitus pallore, ac macie perẽpti. ad hæc ferè prolixa barba capilliq; efferebant ſpeciem oris, vix vt noſcitarẽtur in tãta deformitate. hi ſunt quos in hiſtoria nexos ſæpè dici audimus. Nã qui cõſtaſſent quidem æs alienũ, nec tàm à creditoribus in vincula eſſent abducti, obærati modo dicebãtur, Necti verò, pronũtiabant eos qui creditoribus tradderẽtur.* Et in idẽ Couarr. *d. cap.*1. *n.*1. ait: *Nexus autem dicebatur inde obligatio qua corpus, vt pignus afficitur, dicebantur & hi debitores addicti, quia tradditi eſſent creditoribus, & nexu vincti,* quod eruditè explicat Budæus *tit. de In diem addict. ex Quint. lib.*7. *c.*4. Aylló *in Add. ad Ant. Gom. l. b.*2. *Var. c.*11. *n.*52. Suar. *in l.*2. *tit. de los Gouiernos, in princ. n.*19. *fin.* Bernardin. Pand. *de Præſentation. inſtrum. in Præfatione à num.*3. Gail. *de Pace publica, lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 23.

12 Et cum ob duritiem huius legis, quandoquè plebs ipſa in ſeditionẽ fuiſſet concitata anno ab Vrbe condita 428. Cayo Pętilio, & l. Papyrio Cõſulibus, lata eſt *l. Pætilia*, qua ſublata eſt *l.*12. *Tabular.* & cautum, *ne quis ob pecuniam creditam in vinculis teneretur. Sed eius bona, non corpus eſſent debito, & creditori obnoxia.* Teſte Liuio *decad.*1 *lib.*8. & Roſino *lib.*8. *Antiq. Rom. in vltim. legũ par. c.*20. ver. *Referẽda ad hanc claſſem etiam eſt l. Pætilia Papyria &c. fol. mihi* 382. Anton. Auguſt. *de Leg. Roman.* verbo, *Pætilia*, Pichar. *in dict. § Cum eo quoque, nu.* 8. *Inſtit. de Act.* Paz *in Prax. cap.* 5. 4. *p. tom.*1. *n.*1. Quint. *lib.*3. *c.*8. vbi ita ait: *Sunt quædam non laudabilia natura, ſed Iure conceſſa, vt in* 12. *Tabulis inter creditores diuidi corpus licuit, quã legẽ mos publicus repudiabit,* ſunt ſimilia verba Tertul. *in Apolog. c.*3. vt notat Pichar. *in princ. tit. Inſt. de Succeſſ. ſublatis, n.*3. Velaſc. *de Priuil. Paup. p.*1. *q.* 44. *n.*21. Ludou. Sancius à Melo *de Inducijs debit. q.*2. *n.*3. D. Ferdinãd. Arias de Meſſa, in Salmaticẽſi Academia, quódã Præceptor meus, ſcientia, & eruditione nulli ſecũdus, & pòſt Regij Neãpolitani Senatus cõſumatiſsimus Conſiliarius *lib.*2. *Var. ca.*36. *n.*23. Alciſ. Ricc. *in de Ciſ. Curiæ Archiep. tom.*1 *deciſ.*59. *n.*1. ibi: *Sed huius legis Immanitas potius ad terrorẽ traddita, quã vſu recepta, tãquã bonis moribus valdè*

repugnans, à media Iuriſprudentia fuit penitus reprobata, eique ſucceſsit lex Pætilia, qua cautũ fuit ne quis ob pecuniã debitã in vinculis detineretur, ſed eius bona tantũ eſſent creditoribus obnoxia. Paſchal. *de Virib. Patr. poteſt. p. 2. c. 9. n. 85.* Quin, & ob eã cauſam Aſſelius Prætor Plebi & Pauperibus patrocinatus, vt fœnus tolleretur, ab ipſis fœneratoribus occiſſus eſt, quod facinus, nec Senatus ipſe vindicare valuit, vt refert Appian⁹ Alexãdrin⁹ *lib. 1. de Bell. Ciuil.* & notat Couar. *vbi ſupr.*

13 Quem priſcum rigorem damnat etiam Ioannes Girardus Iuriſconſ. & Poëta, non inſulſus, *his Verſiculis:*

Heus Princeps duodecim
Tabulæ, inopem crudeliter,
Quæ debitorem diſſecant,
Aut Iura, mores publici,
Quæ carceribus illum miſere
Exopprimunt, & enecant,
Nimis mihi, nimis diſplicent.

Et exclamabat Ammian. Marcelin. *lib. 27.* his verbis: *Aliud audiebatur horrẽdũ, quod vbi debitorũ aliquẽ egeſtate obſtrictum, nihil reddere poſſe dicebatur, interfici debere pronũciabat,* quẽ refert Æneę. Rob. *lib 2. Rer. Iud. c. 15.* verſ. *Pro Titio, in fin. & eod. lib. 2. c. 6. à prin.* vbi benè agit de materia, & relata acerbitate legis 12. Tab. hoc modo: *Lex 12. Tabul. barbarã, & inhumanã debitorũ ſectionẽ, Romæ induxerat, qua crudelitate nihil immitius, nihil ſæuius, nec magis horrendũ.* Conatur ſatis erudite probare, cõueniẽtius illa verba legis, *partes ſecãto,* nõ ad corporis, ſed ad bonorũ ſectionẽ referẽda eſſe, ſed nihilominus nõ videtur poſſe recedi à formalitate verborũ legis, nec ab authoritate tot Grauiſsimorũ Doctorũ, qui ita eam exponunt.

14 Et Vldar. Zaſi. *in Cathal. Il. Antiq.* ex eodẽ Liuio expreſsius cauſam exprimit his verbis: *Exlure 12. Tab. cõſtitutũ olim fuit, vt debitores ſi ſoluẽdo nõ eſſent, creditori ſeſe nexum dare cogerẽtur, vt miſer, ſcilicèt debitor, quod in ære nõ haberet, lueret in corpore, erat autẽ nexorũ miſerrima cõditio, cũ ad omnes iniurias, cõtumelias que creditorũ expoſiti eſſent, & Catenis cõſtricti multis l. horibus, quaſi ſerui atterẽtur. Hoc igitur Ius ad extremũ ob Lucij Papirij fœneratoris ſingularẽ libidinẽ, ac crudelitatem eſſe deſijt. Is cũ Caiũ Publiũ ætate formaque præſtãtẽ adoleſcentẽ, quĩ ſe ei ob æs alienũ Paternũ nexũ dederat, de turpiſsimo obſequio appellare auſus fuiſſet, atque adoleſcens ingenuitatis magis, quã præſentis fortunæ memor, impudicũ, ac inceſtũ ſermonẽ, nõ ſolũ animo, ſed ne auribus quidem reciperet. Indignatus fœnerator tergũ iuuenis verberibus laceraut. Quæ indignitas cũ in Populũ vociferãte adoleſcẽte emanaſſet. Ingens cõcurſus factus eſt, ibi: Ob repẽtinũ tumultũ conuocato Senatu, negotiũ Conſulibus Lucio Papyrio, & C. Petilio, datũ eſt, vt legẽ ad Populũ ferrẽt; Ne quis niſi qui noxã meruiſſet donec pœnã lueret*

in compedibus, aut in neruo teneretur. Pecuniæ debitæ bona debitoris, nõ corpus obnoxiũ eſſet. Ita nexi ſoluti, cautũque in poſterũ ne necterẽtur. Mãcius *vbi proximè n.* 111.

15 Et hac immanitate repulſa, bonorũ venditiones inductę ſunt, quę licèt infamiã irrogarent, vitã tamen reſeruabant, vt traddit Caius *lib.* 2. *Inſt. tit.* 6. *l. Primo* 23. *ff. Quæ in fraud. credit.* ibi: *Famæ defuncti conſeruãdæ gratia*, Cic. *in Orat. pro Quint.* vbi ita eleganter ait: *Hercle, cuius bona ex ædicto poſſidentur, huius omnis fama, & exiſtimatio cum bonis ſimul poſſidetur, vbi amici nõ cõueniũt ad exequias cohoneſtãdas: Sed bonorũ emptores, vt carnifices ad reliquas vitæ lacerandas, & diſtribuendas*, quę etiã ſublatę ſunt per Iuſtinianũ *in tit. Inſtit. de Succeſſ ſublatis, quæ fiebant per bonorũ vẽditiones, & de S. C. Claudian.* vt Pichar. obſeruat *in principio illius, num.* 3. & 4. vbi ita concludit. *Nam poſtquam debitoris in partes, pro creditorum numero faciendas ceſſauit, eius bona à Prætore creditoribus poſſidenda concedebantur, quæ denique publice plus licitanti venibant.* Et nu. 6. ibi: *Hanc ergò ſucceſſionẽ ſuſtulit Imperator hic.*

16 Circa quod, & Ius Diuinũ, & Hebræorũ Leges Sanxerunt. Nã antiquiſsima videtur Diuina Veteris Teſtamẽti Lex, quę debitorem, & filios vendi, & dari in ſeruos creditori permittebat. *Exod. c.* 22. *verſ.* 3. *Si non habuerit, quod pro furto reddat, ipſe venundabitur, & l. b.* 4. *Reg c.* 4. Vbi Mulier quædã ex Vxoribꝰ Prophetarũ, clamabat ad Eliſęũ dicens: *Seruus tuus, Vir meus, mortuus eſt, & ecce creditor venit, vt tollat filios meos ad ſeruiẽdũ ſibi.* Quo forſan alludit Parabola Euãgelica, quę legitur *Matth. c.* 18. vbi Seruator Noſter cœleſtis doctrinę theſauros referans, & viã ſalutis docẽs, inquit: *Aſſimilatũ eſt Regnũ Cœlorũ homini Regi, qui voluit rationẽ ponere cũ ſeruis ſuis: & cũ cœpiſſet rationẽ ponere oblatus eſt, ei vnus, qui debebat decẽ millia: cũ autẽ nõ haberet vndè redderet, iuſſit eũ Dñs eius venũdari, & Vxorẽ eius, & filios.* Et paulò poſt: *Egreſſus autẽ ſeruus ille inuenit vnũ de cõſeruis ſuis, qui debebat, & centũ denarios, & tenens ſuffocabat eũ, dicens: Redde quod debes.* Et inferius: *Et iratus Dñs, tradidit eũ tortoribus quo ad vſque redderet debitũ.* Idẽ colligitur ex Diuo Baſil. *in Pſal.* 14. & ex Greg. *in Regiſtro lib.* 1. *c.* 94. vbi ait: *Coſmas ex variis periculorũ ne ceſsitatibus, multis fedicit debitis obligatũ, ita vt pro eis, à creditoribus ſuis ſuos dicat filios detineri.* Ioan. Galt. *in Prax. d.* 3. *p. Rub.* 2. *n.* 7. ver. *Poſtquã*, Baeça *de Ino. deb. d. c.* 1. *n.* 62. & Bob. *in Poli. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 62. D. D. Ioa. de Larr. *deciſ.* 9. *n.* 13. *tom.* 1. *deciſ. Granat.* Ant. Diez *de Salar. liber.* 2. *p. n.* 67.

17 Similem ferè legem ante Solonem ſtatuerant Athenienſes. Sed ita hanc, vt qui mutuum acciperent opignoratis corporibus creditoribus

addicerentur. Solon Vero legem tulit remiſsione ęris alieni cõſtituta, vt in poſterum minimè liceret corpore obligato pecuniam fœnerari, vt Author eſt Plutarchus *in Solone, & in Commentariolo de Vitando ære alieno, circa principium, & in Politicis ad Trajanum*, quam ab Ægyptiorum legibus accepiſſe ſcribit Diodorus Siculus *lib.* 1. quę quibuſdam iuſta viſa fuit, ne vſuris ciues premerentur, & in ſeruitutem redigerentur. Eiuſdem meminit Plutarchus *lib.* 2. *de Virtute Alexand.* & de hac vſurarum, & fœneratorum immanitate, & eius extirpatione, & moderatione apud omnes Nationes; latè, & eruditè agit Honoratus Leotardus *de Vſuris, quæſt.* 2. *num.* 11. *& ſeqq.* Sed Cicero *de Officijs*, eam remiſsionẽ ęris alieni, qua vſi fuere quidam Principes de alieno nimis liberales, ſatis iniquam eſſe teſtatur, vt omnia comprobat D. Couarrub. *dict. cap.* 1. *num.* 1. Alexand. ab Alexand. *lib.* 6. *dierum Genialiũ, cap.* 10. Diodorus Siculus *lib.* 1. Pandulphus Prateius *in Iuriſprudentia Veteri ad leges Solonis, l.* 2. Felicianus *de Cenſibus, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 3. verſ. *Sexto quoniam apud multas Gentes, & Reſpublicas iudicatum eſt, velut impium eſſe, vt homo qui factus eſt ad Imaginem, & Similitudinem Dei, pro debito pecuniario traderetur in ſeruitium creditoris, vt olim decreuit Solon Athenienſis Legiſlator, &c.* De quo etiam latè agit Lope de Deça, *en el Govierno Politico de Agricultura*, 2. *part. en la octava cauſa de la careſtia, y falta de Labradores en Eſpaña, fol. mihi* 39. *cum multis ſeqq.* Vbi inuehit contra leges, tàm antiquas, quàm nouas, quę pro debitis ciuilibus carcerationem debitoris decernunt, Velaſco *de Priuileg. Pauper. part.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 19. & refert Balthaſar Gomez de Ameſcua *de Poteſtate in ſe ipſum, lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 19. *& ſeqq. & num.* 21. notat etiam poſt legem Pętuliam de eiuſmodi nexis magnam mentionem eſſe apud Scriptores Romanos, & cũ Reuardo *ad leges* 12. *Tab. cap.* 8. ait, hanc legem ſuſtuliſſe ſectionem, & venditionem non addictionem, & nexum.

8 Cuius quidem legis Pætilię Veſtigium videtur retuliſſe Venuleius Iuriſconſultus *in l. fin. § fin. ff. de Libero homin. exhib.* dũm ait creditori non competere interdictum, vt debitor exhibeatur.

9 Sed expreſius Cæſareo, & Pontificio Iure fuit aprobata, tàm *in l. Ob æs, C. de Act. & oblig.* his verbis: *Ob æs alienum ſeruire liberos creditoribus, Iura non patiuntur. Authent. Imò, C. Eodem, Authent. Vt nulli Iudicum, §. Quia verò, collat.* 9. *l. Qui teſtamento, §.* 1. *ff. de Teſtament. l.* 2. *C. Quæ res pignor. oblig. poſſ. l. Senatus, §. vlt. ff. de Legatis* 1. *l.* 3. *tit.* 13. *part.* 5. Et melius *l.* 11. *tit.* 29. *part.* 2. quàm

quàm *in cap.2.de Pignoribus*, vbi Gregor. III. inquit: *Lex ait, vt homo liber pro credito non teneatur, etſi res defuerint, quæ poſsint pro credito addici.* Gloſſ. communiter aprobata *in l.3.§.Tutores, ff. de Suſpect. Tutor.* vt teſtatur Alexand. *in l.à Diuo Pio, §.In venditione, ff.de Re Iudicat.col.2.* verſ. *Iuxta hoc incidit.* Et ſequitur non minus eruditè, quàm doctè Aloiſius Riccius *in Deciſione Curiæ Archi-Epiſcop. tom, 1.deciſ. 59.* Nauarrus *in Manuali, cap.17. num.88.* ibi: *Numquam tamen in Republica Romana poſt quã Chriſtiana effecta eſt Decretum fuit, vt aliquis pro debito ciuili ſeruus efficeretur.* Et reddit rationem, quod libertas ſit altioris ordinis bonum, quàm bona fortunę Zenedo *collect.* 73. Pançirolus *lib.2. Var.lect. cap.*100. Galterus *vbi ſupra num.7. verſ.4.verò tempore*, Pichardus *in dict.§.Cum eo quoque, Inſtitut.de Action. num.9.* Bobadilla *in Politic. dict. lib.2. cap.14. num.62.* Velaſco *de Priuileg. Pauper. part. 1. quæſt.44. num.21.* benê Ænæus Robertus *lib.2. Rerum Iudicat. cap.6. circa princip. fol. mihi 369.* Marcheſanus *de Commiſs. part. 3. cap.1. de Commiſsione ſuper dilatione moratoria, §.1.num.6.* Petrus Gregor. *lib.22. Syntagmatum Iuris, dict. cap.6.num.8.& 9.* vbi benè comprobat Zeuallos *tom.1.Comm.contra comm. quæſt.270. numer.3. & 4. vbi num.1.* quærit an Pater poſsit filios pignori traddere, Rodriguez *de Concurſ. & priuileg.creditor. part.1.art.3.num.16. & de Executione, cap.8. num. 25.*

20 Ex quibus deducitur creditorem minimê poſſe debitorem ſuum liberum hominem propria authoritate inuitum in pignus capere, nec detinere etiam in caſu expreſſę conuentionis, nec etiam ad publicos carceres ducere, ſed neceſſario debere eum apud Iudicem citare, & conuincere: vt probant prædicta Iura, & ſimiliter Text. *in Authent. Vt non fiant pignorationes, l. Nullus, C.de Iudæis, l. 1. ff. Quorum legator. l. Extat, ff. Quod metus cauſ. l. Meminerint, C.Vndè vi, l.Non eſt ſingulis 137. ff.de Regul.Iur.l.3. & l.11.tit.13. l.14.tit.14.part.5.l.9.& 10. tit.4. part.3.l.15.tit.10.part.7. l.5.& 6. tit.14.lib.3. Ordinamenti,* Hodie, *l.5.& 6.tit.13.lib.4.Recopilat.l.1. & 6. tit. 11. lib. 3. Ordinamenti.* Hodie, *l.1. & 4.tit.17.lib.5. Recopilat.* Et ita concludit Bart. *in l.Alia, §.Eleganter, ff.Solut. Matrim. num. 10.* qui communiter ab omnibus recipitur Alexand. *ibidem num. 6.* Aretinus *num.7.* Ripa *in l. Obligatione Generali, num.22. ff.de Pignor.* Vbi aſſerit receptam eſſe opinionem, Platea *in l.Nemò Carcerem, num.24. C.de Exact. tribut.lib. 10.* D.Couarrub. *lib.2.Variar.cap.1.num.7.* reddens rationem: *Quia per huiuſmodi retentionem, & capturam ſpecies quædam ſeruitutis in debitore*

tore inducitur, ad quam liber homo ſe adſtringere nequit, l.2. ff. de Libero homin. exhib. l. Titio centum, §. Titio 2. ff. de Condit. & demonſt. notat Gloſſ. & DD. *in l. Antiquitas, C. de Vſufructu, & in l. Poſt certi, C. de liberali cauſa,* ſequuntur Menchaca *de Succeſſ. creat. §. 22 num.* 81. & latiùs *§. 6. num.* 53. Queſada *de Diuerſis Q Q. Iuris, cap.* 8. *num.* 2. Petrus Barboſa *in dict. l. Alia, §. Elegauter, num.* 36. *& ſeqq.* Vbi latè, & eleganter (vt moris in eo eſt) hanc ſententiam comprobat, *& num.* 38. eam ampliat, vt procedat etiam ſi prædictum pactum ſit teſtamento confirmatum, *& num.* 41. *in fin.* Baeça *de Inope debit. cap.* 1. *num.* 35. D. D. Ioannes de Larrea *deciſ.* 9. *num.* 19. *&* 20. *tom.* 1. *deciſ. Granatenſ.* D. Ioſeph Vela *tom.* 2. *Diſſertat. Forenſ. diſſertat.* 35. *num.* 110. *&* 111. Vbi benè declarat materiam, & quid Iure nouiori verbis, & ſententia dictarum legum Regni comprehendatur.

21 Tamen non eſt prætereundum poſſe conſuetudine, vel ſtatuto introduci, ad ſimplicem creditoris requiſitionem, nulla prætia Iudicis licentia, nec aliquo delato iuramento, vel alia facta probatione, debitores carcerari poſſe, vt debitum, vel ſoluant, vel fideiubeant ſtare Iuri, & iudicatis ſoluere, dummodo captura poſteà iuſtificetur probato debito, vt tenent Angelus *in l. Si ſic, num.* 2. *ff. de Legat.* 1. per illum Text. quem refert Alsinius *de Execut. §.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. Gail. *Practicar. Obſeruat. obſeruat.* 44. *num.* 21. Franciſcus Marcus *deciſ.* 1057. *in fin.* 1. *part.* Matthæus Colerus *de Proceſſ. execut. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 19. & eſt communis opinio de qua Alexand. *conſ.* 145. *viſo proceſſu, num.* 1. *volum.* 5. Anton. à Canario *de Exequut. inſtrum. quæſt.* 31. *num.* 67. Muſcatellus *in Prax. Appellat. part.* 3. Gloſſ. *Detinebitur, num.* 36. verſ. *Sexto fallit.* Guido Papę *quæſt.* 61. Capella Tholoſ. *deciſ.* 61. benê Petrus Iacobus *in Practic. Rubrica de Ceſſ. bonorum*, Ripa *in dict. l. Obligatione generali, nu.* 29. D. Couar. *lib.* 2 *Variar. cap.* 1. *num.* 7. ibi: *Secundum hoc ipſum pactum omninò valere, & ſeruandum eſſe, vbi id pactum fieri conſuetudine permiſſum fuerit, nam, & hoc, non ſolum ratione pacti, ſed, & conſuetudinis vi obtinet robur.* Theſaurus *deciſ.* 26. *num.* 6. Baeça. *de Inope debitor. cap.* 1. *à numer.* 27. Barboſa *in dicto §. Eleganter, num.* 45. verſ. *Tùm etiam.*

22 Et pluribus latê comprobans Floridus Mauſonius *de Cauſis executiuis, lib.* 1. *quæſt.* 3. *concluſ.* 3. *à num.* 34. *& à num.* 36. ſigillatîm omnium Prouinciarũ conſuetudines, ſeu ſtatuta recenſet, Baeça *de Inope debitor. dict. cap.* 1. *num.* 39. verſ. *Illud autem*, vbi ad hanc conſuetudinem adducit *l. Miſſi opinatores, C. de*

C. de Exact. Tribut. lib. 10. & probat quod valebit hæc conſuetudo, vt debitor capi poſsit à Iudice, etiam ſi non debeat ex inſtrumẽto guarentigio, neque ex cauſa iudicati, Gail. *de Pace Publica, lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 23.

23 Vndè ſequitur ſolum valere, & poſſe ſuſtineri pactum, vt in caſu non factę ſolutionis ad terminum, liceat debitorem capere, & carcerare, ad hoc vt poſt moram ad creditoris inſtantiam debitor ſine alio proceſſu, vel ordine iudiciali per familiam Iudicis capi, & tam diu in carcere publico detineri valeat, donec ſatisfaciat. Quam opinionem, tamquam communiorem, & firmioribus nixam fundamentis, latè, & eleganter comprobat Mathæus Colerus *de Proceſſibus execut. part.* 1. *cap.* 6. *à num.* 40. *cum pluribus ſeqq.* ſicut, & eam neruoſè defendit Barboſa *in dict. l. Alia, §. Eleganter à num.* 36. *& num.* 44. *ff. Soluto Matrimon.* Vbi ita cõcludit, *& hanc opinionem probat Ordina. libr.* 4. *tit.* 52. §. 3. *Conſt tuens valere pactum, quod ſi debitor, non ſoluat, iuſſu Iudicis ducatur ad carceres, non valere autem pactum, quòd creditor poſsit propria authoritate capere debitorem, & ducere ad publicos carceres, vt & nos ſupra probauimus, &c.* Baeça *dict. cap.* 1. *num.* 36. *in fin.* Caldas Pereyra *de Emptione, & venditione, cap.* 25. *num.* 44. *& ſeqq.*

24 Et àn hoc pactum procedat etiam, & poſsit exequi contra hæredem debitoris, licèt aliqui diſtinguant inter debitorem, qui poteſt capi propria authoritate ex legis diſpoſitione, & eum qui poteſt capi propria authoritate ex vi pacti. Tamen D. Menchaca *de Succeſſ. Creat. lib.* 1. §. 6. *num.* 36. relatis DD. qui vtrumque tenuerunt, defendit nullam eſſe differentiam, & vtroque caſu ex æquo debitoris hæredem capi, & incarcerari poſſe non ſecus ac poſſet ipſemet principalis, vt *ibi* comprobat *numeris ſeqq.* quia qualitas obligationis, ſeu obligatio Authoris tranſit in ſucceſſorem cum ſuis qualitatibus, vt probatur *in l.* 2. §. *Ex his, ff. de Verborum obligat. l. in Executione* 85. §. *pro parte,* vbi notat Paulus *ff. Eodem,* cum alijs adductis à Carleual *de Iudicijs tom* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 288. *& ſequentibus.*

25 Et licèt prædictis nimis obſtare videatur, Text. *in cap. Ex reſcripto, de Iure Iurando,* dùm in eo probatur poſſe liberos homines obſides dari pro pecunia debita, & quaſi pignora conſtitui, ex eius explicatione magis ſententia noſtra aſtruetur.

26 *Gloſſ. ergò* 1. *ibi, in fin.* Reſpondet, quod pro bono pacis publicę homo liber poteſt dari obſes, vt ſic retineatur, vt melius pax publica conſeruetur, *l. Obſides, ff. de Teſtamentis,*

cap.

cap. Expoſita, de Arbitris, & ibi gloſſ. fin. cap. Supplicitet 23. *quæſt.* 8. *& ibi gloſſ.* 2. & eſſe receptam concluſionem aſſerit Aretinus *in dict. l. Obſides, poſt principium*, Ripa *in dict. l. Obligatione generali, num.* 12. *ad fin. de Pignor.* Couarrub. *dict. cap.* 1. *num.* 1. *ad fin.* Socinus *regul.* 174. Baëça *de Inope debitor. cap.* 1. *num.* 24. & alij adducti à Barboſa *in Collectanea ad dict. cap. Ex reſcripto, num.* 2. & probatur Geneſis *cap.* 42. vbi Simeon datus eſt fratri Ioſeph in pignus, pro ſecuritate adducendi Benjamin ad illum. Et de Iure Regio *l.* 3. *tit.* 13. *par.* 5. Rodriguez *de Priuilegijs credit. part.* 1. *art.* 3. *num.* 16. latè exornans D. D. Ioannes de Larrea *deciſ.* 9. *per totam, & maximè à num.* 25. Heringius *de Fideiuſſ. cap.* 9. *nu.* 43. Vbi de obſidũ numero, & quod fuerit inſtabilis vagus, & arbitrarius, & ponit exempla, & latiùs de eis *cap.* 10. *ſequenti à num.* 281. Balthaſar de Ayala *de Iure Belli, lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 5. vbi probat, per dationem obſidum neminem à fide data liberari, & ex hoc refutat Bodinum *de Republica, lib.* 1. *cap.* 8. dûm conatus fuit defendere Franciſcum, Gallorum Regem, Religione fœderis Madritiani, filijs obſidibus datis, ſolutũ fuiſſe. Narbona *in l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopilat. gloſſ.* 7. *à num.* 57. vbi declarat quando offendens eos incidat in crimen læſę Maieſtatis. Surdus *de Alimentis, tit.* 1. *quæſt.* 69. Vbi de eis, & quòd debent alimenta habere ab his, qui eos dederunt. Mercurialis Merlinus *de Pignor. & hypoth. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 50. *num.* 15. Azeuedo *in l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 8. *Recopilat. num.* 163. Andræas Gail. *de Pace publica, lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 11. & 12.

27 Sed hîc intellectus non placet. Primò, quia ſi intelligimus de Obſide, qui efficitur quaſi ſeruus, & ob id teſtamẽtũ facere non poteſt, iuxta *l. Obſides, ff. de Teſtamentis.* Id fieri non poteſt niſi authoritate non recognoſcentis Superiorem, quĩ de ſtatu Perſonę diſponere liberè poteſt, *l.* 1. *§ De qua re, ff. de Poſtulando*, & ita expreſsè Panormitanus *in dict. cap. Ex reſcripto, num.* 7. & Felinus *num.* 5. Socinus *regul.* 174. Corſetus *in Singular*, verbo, *Obſes*, Gigas *de Crimine læſæ Maieſtat. tit. Qualiter, & à quibus crimen læſæ Maieſtat. comm. quæſt.* 19. *num.* 15. Petrus Bellinus *de Re Militar. part.* 11. *nu.* 10. Decianus *lib.* 7. *Tract. Crimin. cap.* 18. *num.* 6. Ameſcua *de Poteſt. in ſe ipſum, lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 2. Secundò, quia quando quis datur Obſes per inferiorem, vel recognoſcentem Superiorem, in Perſona Obſidis, non conſtituitur aliquod Ius reale pignoris, vel ſimile, ſed tantum datur facultas retinendi eum iuſtè pro bono pacis conſeruandę, ita Gloſſ. *in dict. cap. Ex reſcripto, & gloſſ.* 2. *in dict. cap.*

Sup-

pliciter 23.*quæſt.*8.Et ita euitatur contrarium deductum,*ex cap.*2. *de Pignor.*cum ſimilibus adductis *ſupra num.* 19. Tertio, quod licèt prædicta concluſio vera in ſe ſit,& communiter recepta tamen non benè applicatur terminis *dict.cap. Ex reſcripto*, vbi Obſides non fuerunt dati pro bono pacis, ſed potius pro ære alieno monaſterij, neque etiam pro bono publico pacis conſeruandę, cum Obſides tantum dati fuerint pro debito vnius monaſterij; vt advertit Ripa *in dict. l. Obligatione generali, num.* 12.& Baëça *de Inope debit. cap.*1. *num.*24.

28 Et ideô ſecundô dici poteſt cum Bald. *in l.*2. *C.de Patribus, qui filios diſtrax. col. fin.* quod licèt liber homo, non poſsit pignorari, vel alienari pro ære alieno,*l.*1.*C.de Patribus, qui filios diſtrax.* neque cogatur creditori ſeruire, *l. Ob æs, C. de Action.& obligation.&c.* tamen valebit pactum, vt tamquam Obſes retineatur in certo loco pro ſecuritate debiti cuiuſcumque. Cui cuaſioni ſubſcribunt Hoſtienſ.Henricus,Cardinal.& Felinus *in dict. cap. Ex reſcripto, num.* 8. Platea *in l. Nemò carcerem, C. de Exact. tribut. lib.* 10. *num.* 31. Zaſius *lib.* 2. *Singular. reſponſ.cap.*8.*in fin.* Quod poteſt alia conſideratione fulciri deducta ex illis verbis:*Vt ſi ipſi deficerent alij Monachi loco eorum in obſtagio ponerentur.* Nam Text. principaliter de obſtagio agit in pactum deducto, quod quidem verè eſt, quando pacto continetur, vt in euentum non ſeruatę fidei deberet ad requiſitionem creditoris ipſemet debitor ſe ſiſtere in aliquo certo loco inde non receſſurus, donec ſoluat, vt benè ex eo Text. declarat, Matthæus Colerus *de Proceſs. execut. dict. part.*1. *cap.*6. *num.* 3. *& ſequentib.*quod poteſt aſtrui ex Text.*in l.*3.*§. Siquis volentem, ff.de Liber.hom.exhib.* vbi dicitur, quod ſiquis volentem retineat, non dicitur dolo malo retinere, & volens dicitur, qui ſemel voluit, *l. In diem, ff.de Aqua plub.arcend.*& ad rem noſtram perpendunt Guilielm.Naſo, Anton. de Butrio *num.* 14. Alexand. de Neuo *num.* 34. *in dict. cap. Ex reſcripto*, Andræas Gail. *dicto lib.*2. *de Pace publica, cap.*2.*num.*5.*&* 6.

29 Sed nec placet hæc euaſio, nam cũ hoc pactum, quod quis detineatur in certo loco ratione debiti, quod validum præſupponit, ſiue prouen iat ex conſenſu creditoris, ſiue debitoris,infringat libertatem:argument. *dict.l.Titio centum, §.Titio* 2.*ff.de Condit.* & *demonſtrat.* valere non poteſt, *l. Neque ſi volens, C.de liber. cauſ.* & in ſpecie videtur Text.*in Authent.Vt nulli Iudicum, §. Quia verò, collat.* 9.& ita quod pro debito pecuniario non valeat pactum, quod quis detineatur in certo loco,

tene

tenet Gloſſ. 1. *ad fin. in dict. cap. Ex reſcripto*, & ibi ſequuntur Panormitanus, & Imola, & aſſerit receptum Aretinus latè defendens *in dict. l. Obſides, de Teſtament.* & ſubſcribunt Ripa *in dict. l. Obligation. generali, num.* 12. & Couarrub. *dict. cap.* 1. *num.* 1. *ad fin.* Matienço *in l.* 4. *tit.* 16. *part.* 5. *gloſſ.* 2. *num.* 2. Merlinus *de Pignor. & hypoth. dict. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 50. *à num.* 1. *& num.* 10. *&* 11. vbi ex Ripa *in dict. l. Obligat. num.* 22. *&* 23. reddit bonam rationem, ſcilicèt, quod captura Perſonę, & incarceratio ſunt meri Imperij, §. *Si verò, in Authent. de Exhib. reis*, & propterea non ſubiacent priuatorum authoritati, *l. Priuatorum, C. de Iuriſd. omn. Iudic.*

30 Vndè melius reſponderi poteſt, quod *dict. cap. Ex reſcripto*, probat, quòd licèt non valeat pactum, quôd quis ratione debiti detineatur in certo loco, vt ſupra diximus. Tamen ſi accedat iuramentũ, hoc pactum confirmabitur, & illi ſtandum eſt. Ita vt ratione illius liber homo poſsit detineri inuitus in certo loco, vt ab eo recedere non poſsit. Ita Gullielmus Benedictus *in cap. Raynũtius*, verbo, *Teſtamentum* 3. *num.* 26. *de Teſtament.* Et eſſe communiter receptum aſſerit Couarrub. *in dict. cap.* 1. *num.* 1. *ad finem*, his verbis: *Quod ſi iuramentũ acceſſerit huic pacto expreſsim in id præſtitum, vt quis pro pecunia debita detineri poſsit, magis receptum eſt ex eius virtute literum hominem inuitum detineri poſſe, quemadmodum ex dict. cap. Ex reſcripto Doctores adnotarunt, &c.* Cui accedit Queſada *in Diuerſ. Q. Q. Iur. quæſt.* 8. *in fine*, & Baëça *de Inope debitor. cap.* 1. *num.* 25. *ad fin.* Vbi, quod iſte eſt verus, & planus illius Text. intellectus, & aptus litterę, & argumento ſequitur Pichardo *in dict. §. Cum eo quoque. Inſtit. de Action. nu.* 9. & Marcheſanus *p.* 3. *de Commiſsione ſuper dilatione moratoria, cap.* 1. §. 1. *num.* 7. *in fine*, Auguſtinus Barboſa *in Collectanea ad dict. cap. Ex reſcripto, num.* 2. Ameſcua *de Poteſtate in ſe ipſum, dict. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 33. verſ. *Tertio communiter*, Galterus *in Praxi*, 3. *part. principali, Rubric.* 2. *num.* 7. verſ. *Poſteà verò*, D. D. Ioannes de Larrea *deciſ.* 9. *num.* 41. *&* 42. *tom.* 1. *deciſ. Granatenſ.* D. Ioſeph Vela *tom.* 2. *Diſſert. Iuris, diſſert.* 35. *à num.* 133. *vbi nu.* 139. alium ſenſum adducit. Pro quo etiam notanda eſt Rubrica tit. ſub qua collocatus eſt, ſcilicèt, *de Iure iurando*, iuxta quem intelligendus eſt *l. fin. vbi Bartolus, ff. de Condictione indebiti*, Bart. & Bald. *in l. Imperator, ff. de In diem adiectione*, Thomàs Valaſcus *allegat.* 28. *num.* 47. & quod hoc ſit præcipuum illius fundamẽtũ, verba Præferunt, ibi: *Monere curetis, vt ſicut iurarunt; eamdem conuentionem faciant adimpleri.* Petrus Bellinus *dict. p.* 11.

num.

num. 14. Petrus Barboſa *in dict. l. Alia, §. Eleganter. ff. Solut. Matrim. numer.* 40. Vbi hanc reſponſionem tamquam meliorem amplectens, cum Panormitano *in dict. text. numer.* 7. *ad fin.* hunc communem intellectum reſtringit, & declarat, vt valeat pactum iuratum in eo ſenſu, vt obſes non poſsit recedere à loco, metu incurrendi perjurium : non autem in eo ſenſu, vt etiam inuitus, & vi præciſſa cogatur in eo loco perſiſtere, quia hoc modo nimis infringeretur libertas contra ſupra tradita, & ſubſcribit Ripa *in dict. l. Obligation. gener. numer.* 12. *ad fin.* expendens, *dict. cap. Ex reſcripto* dùm probat quod dati fuerunt fideiuſſores in caſu, quo obſides recederent à loco, quaſi inuiti in eo loco non poſſint retineri, idem tenet, *Socinus regula* 174. *ad fin.* & licèt Felinus *in dict. cap. Ex reſcripto, num.* 9. contrarium teneat, Barboſa, Panormitani intellectum, & limitationem ſequitur. In quo obſeruandum eſt, quod licèt pactum de perpetuo incolatu in certo loco, videatur infringere libertatem, & continere ſpetiem ſeruitutis, & ideò reprobetur, & rejiciatur, vt probant *dict. l.* 2. *ff. de Libero hom. exhibend. & l. Titio centum* 71. *§. Titio centum el* 2. *ff. de Condition. & demonſtrat.* tamen valet, & ſuſtinetur quando eſt appoſitum in alicuius fauorem, *l.* 89. *tit.* 18. *part.* 3. vbi Gregor. notat, *gloſſ.* 4. & cum multis tenent Sanchez *de Matrimon. lib.* 1. *diſputat.* 40. *num.* 2. Marinis *lib.* 2. *reſolut. quotid. cap.* 158.

31 Reſtat ergò quod homo liber non poſsit pignorari, nec alienari pro credito, *l.* 1. *C. de Patribuſque filios diſtrax.*, nec cogatur creditori ſeruire, *dict. l. Ob æs, C. de Action. & obligation. cum ſimilibus.* Sed ſolum quòd ſublatis his ſucceſsionibus, quæ per bonorum venditiones fiebant, *vt ex tit. Inſtitut. de Succeſsionibus ſublatis, &c.* & alijs notauimus *ſupra num.* 15. & inducta forma procedendi captis pignoribus aduerſus debitores, ad executionem Rerum Iudicatarum, *vt in l. à Diuo Pio, ff. de Re Iudicat.* aut eis latitantibus contumaciter, bona eorum poſsidendi, vt cum alijs notat Pichardus *in principio dicti tit. de Succeſsionib. ſublatis, num.* 6. Regulariter ſi ſit Iudicatus, vel confeſſus interueniente authoritate Iudicis, & de eius mandato, poteſt carceri mancipari donec ſoluat.

32 Et ideò ſi facienda ſit executio contra debitorem ex cauſa Iudicati, vel ex aliqua ſimili, quæ executionem mereatur, modò loquamur in magnis, & arduis cauſis, modò paruis, & modò talis cauſa pecuniaria deſcendat, ex contractu modò ex delicto. Licèt aliqui

ſentiant perſonam, & bona poſſe ſimul capi, vt per Iaſſonem *in l. Nulli, col. 3. C. de Iudicijs, & in l. 1. in princip. col. 7. & in §. 1. col. 1. ff. Siquis Ius dicenti non obtemp.* quem ſequitur Paulus *in l. 1. C. Qui bonis cedere poſſ.* & Albericus *in Rubr. C. Eodem tit. & in l. Ob æs, C. de Act. & obligat.* Vbi dicit ita ſeruari. Tamen verius eſt, quod non poteſt capi perſona debitoris, niſi priûs facta excuſsione in eius bonis, *ex Gloſſa ſingulari, verbo, vinculis, in l. 3. §. Tutores, ff. de Suſpect. Tutor*, & probatur *in l. à Diuo Pio, §. in Venditione, ff. de Re Iudicat.* Vbi priûs excutienda mobilia, & immobilia, quam deueniatur ad Iura, & actiones, ita intelligenda, *l. 4. tit. 15. part. 5.* & faciunt, *l. 3. & 8. tit. 2. part. 7. l. 3. tit. 17. part. 3. l. 19. tit. 21. lib. 4. Recopil.* notant Abbas *in dict. cap. 2. per text. ibi de pignor.* & dicit communem Felinus *in cap. Quoad conſultationem, col. 7. numer. 10. de Re Iudic.* Ripa *in dict. l. Obligat. generali, num. 20. ff. de Pignoribus, verſic. Præmiſſa*, Aretinus *in l. Maritum, §. Eleganter, ff. Solut. Matrim. num. 7.* Alexan. & Iaſſon *in dict. l. à Diuo Pio, §. in Vendit.* Bart. *in l. Nemo carcerem, num. 4. C. de Exact. trib. lib. 10.* & idem, & Bald. *in l. 1. C. Qui bonis ceder. poſſ.* Angelus *in l. Debitoribus, ff. de Re Iudicat.* Boerius *deciſ. 349. num. 7.* D. Couarrub. *lib. 2. Variar. dict. cap. 1. num. 2.* & cum alijs Baeça *de Inope debit. dict. cap. 1. num. 26.* Paz *in Praxi, tom. 1. cap. 5. 4. part. numer. 3.* Pichardus *in §. Cum eo quoque 40. numer. 10. Inſtitut. de actionibus.* Gutierrez *lib. 1. Pract. quæſt. 132. numer. 6.* Vbi quod hoc procedit attento Iure communi, & cum Auendaño, quod praxis huius Regni contrarium habet, vt ſtatim dicetur. Cancer. *lib. 2. Variar. cap. 9. numer. 11.* Montaluo *in l. 12. tit. 20. lib. 3. Fori Regij, gloſſ. verbo, del cuerpo, verſic. Item eſt notandum.* Ioannes Baptiſta Coſta *de Remedijs ſubſid. remedio 25. numer. 2.* Antonius Virgilius *de Legitimat. Perſonæ, cap. 25. num. 30.*

33 Debitor enim ex cauſa ciuili, & pecuniaria habens bona non incarceratur, vt per Abbatem *in cap. Lator, numer. 1. de pignor. & in cap. Peruenit, numer. 3. de Fideiuſſoribus*, & ratio eſt, quia carcer eſt pœna quoad corpus detenti. Baldus *in l. 5. §. Tutor. & ibi Bologninus in 2. interpræt. de ſuſpectis Tutor.* Angelus *conſ. 213.* Boerius *in Repetit. l. Conſentaneum, numer. 153. C. Quomodo, & quando Iud.* Corpore autem nemo debet luere ſi habet bona, niſi ſit debitor ex delicto, & ita dicitur: *Qui non habet in ære, luat in corpore, l. 1. §. fin. ff. de Pœnis, l. Quicumque, C. de Seruis fugitiu. l. fin. ff. de iu Ius vocand.* ibi: *Si inopia dignoſcitur laborare, cap. 1. §. Homicidium, in fin. verſic. Qui verò ad prædictam pœnã, de pace tenen.*

&

& iuram. firman d. Iaſſon *in §. Pœnales, num.43. Inſtit.de action.* Bald.*in dict.l.Quicumque, col.pen. verſic.Sed quid eſt ſi ſoluendo, C.de Seru. fugit.* & *ibi* eum ſequitur Paulus, & probat Alexand. *in dict.l.fin. de in Ius voc.* & *ibi* Angelus Aretin. *col.fin.* Baeça *de Inop. debitor. cap.*11. *num.*2.& 4. Theſaurus *deciſ.* 182. *num.* 1. & Gaſpar Antonius Theſaurus *in eius Additione, num.*4. Peguera *deciſ.* 6. Æneus Robertus *lib.*2. *Rerum Iudicat. cap.*15. & alij à nobis adducti, qui cõcluſionem benè declarant *infra hoc titulo, quæſt.*3.*num.*26.

34 Iuxta quod.Quotidiana praxis benê materiam manifeſtat. Nam in cauſa Ciuili (de qua noſter ſermo) executor cui pars mandatum executiuum tradit, à qua debet accipere, & non à Iudice, vt probat *l.*1. *C.de Fide inſtrum.* & *Iur. haſtæ Fiſc. lib.*10.& *l.*17.*tit.*21. *lib.*4. *Recopilat.* & ex Roderico Suarez, Couarrub.& Didaco Perez obſeruat Paz *in Praxi, tom.*1.*cap.*2. 4.*part. num.*24. Parladorus *lib.*2. *Rerum quotid.cap.fin.*5.*parte,*§.2. *num.*11. Gutierrez *lib.*1.*Practic. quæſt.*130. Facta aprehẽſione in perſona debitoris, & intimato ei executionis ſtatu, poteſt compellere debitorem (& quotidie compellit) vt indicet bona in quibus faciat executionẽ, vt notat Puteus *de Sindicatu, verbo executio, col.*3.qui citat Gloſſ.*in l.pen. ff.de Ceſsion.bonor.* & Felinus *in dict.cap.Quoad conſultationẽ, col.*7. *de Re Iudic.* Matthæus Brunus *de Ceſsione bonorum, quæſt.*5.*princip. num.*1. Vbi dicit offitialem cui commiſſa eſt executio, poſſe dicere debitori indica bona in quibus poſsit fieri executio, aliàs te incarcerabo Cancer *lib.* 3.*Variar. cap.*17. *num.*523. licêt *ibi* dicat hoc intelligendum, vbi ſigna occultationis apparerent.

35 Et licèt debitor nominet bona, reſpondere poteſt executor: *Mihi non liquet quod iſta tua ſunt, nec quod ſint ſufficientia pro ſatisfactione crediti,* & ideò poteſt eum in carcerem conijcere, ſi non præſtet fideiuſſorem, qui ſe obliget, bona quæ debitor nominat, vt ibi executio, & excuſsio fiat, ſua eſſe, & valere ſummam pro qua executio fit, qui dicitur de ſaneamiento, *l.*19.*tit.*21.*lib.*4.*Recopilation.* ibi: *Que ſe haga la execucion en bienes muebles, y à falta dellos en bienes raizes, con fianças de ſaneamiento, y que en defecto de las dichas fianças ſea preſo el deudor.* Quam praxim dandi hunc fideiuſſorem tradunt Maranta *in Speculo, tit.de Execution.ſentent. numer.*23. Baldus *in l.fin. §.Et ſi præfatam, C. de Iur. deliberand. col.*2. *verſic.Interim,* Couarrub. *lib.*2.*Var.cap.*1.*num.*2.Avendañ. *in Dictionario, verbo, Almonéda, verſic.Item in iſta materia.* Baeça *dict.cap.*1.*num.*27.*in principio.* Pichardus *in dict. §.Cum eo Inſtitut.*

de action. num. 15. ibi: *Quamuis enim incipere non poſsit executio à perſonæ captura, poteſt tamen executor perſonam capere, quo vſque bona indicet, in quibus fiat executio Authore Puteo de Sindicatu, verbo, executio, col.* 2. *& quia indicata bona, vel aliena eſſe poſſunt, vel non ſoluendo, eundem debitorem detinere, niſi fideiuſſorem preſtet qui caueat, & bona debitoris eſſe, & ſoluendo, &c.* Gutierrez *lib.* 1. *quæſt.* 132. *numer.* 1. *& per totam, vbi num.* 3. probat praxim vniuerſalem huius Regni (quę pro lege habetur tamquam inueterata conſuetudo) anteà id introduxiſſe, *& numer.* 5. ita ait: *Merito ante noſtram legem inoleuit praxis, quæ ea poſtea aprobatur, vt facta exequutione, debitor huiuſmodi teneatur preſtare fideiuſſorem de ſaneamiento, hoc eſt, que los bienes executados al tiempo del remate ſeràn ciertos, y valioſos de la deuda principal dezima, y coſtas, &c.* Parladorus *lib.* 2. *Rerum quotid. cap. fin.* 5. *part.* §. 5. *num.* 1. Ayllon *in Addition. ad Anton. Gomez, lib.* 2. *Variar. cap.* 11. *num.* 52. Gutierrez *lib.* 1. *Practic. cap.* 1. *num.* 6. Azevedo *in l.* 3. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopilat.* Vbi latè comprobat, & quod hæc fideiuſsio ſucceſsit loco fideiuſsionis iudicio ſiſti, quę de Iure communi ſufficiebat. Greg. Lop. *in l.* 41. *tit.* 2. *p.* 3. *gloſſ.* 4. *&* 5. Paz *in Praxi, tom.* 1. 4. *partis, cap.* 7. *numer.* 5. *fol. mihi* 118.

36 Offerens enim fideiuſſorem, Videtur eſſe ſoluendo, ſi fideiuſſor idoneus eſt, *l. Si plures,* §. *Præterea, ff. de Fideiuſſ.* & ibi notant Bart. Paulus Immola, & Angelus, Suarez *in Declarat. l.* 2. *tit. de los emplaçamientos*, verſic. *Vlterius nota iſtius text. num.* 16. Heringius *de Fideiuſs. cap.* 6. *num.* 110. vbi ad id refert ſtatutum Lubecenſe. Ideò oblato fideiuſſore de euictione, quoniam iam conſtat debitorem eſſe ſoluẽdo non pertrahitur in carcerem, vt ex ſupra dictis obſeruat, & probat Baeza *de Inope debitore, dicto cap.* 1. *num.* 27.

37 Et idem erit, ſi debitor non habens fideiuſſorem de ſaneamiento, proferat citato creditore, teſtes affirmantes bona, quę nominauit ſua eſſe, nam debet dimitti, & ſolui è carcere, etiam non dato fideiuſſore de ſaneamiento, teſtes tamèn tenebuntur de periculo, veluti nominatores, & fideiuſſores, ita ſcribit Auendaño *in Dictionario dict. verbo, Almoneda, verſic. Nam poteſt.* Nam teſtes qui affirmant bona quæ debitor nominat propria eius eſſe, loco fideiuſſorum ſunt, *l. Cum oſtendimus,* §. *fin. ff. de Fideiuſſor. tutor.* Antonius Gomez *l.b.* 2. *Variar. cap.* 13. *numer.* 5. Narbona *de Ætate. Requiſ. ad omnes act. hum. anno* 25. *quæſt.* 10. *numer.* 9. Paz *in Praxi dict. tom.* 1. 4 *part. cap.* 7. *num.* 5 *infin.* comprobat Baeça *vbi ſupr. n.* 29. Vbi quod hæc opinio Iuri, & ęquitati eſt conformis,

quia

quia cum non ex alio debitor dimitatur cum fideiuſſore de ſaneamiento, niſi quia eo dato conſtat habere vndè ſoluat, vt patet ex verbis, quibus moris eſt dictum fideiuſſorem ſe obligare. Ergò ſi aliàs legitimè conſtet, captum debitorem bona habere ex quibus ſoluat, æquum eſt vt dimitatur. Et idem tenet Pichardus *in dict. §. Cum eo quoque num.* 16. Vbi concludit quod ita confirmant quotidiana praxis, & ſtylus, licèt Gutierrez *lib.* 1. *Practic. dicta quæſt.* 132. *à num.* 2. id non admitat, ex rationibus quas ibi recenſet, qui *in fine quæſtionis*, ita concludit: *Quam ob rem iuſtiſsima inoleuit prædicta praxis in noſtris Regnis, vt debitor præfatus etiam ſi habeat bona, capiatur, niſi fideiuſſorem de ſaneamiento præſtiterit.*

38 Ex quibus patet, quod ſecundum Iuris communis diſpoſitionem, poſtquam debitor eſt condemnatus, vel alio modo obligatus, vel conuictus, taliter quod executio contra eum procedat. Si facta executione non reperiantur bona, vel non det hunc fideiuſſorem, poteſt perſonaliter capi, & ad publicos carceres duci, Text. *in l.* 1. *C. Qui bonis ced. poſſ. l.* 2. *C. de Exactor. Tribut. lib.* 10. & ibi communiter Doctores, cum quibus conuenit, *l.* 1. *cum pluribus ſeqq. tit. fin. part.* 5. vbi Gregorius maximè *in l.* 4. Rodericus Suarez *in Declaratione legis ſecundæ de los emplaçamientos in principio, num.* 1. *& ſequentibus, & alij, ſupra relati.*

QVÆSTIO III.

De beneficio ceſsionis bonorum in fauorem debitorum inducto.

Summarium Quæſtionis Tertiæ.

Num. 1. *Debitori Imperatorum benignitate conceſsum eſt beneficium ceſsionis bonorum, per quod non ſolum vitam ſeruabat, ſed carceris moleſtiam effugebat, & de forma, & qualitatibus, quibus facienda eſt, num. 2.*

3 *Quod etiam apud Romanos legis Iuliæ conſtitutione obſeruabatur.*

4 *Ceſsio liberat debitorem à carcere, & iniurijs debitorum, non autem à debito. Et cedenti non ſunt deneganda alimenta.*

5 *Ceſsio bonorum an excuſet debitorem in foro animæ?*

6 *Cedentis obligatio ſuſpenditur durante inopia, & ſolum tenetur in quantum facere poteſt, & ad pinguiorem fortunam peruentus poteſt deducere alimenta.*

7 *Notatur Acurſius* in l. Vbicumque, *verbo* Fideiuſſorem, ff. de Fideiuſſor. *Dum dixit cedentem bonis à ciuili obligatione liberari, non à naturali. Nam contrarium eſt verum.*

8 *Cedens bonis nullum contractum, nec quaſi contractum gerere valet.*

9 *Conſuetudine, vel ſtatutis diuerſarum Prouintiarum inductæ ſunt variæ formæ cedendi cum actibus ignominioſis. Et refertur forma cedendi in Roma, & in multis locis Italiæ.*

10 *Adducuntur Authores, qui de his formis ſeu ſtatutis in omnibus Prouintijs obſeruandis, egerunt.*

11 *Debitor qui ceſsit bonis cum his actibus ignominioſis, Vbi ita obſeruatur, ſi ad pinguiorem fortunam deueniat, an teneatur creditoribus ſatisfacere? & numeris ſequentibus. Et num. 14. aprobatur ſententia affirmans, & maximè in noſtro Regno.*

15 *Legibus Hiſpaniæ antiquis, & recentioribus quid contra debitorem ſtatuatur, etiam facta ceſsione, & num. 16.*

17 *Authoritate Regia, & legum huius Regni in homine libero debitore conſtituitur ius quodam ſeruitij, & operarum, licèt non ſeruitutis.*

18 *Seruitij hoc genus in quo conſiſtat, & quos effectus habeat? Nam debitor ex operibus debet dietim ſoluere, datis ſibi neceſſarijs alimentis, & comprobatur num. 19.*

Tor-

20 *Torques ferreus, qua de cauſa imponatur debitori cedenti bonis?*

21 *Summus Pontifex Pius V. iuſſit vt cedentes bonis aſportarent virretum viride, vt euitarentur.*

22 *Ponderatur ratio conſiderata in Decreto Ducis Sabaudiæ de quo ſupra hac quæſtione, num. 8. ſcilicèt, vt alij metu huius ignominiæ retrahantur à prodigalitate, & profuſione Patrimonij. Et fauore Reipublicæ defenduntur formulæ ceſsionis ignominioſæ.*

23 *Ceſsionis bonorum beneficium Iure noſtro Regio non eſt ſublatum, licèt fiat ſine aliquo actu ignominioſo. Et quos efectus producat? & num. 24.*

25 *Debitor pecuniarius etiam ex cauſa deſcendente ex delicto admititur ad ceſsionem bonorum.*

26 *Quod intelligendum eſt reſpectu intereſſe, & debiti partis, non verò reſpectu pœnæ quæ Fiſco, vel alio publico loco aplicatur.*

27 *Creditor anterior, qui requiſitus à poſterioribus non obſeruat formam legis Regni, ſed patitur debitorem incedere ſine torque ferreo, amittit Prælationem.*

28 *Vxor, vel filij ea mortua, concurrentes prodote, & bonis maternis cum alijs creditoribus, & ſe opponentes ceſsioni mariti, vel Patris, eum petentes vt ex eius ſeruitio ipſis ſatisfiat, an ſint præferendi? & num. 29. reſoluitur quod ſic.*

30 *Sed hoc caſu maritus, vel Pater traddendus eſt Vxori, vel filijs ſine torque ferreo.*

31 *Et idem ſi filius familias efficaciter obligatus, petatur à Patre ratione Iuris ſui, & vſu fructus.*

1. EAdem ratione, qua durities, & ſeueritas legis 12. Tabularũ explosſa eſt, vt dictum eſt *quæſtione præcedenti*. Sic Imperatorum benignitate introductum eſt, vt huic debitori bonis cedere licerèt, per quam ceſsionem non modo vitam ſeruaret, ſed carceris etiam effugeret moleſtiam vt oſtendit, *l. 1. C. Qui bon. ced. poſſ. l. Ob æs 12. C. de Act. & Oblig. dict. l. 1. tit. fin. part. 5.* Abbas *in cap. Oduardus, de ſolut.* Couarrub. *lib. 2. Variar. cap. 1. num. 5.* & ibi Faria *in Additione, num. 36.* Baldus *conſ. 301. vol. 5. num. 2.* Vbi quod hæc ſupplicatio carcerati eſt Iuri communi, & æquitati conſona. Tuſchus *litt. C. concluſ. 217. num. 1.* Stracca *dict. tit. de Decoctor. parte 3. §. Circa, num. 2. & ſeqq.* Marta *de Iuriſdict. part. 4. cent. 2. caſu 216.* Cancer *lib. 2. Variar. cap 9. num. 1.* Pichard. *in §. Cum eo quoque Inſtitut. de Action. num. 25.* Parlador. *lib. 2. Rerum Quotid. cap. fin. 5. part.*

5. *part.* §. 7. *num.* 2. Coſta *de Remedijs Subſid. remedio* 27. *à num.* 2. Vbi quod producit tres effectus, ſicut etiam Marcheſanus *de Commiſſ. part.* 3. *de commiſſ. admiſſ. ad bonor. ceſſ. cap.* 1. §. 1. *numer.* 2. Vbi eos recenſet, & latè agit de materia, D. Ferdinandus Arias de Meſſa *lib.* 2. *Variar. cap.* 36. *num.* 24. Ioannes Valerus *in Differentijs inter Vtrumque forum*, verbo, *ceſsio bonorum, different.* 1. *num.* 1. & *different.* 4. Vbi quòd hæc ceſsio non habet locum in Criminalibus, licèt *num* 3. limitet quoad forum pœnitentiale. Marius Giurba *deciſ.* 41. *num.* 4. *quæ repetita eſt inter adductas* à Ioanne Caſtagna *in Calce operis, de Beneficio deducto ne egeat, deciſ.* 19. vbi cum Beroio *quæſt.* 133. *num.* 2. ita ait: *Eſt enim hæc pars Iuris, quæ per fortunam aduerſam obæratis ceſsionem indulget, ex naturæ Iure deſumpta, cum contra carceris iniuriam, pro libertate corporum pugnetur, &c.* Et ideò ait cauendum eſſe à Mancino *de Iuramento, part.* 4. *effectu* 213. *num.* 4. contrarium affirmãte. Menochius *de Arbitr. lib.* 2. *caſu* 183. *num.* 1. ibi: *Sciendum eſt itaque, ante omnia ceſsionis beneficium eam ob cauſam adinuentum fuiſſe, vt debitoribus inopia laborantibus, qui alioqui miris cruciatibus à creditoribus afficiebantur, ſuccurſum eſſet.* Mathæus Brunus *de ceſſ. bon. quæſt.* 3. *in principio.* Brunorus à Sole *quæſt.* 6. *num.* 2. Quod benè poteſt comprobari ex his quę poſt omnes obſeruat. Pichardus *in* §. *fin. Inſtit. de adquiſit. per arrogat.* Dum ibi ſtatuitur, arrogatorem, qui vtilibus actionibus poteſt conueniri, ab obligatione liberari, bona creditoribus adrogati relinquendo, ex quibus vnuſquiſque quod ſibi debetur accipiat, exemplo Caſtoris, vel Elephantis, quorum ille teſticulos, hìc dentes ſibi præſcindit, quos ſcit à Venatoribus inquiri, vt ſic ſe ab illis, ocaſione ſublata, facilius diſſoluat.

2 Et de forma, & qualitatibus, quibus facienda eſt hæc ceſsio, vt proſit debitori, ſcilicèt tradendo, & dimitendo omnia bona ſua vt vendantur, nihil ſibi relinquendo, præter veſtes quotidianas, & exhibendo Libros, & memoriale Iurium, & actionum, & debitorum, & creditorum ſub religione Iuramẽti, iuxta *l.* 1. & *fin. C. Qui bonis cedere poſſ. l. penult.* & *fin. ff. de Ceſsion. bonor. l.* 1. *tit.* 15. *part.* 5. *l.* 7. *tit.* 19. *lib.* 5. *Recopil.* verſiculo, *y antes que ſea oydo*, latè agunt Mathæus Brunus *de Ceſsione bonorum*, Ioanes Faber. *in* §. *Cum eo quoque Inſtit. de actionib.* D. Couarrubias *lib.* 2. *Var. cap.* 1. *num.* 5. vbi Faria *in Addition. num.* 37. Antonius Gomez *in l.* 79. *Tauri, num.* 1. & *tom.* 2. *Variar. cap.* 11. *num.* 51. & ibi Ayllon *in Additionibus*, Gutierrez *de Iuram. confirmat.* 1. *part. cap.* 16. *num.* 11. Paz *in Praxi, tom.* 1. *cap.* 5. 4. *part.*

à num.

*à num.*8. Villadiego *in Politica, cap.*2. *num.*17. *& ſeqq.* Horatius Carpanus *ad Statuta Mediolani, cap.*408. *à num.*6. *cum multis ſeqq.* Vbi pleniſsimè de tota materia. Caſparus Mancius *in Patrocinio debitorum, decade* 2. *quæſt.*1. *& ſeqq.*& maximè *quæſt.*6. *à num.*4. Aniquinus *de Præuent. inſtrum. cap.*4 *quæſt.*2. *num.*11. Vbi probat citationem factam ad videndum fieri ceſsionem, non impedire carcerationem debitoris. Sicut etiam de eo qui formàt concurſum creditorum, dicimus: *Infra tit.*3. *quæſt.*1. *num.* 18. & de hoc beneficio ceſsionis bonorum, quam plura notat Marcheſanus *dicta part.* 3. *tit. de Commiſſ. admiſsionis ad bonorũ ceſsionem, cap.*1. *§.*1. *fol.*285. eruditiſsimus D. D. Franciſcus de Salgado *in Labyrintho creditor. part.*1. *cap.*1. *num.*7. *& ſeqq. & à num.*12. Vbi pluribus comprobat,& declarat in quo differant hæc remedia concurſus, & ceſsionis, licèt in effectu,& practica hodie videantur idem eſſe.

3 Quod beneficium etiam apud Romanos olim legis Iulię conſtitutione, ciuibus tantum indultum fuit, ſi ſoluendo non eſſent, ex Iulio Cæſare *lib.* 3. *Comment. Belli Galli.* Suetonio *in Caio Cæſare, cap.*42. Tacito *lib.* 5. *Annal.* Poſtea autem ex conſtitutione Diuorũ fratrum etiam Prouintijs impertitũ eſt, *l. Legis. C. Qui bon. ced. poſſ.* Zaſius *in Catalog. leg. Antiq. in l. Iulia, de fœnore;* Roſinus *lib.*8. *Antiq. Rom. in vlt. part. legum, cap.*19. vbi ita ait: *De ceſsione bonorum eiuſdem Auguſti Iulia memoratur, vt qui ſine dolo ſuo malo æri alieno ſatisfacere non poſſet, bonis ſuis cedendo liberaretur, l.*4. *C. Qui bon. ced. poſſ. & in Codice Theodoſiano, lib* 4. *tit. Qui bonis ex lege Iulia cedere poſsint,* quam repetit *cap.*20. *circa finem.* Franciſcus Othomanus *de Legibus Rom.* verbo, *Iulia de ceſsione bonorum.* Pichardus *in dict §. Cum eo quoque, num.*39. *& melius, num.* 8. & obſeruat nouiſsimè Antoninus Diana *tom.*7. *reſolut. mor. tract.*8. (qui eſt peculiaris de hac materia ceſsionis bonorum, & dilationum moratoriarum, & à Nemine, quem viderim, adductus) *reſolut.* 1. & notat etiam Scipio Gentilis *de Iuriſdiction. lib.*1. *cap.*12.

4 Et finis præcipuus ob quem conceditur hoc beneficium eſt liberare debitorem à carcere, & ab alijs injurijs creditorum, ad quorum inſtantiam in carcerem detruſus eſt (Quod debet præcedere, quia cum ſit ſubſidiarium, & miſerabile, non conceditur debitori, ſi gratis ſe ei offerat, *vt in l.*1. *& fin. C. Qui bonor. ceder. poſſunt. l* 4. *tit.*15. *part.*5. *l.*7. *tit.*19. *lib.*5. *Recopilat.* Gregor. Lopez *in l.*4. *tit.*15. *par.* 5. *gloſſ.*2. & notant Ioannes Faber. *in §. fin. Inſtitut. de action.* & Montaluo *in l.*2. *tit.*8. *lib.*3. *Fori Regij* in Gloſſ. verbo *Recaudelo,* Azevedo *in l.*7. *tit.*16. *lib.*5. *Recopil.*

copil. num. 1. Paz *in Prax. tom.* 1. *cap.* 54. *part. num.* 5. benè Paſchalis *de Viribus patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 63. Rodriguez *de Executione, cap.* 8. *num.* 17.) Mancius *in Patrocin. debitor. quæſt.* 8. *decadis ſecundæ, num.* 81. Marius Burgius *de Laudemio, part.* 3. *in ſpect.* 11. *num.* 4. Vbi loquitur in emphiteuta volente cedere bonis, vt euitet carcerem in quo detinetur pro ſolutione laudemij: neque inuitus poteſt debitor cogi ad illud *authent. ne quis cogatur bonis cedere collatione* 9. Velaſco *de Priuileg. Paup. lib.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 82. & 83. vbi ſingulariter limitat hanc reſolutionem in debitore ex cauſa redemptionis à captiuitate, nam licèt cedat bonis à carcere, & ab addictione nõ liberatur. De quo latiùs *infra tit.* 5. *quæſt.* 2. *à num.* 21. & *num.* 25. & 26. (non autem liberare eum à debito, *l.* 1. *l. Cum, & filij, C. Qui bon. ceder. poſſunt, l.* 1. & 3. *tit.* 15. *part.* 5. Ergò interim ſuſpenditur actio donec ad pinguiorem fortunam venerit debitor, & eatenus in poſterum conuenitur quatenus facere poteſt, *l. Is qui bonis* 4. *l. Qui bonis* 6. *l. Si debitoris* 7. *ff. de Ceſſion. bonor. dict. l. Cum, & filij* 7. *C. Qui bon. ced. poſſunt, l. Ex contractu* 3. *verſic. At tunc demus, C. de bon. Auth. Iudic. poſſid.* §. *Cum eo quoque inſtit. de action. cap. Oduardus, de ſolut. l.* 3. *tit.* 15. *part.* 5. de quibus Iuribus, & concluſione in eis contenta, ſcilicèt quòd qui bonis ceſsit non eſt fraudandus quotidianis alimentis benè agunt. D. Couarrub. *lib.* 2. *Variar. cap.* 1. *nu.* 5. Maximilianus Fauſt. *de Ærario claſſe* 16. *conſ.* 186. Vlricus Hunnius *in Encyclopedia Iuris, par.* 42. *tit.* 27. *cap.* 3. *num.* 12. Harpprectus *in Commentarijs ad Inſtit. tom.* 4. *tit. de Actionibus,* §. *vltim. num.* 20. & cum eis, & alijs Diana *dict. part.* 7. *tract.* 8. *reſolut.* 4. Faria *in Addit. ad Couar. dict. cap.* 1. *num.* 47. Caſtillo *de Alimentis, cap.* 37. §. 4. *num.* 2. & 47. *num.* 2.

5 Nauarrus *in Manuali, cap.* 17. *num.* 86. Vbi quod hæc ceſsio excuſat in foro exteriori quoad debita ex contractibus orta, & in foro conſcientiæ non excuſat, niſi quatenus neceſſitas debitorem ſine ceſsione excuſaret, & idem *in cap. Non dicatis* 12. *quæſt.* 1. *nu.* 3. *ad medium.* Vbi quod ea ſola ceſsio excuſat à peccato, quod incurritur ob non ſolutionẽ debiti, quæ fit ab eo qui propter caſum ſuperuenientem deducitur ad inopiam, ſequitur Barboſa *in l. Alia,* §. *Eleganter, num.* 56. *ff. Solut. Matrim.* & benè notat cum D. Baſilio Magno, & Theologis Baeça *de Inop. debit. cap.* 4. *num.* 18. quod debitor abſque culpa ad Inopiam redactus, & ideò creditori non ſoluens abſolutus eſt apud Chriſtum, benè Soto *lib.* 4. *de Iuſt. & Iur. quæſt.* 7. *art.* 4. Vbi quærens vtrum tuta conſcientia poſsit quiſque bonis cedere, id-

que

què à Republica permiti, reſpondet: *Quod qui negotiationes ſubdolè, & vafrè, vel ingrediuntur, vel exercent, re vera non eſſent permitendi, ſunt enim, inquit, qui cum nihil in bonis habeant credito vndique corradunt, vndè fidem aliquam ſibi arrogent, & quod ipſi vocant creditum. Neque ea fraude contenti viuere lautè atque in dies lautiùs, perſeuerant. Qua ratione æs alienum ingens conflant, quo poſtea preſsi in Sacrum aliquod ſe recipiant, quod profecto peſtilentiſsimum eſt latrocinij genus. Neque eſſent iſti à Republica ferendi, ſed ceu latrones plectendi: Qui autem bona fide negotiantur, ſed calamitoſè ſunt in paupertatem reiecti optima conſcientia poſſunt legum beneficio vti nè carceribus abſumantur,* quem refert, & ſequitur coſta *de Remedijs ſubſidiarijs remedio* 27. *num.*20. Valerus *de Differentijs inter vtrumque forum verbo, ceſsio bonorum, differen.*1. *num.*6. Et ſecundum Theologos creditor non indigens tenetur ſub peccato mortale non exigere à debitore rem, qua ille indiget, vel ad ſuſtentandam naturam, vel ad notabile damnum vitandum Ioanes Medices *de Elemoſina, quæſt.* 3. *circa fin.* Emanuel Sà *in Aphoriſm. confeſſor, verbo, debiti num.*26. Sed ſi creditor egeſtate, & neceſsitate prematur, & abſque magno ſuo incommodo diutius ex ſpectare non poſsit, non erit cum eius detrimento debitori non valde indigo conſulendum. argum. *l. Nec Auus, C. de Emancip. liberor, cap. Primum* 8. *cauſa* 22. *quæſt.* 2. & vtrumque comprobat Caſparus Mancius *in Patrocinio debitorum, quæſt.*1. *decadis* 1. *num.*88. & 89.

6 Vndè ceſsio non impedit ſubſtantiam obligationis, ſed ſolum effectum durante inopia, & ideò iuratoriam cautionem de debitis ſoluendis cũ ad pinguiorem peruenerit fortunam prẹſtare tenebitur iuxta Gloſſam, & *antiquiores in d. cap. Oduardus. § fin. Inſtit. de action.* ibi: *Ex integro in id, quod facere poteſt creditores experiuntur*, vbi omnes Doctores. Atque ita ſolum tenetur in quantum facere poteſt deducto nè egeat, *quoniam inhumanum eſt*, vt concludit ibi Iuſtinianus, *ſpoliatum fortunis ſuis in ſolidum damnari*, & Venuleius *in l. fin. § Penultimo, ff. Quæ in fraudem creditorum. Iniquum putat in eum dari actionem cui bona ablata ſunt, l.*1. *tit.*15. *partit.*5. D. Nicolaus Fermoſino Epiſcopus Auſturicenſis *in Allegat. Fiſcalibus, allegat.*56. *num.*2. Caſparus Mancius *in Patrocinio debitorum depauperatorum, quæſt.* 2. *decadis* 2. *num.*24 & *ſeqq.* Deducet ergò iſte debitor ad pinguiorem fortunam peruentus congrua ex ſuæ perſonę conditione alimenta, *l.*4. *ff. de Ceſsion. bonor.* Menoch. *de Arbitrar. lib.*2. *caſu* 183. *num.*20. Cancer. *lib.*2. *Variar. cap.*9. *num.*3. & 4. Petrus

Gre-

Gregorius *lib.22. Syntagma, Iur. cap.8.num.5.* Paz *in Praxi, dicto tom.1.cap.54.part.num.10.& 11.* Menchaca *de Succeſſ. creat. lib.1. §.6.num.51.* Covarrub. *dict. lib.2. cap.1.num.6.* Antonius Gomez *lib.2. Variar. cap.11. num.57. & ibi Ayllon in Addit.* Gregorius Lopez *in l.3.tit.15.partit.5.gloſſ. de que pudieſſe viuir*, Ioannes Caſtagna *de Beneficio deducto ne egeat, quæſt.11.per totam.* vbi latè comprobat Rodriguez *de execution.cap.8.num.22.* Diana *dict. part.7.tract.8.reſolut.6.* Vbi benè etiam probat in foro conſcientię cedentem bonis poſſe retinere, & occultare neceſſaria ad ſui ſuſtentationem, quamuis Ius poſitiuum id neget, niſi ex bonis, quæ poſt dictam ceſsionem adquirit, *& reſolutione 7. ſequenti*, agit de eadem quæſtione, & an procedat etiam ſi debita oriantur ex delicto. Petrus Bellinus *de Re militari, part.9. tit.vnico à num.44.* vbi benè declarat, Caſtillo *dict.cap.47.nu.2.*

7 Ex quo ſequitur, non rectè ſenſiſſe Acurſium, nec eũ ſequentes, *in l.Vbicumque 61. verbo, fideiuſſorem, ff.de Fideiuſſor.* dum ait, cedentem bonis à ciuili obligatione liberari, non à naturali; Nam nõ liberatur nèc à ciuili obligatione, ſed ſolum ſuſpẽditur executio. Alias enim ſequeretur poſt ceſsionẽ nullo modo debitorem ditiorem factum conueniri poſſe, quia actio ſemel extincta, amplius non poteſt reuiuiſcere, *l.Qui res 98. §.Aream, ff.de Solut. l.Si vnus 28. §.Pactus, ff.de Pactis*, nec liberatus poteſt conueniri ex ſola naturali obligatione, *l.Frater à fratre, ff.de Condict. indebit. l.Stichũ, §.Naturalis, ff.de Solut.* vt rectè ratiotinantur Pichardus *in §.fin. num.30. & 31. Inſtit. de action.* Brunorus à Sole *in quæſtionibus legalibus quæſtione 6. per totam maximè à num.4.* D. Couarrub. *dict. lib.2. cap.1. num.6.* ibi: *Et illud verum eſt, per ceſsionem bonorum non tolli, nec naturalem, nec ciuilem obligationem, ſed tantum exceptionem competere.* Paz *in Praxi, dict.cap.54.part.num.12. & 13.* Coſta *dict. remedio 27. num.6.* Diana *dict.Tract.8. reſol. 20.* Vbi cũm varijs authoritatibus comprobaſſet, non ſolum in foro interno, ſed etiam neque in foro exteriori ceſsionem bonorum liberare ab onere reſtitutionis, ſiquis veniat ad pinguiorem fortunam hanc reddit rationem, *& ratio horum omnium eſt, quia debitum per bonorum ceſsionem non extinguitur, ſed conſopitur, ergò ceſſante cauſa, quæ erat impotentia ſoluendi, reuiuiſcit.*

8 Inde etiam profluit quod cum bona non poſſideat, ſed deſierit creditoribus, nullũ contractum gerere valeat, nec quaſi contractum, nec ſententia cum eo prolata ſit valida; vt vtrumque doctè, more ſuo, com probat in legali ſcientia conſuma-

matiſsimus D. D. Alfonſus de Olea, qui olim in Pinciana Academia Primarię legum Cathedrę fuit Interpres Emeritus, & in Regia Chancellaria Granatenſi Iudex integerrimus, & poſtea in hac Commiſsionis millionum Regni aula, & in eodem Rei Dominicę Conſeſu Fiſci Patronus, & tandem ſuis ſingularibus meritis ad Supremum Caſtellæ Senatum aſcendit, *de Ceſsion. Iur. & Action. tit. 1. quæſt. 1. à num. 21.* De quo latiùs infra Annuente Deo agendum eſt.

9 Et cum in hac ceſsione facienda, variæ formæ in ſingulis Prouincijs, ſecundum diuerſarum Regionum mores, earum ſtatutis, ſeu conſuetudine, ſanctæ, ſeu præfixæ ſint (quæ quidem in eâ facienda per debitorem omninò ſeruandę ſunt in ſua Prouincia, vt tenent Bald. *in l. 1. num. 15.* vbi, & Salicet. *num. 8.* & Bart. *in l. fin. C. Qui bonis cedere poſſ.* Marcheſanus *de Commiſs. dicta commiſs. admiſſ. ad bonor. ceſsion. num. 5. & num. 14.*) plures earum ignominiam quandam continent propter bonum publicum ad deterrendos homines, ne prodigalitate, aut negligentia ad ſimilem ſtatum deueniant. Nam vt refert Alexand. *conſ. 210. num. 10. volum. 2.* Romę cedens bonis aſcendebat Leonem marmorum, qui erat in pede ſcalarum Capitolij, & equitans dicebat: *Cedo Bonis*, & teſte Angelo *in l. fin. ff. de Ceſsion. bonor.* in Italiæ quibuſdam locis cedens bonis in publico, & notorio loco, nudus vadere, & poſteriora ter ad lapidem, vel columnam percutere cogitur, clamando: *Cedo Bonis*, cuius conſuetudinis, & obſeruantię meminit etiam Bald *conſ. 301. vol. 5. num. 3.* & referunt Marcheſan. *in dicta Commiſſ. admiſsion. ad bonor. ceſsion.* vbi ſimilia ſtatuta defendit, & nouiſsimè Diana *dict. Tractat. 8. reſolut. 21. verſic. in Italiæ quibuſdam locis*, Marcus Antonius Surgentus *in Neäpoli Illuſtriſ. lib. 1. cap. 10. numer. 42.* Vbi refert pro foribus Tribunalis Magnę Curię Vicariæ illius Ciuitatis ſitam eſſe marmoream vaſim inſtar antiquę aræ, & ſupra eam, marmoream columnam quincubitalem, quam aſcendunt debitores decocti, bonis cedentes, & ei detecto capite integra hora inhærent. Præcone præmiſſa tuba conclamãte verba, quę habentur in Pragmatica ſanctione de ceſſione bonorum; Vt qui æris debito ſoluitur dedecoris nexu detineatur, & ponit litteras inciſas in columna, hoc demonſtrantes, & ait Romę olim conſtitutum certum locum decoctoribus in ſpectaculis quo omnibus innoteſcerent. Viuius *in Communibus opinion. tom. 1. loco 2. de Magiſtratu, tit. 9. de Conſuetudine, cap. 7. verſic. Statutũ*, vbi reprobat hãc conſuetudinẽ dicẽs eſſe cõtra honeſtatẽ, & refert. *Regiam Pragm. anni 1546.*

qua iſte modus ceſsionis moderatus eſt, quæ hodie obſeruatur, Theſaur. *deciſ.36.in fine*, vbi refert ad litteram Decretum Amedei Ducis Sabaudiæ, quod dicit habuiſſe manuſcriptum, in quo ponitur formula ceſsionis ignominioſæ in illa ditione obſeruatę, vbi Gaſpar Anton. Theſaur. eius filius *in Addit.* illud defendit, vt ſtatim *num.22.*dicemus.

10 De quibus formis, ſeu ſtatutis in omnibus Prouincijs obſeruandis, nè diutius in eis enarrandis Immoremur, videndi ſunt, Gloſſ. *in dict.§.fin.de act.verb. Ex integro.* Brunus *de Ceſsion.bon. quæſt.3.num.6.* vbi plures recenſet. Petrus Gregor. *lib.22. Syntagmat.Iuris, cap.8.num.6.* Brunorus à Sole *dict.quæſt.7.num.9.* Menoch. *dict.caſu 183.num.13.& ſeqq.* Baëça *de Inope debit.cap.1.num.74.* vbi benè eas recenſet, Cæſar Galup. *in Praxi, part.3.cap.8.num.13.* Scipio Rouit. *ad Pragm.3. de ceſſ. bonor.num.7.* Ant.de Virgil. *de Legitimat. Perſonæ, cap.12. num.10.* Matiençó *in l.4. tit.16. lib.5. Recopil.gloſſ.2.num.7.* Rodriguez *de Execut.cap.8.num.20.* Ludouicus Sancius à Melo *de Inducijs debitorum, quæſt.2.num.4.& 5.* Couarrub. *lib.2.Varia.cap.2. à num.5.* Oſſualdus Illigerus ad Donellum *lib.27. Comment. cap.9. litter.HH.* Ioannes Valerus *de Differentijs inter vtrumque forum*, verbo, *ceſsio bonorum, differ.3.num.1.* Onufrius Donadeus *de Renuntiat. cap.36. num.29.* Vbi notat quod vniuerſitas in caſu ceſsionis bonorum, cum ſit corpus quoddam fictum, obſeruabit ſolam Iuris cõmunis formam, non autem illam ignominioſam ſuper lapidem. Caſparus Mancius *in Patrocin. debitor. quæſt.6.decadis 2.nu.15.& nu.88.* Vbi quòd modus iſte ignominioſus cedendi bonis, eſt parum laudabilis, & à Iuris ſcripti humanitate abhorret. Qui etiam referunt morem noſtræ Hiſpaniæ imponendi tali debitori torquem ferreum ad colum, præſcriptum, per *l.6.tit.16. lib.5. Recopil.* de quo ſtatim latius agemus.

11 Ergò in Prouincijs, vbi ſimilis ceſsio ignominioſa, eſt in vſu, quæſtionis eſt apud DD. an is debitor etiamſi adpinguiorem fortunam deuenerit, teneatur ad reſtitutionem, & aliquid ſoluere ex bonis poſtea quæſitis? an verô in totum liberetur? Et quidem, quod hoc caſu non teneatur, ſed quod in totum liberetur, tenent plures, quia ignominia, quæ pœna corporalis eſt, loco ſolutionis debiti ſuccedit, argum. ſumpto ex Gloſſ. *in cap.Sicut dignum, §.Eos inſuper, de homicidio*, quam ſingularem ibi dixit Felin. & ante eum Romanus *Singul. 24. quod non valens ſoluere, & ex cap.Peccatum de Regul. Iur. in 6.* & in ſpecie probat Gloſſ. *in §.final. Inſtitut. de Action.verbo, ex integro in addit.* & facit *l.fin. ff. de in ius vocando*, vbi Baldus concludit: *Quod Debitor, ſi deueniat ad pinguiorem fortunam, poſt luitionem corporis*

non

non tenetur, quia luitio corporis, cedit loco ſolutionis, & allegat Text. *in l. Si vnius, §. Sed ſi ante, ff. de Injurijs*, Coſta *dicto remedio* 27. *num.* 3. Paſchalis *de Virib. patriæ poteſt. part.* 2. *cap.* 9. *numer.* 52. & latè, & benè comprobans Ioannes Caſtagna *in Tractat. de Benefic. deducto nè egeat quæſt.* 11. *à numer.* 31. Rodriguez *de Execut. cap.* 8. *numer.* 23. vbi benè comprobat Marcheſanus *vbi proximè num.* 17. quam ſententiam firmat Guido Papa, *quæſt.* 343. *Cedens bonis*. Brunor. à Sole *in Compendio propoſition. Iuris eodem verbo*, Vrſillus ad Aflict. *deciſ.* 39. *numer.* 5. Ludouicus Bellus *de Re milit. part.* 9. *tit. de Saluis Conduct. numer.* 47. Petrus Gregorius *lib.* 22. *Syntagm. Iuris, cap.* 8. *numer.* 6. Menochius *dicto caſu* 183. *numer.* 22. & 23. & cum alijs Giurba *deciſ.* 41. *num.* 21. Æliſæus Danza *in pugna DD. cap.* 3. *de Contumace, numer.* 12. Nouar. *collect.* 35. *numer.* 2. & ſequenti. Machado *de Perfecto Confeſſore, tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 3. *tractat.* 23. *document.* 6. *numer.* 3. Melo *de Indutijs debitorū, quæſt.* 2. *numer.* 42. Ioannes Hieronimus de Iranço *de Proteſtatione conſideration.* 78. *numer.* 4. & *num.* 8. & 9. quod procedit etiam, ſi creditor faciat proteſtationē in contrarium. Donadeus *de Renuntiation. cap.* 36. *numer.* 35. & *num.* 44. Antonius de Vallis *in Tractat. Varijs, lib.* 5. *ad Pragmat.* 1. *de ceſſ. bonor. num.* 19. *fol. mihi* 279. Caſparus Mancius *in Patrocinio debitorum calamitate belli depauperatorum, decade* 3. *quæſt.* 1. *numer.* 99. & *quæſt.* 8. *decadis* 2. *num.* 88.

12 De qua reſolutione, & veritate deciſsionis Guidonis Papæ, multum dubitauit Couarrub. *dict. cap.* 1. *num.* 6. *verſic. Vndè non omninò*, eo quia non videtur debitū mutari in illam ceſsionem, cum per eam nec ciuilis, nec naturalis obligatio tollatur, ſed ſola paretur exceptio. Quod parum mouit Menochium, nam *dict. num.* 23. non obſtante perſiſtit in dicta reſolutione, & ſimiliter Petrus Gregor. *dict. cap.* 8. *numer.* 8. his verbis: *Ego verò, vel modum infamem cedendi tollendum putarem, vt arbitror ſenſiſſe Senatum, vel remanente forma infami, creditoribus ſufficere debere quod ignominia, quæ maioris eſt ponderis omni ære, l. Iſti quidem quod metus cauſ. in P. debitores afficerint*, quod etiam tenent, & ſequuntur Brunorus à Sole *in Q. Q. legalibus, quæſt.* 7. *numer.* 9. & *ſequentibus*. Rodriguez *de Execut. dict. cap.* 8. *num.* 23. Faria *in Addit. ad Couarr. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 49. & 50. Vbi benè diſtinguit actus ex ſtatuto infamiam irrogantes, ab alijs, ex quibus nō infamia, ſed nota incurritur, vt in noſtro torque ferreo, quo debitor infamis nō efficiebatur, ſed ſolū ſtatus addictorū indicabatur. D. Ferd. de Meſſa primò apud nos Magiſter eru-

ditione nulli ſecundus, & poſtea Regij Neapolitani Senatus digniſsimus Conſiliarius, *lib.2.Variar.cap.36.num.26.* Vbi refert ita per Sacrum Neapolitanum Conſilium deciſſum in cauſa de qua ibi.

13 Sed nihilominus contrarię ſentẽtię, quôd etiá cedens bonis cum actibus ignominioſis ſecundum conſuetudinem loci, ſi poſtea ad pinguiorem fortunam aduenerit, teneatur integrè ſatisfacere, adhærent Grauiſsimi Doctores aſſerentes idem Ius, quod Priuilegium ceſſionis induxit, id ſtatuere, & apertè probari *in l.Cum, & filij familias, C.Qui bonis ced. poſſ.* & quôd hæc pœna non ſuccedit loco ſolutionis, ſed loco penę pecuniariæ, vel alterius pro culpa præſumpta in accipiendis mutuis, vel faciendis alijs contractibus, cum eſſet impotens ſolutionis, vt rectè præſenſit Couarr. vbi proximè ita tenent leſius *de Iuſtit. & Iur. lib.2.cap.16. dubio 3. nu.47.* Amicus *tom.5.de Iuſt. diſput.41. dubio 6. num.24.* Filiucius *tom.2. tract.32. cap.5. num.153.* Turrianus *de Iuſt.diſp. 17.dub.2.num.2.* Pater Molina *de Iuſt. & Iur.diſput.572.* Eminentiſsimus Cardinalis de Lugo *in eodem Tractat. tom.2. diſput.21. ſect.3. num.40.* Dicaſtillo *lib.2. tract.2.diſp.10.dub.4.nu.8.* Hurtado *diſput.9.difficult.3.* Trullenc *in Decalogum, tom.2.lib.7.cap.15. dubio 5.num.4.* nouiſsimè Henriquez *Stroueſdorff.in D.Thomam de Iuſt. & Iur. diſput.10. membro 2.cauſ.2.* Ioannes Valerus *in Differentijs inter vtrumque forum, verbo, ceſsio bonorum, differen.3. num.2.* vbi benè comprobat Paz *in Praxi, tom.1. 4 partis, cap.5. num.14.* Vbi quòd in animæ Iuditio tenetur. Caſtillo *de Alimentis, dict.cap.37.§.4.nu.4. & cap.47. num.3.* Donadeus *de Renunt.dict. cap.36.num.35.* vbi idem tenet, & comprobat in foro poli. Antoninus Diana *tom.4. Reſolut. Moral.tract.4.Miſcellan. reſol.78.* Vbi hanc ſententiam ratione in principio poſsita confirmat, & licêt *in fin verſiculi*, dicat leſſium eam veriorem vocare, & indê videri negatiuam tamquam probabilem admittere, tamen poſtea, *to.7.tract.8.reſolut.21.* maiori ſtudio, & deliberatione quęſtione agitata, eam reſolutiuê admitit, & comprobat ſupradictis authoritatibus, ita concludens: *Igitur dicendum eſt, quod ignominia illa non extinguit obligationẽ naturalem ſoluendi debita, ſed eſt pœna propter culpam præſumptam contrahentis debita ſupra vires ſuas, & ad deterrendos alios, ne prodigalitate, & negligentia ad ſimilem ſtatum deueniant.*

14 Vndè cum hęc opinio quoad Ius fori ratione legali fulciatur, ſcilicèt quòd ceſsio à nulla obligatione debitorem liberat, & quoad Ius poli quòd Superiorem, & præcipuam habet cauſam, & tutiorem partem

am-

amplectendam ſtatuit, vniformiter comprobetur à Doctiſsimis Patribus, & Theologis, qui ex profeſſo de Iuſtitia egerunt, vt vidimus indubiê ſequenda erit, etiam, vbi debitor actu aliquo ignominioſo ceſsiſſet; Sed in noſtro Regno, cum iam forma traditionis debitoris cum torque ferreo in deſuetudinem abierit, vt ſtatim dicemus, extra controuerſiam debitor ad pinguiorem fortunam aduenies tenebitur creditoribus ſatisfacere.

15 Sed quantum, & veteres, & recentiores Iuriſconſulti, Ciuileſque conſtitutiones debitori indulgent, Tantum Hiſpani (vtpotê maiores fidei publicę obſeruatores) in eos per acerbè graſſantur, non enim admittunt ceſsionem bonorũ, neque permitunt debitorem otioſum facta ceſsione euagari. Immo, & lege, & conſuetudine antiquiſsima (ſimili illi, quàm ante leges 12. Tabularum obſeruari diximus *ſupra quæſt. 2. num. 2.*) Statutum eſt, vt debitor inops tradatur creditori, vt operis ſatisfaciat creditę ſummę, tempore ſeruitij, iuxta debiti quantitatem à Iudice taxando, ita reperitur ante annos mille. *Conſtitutio prodita inter Gothorum leges, lib. 5. tit. de los Peños, y Deudas,* his verbis: *Si algun hombre es culpado de muchas deudas, ò de muchas culpas, aquel hombre que primero ſe lo demanda-re, aquel debe primero fazer paga; è ſi huuiere muchos demandadores de conſuno, debe fazer paga à cada vno ſegun lo debe, è ſi non ſea ſieruo de todos, y el Iuez debe ſaber à quiẽ debia mas, ò menos, y aſsi faga paga à cada vno, è ſi non ouiere onde pague à los otros deudores, debe ſer ſieruo de aquellos por la deuda,* & idem ſtatutum eſt, *in l. 2. tit. 8. de los Gouiernos, lib. 3. fori, l. 12. tit. de las Deudas, lib. 4. fori,* ibi: *Sean entregados del cuerpo, & in l. fin. eiuſdem tit.* ibi: *E ſi los bienes no cumplieren, ſea apoderado del cuerpo del deudor, aſsi como manda la ley.*

16 Quod nouis quibuſdam ſanctionibus in hunc modum accipitur, vt debitor in carcerem miſſus inibi detineatur, quouſque bonis ceſſerit, & catenę vt aiunt, renuntiauerit, ac tùnc creditori traditur in eius ſeruitiũ, cuius ęſtimatio ſolutionis locũ obtinet, vt diſponunt, *l. 4. & 5. tit. 16. lib. 5. Recopil.* interimque torquem ferreum debitor ferre debet, vt hodie diſponit, *l. 6. tit. 16. lib. 5. Recopil.* Immo ſi debitor in vinculis, & carcere publico ſex menſibus manſerit, eo ipſo à Iure cenſetur dicta bonorum ceſsio facta, ac tradendus eſt, cum ipſo torque ferreo ipſi creditori, quod etiam expreſſum eſt, *in dict. l. 6. & in l. 7. ſeq. dict. tit. 16. lib. 5. Recopil* & ita eas accipit, & declarat D. Couar. *d. lib. 2. c. 1. n. 5.* Baeç. *de Inope debit. cap. 1. nu. 74. in fin.* Vbi expreſſa

forma ceſsionis, quæ apud aliàs nationes eſt in vſu, ita ait: *At apud nos debitor inops, cuius bona vendita ad ſolutionẽ non ſufficiunt, tradditur creditori, vt ei ſeruiat, antea tamen inijcitur ei torques ferreus, quem collo circum portare tenetur, ita vt omnibus ſit conſpicuus, & ab omnibus videatur, quod ſi cum velo vel aliàs contegat retrahitur in carcerem, neque ab ea liberatur, etiam ſi vellit huius legis beneficio vti, & creditori ſeruire.* Paz *in Prax. tom. 1. dict. cap. 5. 4. part. num. 20. & ſeqq. & cap. 8. eiuſdem 4. partis.* Vbi ſpecificè de hoc remedio agit, & ponit formam, qua peti debet à debitore, & ſententię à Iudice proferendę ſuper tradditione, & ad Iudicatione facienda creditoribus ſecundum gradus, & crediti prærogatiuam cum torque ferreo, vt operis ſatisfaciat, vt ſimiliter ponit Monterroſo *in Pract. tractatu 2. in proceſſu ceſsionis bonorum, fol. mihi 23.* Avendaño *Reſponſo 8. num. 3.* Auiles *in Capitibus Prætorum, cap. 18.* verbo, *qual conuenga, num. 6.* Parladorus *lib. 2. Rerum quotid. cap. fin. 5. par. §. 7. num. 4.* Gregorius Lopez *in l. 3. tit. 13. part. 5. gloſſ. 8.* Matienço *in dict. l. 4. tit. 16. lib. 5. Recopilat. gloſſ. 2. num. 3.* Burſatus qui noſtrarum legum Regiarum meminit etiam, *conſ. 204. num. 17. lib. 2.* ſicut etiam Onufrius Donadeus *de Renuntiat. cap. 36. num. 25.* Ameſcua *de Poteſtat. in ſe ipſum, lib. 2. cap. 14. num. 24.* D. D. Franciſcus Salgado *in ſuo numquam ſatis laudato, Tractatu de Protectione Regia, par. 2. cap. 4. num. 199.* Vbi quod hæc ceſsio ignominioſa loco penę corporalis habetur, & idẽ tenet Baeça *dict. Tract. cap. 4. num. 16.* Bobadilla *in Politic. lib. 3. cap. 15. num. 76.* Rodriguez *de Execut. cap. 8. num. 24.*

17 Ex quibus Iuribus deducitur in perſona liberi hominis eſſe Ius quoddam ſeruitij. Ita vt quamuis liber homo non poſsit pignori dari, nec in priuato carcere detineri perpetuo, *vt ex dict. l. 2. C. de Patribus qui filios, diſt. & l. Ob æs, & authent. Immo, C. de Action. & Obligat. & alijs Iuribus,* ſupra diximus, *quæſt. 2. num. 19. & ſeqq.* Authoritate tamen Regia, & legum huius Regni, Ius quoddam ſeruitij, & operarum conſtituitur, non ſeruitutis.

18 Quoniam ſeruus non efficitur debitor, qui bonis ceſſit, ſed tradditur creditori, vt ſeruiat, & ex operibus dietim ſoluat datis debitori neceſſarijs alimentis, *l. Fructus 4. & gloſſ. in l. fin. verbo, deductis, ff. de Operis ſeruorum, l. 4. dict. tit. 16. lib. 5. Recopilat.* ibi: *Y de lo que ganare, dele el acreedor que coma razonablemente, y de lo demàs, recaudelo, y recibalo en cuenta de ſu deuda,* quæ verba deſumpta fuerunt, *ex dict. l. 2. tit. 8. lib. 3. Fori Regij,* vbi Mótaluo hoc notat in Gloſſ. *ſiruaſe dèl,* & præter ſupra adduc

tos

tos Pareja *de Inſtrum.edit. tom.1. tit.2. reſol.9. num.23.* quod probari poteſt etiam, *ex ſingulari Text. in l.In rebus 18. §.Poſſunt, ff.Commodati,* ibi: *Nam cibariorum impenſæ, naturali ſcilicèt ratione ad eum pertinent, qui vtendum accepiſset.* Heringius *de Fideiuſs.cap.6.num.255.* Vbi quod de Iure Saxonico creditor prius quam abducat debitorem, tenetur Vxori, & liberis idoneè ſatisdare datis pignoribus, aut fideiuſſoribus, de exhibendo, & alimentando condemnatum ad inſtar alterius ſuæ familię, & de non offendendo, ſed de reſtituendo ipſum incolumem poſt receptam ſatisfactionem, & *num.257.* quod in omnibus Prouincijs fortè adhûc practicari poterit, & concludit: *Ideòque ad hanc ſatisdationem, vt compellant creditorem cauti eſſe debent debitoris coniux, liberi, cognati, & aduocati.* Quod nota quia ſingulare eſt, & *num.265.* loquens de hac Theorica noſtrę Hiſpanię probat, quod non ſolum ipſe inops debitor decoctor; Sed, & fideiuſſor eius, non ſoluendo exiſtens, vna cum ipſo, ad creditoris inſtantiam eidem ad ſeruiendum addici poteſt, & quòd pro eo etiam talis fideiuſsio dãda èſt.

19 Et in caſu ſimili idem probat *Gloſſ. in l. Liber captus, C.de Captiuis, & in l.1. gloſs. fin. eodem.* Et debitor eſt apud creditorẽ veluti in Obſidio, quîpè, cui libertas, non aufertur, ſed voluntas comprimitur, vt notat Platea *in l.Nemò carcerem, num.23.C.de Exact. tribut.lib.10.* & explicat Oldradus *conſ. 54.* & ſic etiam intelligenda eſt Gloſſ. verbo, *Non accipere, in l. Fideicommiſſa, §.Si rem, ff.de Legat.3.* dûm dicit, debitorem ſeruum eſſe creditoris, non enim eſt ſeruus, ſeruitute ciuili, ſed quodammodo ſeruus, quia ſeruit, cogiturque operas facere, ex quarum pretio creditoribus ſatisfaciat, vt explicat Azeuedo *in dict.l.6.num.2.* & Antonius Gomez *lib.2.Variarum, cap.11.num. 52.in fin.* Vbi facta oppoſitione *ex dict. l. Ob æs.* Reſpondet: *Iſte talis debitor, non efficitur ſeruus, ſed liber remanet, ſed tantum tenetur ſeruire tamquam famulus, & tenetur præcisè ad illud factum, donec debitum ſoluatur, vel compenſetur cum ſeruitio.* Auendaño *Reſponſ.8.num.4. & ſeqq.* Paz *in Praxi, tom.1. cap.3. 5. partis, §.3. num.154.* Pichardus *in Rubrica.Inſtitut.de Eo, cui libert.cauſ. bon.addicuntur, num.5.* Vbi, quod iſti debitores, qui ob bonorum defectum ſeruire creditoribus cogebantur, dicebantur *addicti,* vt ex Budeo, Hothomano, Briſonio, & alijs bonarum litterarum profeſſoribus probat, & quod huiuſmodi ſeruitutem, *lege 12.Tabularum.* Inductam, Ius noſtrum recepit, *ex dict. l. 5.* & notat Vincentius Turturetus *in Paralelis Æthicis, & Iuridicis, diſſert.*

differt. 2. Iurid. in fin. fol. mihi 37. Rodriguez *de Concurſu, & Priuileg. credit. part. 1. art. 3. num. 16. verſic. Nec huic.*

20 Et torques ferreus ei imponitur, vt metu tantæ ignominiæ, qua præclarè ſeruorum miſeriam ſuperat, deterreatur à tali actu, omnique niſu, & ipſi, & cognati, & amici pecuniam quærant, qua creditori ſatisfiat, vel abſconditam proferant. Vel imponitur in pœnam qua profectò dignus eſt, qui facultates luxu, vel profuſione atriuit. Rẽ enim familiarem delabi ſinere, & turpe, & flagitioſum eſt, teſte Cicerone *lib. 2. Offitiorum*, & vt ait Plautus *in truculento. Stultum eſt miſereri hominum rem ſuam malè gerentium.* Vel imponitur, & prohibetur velari torques, ne quis cum tali per ignominiam contrahat, vel ſuam rem ei cõmitat, vel ne aufugiat, vel vt intelligat debitor, & omnes quod non eſt prorſus liber, ſed conditioni cuidam ſubiectus, vt conſiderat Baeça *dict. capit. 1. nu. 75.* Vbi inter Conſtitutiones Regni Aragoniæ obſeruat, *in tit. de Ceſsione bonorum*, ſimilem legem ſignificare torquem imponi cedenti, ne quis cum eo contrahat, his verbis: *Con la ſolemnidad debida, con la Cadena al cuello, & de alli auant, ſe guarden de contratar con el tal cedient*, & ex Conſtitutione Cathaloniæ notat Cancer *lib. 2. Variar. cap. 9. num. 36.* quod facta ceſsione bonorum fit publicum proclama in loco vbi fit ceſsio, vt in poſterum omnes à contrahendo cum eo caueant, & ſequitur ſic declarans D.D. Franciſc. Salgado *in Labyrint. credit. part. 1. cap. 1. num. 41. verſic. Nec Iacobus Cancerius.*

21 Sicut etiam Summus Pontifex Pius V. motu proprio certam formam ceſsioni præſcripſit. Inter alia iubens, vt aſportarent virretum viride, vt ita euitarentur, vt obſeruat Marchefanus *de Commiſſ. part. 3. de commiſſ. admiſsion. ad bonor. ceſſ. cap. 1. §. 1. num. 12.* & expreſsius, *numer. 93.* his verbis: *Seruata forma motus proprij, non aliàs nec alio modo, in quo ſanctiſsimè diſponitur, vt iſti fraudatores, vel alias bonis cedentes euitentur, & ne cum ipſis in futurũ contrahatur, ac ad inſtar peſte opreſſorum ab omnibus ſint cogniti, teneantur continuè palam viride aſportare virretũ, idque ratione publicæ vtilitatis cui cõtinuè orationibus, & cogitationibus toto corde Sanctiſsimus ille Pontifex, & omnium Pater inuigilabat, maxima repletus charitate, factum fuit, vt iſti (vt ita dicam) latrones æris, & ſanguinis alieni rapaces, in futurum ſignum publicæ verecundiæ deferentes contrahendo, euitarentur ac à publicis etiam muncribus, & commentijs repellerentur, &c.* & idem *num. 96.*

22 Et item extat ratio primò conſiderata in Decreto Ducis Sabaudiæ relato *num. 9.* vbi

poſi-

poſita formula ignominioſa cedendi, ait: *Vt ignominia actus huiuſmodi, quam plurium copioſa cauſat aſsidua prodigalitas, & calamitas, cæteri indecoris ſit in pudorem agere proponentibus, propoſitum dumtaxat verti timeſcat,* & Gaſpar Antonius Theſaurus *in Addit. ad dictam deciſſ.36. Antonini Theſauri eius Patris*, vbi defendit dictum Decretum, contra aliquos DD. qui illud, ſeu formulas ceſsionis ignominioſę non valere ſcripſerunt,& ita benè ad caſum ratiotinatur: *Sed pace illorum Patrum, ego teneo huiuſmodi Decretum laudabile,& ſanctum eſse, ac in Republica proficuum, & vtile, ad reprimendam improborum debitorum audaciam; Nec dici poteſt contra bonos mores, quia publicis moribus magis conueniens eſt fidem Iure Iurando firmatam conſeruare, & ad negotiationes, homines allicere, quam priuato homini,& infido ſatisfacerè.* Marcheſanus *de Commiſſ. part.3. dicta commiſſ.ſuper dilatione morat.cap.1. §.1.num.4.* Vbi relata duriſsima illa ſeueritate legis 12. Tabular. ita ait: *Licèt ex alia parte, vti timorem, ac tremorem debita contrahere volentibus concutiens, optima eſſet, ex quo fiebat, vt acerbiſsimarum pœnarum metu, tàm proni ad æs alienum contrahendum cum fraude, & deceptione proximi, velut noſtris calamitoſis temporibus paſsim fieri aſsolet, non erant,* & deinde *num.6. Sed ſi huius legis pœnæ aliquando ac aliqualiter locus hodie eſset, vtique multi tam proni in ære alieno contrahendo; pecunias vè animo fraudandi, & non reſtituendi accipiendo, illaſque ſæpiſsimè, quæ ſanguis Pauperum ſunt, per tabernas, ludos, lupanaria, perditiſsimèque diſsipando, non forent,* & idem Marcheſanus *dict. commiſſ. admiſsion. ad bonor.ceſſ.num.39.* Vbi benè proſequitur, loquens de dicto proprio motu, iuxta quod debebant tales aſportare virretum viride, & dicens, quod ſi ſeruaretur, retraherentur multi à ſimilibus.

23 Et licèt aliqui dicant Iure Regio beneficium hoc ceſsionis bonorum ſublatum eſſe, vt ſunt. Antonius Gomez *lib.2. Var. cap.11.num.52. verſic. Hodie tamen in noſtro Regno*, & ex Roderico Suarez, Baeça *de Inope debit.cap.2. num.2.& 3.* vbi hoc pro conſtăti ſupponit, *& cap.12. num.11. verſic. Non obſtat.*

24 Tamen verius eſt, etiam in hoc Regno locum eſſe beneficio ceſsionis bonorum, quamuis fiat abſque aliquo actu ignominioſo, *vt ex l. Antepenultim. C. Qui bonis ced.poſs. & ibi gloſsa.* & communiter DD. tenet Antonius Gomez *in l.79. Tauri, num.1.* & Azevedo *in l.4.tit.2.lib.6. Recopil. num.8.* & leges præcipientes tradi debitorem creditoribus, in deſuetudinem abierint, vt obſervat D. Didacus Ibañez à Faria *in Addit. ad Couarr. lib.2.cap.1. num.40. & cap.20.num.150.* & cum Villadiego D. D. Ioannes de la Rea *deciſ.9.num.51.tom.1.deciſ.Granat.* D. Ioſeph Vela *tom.2. diſſert. 35. num.*

*num.*108. Perez de Lara *de Anniuerſ. lib.*1. *cap.*22. *num.*33. Vbi quod numquam vidit hoc ſeruatum, & quamuis ceſsio non habeat illum effectum, quem habet Iure communi; Neque enim facta ceſsione ſtatim liberatur debitor â carcere, ſed debet in eo eſſe per 9. dies, *ex dict. l.*6. *tit.*16. *lib.*5. *Recopil.* qui poſtea *per l.*7. prorogati ſunt, vt ſupra notauimus. Quibus diebus tenetur creditor talem debitorem alere, *l.*4. *dict. tit.*16. *lib.*5. vbi Matienço *Gloſſ.*1. & Azeuedo *num.*1. & 3. Valaſcus *conſultat.*1. *à num.*8. Gamma *deciſ.*262. vbi Flores de Mena *in Addit.* plures refert. Perez de Lara *dict. cap.*22. *num.*36. Nec manet in ſua libertate, ſed traditur creditori, vt illi ſeruiat, & ex operis extenuet debitum principale, vt probant prę dictæ leges, quę non obſtante diſpoſitione Iuris communis cõtrarium ſtatuunt, vt obſeruat Xuarez *in tit. de los Gouiernos, in princip. à num.*6. & *num.*20. & de earum validitate, & defenſione latè agit, *ibidem* §.2. *à numer.*18. ſicut, & Baeça *de Inop. debit. cap.*2. *à num.*11. per plures numeros, vbi validiſsimis comprobat fundamentis. Quos ſequitur Barboſa *in dict. l. Alia,* §. *Eleganter, num.*53. *ff. Sol. Matrimon.* D. Ioannes del Caſtillo *dict. lib.*8. *Controu. de Alimentis, cap.*37. §.4. *num.*6. & *ſeqq.* Vbi benè concluſionem, & dictas leges declarat concludens hodie in Regno Caſtellę, locum eſſe ceſsioni bonorum cum qualitatibus, & forma in eis præfinitis, quas recenſet.

25 Et quod hodie attenta, *l.*9. *tit.*16. *lib.*5. *Recopilat.* debitor etiam pro debito deſcendente ex delicto, admitatur ad ceſsionem bonorum, tenent Couarr. *lib.*2. *Variar. cap.*1. *num.*7. Iulius Clarus *Recept. ſentent. lib.*5. §. *fin. quæſt.*95. *num.*2. Anton. Gomez *tom.*2. *Variar. cap.*1. *num.*52. Nam licèt illa lex in principio loquatur in debitoribus ex cauſa furti, in cuius terminis, de Pragmatica ex qua confecta fuit mentionem facit Auiles *in Capitibus Prætor. cap.*1. *verbo, fiel, num.*31. tamen in fine generaliter loquitur in omni debito ex delicto deſcendenti; Et ſic lex illa generaliter eſt intelligenda, vt abſolutè debitor pecuniarius ex cauſa deſcendente, ex delicto admitatur ad ceſsionem bonorum, ita Baeça *de Inope debit. cap.*11. *per totum*, quem ſequitur Azeuedo *in dict. l.*9. & Olanus *in Concordant. Iur. litter. D. num.*18. Didacus Perez *in l.*3. *tit.*1. *lib.*3. *Ordinam, col.*786. *in fin.* & cum eis Zeuallos *Comm. contr. comm. quæſt.*701. *num.*5.

26 Quod tamen ſubintelligendum eſt, ſecundum Matienço *in dict. l.*9. *gloſſ.*2. *num.*5. reſpectu intereſſe, & debiti partis: non verò reſpectu penæ, quę Fiſco, vel alio publico loco aplicatur, vt clarè denotant verba legis, ibi: *Si no tuuieren bienes para pagar à las partes ſus intereſſes*, quod etiã tenet Azevedo *ibidem*, & Paz *in Praxi*,

Praxi, 1.tomo, 5 part. cap.3. §.12. num.120. Montaluo *in l.3. tit.5. lib.4. fori Gloſſa magna,* Gregorius *in l.4.tit.15. part.5. gloſſ.penultim. ad fin.* Gratianus *Reg.60. num.2.* Zeuallos *vbi ſupra nu 6.* vbi quòd iam bîs habuit de facto, & ita conſuluit, Seraphinus *de Priuileg. Iuram. priuileg. 91. ad finem.* Vbi quòd quis non admittitur ad prę dictam ceſsionem, quo ad pœnam Fiſco debitam cauſa publicæ vindictæ, & eum ſequitur Coſta *de Remedijs ſubſidiarijs, remed.27. num.11.* Theſaurus *deciſ. 182.num.1.& ſeqq.* Vbi diſtinguit inter pœnam debitam Fiſco, ob publicam vindictam, & eam quæ parti debetur, ad hoc, vt in prima non habeat locũ ceſsio, ſed reg. *l.1.§ fin.ff.de Panis, & l fin.ff.de in Ius Vocan.* ſcilicèt quòd qui non habet in ære, luat in corpore; In ſecunda verò, debitor admittatur ad ceſsionem, & ibi allegat D.Ludouicũ Peguera *deciſ.6.* & declarat Gaſpar Antonius Theſaurus *eius filius in Addit. ad dict. deciſs.182. num.4.* & benè Ænæus Robertus *lib.2.Rerum Iudicat.cap.15.in princip. & verſic.Pro Seio, circa medium,* vbi in caſu ſpeciali commutationis pœnæ pecuniarię, non in pœnam corporalem, ſed in Ieiuniũ certi temporis ratiocinatur. Rodriguez *de Execut. cap.8. à nu.30.* vbi latè comprobat, & declarat Rouitus *ad Pragmat.3. de ceſſ. bon. num.2. & deciſ.86. à num.4.* Scipio Gentilis *de Iuriſdict. lib.3. cap.11.* benè explicãs nouiter Paternam *dict.tom.7 tract.8. reſolut.2.* vbi cum Theſauro, vbi ſupra diſtinguit, quod aut pœna applicatur parti, vt pœna, & in iſto caſu non admittitur debitor ad cedendum bonis, aut applicatur parti vti intereſſe, & tũnc admittitur, & dicit cum Carolo de Graſsis *de Except. except.17. num.19.* hanc diſtinctionem ſequendam, tàm in Iudicando, quàm in conſulendo, & ad idem citat Maximilianum Fauſtum *de Ærario, claſſe 16.conſ. 186.verſ.4.requiritur, tom.2.* & Thomam Maulium *in Tract.de Ceſsio. bonor.tit.7.* & faciunt tradita nouiſsimè per Fariam *in Additionibus ad Couarr. lib.2.cap.9. num.61. & ſequentibus,* & per Ayllon *in Additionibus ad Antonium Gomez, lib.2.Variarum, cap.11. numer.53.* benè Iodocus Damauderius *in Praxi Crimin. cap.20. à num.15.* Caſtillo *lib.8.Controu. dict.cap.37. §.4.num.20. verſic.Primus caſus.*

27 Circa quod notari debet, quòd adèo leges noſtræ hanc formam ſpecificè obſeruari voluerunt, *vt in l.8.tit.16. lib.5. Recopilation.* ſtatuatur, quòd ſi prior creditor, cui prius debitor fuit adjudicatus, permittat, eũ eſſe, vel incedere ſine torque, & requiſitus à poſterioribus creditoribus intra ſex dies non imponat eum ad collum forma prædicta, perdet propietatem, & anterioritatem Iuris ſui, & illi qui requiſiuerunt, ei præferentur, non ſolum quoad operas debitoris, ſed, & quoad bona per eum poſt ceſsionem

nem adquiſita, & ſolum ſolutis his creditoribus, poterit ille prior creditor recuperare debitum ſuũ, & ibi notant, & exornant Azevedo, qui ſe remittit *ad l.6.num.9. illius tit.* vbi ita declarat, Paz *in Praxi, tom.1.4.partis, cap.8.in fin.* Baeça *de Inop.debit. cap.3.num.15.* Curia Philippica *tom.1.par.2.cap.15.num.13.* Faria *in Addit. ad Conarr.dict.lib.2.cap.1. num.39.*

28 Et ſolum pro limitatione prædictę reſolutionis obſeruãdũ eſt, quod eo caſu, in quo vxor, vel filij eius, ea mortua pro dote, & bonis maternis concurrunt cum alijs creditoribus, & ſe vt creditores opponunt ceſsioni mariti, vel Patris, vt eis tradatur tamquã prioribus creditoribus, ad hoc, vt ex eius ſeruitio ipſis ſatisfiat. Quo caſu licèt videatur aduerſari Iuri Diuino, & Humano, quod Vxor, vel filij habeant poteſtatem in Patrem, vel maritum, ex D.Paulo *ad Corinthios, cap.11. & cap.7. & ad Epheſios, cap.5. cap. Noſtrates, & cap.Fœminæ 30.quæſt. 5. cap. Hæc Imago 33. quæſt.5.* & licèt ab eis non poſsint conueniri vltrã quàm facere poſſunt, *vt in l.Maritum, ff.Solut.Matrimonio, & in l.Sunt qui in id, ff.de Re Iudic.* Cũ ſimilibus, & Petrus Nuñez de Auendaño *reſponſ. 8. nu.8.* teneat Virum in hac ſpecie creditoribus, non autem Vxori tradendum, quia indecorum, & inhoneſtum eſt Vxori Virum, vt ei ſeruiat, tradere, & idem potiori ratione in filijs, ſicut etiam Mõterroſo *in ſua Pract. tractat.2. in Proceſſu ceſsionis bonorum, fol.mihi 23.litter.X. in margine.*

29 Tamen verior reſolutio eſt. Quod tàm Vxor, quàm filij præferuntur alijs creditoribus, & per Iudicem debet eis tradi maritus, vel Pater ad ſeruiendum pro ſolutione, & ſatisfactione dotis ſecundum formam prædictarum legum, vt reſoluit Antonius Gomez *lib.2. Variar.cap.11. num.53.* Vbi comprobat, & reſpondet contrarijs, & eo non citato idem tenet Antonius Pichardo *in dict. §.Cum eo quoque fin.Inſtit.de Actionibus, num.47.* ibi: *Nihilominus tamen dicendum eſt, pro dote Virum Vxori tradi poſſe, eſſet enim valde iniquum eam ſua dote fraudari, poſterioreſque creditores in operis à marito præſtandis Vxori præferri,* & ita obſeruari teſtatur Villalobos *in Commun opin. litter.D.num.215.* Baëça *de Inop.debit.cap.3. per totum*, vbi *num.10.* ita reſoluit: *Sed in propoſita ſpecie ſcilicèt, quando vxor concurrit cum creditoribus contendentibus maritum ſibi, non Vxori addicendum. Ego potius diuerſam opinionem probarem, neque dubitarem Vſpiam, maritum Vxori tradere veluti potiori creditori pro dote, vel pro alia re, in qua Iure, vel tempore potior eſt*, & ex profeſſo comprobat, ſequitur Gutierrez *de Iuram. confir.1.part. cap.18.num.7.* Vbi pro hac reſolutione, vltra omnes adducit, *l.fin. tit.5. part.4.* & ita ait: *Vltra quos pro hac opinione inuenio bonam legem Regiam*

fin.

fin.tit.5.part.4.ad finem,cuius verba ſunt hæc: E ſi por auentura el marido ſe tornaſe ſieruo à ſabiendas,por auer razon de ſe partir de ſu muger, no debe valer, ni ſe departe el caſamiento por ende, ante lo puede la muger demandar, è ſacarle aun de la ſeruidumbre,ſi quiſiere.E eſto es porque ha derecho en el, è porque naze endè muy gran deshonra à ella, y à ſus hijos, ſi los ouiere, vbi Gregor. Lop.verbo, *deshonrra*, inquit, *& facit iſta lex ad quæſtionem, àn maritus poſsit iuxta leges Regni torquatus ad collum cum circulo ferreo creditoribus ſuis in præjudicium, & ignominiam vxoris tradi? & ita ego ſæpiſsimè aduocatus pauperũ in hac Ciuitate petij,nomine mulieris debitoris capti pro debitis,qui ceſsionẽ fecit, & memor ſum vna vice peruenisse negotiũ ad ſententiã, & obtinuiſſe in fauorem vxoris, iuxta ſupra dictam opinionem Ant.Gom.& ſequatiũ,&c.*

30 Obſeruandum ergò eſt, quòd hoc caſu, quamuis Auiles *in Capitibus prætorum, cap.18.gloſs.* verbo,*qual conuenga,num.7.*teneat maritum vxori tradendum cum torque ferreo, vt cum illo ſeruiat, vt cæteris creditoribus. Nihilominûs contraria ſententia verior, & receptior eſt, ſcilicèt, eſſe tradendũ vxori,vel filijs ſine torque, ſeu manica ferrea, & ita tempore ſeruitij apud eos debere commorari, hoc enim, & humanitas, & maritalis reuerentiæ ratio,pudorque ſuadent, *l.2.& 3. ff.Rerum amot.* vt contra Auiles defendunt Paz *dict.cap.8. num.4.* Gutierrez *dict.cap.18. numer.8.* Matienço *in dict. l.6.gloſſ.3. num.3. & ibidem,* Azeuedo *num.5.* vbi ſicut Gutierrez ait, vidiſſe ſemper in Ciuitate Plaſentię ita practicari, Pichardo *in dict. §.Cum eo quoque, numer.47.* Parladorus *lib.2.Rerum quotid cap. fin. 5.part. §.7.num.5.& 6.* Curia Philipica *tom.1.part.2.§.25.nu.14.* Rodriguez *de Execut. cap.8. num. 26.* vbi benè comprobat. Sancius à Melo *de Indutijs debitor.quæſt.2. num.1.* & nouiſsimè D. Didacus Ibañez Faria *in Addition.ad Couar. lib.2. cap.1. num.39.* licèt *num.40.* cum Villadiego *in Politic. cap.2. num.174.*dicat hæc omnia inHiſpania in deſuetudinẽ iam abijſſe, Baeça *dict.cap.3.num.14.& 15.*vbi *num.26.* licèt non conueniat in hoc,quod Pater ſit tradendus filijs pro dote matris, ex eo quod lex Regni nõ ſit extendenda aduerſus eos, qui non tenentur in plus quâm facere poſſunt, tamèn reſoluit, maritum poſſe vxorem, titulo dotis ab ea ſibi promiſſę eximere â carcere, in quo ad petitionem aliorũ creditorũ eſt ratione debiti deſcendentis ex delicto.

31 Et his conſentanea eſt alia ſingularis reſolutio illius quęſtionis, ſcilicèt àn filius familias in quibus caſibus poteſt efficatiter obligari,& per cõſequens, ſi non habeat bona incarcerari atẽto hoc Iure Regio,teneatur creditori ſeruire?àn verò Patri eum petenti?Et quòd Patri tradendus ſit ratione Iuris ſui,& vſus fructus,quẽ habet in perſona filij,&operibꝰ eius,ar-

gumento Text. *in l. Cum oportet, & l. fin. cum ſuis §§. C. de Bonis quæ liber. l.* 1. *C. de bonis mater. l. fin. C. ad Tertyllian.* tenet Bart. *in l. Frater à fratre, col. pen. num.* 54 *ff. de Condict. indeb.* & cum eo, & alijs Anton. Gomez *lib.* 2. *Variar. cap.* 15. *nu.* 12. vbi pro hoc adducit, *l.* 5. *tit.* 12. *lib.* 5. *Ordinam*, Gutierrez *dict. cap.* 18. *num.* 7. *verſic. Immò fortiùs.* Paz *dict. cap.* 8. *numer.* 4. *verſic. Immò ſi el deudor fueſſe hijo familias*, Curia Philipica *vbi proximè*, & Faria *in Addit. ad dict. cap.* 1. *numer.* 40.

QVÆSTIO IV.

An Decoctores, ſeu falliti hoc ceſsionis bonorum, beneficio gaudeant?

Summarium Quæſtionis Quartæ.

Num. 1. *Debitor qui culpa ſua bona conſumpſit, vel in fraudem creditorum alienauit, non gaudet beneficio ceſsionis bonorum.*

2 *Indignus eſt legis beneficio, qui contra legem operatur.*

3 *Decoctores, ſeu falliti non habent beneficium ceſsionis bonorum, quia præſumitur bona ſua in fraudem diſsipaſſe, & huius concluſionis ratio redditur, & exornatur, num.* 4. *&* 5.

6 *An ad hoc requiratur, quod dolus debitoris interueniat, vel ſufficiet ſola culpa? & referuntur diuerſæ ſententiæ, num.* 7.

8 *Diſtinguitur pro vera opinionum concordia, inter debitorem facientem actũ licitũ, ſeu indifferentem, & eum, qui dat operam rei illicitæ.*

9 *Cum difficillimum ſit probare debitores in fraudem creditorum alienaſſe, vel diſsipaſſe bona propria. Sufficiet probatio ſecundum communiter accidentia, & legum præſumptiones.*

1 AD materiam ergò noſtram proprius accedẽ do, debitor, qui culpa ſua bona conſumpſit, vel in fraudem creditorum ea alienauit, hoc ceſsionis bonorũ beneficio nullo Iure iuuari poteſt, vt probatur *in l. fin. §. fin.* iuxta veram interpretationẽ, *ff. Quæ in fraud. credit.* Bart. *in l. Alia, §. Eleganter, ff. Solut. Matrimon. in fin.* Gothofredus *in dict. l. fin. §. fin. gloſſ. vltim.* & dixit Baldus *in l. fin. C. Qui bon. ceder. poſſ.* quôd forma ceſsionis priſcis ſæculis obſeruata, qua debitor cruciabatur, practicanda eſt ſolum aduerſus eos qui maliciosè, facultates proprias abſumunt, Marcheſanus

de

de Commiſſ.par.3.de commiſſ.admiſſ. ad bon. ceſſ.cap.1. §.1.numer.81. & ſubſcribit concluſioni principali. Paulus *in dict.l.Etiam, §.Licèt, nu.2.ff.Solut.Matrim.* & cum alijs latè reſoluens. Mathęus Brunus *de ceſſ.bon.4.part.principali, quæſt.28.* Stracca *de Decoctor.3.par.num.10.* Pichardo *in dict. §.cum eo quoque, num.35. & num.36.* ait reijciẽdos eſſe ab hoc beneficio eos, qui ſpe futuræ ceſsionis contraxerunt, ſi de ea voluntate liquido apparet, *ex l.1 in principio, l.Nè ex dolo, ff. de Dolo,* & Bruno *vbi proximè, nu.* 30. & latè cum pluribus probant Graſsis *de Except. except.17.num.* 32. *& num.37.* de eo qui contraxit ſub ſpe huius refugij. Apicela *de Tutam.pauper.tit.4.num.29.verſic. Similiter negatur,* Marta *de Iuriſd. par.4.cent.2.caſu* 123.*num.16.* Rouitus *ad Pragmat.3.de ceſſ.bon. nu.* 3. Rebuffus *conſ.*184. Næuizanus *conſ.59.* Theſaur. *deciſ.56. num.5. verſic.ad hoc.* Viuius *deciſ.*529.*num.* 9.*lib.*4. Gregor.Lop. *in l.4. tit.15. part.5.gloſſ.* verbo, *mal metieſſe.* Rodriguez *de Execut. cap.8. num.22.* Antonius Gomez *in l.79. Taur. num.2.* Caſparus Mancius *in Patrocinio debitorum, quæſt.5. Decadis 1.num.*114.D.Ioannes Franciſcus del Caſtillo *deciſ.Siciliæ* 135. *nu.4. tom.2.* vbi plures adducit, Carpanus *ad Statuta Mediolani, cap.*408. *num.54. & ſeqq. & à num.*100.Petrus Greg.*lib.22.Sintagm.Iur. ca.7. nu.6.* Onufrius Donadeus *de Renunt.cap.36.nu.6. & num.74.* Scip. Gentil.*de Iuriſd.lib.1.cap.12.in fin.*

2 Indignus enim legis beneficio eſt, qui contra leges operatur, *l.Auxilium* 37. *§. In delictis, ff.de Minor. l.Verũ 64.ff.Pro Socio.* & Iura non decipientibus, ſed deceptis ſubueniunt, *cap.3. de Reg. Iur.l.2.ff.Ad Senat.Conſ.Vellei. l.Si ſine 5.C.Eodem, l.2.C.Si minor.maior.ſe eſſe dix.l.1. & 2. C.Si aduerſ. delictum,* ſicut, & his, qui potius ex neceſsitate, quam voluntate in calamitatem inciderunt, *l.Senatoris, ff.de Ritu Nuptiarum, l.Si dictum, §.1.ff.de Euict.l.Quod ſi, §.Reſtitut.* vbi Bart. *ff.de Minor. l.cũ poſtulaſſem, §.1.ff.de damno infecto.* Couar. *lib.2.Var.cap.16.num.9.* Giurba *deciſ.41.num.9.Et num.10.* ampliat ad eos, qui partim ſua culpa, partim fortunę vitio decoxerint, hos enim admixta culpa humiles, & deploratos, & miſeratione indignos reddi putat, *ex dict. l.fin. §.fin. ff.Quæ in fraud.credit.* & alijs authoritatibus, quibus comprobat, Idem tenet Caſparus Mancius *in Patrocinio debitorum, quæſt.8.decad. 2.n.41.* Caputaquenſis *deciſ.*183. *nu.2.par.3.* Vbi quod doloſo non competit remediũ Iuris. Maxim. Fauſt. *de Ærar. claſſ.16. conſ.*186. Diana *d.par.7.tract.8.reſol.3.* Vbi idem tenet, reprobato ab eis Vlrico Hun nio, qui ſenſit de Iure communi, ei ſoli, qui ſua culpa effectus eſt non ſoluendo, beneficiũ cõpetere, & latius cõprobans, *reſol.11. & duabus ſeqq.* Carpio *de Excut.Teſtam.lib.2. cap.10. nu.38.* nouiſsimè Faria *in Addit.ad Couar. d.lib.2.cap.1.n.44.* Ioan.Maria Nouarius

uarius *deciſ.3. à num.22. poſt Tractatum de Datione in ſolutum.* Vbi benè probat cedentem bonis in debito iurato debere petere abſolutionem à Iuramẽto, *& nu.26.* quod mercatores ad liſtam, & oblationem bonorum non admittũtur, niſi habuiſſent aliquod infortunium, *& in eodem Tract. de Datione in ſolutum, cap.24.* latè comprobat debitori doloſo non competere hoc beneficium ceſsionis bonorum. Maſtrillo *ad Indultum, cap.6. num.8.* D. Ioannes Franciſcus del Caſtillo *deciſ.135. tom.2. num.4. & 5.* Melchior Phebus *deciſ.89. numer.8. tom.1.* vbi quod non reddens depoſitum voluntarium non, poteſt vti hoc beneficio. Marinis *lib.1. Reſol. quotid. cap.145. num.9.* Guacinus *de Confiſcat. bonorum, concluſ.31. num.39.*

3 Vndè prouenit quod falliti, ſeu decoctores non habeant beneficium ceſsionis bonorum, quia præſumitur bona ſua in fraudem diſsipaſſe, vt eleganter conſuluit Baldus *conſ.400. in Libris, num.4. lib.1.* Ioannes Baptiſta de Sancto Seuerino *in Tract. de Suſp. & fugit. debit. quæſt.1. numer.13.* Brunus *de Ceſs. bonor. 5. quæſt. principali, per totum, & num.5.* Pariſius *conſ.94. à num.10. lib.1.* Boerius *deciſ.215.* Stracca *de Decoctor. 3. part. num.1. & 9.* Barboſa *in l. Alia, §. Eleganter, num.54. verſic. & hinc eſt, ff. Sol. Matrim.* Nata *conſ.361. num.7.* Brunorus à Sole *quæſt.9. num.35.* Plotus *de in litem Iur. §.4. num.64.* Coſta *de Remedijs ſubſid. remed.27. num.13. & num.11.* vbi ita ait: *Quarto requiritur, quod debitor non ſit verſatus in verſutia, in dolo maximè, aut fraude, vel aliàs malè audiat: Decoctoribus propterea fidefragis, fraudatoribus, rationum cõturbatoribus, impoſtoribus, ac alijs, de quibus loquuntur nouæ conſtitutiones Mediolani de Officio Abbæ. §. Quicũque non conceditur hoc remediũ.* Marchel. *de Commiſſ. par.3. de commiſs. admiſſ. ad bon. ceſſ. ca.1. §.1. n.81.* vbi hanc reddit rationem: *Eo quia, cum iam eorum fides ſit ſuſpecta, & faciles tales decocti ad mentiendum ex perſeuerantia, & dedecore ſemel poſtpoſitis, licèt poſtea mutent ſtatum, non eſt præſumendũ, quod bonam fidem agnoſcant.* Trentacinqui. *lib.3. Variar. tit. de Solut. reſolut.27. num.28.* Giurba *dict. deciſ.41 nu.12. & ſeqq.* quam adducit Caſtagn. *de Benef. deducto nè egeat in deciſ. ad calcem poſitis, deciſ.19.* Anton. Virg. *de Legit. perſ. cap.12. nu.19. verſ. Item vbi debitor eſſet fallitus.* Baeç. *de Inop. deb. ca.16. n.22.* Rouit. *ad Pragm.2. de ceſs. bon. nu.2.* Cancer. *lib.2. Varia. cap.9. num.49.* Paſchal. *de Virib. patr. poteſt. part.2. cap.9. nu.61.* Fauſt. *dict. claſ.16. conſ.186. tom.2.* vbi latè probat, Caſtill. *d. lib.8. de Aliment. cap.37. §.4. n.20. verſ.2. caſ.* Mancius *vbi prox. nu.37.*

4 Nec cui videri poteſt hæc dura ſententia, nec talis dignus Chriſtiana commiſeratione, nam vt Quintilian. *declamat.312.* ait: *Pecuniam aliquis accepturus, per omnia vitia exhauriet, vt non alligetur ad aliquam ſoluendi neceſsitatem,*

tatem, dura vincula alicui videntur? dura conditio ſeruitutis? Reddat quod accepit, Solonis lex hæc fuit, & ſingulariter in noſtro caſu obſeruat, Ænnæus Robertus *lib. 2. Rer. Iudic. cap. 15. verſic. Pro Seio,* his aureis verbis: *Errant, qui generali, & indiſcreto pietatis affectu omnibus, qui carcere detinẽtur Chriſtiana miſeratione indulgendum exiſtimant. Nam ſi publicæ diſciplinæ vigor maleficia puniri, & facinoroſos damnari iubet, non liberari: quæ ratio eſt, vt quem delictorum ratio in carcerem impegit, quique ſceleris alicuius commiſſi odio prægrauatur, poſt facinoris probationes, & Iudicum ſententiam piorum hominum, & Chriſtianæ Plebis miſericordia ſola carceris, & captiuitatis conſideratione mereri credatur? Aliquis profuſſo ſumptu decoxit, & pecuniam forſam viduis, & pupillis mutuo acceptam non fortunæ vitio amiſit, ſed in ganeas, ſcorta, fœdaſque libidines impendit: Cur ille ſi carcere, & vinculis ad ſoluendum compellatur, fauorabilis exiſtimabitur?* Pater Diana *dict. tract. 8. reſol. 19. verſic. Quarto Decoctores.* Melo *de Indutijs debit. quæſt. 2. numer. 31. & 32.* Thomàs Valaſcus *allegat. 13. numer. 192. vbi refert Ordinationem Luſitanam,* idem ſtatuentem. Petrus Gregor. *lib. 22. Sintagmatum Iuris, cap. 9. num. 11. & ſequentibus.*

5 Azeuedo *in l. 6. tit. 16. lib. 5. Recopilat. numer. 4.* qui agens de forma ceſsionis noſtris legibus ſtatuta, licèt aſſerat rigorem *de traer argolla al cuello* paulatim inter homines labi, quaſi crudele videatur hominem liberũ collo ligari manicis ferreis, & Iure optimo in deſuetudinem ire debere, limitat hoc modo: *Niſi eſſet cedens homo, qui doloſè debita contraxit confiſus ceſsionis beneficio, & comeſtionibus, & ludis, ac Concubinis in paupertatem deuenit, vel in mercatoribus decoctoribus Vulgo, alçados, in his rigor hìc non eſſet relinquendus, nec à carcere relaxandi eſſent,* & citatis Baldo, Pariſio, & Stracca *vbi ſupra,* ſic proſequitur: *Et idem erat in his, qui ſua culpa facti ſunt non ſoluendo* vt per eos, *ibi, & cum his etiam petentibus creditoribus rigorem noſtræ legis ſeruarem, nè dum ignominioſè viuere deberent, ignominiam propter delictum excuſent, ſed in homine, qui caſu fortuna, & ſine culpa in paupertatem deuenit, propter quod compulſus eſt, nè in carcere periret, renuntiare catenæ, & cedere bonis, cur rigor hic eſſet ſeruandus? & danda afflicto afflictio?* & eum refert, & ſequitur D.D. Ioannes de la Rea *deciſ. 9. numer. 51. tom. 1. deciſsion. Granatenſ.*

6 Sed cum adhoc, *l. fin. dict. §. fin. ff. Quæ in fraudem creditorum,* requirat quod dolus debitoris interueniat, & tradit Bart. *in dicto §. Eleganter ad fin.* Baldus *in l. 1. numer. 4. C. Qui bon. ceder. poſſ.* Iaſſon *in §. final. numer. 5. & 18. Inſtitut. de Actionibus.* Balbus *deciſsion. 4. ad fin.* cum alijs traditis à Baëça *de Inop. debit. cap. 8. num. 18. & 19.* Vbi benè com-

probat captioſam paupertatem, non excuſare ſed nocere, & *cap.* 13. *num.* 3. & *cap.* 16. *num.* 19. vbi loquitur de nobili occultãte bona, vt inopiam fingat, quòd non gaudeat nobilitate de quo agemus *infra hoc tit. quæſt.* 8. *num.* 2. Quærunt Doctores. An ſufficiet ſola culpa?

7 Et Crotus *in l. Frater à fratre, num.* 131. *ff. de Condict. indeb.* ait, quod ſiquis culpa ſua amiſſit bona propria, & effectus eſt inops amitet beneficium ceſſionis bonorum, cuì ſubſcribunt Pariſius *dict. conſ.* 94. *num.* 13. *lib.* 1. & Stracca *de Decoctor. part.* 3. *num.* 13. Sed Brunus *in dict. Tract. de ceſsione bonorum, part.* 4. *principali, quæſt.* 15. *col. fin.* & *quæſt.* 29. tenet, quod cum dolus requiratur, culpa non ſufficit, immo quòd neque lata culpa ſuficiet. Nam lata culpa commiſſa in bonis propijs non eſt punibilis, neque dolo comparatur, *l. Etiam, §. Licèt, ff. Solut. Matrimonio*, cum ſimilibus, ſicuti neque dolo comparatur ad pœnam corporalem inferendam, *l. in Lege, ff. ad Leg. Cornel. de Siccarijs.* Bart. *in l.* 1. *ff. de Legibus, nu.* 3. & ibi Paulus. Idem Bart. *in l.* 1. *§. Non autem, ff. Si is qui Teſtamen. liber eſſe iuſſus.* vbi quod generaliter hoc procedit in omni cauſa Criminali, dicitque communem, Iaſſon *in l. in Actionibus, num.* 23. *ff. de in litem iuran.* Sed contrariũ, & quod lata culpa ſufficiet ad amitendum hoc Priuilegium pro conſtanti tenet. Baldus *in cap. Quæ in Eccleſiarum, num.* 18. *de Conſtitution.* & ibi Felinus *num.* 67. Decius *num.* 30. *verſic. Secundus.* Pariſius *vbi ſupra num.* 10.

8 In hoc opinionum conflictu, pro concordia diſtinguendum videtur, quòd ſi debitor faciens actum licitum, ſiue indifferentem, vtpotè negotiando, incidit in paupertatem, non aliàs amitet beneficium, quàm ſi probetur eius dolo id accidiſſe, vt notat Pariſius *dict. conſ.* 94. *à num.* 60. & in his terminis non ſufficiet lata culpa, & procedet prima opinio. Si verò debitor dans operam rei illicitę incidit in paupertatem, tûnc propter ſolam culpam, priuabitur hoc beneficio ceſsionis, & procedet ſecunda opinio. Et eſt ratio, quia quando quis dat operam rei illicitę, & actus veriſimiliter tendit ad id, quod poſtea euenit, punitur faciens tamquam doloſus, ſiue delinquens, quantumcumque id præter intentionem, & formalem eius voluntatem acciderit, *l. Quoniam multa facinora, C. ad Leg. Iul. de vi publ. cap. fin. de homicid. in* 6. Bart. ab omnibus receptus, *in l. Diuus, numer.* 1. *ff. ad Leg. Iul. de Siccarijs.* Diuus Thom. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 7. *in corpore ad fin.* & *quæſt.* 64. *à num.* 8. *in corpore.* Couarrub. *in Clementina* 1. *de homicid.* 2. *part.* §. 1. *num.* 2. Pichardus *in §. Injuria* 1. *Inſtitut. de lege aquilia, à num.* 67. & *nu.* 70. benè diſtinguit dolum à culpa. Si igitur debitor ludendo, vel meretricando bona conſump-

ſumpſerit, amittet prædictum beneficium, quaſi dolo conſumpſerit, quàmuis formaliter non habuerit animũ præjudicandi creditoribus. Bald. *in l.1.num.9.ad fin.* & ibi Salycetus *numer.10. C.Qui bon.ced.poſſ.* & Baldus *ibidem num.14.col.fin.* dicit quod videtur quis fraude factus inops, ſi alienauit omnia bona ſua, ſiue ſimul, & ſemel, ſiue interpolatis vicibus, *ex l.Nomen, §.Filio, ff. de Legatis 3. iuncta gloſſ.* verbo, *omnis ſubſtantia* quem, & alios refert, & ſequitur D.Petrus Noguerol, multis mihi titulis, tùm amicitiç, tùm doctrinç, quam ab eo exhaurij, colendus, in ſuis aureis allegationibus, (in quibus aliquid curæ, & laboris impendimus, vt ipſe teſtatur *allegat.35.num.9.*) *allegat.29.num.190.* Iaſſon *in dict.§.fin. Inſtit.de action. num.19.* Brunus *dict.quæſt.5. num.5.* & cum alijs Carleual *de Iudit. tom.1. diſput.2. quæſt.6. num.616.* & 617. Pater Diana *dict. part.7. tract.8. reſolut.11. verſic.Præſumitur etiam.* Donadeus *de Renunt. dict.cap.36. num.79.* Antonius de Vallis *in Tract.Varijs, lib.3.caſu 1. num.148.*

9 Et ita declarat, & diſtinguit Petr.Barboſa *in dict.l.Alia, §. Eleganter, num.55.* & *56.ff.Solut. Matrimon.* Vbi benè comprobat, & *num.54.in fin.* cum Baldo *conſ. 382.num.19.lib.5.* inquit difficillimum eſſe probare, debitores in fraudem creditorum alienaſſe, ſeu diſsipaſſe bona propria, & ideò ſatis eſſe probationem concludere ſecundum communiter accidentia, & ſecundum legum præſumptiones (quæ in materia difficilis probationis pro plena probatione ſolent reputari, vt ipſe Barb. latè probat *in l.2.in princip. ff.Eodem.*) & *num.56.* proſequendo cõprobationem materiç, cum Soto *lib.4. de Iuſt. & Iur. quæſt.7. art.4. col vlt.* Dicit quòd ſi debitor non habebat bona, & tantum ex credito pendebat, & ingens æs alienum conflat, pernicioſiſsimum genus latrocinij videtur, propter quod debet amitere ceſsionis beneficium. Sed ſi bona fide negotiatur, & propter caſum ſuperueniẽtem deducitur ad inopiam, beneficio ceſsionis vti poterit, cui ſubſcribit Nauarrus *in cap. Non dicatis 12.quæſt.1.num.3. ad mediũ*, & idem probat Ioannes Baptiſta Coſta *de Remed.ſub ſid.remedio 27. num.3.* Vbi cum dixiſſet debere conſtare de dolo vero, adhoc vt beneficium amitat, ita eius ponit exempla, *vt in ſpoliatore in fidefrago, in contrahente, ſimulque aſſerente ſe habere tot. & tales facultates, & huiuſmodi, quia huiuſmodi improbis hominibus non competit quale quale ſit auxilium, & numero ſequenti*, probat diuerſum eſſe in dolo præſumpto, vel quando de dolo, & fraude dubitatur, & adhûc de eo non liquet, benè Cancer *lib.2.Varia. cap.9.num.50.* ibi: *Quæ illatio proculdubio vera eſt, vbi quis dolo, & ſua culpa decoxit, ſecus ſi vitio, & ictibus fortunæ decoxerit, & num.52.* dicit quod cum falliti,

vt

vt plurimum, & iuxta cõmunem conſuetudinem ſint fraudatores, & ſic præſumptio ſit contra eos, qui vult dicere vitio, & ictibus fortunę ſe decoxiſſe, debet id probare, & cum Baldo, & alijs Rota Genuæ *deciſ.* 17. *num.*14. Donadeus *dict.cap.*36.*num.*78.& apertè probat *l.*7. *tit.*15. *part.*5. ibi: *Porque ſe dà à entender, que pues que todo lo ſuyo enagena deſta manera, que lo faze malicioſamente è con engaño,* vbi Gregor.Lopez *Gloſſ.*10. ita ait: *Et videtur eſſe in fraudem ex quo ſcit ſe habere creditores, & bona ſua non eſſe ſoluendo, l.Siquis cum haberet, & ibi Bartol. ff.Quæ in fraud.credit.&c.* notat Burgos de Paz Iunior, *quæſt.*ciui 7. *nu.*47. Scipio Rouitus *ad Pragmat.*2. *de ceſſ.bonor.vbi num.*2. ait, quod cùm fraus ſit difficilis probationis, Pragmatica illa de nouo induxit, vt hæc præſumatur in illis qui infra annum à die quo debita contraxerunt, implorant hoc beneficium, & benè agit de materiâ, Sancius à Melo *de Indutijs debitorum, quæſt.*12. *à num.*17. *vſque ad* 20.

QVÆSTIO V.

Debitor Fiſci, quomòdo conueniendus ſit pro exactione crediti? Et an ei competat beneficium ceſsionis bonorum?

Summarium Quæſtionis Quintæ.

*Num.*1. *Debitor Fiſci, ſi debitum ſit liquidum, executiuè conueniendus eſt, & num.*2. *vbi declaratur.*

3 *Sed ſi debitum non ſit liquidum, & conſtans, requiritur ordo Iudicialis, & ſententia.*

4 *Et talis debitor Fiſci carceri mancipandus eſt donec ſoluat, etiam ſi det fideiuſſorem de ſaneamiento.*

5 *Inſinuantur aliqua priuilegia Iure Regio conceſſa huic executioni, factæ pro debitis Fiſcalibus.*

6 *Cenſuris non poteſt procedi ad exactionem, contra debitores, Fiſcales.*

7 *Eadem forma procedendi ſeruanda eſt, contra hæredem debitoris Fiſcalis.*

8 *An debitor Fiſci poſsit bonis cedere?*

9 *Et quid, ſi ſit debitor ratione tributorum, ſeu collectarum?*

10 *Approbatur opinio negatiua.*

11 *Quæ de Iure Regio indubitalis, & expreſsa eſt.*

12 *Debitor Regij Patrimonij ex locatione, vel receptione Reditũm*

tuum Regalium beneficio ceſsionis bonorum non poteſt gaudere, nec eius effectibus.

13 *Et ideo adpinguiorem fortunam deueniens, ex bonis poſtea quæſitis, tenetur ſatisfacere.*

1 REaſumendo ergò in hac quæſtione ſupra dicta, pro intelligentia, & exornatione noſtræ materię, primo reſoluendum eſt, quod debitor Fiſci, ſi debitum ſit liquidum executiuè ex quolibet inſtrumento conueniendus eſt, *l. Quoniam nō nulli, C. de Appellationibus, l. Abſtinendū, C. Quorum appellationes non recipiantur, l. Si hæres, ff. De legatis 1. l. final. § fin. ff. Qui potiores in pignor. habeantur*, vbi notat Gotofredus *littera M. l. Miſsi opinatores, C. de Exactor. tribut. lib. 10. l. 2. C. de Apparitoribus, lib. 12. authentico de mandatis Principum, § Coges, l. 13. tit. 23. part. 3.* Baldus, & Salicetus *in l. 1. C. de Condictione ex leg.* Rodericus Suarez *in l. Poſt rem Iudicatam, ff. de Re Iudicata, notab. 7. verſic. Addas alium caſum*, Martinus Laudēſis *de Fiſco, quæſt. 143.* qui citat *legem hi qui, C. de Comben. Fiſci debit. lib. 10.* Baeça *de Inope debitore, cap. 13. num. 21. & 22. & cap. 16. num. 101.* Vbi in illa quęſtione in Granatenſi Prętorio agitata, nobilis, qui ſe obligabit ſoluere Paulo centum, quæ ei mutuauerat, *como marauedis, y auer de ſu Mageſtad*, reſoluit, non per hoc videri renunciaſſe priuilegio nobilitatis, ſed ſolum ſe retuliſſe ad brebem ſoluendi diem, nam Princeps pecuniam ſuam peculiari celeritate exigit; Peregrinus *de Iure Fiſci, lib. 6. tit. 7. num. 5.* Mauſonius *de Cauſis executiuis ampliatione 8. num. 12. & 13.* Ripol. *de Regalijs, cap. 32. à num. 1.* Capiblāco *de Varonibus in ſingularibus poſt thom. primum, num. 2. verſic. Adminiſtratores.* Poſtius *de Subhaſtat. inſpect. 23. num. 163.* vbi quod hoc caſu non ſerbatur ordo Iudiciarius. Alfaro *de Officio Fiſcalis, Gloſſ. 16. Priuilegio 12. à num. 55.*

2 Marcabrunus ab Anguillis *conſ. 74. num. 7.* vbi cum Lucano *de Fiſco, & eius Priuilegijs, num. 112.* probat quod Fiſcus habet iſtud Priuilegium, vt executiuè, & de facto capiat in ſolutum bona debitoris ſui quando debitum eſt liquidum, Cancer. *lib. 2 Variarum, cap. 6. num. 198.* Vbi loquitur in debito collectarū, & limitat cum Oſſaſco, & Surdo, pro collectis futuris, ſecus pro præteritis. D. Michaël Cortiada *in Praxi contentionum, deciſ. 10. numer. 125. tom. 1.* Quemada *quæſt. 9. num. 6.* Gutierrez *de Gabelis, quæſt. 164. num. 6. & ſeqq.* Trentacinquius *lib. 3. tit. de Solut. reſolut. 16. num. 3.* Lancelotus *de Attentatis, 2. part. limitat. 25.* Verart. *de Viſitat. cap. 23. num. 164. & 165.* Gratianus *diſcept. Forenſ. cap. 365. num. 12.* Mangilius

de

de Subhaſtat. quæſt.3.nu.9. Giurba *obſeruat.32.num.20.* Robitus *ſuper Pragmat.5. de Adminiſtrat. Vniuerſ. num.16.* Gironda *de Gauellis, part. 4. in principio, num.3.* vbi adducit: *Legem 5.tit.7.lib.9. Recopilation.* & alias leges Regni id comprobantes, Ægidius Boſius *in Praxi, tit. de Vectigalibus, num.12.* Barboſa *in Colectanea ad caput tua nobis 26. de decimis num.10.* D.D. Franciſc. Salgado *de Regia Protect. part.3. cap.2. num.70.* Ayllon *in Additionibus ad Anton.Gomez lib.2.Variarum, cap.11.num.52. verſic. Quod ita intelligendum.* Caballo *Reſolut. Criminal.cent.3.caſu 203.* Tonduti *de Præuentione Iudiciali, par.1.cap.10. num.83.* Vbi quod licèt executiuè & ſummariè procedatur, non tamen debet procedi ex abrupto. Maximilianus Fauſtus *in conſ.pro Ærario, claſi.8.conſ.13.in principio, tom.2.& claſi 9.conſ.41. circa principium, verſic. Fiſcalis ſanè debitor.*

3 Quod habet locum, vt dictum eſt, quando debitum eſt liquidum, ſi enim non ſit liquidũ, & conſtans, requiritur ordo, & ſententia, *l.Hi qui cum Fiſco, C.de Conuen.Fiſc.debitor. lib.10.* Baldus *in l.2.C.Quãdo Fiſcus, vel priua, &c.* & ſic diſtinguit Lucas de Penna *in l.2.col.3. C.de Conduct. & Procurat. ſiue actor. predio Fiſci Dom. Aug.lib.11.* In quo notandum eſt, quod pro hac liquidatione facienda, in his debitoribus Fiſcalibus, deputati ſunt Tabularij, ſeu calculatores, vel reuiſores deputati ſuper computis, & rationibus, qui, quò ad Officiales, qui quocumque titulo adminiſtrant, vel exigunt introitus Ærarij, viſo libro rationum, abſque alia citatione poſſunt illos comdemnare, *l.2.§.Quod de frumentaria, ff.de Adminiſtrat.Rer. ad Ciuit.pertin.* vbi Bart. notat. Peregrinus *de Iur. Fiſc. lib.6.tit.7. nu.6. verſic.fallit.in Officiali, & conſ.94.num.11.vol.3.* Mauſonius *de Cauſ.execut.lib.1.amplia. 8.num.27.* Marcabrunus ab Anguillis *conſ.74. num.8.* Alfaro *de Officio Fiſc.gloſſ.16.num.51.* Maximilianus Fauſtus *in conſ.pro Ærario, claſi 9. conſ.41. verſic. fallit in Officiali, tom.2.* Gabriël Berart. *in Speculo Viſitationis, cap.14.num.10. & ſeqq. & cap.23. num.161.* benè Epiſcopus Fermoſino *in Allegat. Fiſc.allegat.55. à num.11.* Amaya *in l.2.C. de Iure Fiſci, lib.10. à num.1. & nu.10.* declarat. Nouiſsimè celebris Chancellariæ Pintianę aduocatus D.Didacvs Balmaſeda *de Collectis, quæſt.99. numer.5.* qui ad manus meas venit, dum opus hoc iam prelo mandaretur, & auidè perlegi, materiam enim collectarum mirè exponit. Et videnda eſt, *l.27.tit.5.lib.9. Recopilat.* Vbi ponitur forma, quę ſeruari debet in caſu, quo dicti Calculatores non conueniant, ſed ſint diſcordes circa aliqua dubia occurrentia in his rationibus, de quo agit etiam. Eſcouar *de Ratiocinijs, cap. 33.num.11.& 13.*

4 Et ideo corporaliter eſt capiendus, & carceri mancipandus niſi realiter ſoluat, vt probat, non

non vulgaris Text. *in l. cum eo aliàs l. 9. §. fin. ff. ad Legem Iuliam peculatus*, ibi: *Quia eam priuatus Fisco debeat, & ideò inter debitores eum ferri, eamque ab eo is, qui hoc Imperio vtitur exigeret; id est, pignus capiendo, corpus retinendo, mulctam dicendo, &c.* Etiam si det fideiussorem de saneamiento, *l. Nemo carcerem*, C. *de Exactor. tribut. lib.* 10. vbi Valençuela *num.* 5. *l.* 8. *tit.* 4. *lib.* 6. *Ordinamenti, l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 9. *Recopilat.* ibi: *Y que ayan de estar presos, hasta tanto que cumplan, y paguen lo que deben, y fueren obligados à pagar de las dichas rentas*, & expressius, *l.* 14. *tit.* 7. *eodem lib.* 9. *Recopilat.* quæ ita ait: *Y que las executiones que en ellos se ouieren de hazer, ò en sus fiadores, por los marquedis, que assi en ellos fueren librados, en caso que por ellos sean dados bienes con fianças, que sus cuerpos estèn presos, en tanto que se vendieren los dichos bienes; y no puedan ser dados, sueltos, ni fiados, hasta que ayan pagado las quantias, que en ellos fueren libradas, con las costas, derechos, y con las penas, si en ellas huuieren incurrido, l.* 9. & 10. *tit.* 16. *eodem lib.* 9. *l.* 14. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recopil.* vbi notat Azevedo *num.* 1. *& seqq. l.* 130. *in quaterno Gabellarum*, & nouiter *cap.* 31. *in nouis Gauellarum punctuationibus*, Baldus *in l. Sed & si is, col.* 2. *de in Ius vocando*, Couarrubias *dict. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. *versic. Regulariter*, his verbis: *Quin & si debitum sit ratione redituum Regalium, precisè debitor in carcerem lege Regia mittendus est donec soluat, quamuis habeat res, quæ possint pro solutione capi, & publica subhastatione vendi, vtrumque enim fit*, & citat in specie Guidonem Papam *decis.* 91. Baeç. *de Inope debit. cap.* 13. *num.* 15. Paz *in Praxi, tom.* 1. *cap.* 5. 4. *part. num.* 4. Rodericus Suarez *in dict. l. Post rem Iudicatam, ff. de Re Iudic. notab.* 7. *versic. Addas alium casum*, qui citat *l. Sacrilegij, C. ad legem Iuliam pecul.* Lasarte *de Decima Vendit. cap.* 18. *nu.* 17. vbi hoc generaliter probat in quocumque Fisci debitore, Giróda *de Gabellis* 4. *part. nu.* 4. Pichardo *in §. Cum eo quoque, num.* 12. & 13. *Institut. de actionib.* Quemada *quæst.* 9. Flores de Mena *lib.* 2. *Var. quæst.* 21. *§.* 3. *num.* 145. & *numer.* 146. Carleual *de Iudicijs, tom.* 2. *disput.* 10. *num.* 1 & 2. & plures referens Ayllon ad Antonium Gomez *lib.* 2. *Variar. cap.* 11. *num.* 52. Alfaro *dict. gloss.* 16. *nu.* 60. & *seqq.* & *num.* 65. refert aliqua priuilegia Iure Regio concessa his causis *in tit.* 7. *lib.* 9. *Recopil.*

5 Inter quæ, illud non spernendum ponit, scilicèt formam tradditam *in l. à Diuo Pio, §. in Venditione, ff. de Re Iudicata*, capiendi primo bona mobilia, deinde immobilia, non seruari in executione, quæ fit pro Fiscalibus debitis, nam in his omnia bona debitoris sumuntur, & meliora, & quę facilius emptorem inuenire possunt, subhastantur, & venduntur, *l. Siquis fundum, C. Si propt. publ. pensit. l.* 18. & 19. *tit.* 7. *lib.* 9. *Recop.* & notat Alfaro *dict. num.* 65. Franciscus de Claperijs *in Cent. Cauf. Fiscal.*

Fiſcal. cauſa 48. quod adeò procedit, vt etiam ſine citatione debitoris poſsit hæc exactio fieri, vt probat Scaccia *de Iudicijs, cap.* 88. *num.* 26. Aſinius *in Praxi, §.* 7. *limit.* 33. & cum alijs ſequitur D. Ioannes Franciſcus del Caſtillo *deciſ.* 55. *num.* 4. & 5. *to.* 1. Et item poteſt fieri executio pro his Iuribus Regijs in rebus aliàs exẽptis, vt ſunt equi, & arma nobilium, & boues, animalia, & alia inſtrumẽta aratoria, vt diſponunt, *l.* 5. & 6. *tit.* 17. *lib.* 5. *Recopil.* & probant Azeu. *in dict. l.* 6. & Matienço *in dict. l.* 5. *gloſ.* 2. vbi declarat materiam, & benè Paz *in Praxi, tom.* 1. 5. *part. cap.* 2. *num.* 36. & 37. Redin. *de Maieſtate Principis, §. Non ſolum armis, num.* 207. & *ſeqq.* Antonius Virgilius *de Ligitimatione perſonæ, cap.* 25. *num.* 34. Surdus *conſ.* 39. *num.* 21. *lib.* 1. Pater Remigius *in deciſ. Moralibus de Bello, cap.* 11. §. 7. *verſic. que no puedan ſer preſos, fol.* 167.

6 In quo tamèn notandum eſt, non poſſe cenſuris procedi ad exactionem contra debitores Fiſcales, vt probat, *l.* 5. *tit.* 8. *lib.* 1. *Recopilat.* & *nota addita tit.* 1. *lib.* 4. *verſic. los Arrendadores, fol.* 318. Balmaſeda *de Collectis, quæſt.* 97. *num.* 16. Vbi quod iuxta hoc vidit in Chancellaria Pintiana mulctare Vniuerſitatem, ſiuè gremiũ vini, ex eo quod per cenſuras, collectas ſuis venditionibus, & conſumptionibus impoſitas exigere conabatur, & ibi cũ Ioanne Baptiſta Luca *in Theatro Veritatis,* & *Iuſtitiæ, lib.* 3. *diſcurſu* 46. Idem procedere ait in caſu, quo per Principem Secularem collecta alicui Dignitati Eccleſiaſticæ concedatur ſuper Perſonis Secularibus, nam Epiſcopus, ſeu Iudex Eccleſiaſticus non poterit Seculares ad prædictam collectam, ſeu impoſitionem per cenſuras compellere, quę doctrina nota digna eſt, pro pluribus cauſis Eccleſiaſticis, quæ quotidie deferũtur per viam violentiæ ad Tribunalia Superiora. Et item aliud ſpeciale eſt in Fiſco, ſcilicèt, quòd non tenetur dare fideiuſsionem legis Toleti, ea ratione, quia ſemper diues, & idoneus reputatur, vt tenent Gironda *de Gabellis, 4 part. in principio, num.* 14. Zeuallos *tom.* 3. *Comm. contra comm. quæſt.* 822. *numer.* 61. Alfaro *de Offic. Fiſcalis, gloſſ.* 16. *priuilegio* 30 *num.* 129.

7 Et quòd idem procedat in eius hærede, ſi tempore, quo executio pro debito Fiſcali petitur, ipſe debitor iam deceſsit, quòd ſit in vinculis deſinendus, etiam ſi idoneos dederit fideiuſſores donèc reuerà debitum ſoluerit, probatur *in l. Eum qui* 33. *ff. de Iure Fiſc.* quæ ita ait: *Eum, qui debitoris Fiſci adijt hæreditatem, priuilegijs Fiſci cæpiſſe eſſe ſubiectum,* & notat Maximil. Fauſt. *in conſ. pro Ærario, claſi.* 9. *conſ.* 41. *verſic. Hæres autem Fiſcalis debitoris.* D. Menchaca *de Succeſsion. Creatio. lib.* 1. *§.* 6. *num.* 37. vbi quòd ita ſæpè reſpondit, & quæſtionem his verbis commendat: *Quod nota, quia noſtrorum nullus vnquam, in cuius ſcripta incide-*

rum

rim attigit, & ita notabiliter extenditur l.8.tit.4.lib.6.Ordin.& l.130. in Quaterno Gabellarum, vbi de ipſomet debitore principali, non etiam de eius hærede in vinculis interea detinendo, Sancitum fuit, quod nota, quia hæc res in Prætorio noſtro ex facto quotidiè controuertitur, quem ſequuntur Laſarte *de Gabellis, cap.* 18.*num.*59. & Gutierrez *in eodem Tract. quæſt.*166. *num.*12. & 13. vbi cum eis limitat, quando talis hæres ſolemne confecit inuentarium.

8 Et licèt regulariter in quolibèt debitore Regis, ſeu Fiſci ſit controuerſia inter Doctores, an poſsit cedere bonis? Nam Bartolus *in l.*1. *num.*5. *C.Qui bonis ceder. poſſ* & Angelus, & Iaſon *in §.fin. Inſtit.de Actio.num.*14 tenent non poſſe. Et Didacus Perez *in l.*6. *tit.* 4.*lib.*2.*Ordinamẽti, gloſſ.fin.* ei concedit hoc beneficium, cum debitum fuit ex contractu, & cauſa ciuili, *ex l.Si quantitatem cum l.Sequenti, C.Qui bon. ceder.poſſunt, & l.Fiſcus, ff. de Iur. Fiſc.* cum alijs authoritatibus, & rationibus, quas ibi conſiderat. Franciſc. de Claperijs *in Centuria Cauſ.Fiſcal.cauſa* 19. Vbi, quòd debitor Fiſci ex cauſa ciuili habet hoc beneficiũ in caſibus, in quibus tale beneficium competeret Iure Communi contra priuatum, & quòd ita fuit Iudicatum. Et alij diſtinguunt inter debitorem publicum non contumacem, ſed in quantum poteſt deuotum ſuo credito rĩ, cui concedunt quod poſsit cedere, ſi ſit ſoluẽdo, & inter debitorem contumacem, & ingratum, quem volunt quòd propter contumaciam capiatur, & in aperta, & libera cuſtodia detineatur, nec per ceſſionis beneficium, hoc poſsit euitare, *ex l.Quoties, & l.Nemo, C.de Exactor.Tribut.lib.*10. vt per Auiles *in capit.Prætor. cap.*18. verbo, *Qual conuenga, numer.*6. *verſic.Sed quid de debitore Fiſcali.*

9 Et etiam in debitore Fiſci ratione tributorum, ſeu collectarum quæſtionem mouet, Baeça *de Inope debit. cap.*12. *à num.*15. *vſque ad* 20. & tandem concludit poſſe cedere bonis eodem modo, quo priuatus poteſt, & tradendum eſſe etiam ad ſeruiendum, & citat Salycetum *in l.*1. *C. Qui bonis ceder. poſſunt, numer.*7. *verſic. aut eſt debitor Fiſci*, & Menchaca *de Succeſſ. creat. lib.*1. *§.*6. *numer.*49. *verſic.Vndè in vſu forenſi*, dicit in vſu forenſi ſæpiſsimè reſpondiſſe, quòd debitores Fiſcales, qui ex forma legum Hiſpanarum vinculis continendi ſunt, donec debitum Fiſcale perſoluerint, adeò, vt vinculis non liberentur, etiamſi idoneos præſtiterint fideiuſſores, tamen ſi bonis ceſſerint, liberabuntur à compedibus, non aliter atque ſi re vera perſoluerint, & ita intelligi debere leges Regias, nempè *l.*8.*tit.*4.*lib.*6.*Ordinam. & l.*130. *in*

Quaterno Gabellarum, quæ hodie eſt, l.10. tit.16. lib.9. Recopilationis, Lanfranchus Balbus *inter communes opiniones, tom.3. centuria 5. concluſ.* 487. Gaſpar Antonius Theſaurus *in Addit. ad deciſ.* 182. *eius Patris, in fin.* Coſta *de Remed. ſubſid. remed.27. nu.* 11. D. Ioannes de Solorçano *de Iur. Indiar. tom.2. lib.1. cap.20. num.66. & 67.* D. Hieronymus de Leon *deciſ.* 7. *num.3. lib.1.* Donadeus *de Renuntiatione, cap.36. num.* 60. Caſtillo *dict. lib.8. cap.37. §.4. num.20.*

10 Tamen verior opinio eſt negatiua, nempè quòd debitor Fiſci ratione collectarum nõ poſsit iuuari hoc beneficio ceſſionis, vt probat Text. *in l. Propter honorem, C. Qui bonis ced. poſſ.* vbi notat Baldus *num.* 5. Bart. *in l.* 2. *§.1. num.2. ff. de Ceſſ. bonorum,* Angelus, & Iaſon *in §. Vltim. Inſtitut. de Action. num.* 14. Firmianus *de de Gabellis,* 4. *part. num.17. ad fin.* Guido Papa *ſingul.* 314. verſ. *Et non poteſt cedere,* Peregrinus *de Iure Fiſci, lib.6. tit* 7. *num.37.* Graſis *de Exception. except.17. num.41.* verſ. *Sexto caſu, & num.33.* Vbi latè probat non admitti ad cedendum, ſi debitum proceſsit ex delicto, vel quaſi, tàm contra Fiſcũ, quàm contra partem, Cumia *in Ritus Regni Siciliæ, cap. 95. num.* 49. verſ. *Nec debitor,* Mauſonius *de Cauſ. Execut. lib.1. ampliat.8. num.* 36. Rouitus *ad Pragmat.* 3. *de Ceſſ. bonor. num.* 4. Marcheſanus *de Commiſſ. part.* 3. *de Commiſſ. admiſſ. ad ceſſ. bon. cap.1. §.1. num.88.* & 89. Petrus Gregor. *lib.22. Syntagm. Iur. cap.10. num.4.* Fauſtus *in Conſil. pro Ærario, claſi 9. conſ.* 41. verſ. *Sed vtrùm debitor Fiſcalis, & claſi 16. conſ.186.* verſ. *Sexto requiritur, tom.2.* Guacinus *de Confiſcatione bonorum, concluſ.* 13. *ampliatione* 68. Idem Rouitus *deciſ.* 86. Vbi latè probat, quòd licèt non admittatur ad hoc beneficium ob debitũ procedens ex delicto, admittitur ob illud, quòd procedit ex contractu. Berart. *de Viſitatione, cap.* 23. *num.* 165. Stephanus Ranchinus *in Annotat. ad Guidonem Papa, quæſt.* 3. & in terminis conductoris gabellę Vini, qui ceſsionem bonorum proponebat, benè diſtinguit, & declarat Ioſephus Ludouicus *deciſ. Peruſina* 32. *part.1.* Carpanus *ad Statuta Mediolani, cap.408. num.* 68. & *num.73.*

11 Et quidquid ſit de Iure communi, attento Iure Regio, de hoc nullo modo licèt dubitare, nàm expreſsè deciſum extat Locatores, & Receptores redituum Regalium, non poſſe admitti ad hoc beneficium ceſsionis bonorum *in l.5. tit.9. lib.9. Recopilationis,* quę ita diſponit: *Por quanto muchos Arrendadores, y Recaudadores mayores, que arriendan las Rentas Reales, las cobran, y no pagan lo que deben dellas, antes gaſtan, y diſtribuyen lo quæ cobran de las dichas Rentas en otras coſas; y ſi los prenden por ello, hazen ceſsion de bienes, diziendo, que no tienen de que pagar lo q̃ debẽ, q̃ por euitar eſto,*

ſe

ſe entienda, que las nueſtras rentas ſe arriendan con condicion, que ningun Arrendador que las arrendare, ni ſus fiadores, ni abonadores, ni alguno dellos, no puedan hazer, ni hagan la dicha ceſsion de bienes, y juren de no la hazer, ni pedir relaxacion del juramento, y ſi la hizieren, que no les valga: Y que ayan de eſtar preſos, haſta tanto que cumplan, y paguen lo que deben, y fueren obligados à pagar de las dichas rentas, & ita per eam notant Azeuedo *ibi à princip.* Gironda *de Gabellis*, 4. *par.* §. 1. *num.* 35. vbi quòd hæc lex dubutationem in hac quæſtione tollit. Alfaro *de Offic. Fiſc. gloſſ.* 16. *priuileg.* 46. *num.* 181. Gutierrez *de Gabellis*, *quæſt.* 136. *numer.* 49. & *quæſt.* 170. *per totam, vbi num.* 6. ita ait: *Verùm his ommiſsis, oppinio negatiua ſupradicta, quæ de Iure Communi erat recepta, Hodiè indiſtinctè aprobata eſt Iure noſtro Regio per l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 9. & tandem in fine concludit: *Vndè oppinio contraria affirmatiua Menchacæ, & Baeçæ in noſtra quæſtione principali, nempè quòd debitor Fiſci liberetur cedendo bonis, hodie procedere non poteſt ſtante prædicta l. noua* 5. *tit.* 9. *lib.* 9. *quam Menchaca forſan videre non potuit.* Rodriguez *de Execut. cap.* 8. *num.* 28. Thomàs Valaſcus *allegat.* 13. *num.* 216. Vbi refert ad litteram Ordinationem Luſitanam idem ſtatuentem, Curia Philippica 2. *part.* §. 25. *num.* 2. Faria *in Additio. ad Couarr. lib.* 2. *Variar. cap.* 1. *num.* 44. Matienço *in l.* 7. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopil. gloſſ.* 2. *num.* 9.

12 Debitor ergò Regij Patrimonij ex locatione, ſeu receptione redituum Regalium, non ſoluens, non poteſt iuuari hoc beneficio ceſsionis bonorum, & per hoc carcerem, & moleſtiam euitare, nec frui alijs effectibus, qui de Iure Communi ex eo ſequebantur iuxta ſupra traddita.

13 Vndè in eo non eſt locus quæſtioni, an ceſsio liberet, vel non, debitorem â ciuili obligatione? an verò ſolum ſuſpendat eam? vel an affecta ſint bona poſtea quæſita, & creditoribꝰ ſint obnoxia? Nam præſupoſito, quod talis decoctor Regij Patrimonij, non poſsit iuuari hoc Iuris, & legis beneficio, Immo quod contra eum ſit præſumptio, quòd in fraudem, & dolo, & culpa ſua decoxerit, debent in eo ceſſare tales effectus. Et quidem, ſi *vt ſuprà probauimus hoc tit. quæſt.* 3 *num.* 12. etiàm debitor, qui bonis cedere poteſt, ſi ad pinguiorem fortunam deueniat, attẽta ſaniori ſententia, tenebitur creditoribus ex bonis poſtea quæſitis ſatisfacere. Quãto magis hoc procedet in his decoctis, in quibus nulla ratione fulciri poteſt, nec ęquo animo ferri id, quod quotidiè non ſine dolore videmus, ſcilicèt, tales debitores foro ceſſos, & alienę ſubſtantiæ decoctores, poſtea breui tẽpore afluẽtes re familiari, & diuitijs, corã creditoribus, qui ſuum deplorant effuſum, & deperditũ patrimonium, placidos, & geſtientes incedere.

QVÆSTIO VI.

In qua ſpecialitèr agitur de fœmina pro his ſummis, quas debeat Fiſco. Et an poſsit conducere Regia Vectigalia?

Summarium Quæſtionis Sextæ.

Num.1. An fœmina pro his ſummis, quas debeat Fiſco, poſsit bonis cedere, & carcerem euitare, & quãdo poſsit eius perſona capi?

2 *Fœmina pro debito pecuniario non poteſt carcerari, etiam ſi ſit Fiſcale, & Gabellarium.*

3 *Fœmina an poſsit conducere Regia Vectigalia, & ſit capax eorum adminiſtrationis, ſeu exactionis? & reſoluitur quod non.*

4 *Nec poteſt fideiubere pro eorum conductoribus, niſi ſit vxor, quæ fideiubeat pro marito.*

5 *In ordinationibus Senatus Regij Patrimonij expreſsè cauetur, vt vxor ſimul obligetur cum marito conductore.*

6 *Fœmina hæres debitoris Fiſcalis ex hac cauſa an poſsit capi, & vinculis detineri, de Iure communi?*

7 *Quid in hoc ſtatutum ſit de Iure Regio?*

8 *Fœmina negotiatrix, & quæ publicè cuicũque exercitio rei quæſtuariæ expoſita eſt, ſi foro cedat, & fugiat, vel latitet Libros occultans, poterit carcerari, & puniri.*

1 QVæſtionis eſt, an quod dictum eſt, debitorem Regij Patrimonij hoc beneficio ceſsionis bonorum non gaudere, procedat etiàm in fœmina pro his ſummis, quas debeat Fiſco? Nam cum regulariter ob debitum ciuile, & non deſcendens ex delicto, ſi pudicam vitam agat, in carcerem duci non poſsit, *l.1.C. vt omnes Iudices, l.62. Tauri, quæ eſt l.10. tit.3. lib.5. Recopilat.* Antonius Gomez, Azeuedo, & Matienço *in dictis legibus*, Couarrub. *in 4.2. part. cap. 8. §.11. num.6. & lib.2. Variar. cap. 1. num.3.* Menochius *de Arbitrar. lib.1. quæſt.88. num.10.* Franciſcus Varonius *de citatione in Addition. ad quæſt.18. num.143. part.2.* Antonius Pichardus *in dict. §. Cum eo quoque, num.18. Inſtitut. de action.*

Parla-

Parlador. *lib.2. Rerum quotid. cap. fin. 5.part.§.6. num.13.* Gomez de Leon *in ſua Cent. cap.14.nu.4.* vbi, quòd mulier pro debito ciuili ex communicari non poteſt. Farin. *in Prax. tom. 1. tit.de Carceribus, quæſt.27. num.43.* vbi latè probat Petr.Gregor. *lib.2.Sintag.Iur.cap.6. num.11.* Iodocus *in Prax. Crimin. cap.20.à num.10.* Ægidius *de Iure honeſtatis, art.3.num.1.* Velaſco *de Priuileg.paup.lib.3.quæſt.16.nu.80.* Vbi notabiliter limitat in debito procedente ex ſua Redemptione â Captiuitate, nam propter illud, fœmina Iure pignoris retineri poteſt, creditorique addici, vt expreſsè probat Text. *in l.Siquis ingenuam, ff.de Captiuis, & poſtl.reuer. & l.Fediſsimè* per locum ab ſpeciali, *& l.Si is, qui te, iuncta, l.fin. C. Eodem tit.* Baeça *de Inope debitore, cap.15.num.24. & ſeqq.* vbi latè cóprobat Narbona *in l.14.tit.2.lib.6. Recopil.gloſſ.1.nu.86.* Guacinus *de Confiſcat.bonor.concluſ.31.nu.32. & ſeqq.* vbi quid obſeruetur circa hác carcerationem mulierum in tribunalibus Italię? Idem etiam videtur dicendũ in debito Fiſcali.

2 Pro quo notandum eſt, quod Iure digeſtorũ mulier capi poterat, *vt in Authẽtica ſed hodiè, C. de Offic.diuerſ.Iud. & in authentica hodiè, C.de Cuſtod.Reorum,* & obſeruat Bald. *in l.1. col.2. verſic.Quæro cum Ciuitatibus, & ibi Salicetus, verſ. Quæro nunc.4.C.Qui bon.ceder.poſſ.* Boerius *deciſ.349.col.penult.nu.11.* Abbas *in cap.Petitionem de acuſſat.* Iaſſon *in l.Neque impuberes, col.1. verſic.Aduerte ſi teneas, ff.de in Ius vocand.* Quorum fundamentum eſt, *l.Penult.C.Qui bon.ced.poſſ.* vbi mulieri permittitur cedere bonis, ceſsio autem bonorum inuenta eſt ad effugiendum carcerem, *l.1. C.Qui bon. ced. poſſ.* Ergò mulier poterat conijci in carcerem. Et quod poſsit, ſi non vult cedere bonis, ſcripſit Bald. *in dict.l.1 num.13.* cuius opinio videtur vera de Iure Codicis, quo mulier capi poterat. De Iure verò Authenthicorum, cum mulier pro debito priuato, vel Fiſcali capi non poſsit, vt probant. *dict.Auth.Sed hodie, in princ.C.de Offic.diu.Iud. & d. Auth. Hodiè, C. de Cuſt.Reor.* vbi D.D. Ioannes de Platea *in l. Nemò carcerem, num. 21. C.de Exact.tribut. lib.10.* Cifuentes *in dict.l.62.Taur.* Videtur ei competere hoc beneficium, vt ratiocinatur Baëça *de Inop. debitor. cap.15. num.5.* & expreſsius probat Gironda *de Gabellis, 4.part.§.2.num.32.* Vbi, quòd Mulier pro debito Gabellario, & Fiſcali, incarcerari non poteſt, & præter alias authoritates adducit *l.8. & 10.tit.3.lib.5. Recopilationis.* Id noſtro Iure probantes, & eum ſequuntur Laſarte *in eodem Tract. cap.18. num.21.* & Gutierrez *de Gabellis, quæſt.166. num.14.* Vbi hoc verùm intelligit cum Laſarte, niſi delictum interueniat, ſcilicèt, gabellã occultando non obſeruata diſpoſitione *l.31.tit.19.lib. 9.Recop.* Flor.de Mæn. *lib.2.Var.q. 21.§.3.nu.152.* Vbi adducit *l.2.tit. 11. & l.3. tit.13.lib.5. Recop.* Azeu.

in dict. l. 10. *tit.* 3. *lib.* 5. *Recopil. num.* 10. Farinacius *in Praxi, tom.* 1. *tit. de Carcer. dict. quæſt.* 27. *numer.* 44. Bobadilla *in Politic. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 30. Thomàs Zerdàn *en la Viſita de carcel, cap.* 11. §. 4. *num.* 15. Maximilianus Fauſtus *in Conſilijs pro Ærario, claſi* 8. *conſ.* 13. *in pricip. tom.* 2. *& claſi* 9. *conſ.* 41. *verſ. Fallit in fœmina.* Alfaro *de Officio Fiſcalis, gloſſ.* 16. *num.* 59. Baldaxar de Angelis *in Prato ſup. Codicem, in dict. Authent. Sed hodie, C. de Officio diuerſ. Iud.* Balmaſeda *de Collectis, quæſt.* 97. *num.* 11. *& quæſt.* 99. *num.* 18. Vbi probat, Viduam pro debito collectarum non poſſe declinare iuriſdictionẽ Iudicis Ordinarij, & Superiores Iudices eligere, ex priuilegio *legis Vnicæ, C. Quando Imper. inter Pupillum, & Vidu.* quod in debitis Fiſcalibus non habet locũ, vt cõprobatur *infra Titulo* 2. *quæſt.* 2. *num.* 3. Ægidius *de Iure honeſt. dict. art.* 3. *num.* 3. Vbi, & quòd Mulier, nec tacitè, nec expreſsè huic beneficio renunciare poteſt. Melo *de Inducijs debit. quæſt.* 29. *num.* 4. *& ſeqq.* Thomàs Mieres *ad Conſtit. Cathalon. part.* 1. *collat.* 6. *tit. de Lezdis, & Iuribus Fiſcalibus, n.* 5. *& 6. fol.* 329.

3 Vndè incidit ad praxim huius quæſtionis, non vulgaris quæſtio, ſcilicèt, an Fœmina poſſit conducere Regia Vectigalia, & ſit capax eorum adminiſtrationis, ſeu exactionis? In qua tenendum eſt, quod cum hoc officium exigendi gabellas, & Regia Vectigalia, vt Camerę Regiæ ſoluantur, ſit officium, ſeu munus publicum, vt tenent Conſ. *in l. Munerum in principio*, ibi: *Vel cura Kalendarij, & §. Sed & Curatores*, ibi: *Sed & Curatores, quoad colligendos Ciuitatum publicos reditus eligi ſolent, ff. de Mun. & honor.* & ex eo Caſtrenſ. *conſ.* 467. *nu.* 2. ibi: *Habere aliquod officium in Gabellis, tom.* 1. Lucas de Pena *in l. vnic. col.* 1. *ante fin. verſic. an ergò, C. de Mulier, & in quo loco lib.* 10. quem ſequitur Decius *in l. Fœm. ff. de Reg. Iur. nu.* 23. Illi[9] ſunt incapaces mulieres, *dict. l. Fœminæ, l.* 1. *in principio, ff. Ad Sen. Conſ. Vellei. & l.* 2. *ff. Eod. l.* 1. §. *Sexum, ff. de Poſtulando*, ſingularis Text. *in l. Fœminæ, ff. de Edend.* ibi: *Fœminæ remotæ videntur ab Officio Argentariæ, cum ea opera Virilis ſit.* Cald. Pereyra *de Iur. Emphiteu. lib.* 3. *cap.* 15. *nu.* 21. *infin.* Celſus Hugo *conſ.* 16. *num.* 19. Syluan. *conſ.* 1. *nu.* 8. *& 9.* D. D. Franciſc. Salg. *in Labyrintho credit. par.* 1. *cap.* 13. *nu.* 25. Vbi quod tamquam incapaces, non debent eligi ad adminiſtrandũ bona debitoris, *ex l. cum bonis, ff. de Curat. furioſ.* & alijs authoritatibus Azeued. *in l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 5. *Recopil. nu.* 9. vbi quòd licèt mercaturam exercere poſsint, *l. Pediculis, §. Item cum quæreretur, ff. de Auro, & Argen. leg.* & alijs Iuribus, ſecus eſt in his officijs campſorũ, & argertiorũ, quia ſunt publica, & ita in terminis reſoluunt Decius, & Lucas de Pena *vbi proximè*, & Decius, ita ait: *Decimo non poteſt conſtitui exactrix tributorũ*, & cum Alberico *in l. Adeo in principio, ff.*

Pro

Pro Socio. Laudenſ. *de Fiſco, quæſt.* 190. Peregr. *de Iur. Fiſc. lib. 6. tit. 5. nu.* 10. Ioan. Grædeus *conſ.* 24. *num.* 94. *inter conſ. Academiæ Marpurgij,* & benè Rota per Farin. *deciſ.* 663. *à n.* 1. *& n.* 5. *p.* 1. *recent.* his verbis: *Et præcipuè propter dictã exactionẽ Gabellæ, quod mulieres ſint illius incapaces dicunt, Lucas de Pena, & Decius locis præcitat. Albericus in l. Adeo aliàs ideo n.* 2. *ff. Pro Socio. Vbi quod mulieres non ſuccedunt in conduct. Vectigalium, cum non ſint idoneæ ad tales cõductiones, & quod ita Iudicatum fuit Parmæ.* Alfaro *de Offic. Fiſcal. gloſſ.* 34. *nu.* 77. *verſ. Mulieres item.* Fauſt. *in Conſil. pro Ærario, claſi.* 9. *conſ.* 39. *verſic. Mulieres quoque.*

4 Nec poſſunt item fideiubere pro conductoribus talium Iuriũ Regalium, *l.* 2. *in fin. tit.* 12. *part.* 5. Hondedeus *conſ.* 45. *tom.* 1. Gutier. *de Iur. Conf. par.* 1. *cap.* 20. Alfaro *de Offic. Fiſc. gloſ.* 34. *nu.* 77 *verſ. Mulieres item, vbi in fin.* hoc intelligit niſi vxor fideiubeat pro marito, *ex l.* 9. *tit.* 3. *lib.* 5. *Recop.* quę hodie eſt, *l.* 61. *Taur.* quæ, cum abſolutè prohibeat vxorem obligari ſimul cũ marito, ex quacumque cauſa niſi probetur in eius vtilitatẽ verſum eſſe, *in fin.* ita limitat: *Lo qual todo que dicho es, ſe entienda, ſino fuere la dicha fiança, y obligacion de mancomun, por maraueds de nueſtras rentas, ò pechos, ò derechos de ellas,* vbi Azeued. *nu.* 28. notat, & quod hoc caſu non erit neceſſaria renuntiatio illius legis, nec iuramẽti, quoniam obligatur in caſu à Iure per miſſo, & Matienço *gloſſ.* 5. ita ait: *Nota vxorem obligari ad debita Fiſcalia, & publica tamquam fideiuſſor mariti; vel tamquam correa debendi, & in hoc corrigitur Ius commune, quia eo Iure etiam pro debito Fiſcali obligari non poterat, & nu.* 2. concludit: *Hodie communiter in hoc Regno apponi iuramentum vxoris in huiuſmodi contractibus, vt obligatio comprehendat omnia bona etiam dotalia.* Ant. Gom. *in d. l.* 61. *Taur. n.* 6. Pro quo notari debet Hering. *de Fideiuſſ. cap.* 7. *nu.* 417. *& ſeqq.* Vbi in vxore, quę cum videret virum ſuum multo ære alieno grauatũ, & quotidiè à creditoribus, & fideiuſſoribꝰ ad ſolutionem præcipitatũ, emit ab eis credita, vt ea ex bonis mariti, vel Iure retentionis, vel aliter conſequeretur, probat valere obligationem, nec poſſe ſe contra eam beneficio velleiani iubare. Laſarte *de Decima vendit. cap.* 18. *n.* 12. vbi dubitat an ſi mulier, & maritus non à Rege ipſo cõduxerint, quod dicitur *por mayor,* ſed ab his, qui primò conduxerant, quod dicitur *por menor,* vt explicat *l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 9. *Reco.* ad huc mulier teneatur? & licêt ibi cum Caſtill. *in l.* 61. *Taur. in fine* teneat, quòd non valet obligatio, tamèn *in Addit. ad d. c.* 18. *nu.* 57 *fol. mihi* 51. *B.* defendit, obligari poſſe pro marito circa Iura, & Vectigalia Magnatum, ſicut circa Regia, & generaliter dicendũ exiſtimat, leges Gabellarũ in omnibus Gabellis, & his reditibus, qui originẽ ſua, Regalię ſunt, etiam ſi ad priuatam

uatam perſonã pertineant, practicandas, & obſeruandas eſſe.

5 Immò in ordinationib⁹ noſtri Senatus Regij Patrimonij, expreſsè cautum eſt, vt quoties aliquis Theſaurarius, vel Publicanus obligatur pro Vectigalibus percipiendis ex conductione, vel adminiſtratione, illus vxor ſimul cum eo obligetur, nè poſtea poſſit talem obligationẽ, & Ius Fiſcale eludere, ſi ſe opponat, & velit dotem ſuam recuperare, antequã debitum Fiſcale exigatur, vt rectè obſeruat D.D. Ioanes Baptiſta de Larrea *allegat.* 35. *tom.* 1. *Alleg. Fiſcal.* Inqua per totam, muneri ſuo, quod tũnc Fiſcalis Regij Patrimonij gerebat, ſedulò inſeruiens, (poſtea enim ob ſummã ſuã ſciẽtiã ad Supremũ Iuſtitiæ Senatum euectus eſt) de hac materia agit, & *num.* 12. ponit praxim faciendi talem obligationem, interueniẽte Authoritate Iudicis inquirentis, àn per metũ, aut aliter cõpulſa ad obligationẽ veniat? & alia plura notabilia, ex quibus facilẽ, hæc fraus vxorum intendentiũ nullitatẽ taliũ fideiuſsionũ, quę cõtra Fiſcũ frequens eſt, excludi poſsit.

6 Sed licèt non poſsit fœmina conducere, nec exigere Regia Vectigalia, nec ſuccedere in tali cõductione locatori eorum, & illam continuare, niſi ſit coniugata, vt proximè diximus, poteſt eſſe caſus, in quo debitori Fiſcali ex hac cauſa ſit hæres. Et tunc non incongruè D. Ferdinandus Senator *lib.* 1. *de Succeſs. creat.* §. 6. (cum *num.* 37. reſoluiſſet, hæredem maſculum talis debitoris Fiſcalis eodem mòdo, quo ipſe principalis in vinculis eſſe detinendum, donèc ſoluat, etiam ſi habeat bona, vel det fideiuſſorem de ſaneamiento, multum hoc cõmendans, vt diximus *ſupra quæſt.* 5. *nu.* 7.) *nu.* 38. quærit, àn idem ſit obſeruandũ in fœmina hærede? & tandem ait, cõquaſſatis Fiſci, & Mulieris priuilegijs tamquã contrarijs, ad Ius commune reducẽdam obligationẽ, & reſolutionẽ, ſecundũ quod ſi debitor vita functus poſsideat bona, ex quorũ venditione poſsit ſatisfieri, in carcerem non detrudatur, *ex Gloſſ. illa notab. in l.* 3. §. *Tutores, ff. de Suſp. tut.* quam *ſupra quæſt.* 2. *num.* 32. exornauimus; ſin verò bona non habeat, ex quib⁹ poſsit ſolui, tũnc vinculis contineatur, niſi bonis cedere velit, *vt in l. Nemo, C. de Exact. Tribu. lib.* 10. *l.* 1. *C. Qui bon. ced. poſſ. l.* 4. *tit.* 15. *p.* 5. *cum alijs ſuprà adductis*, vnde infert: *Secundũ quæ poſſemus non inelegan ter interpretari, vt id priuilegiũ ſiuè Fiſci ſiuè Mulieris exuperet, & vincat, atque prævaleat, quod ſecundũ caſus contingentiã habuerit pro ſe Ius commune, vt ſi talis mulier ſoluendo nõ erat, vt ex ſuarũ rerũ venditione Fiſco ſatisfieri nõ poſsit, tùnc in vinculis cõtineatur, niſi bonis cedere malit. Sin autem ex bonorum mulieris venditione Fiſco ſatisfieri poſsit, tùnc vinculis detineri non poſsit, cum per hanc interpretationẽ in vtroque caſu ad Ius commune redigamur*, & ibi

pro-

proſequitur, de qua obligatione mulieris ſuccedentis veteri debitori, latè agit Heringius *de Fideiuſſ. cap.7. à num.443.* D.Salgado *de Regia Protect.2.part.cap.4.num.* 85.

7 Quod quidem procedit de Iure communi, nam de Iure Regio contrarium abſolutè tenendum eſt, *vt probauimus ſupra num.* 2. & ipſemet Menchaca concludit,his verbis:*Hodiè tamèn contrarium expreſſum eſt, vt mulier etiam pro debito Fiſcali vinculis detineri nequeat, dict. l.62.Taur. l.2.tit.10. lib.5. Ordin. lege 4.tit.12. eodem lib. ſecundum quod, eas leges communis Iudiciorum obſeruatio interprætatur, quod nota ad limitationem, l.130.in Quaterno Gabellarum, & l.8.tit.4. lib.6.Ordinamenti.*

8 Sed hoc limitandum eſt in muliere negotiatrice, & quæ publicè cuicumque exercitio rei quæſtuarię expoſita eſt.Nam hoc caſu, vel quando obligatione cõtracta ſimul cum marito conductore tenetur, vt proximè dictum eſt, ſi ea foro cedit, & cum pecunijs alienis fugit,vel latitat,bona, & Libros occultans comprehenditur in diſpoſitione prædictarum legum Regni, & poterit carcerari, & puniri, vt vnicè ex his, quos viderim, ſingulariter tangunt,& reſoluunt. Auendaño *in Tract.de Exceptionibus, qui eſt poſt Reſponſa, num.57.* ibi: *Et extende hanc legem,quòd habeat locum non ſolùm quando iſte,qui fallit, eſt Vir, ſed etiàm quando eſt fœmina, vt in l.3.ff.de Negot.geſt.* & expreſſius Bobadilla *in Politic. lib.3. cap.* 15.*num.*34. Vbi mouet Quæſtionem dicens à nemine tactam, niſi ab Auendaño *dict.loco*, & Farinacio (qui quidem non agit de ea expreſsè) & *nu.*35. ita ait: *Pero ſin embargo deſto, me parece lo contrario; y que ſi la tal muger, como hemos viſto muchas viudas, y aun caſadas,fueſſe tratante,que compraſſe, y vendieſſe por ſu credito,è induſtria, y aſsiſtencia, y ſe alçaſſe con la hazienda agena, ocultando bienes, y Libros, y tambien las panaderas del poſito, y de particulares,como en otro lugar diximos, no dudo ſino que podràn ſer preſas por ello, &c.* quod comprobari poteſt ex traditis ab Anton. Gomez *in l.54. Taur. & ſeqq.num.6.*

QVÆS-

QVÆSTIO VII.

Quid in prædicta materia, ſeruandum ſit in minore?

Summarium Quæſtionis Septimæ.

Num. 1. *Minores an poſsint eſſe contumaces, & carcere detineri donec ſoluant, vel bonis cedant?*

2 *Pubes poteſt capi pro debito, & bonis cedere.*

3 *Adultus tamquàm doli capax, poteſt eſſe contumax.*

4 *Et pro debito poteſt carcerari.*

5 *Minor ætas venia, & miſeratione digna eſt.*

6 *In caſu decoctionis doloſæ, tàm pubes, quàm impubes doli capax, poteſt conijci in carcerem.*

7 *Minores, non poſſunt conducere Regia Vectigalia, nec pro conductoribus fideiubere.*

8 *Tamèn de Iure Regio admittuntur, accedente Iuramento.*

9 *Tutores, & Curatores minorũ, qui nondùm dederũt rationes ſuæ adminiſtrationis, non admittuntur, ad conductionem Gabellarum.*

10 *Bona minorum cum Fiſco contrahentium cenſentur tacitè hypothecata, etiàm ſine decreto, ex ſpeciali fauore.*

11 *Filius familias an poſsit conducere Regia Vectigalia?*

1 ET cum in multis Mulieres, & minores in Iure æquiparentur, ſuccedit alia quæſtio: An ſcilicèt minores poſsint Iure Communi attento, & generalitèr, eſſe contumaces, & carcere detineri donec ſoluant, vel bonis cedant? Inqua, breuitèr diſtinguendum eſt inter pupillum, & proximum pubertati, & inter puberem. Nàm cum pupilli, & proximi pubertati nil poſsint gerere, nec obligationem contrahere, cum prohibiti ſint res ſuas diſtrahere, vel adminiſtrare etiam ſi benè gerant, *l.* 1. *§. Si Minor, ff. de Rebus eorum, qui ſub tut. ſunt* Cõſultus *in l.* 38. *ff. de Pignorat. action.* vbi loquitur in pupillo, quod non poſsit pignus capere. *§. Nunc admonendi, Inſtit. Quibus alienare licèt, vel non, vbi omnes ſcribentes l. Si Curatorem habens* 3. *C. de in Integrum reſtitut. l.* 4. *tit.* 11. *part.* 5. & latè exornant Caldas Pereyra *de Empt. & vendit. cap.* 13. *& in dict. l. Si Curatorem.* Narbona *de Ætate Requiſit. ad omnes act.*

act. hum. anno 25. quæſt. 4. & ſeqq. & quæſt. 54. Heringius *de Fideiuſſoribus, cap. 7. num. 70. & ſeqq.* Vbi idem probat in fideiuſsione, non poterunt eſſe contumaces, & ita benè diſtinguit infantes, & impuberes, â puberibus ad hunc effectum, Cacialupus *in Tractat. de debit. fugit. quæſt. 5.* quæ diſtincto arridet Parlad. *lib. 2. Rerum quotid. cap fin. 5. part. §. 6. num. 15.* & faciunt tradita per Dianam *tom. 8. reſol. mor. tract. 7. Miſcell. reſolut. 20.* & Pichardum *in §. in Summa 17. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſ.* Colerus *de Proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 248. & 249.* & cum eo, & alijs Caſpar Mancius *in Patrocinio debitor. decade 1. quæſt. 7. num. 29. & ſeqq.* Et quòd impubes non poſsit detrudi in carcerē, argum. *l. Neque impuberis, ff. de in Ius voc.* notant Bart. Bald. Romanus Paul. Alex. & Iaſon *in eius repetitione.* Iacobin. Baptiſta à Santo Seuerino *de debit. ſuſpec. & fugitiuo. quæſt. 5. principali.* Speculator *in tit. de Contumacibus, §. fin.* Angelus *in l. Nemo Carcerem, C. de Exact. tribut. lib. 10.* Boerius *in Repetit. l. Conſentaneum, C. Quomodo, & quando Iud. nu. 165.* & ex hoc ſequitur quod non poſsit cedere bonis, vt probat Salycetus *in l. fin. C. de ceſſ. bon. col. penul. quæſt. 11. num. 11.* & Iaſſon *in §. fin. col. 2. Inſtit. de Action.* Socin. *Regula 46. fallentia 13.* Vbi reddit hanc rationem, quia ceſſat ratio propter quam conceditur beneficium ceſsionis, ſcilicèt, vt debitor effugiat carcerem.

2 In pubere, an poſsit capi pro debito, & bonis cedere? ait Baeça *de inope debit. cap. 8. num. 13. verſic. Hic autem locus,* non eſſe ſatis excuſum à DD. quia affirmantes, & negantes, omnes rem tractant perfunctoriè, & miratur quod ita generaliter loquantur. Nàm quòd non poſsit capi probant Authores, *proximè relati*, & Bald. *in l. 1. C. Qui bon. ced. poſſ. num. 20.* & Salicetus *num. 11.* & Angelus *in l. Nemo carcerem, C. de Exact. tribut. lib. 10.* In comprobatione huius ſententię, & quòd adultus non poſsit eſſe contumax, adducit Text. & ibi Gloſſ. *in l. Minor. etiamſi quaſi contumax, ff. de Minor. l. Qui ſolidum, §. Etiam*, & ibi Bart. *ff. de leg. 2.* carcer enim non irrogatur niſi ob contumaciam, *dict. l. Nemo carcerem.* Ex aduerſo autem Rodericus Suarez *in Repetit. l. 2. tit. de los Gouiernos, verſic. 5. quæritur, num. 16. & 17. fol. mihi 419.* dicit, quod licèt pupillus nō poſsit cedere bonis, adultus poteſt authoritate, & decreto Iudicis, quia eſt alienatio vniuerſorum, & per conſequens valebit carceratio, & ſic addicetur creditori, ſed Iudice non authorante dicit, quod non carcerabitur, nequè valebit ceſsio, quod ſumpſit ex Baldo *in l. 1. num. 20. C. Qui bon. ced. poſſ.* & Salyceto *num. 11.* & Alberico *in Rubrica C. Eodem*, & Gregorio Lopez *in l. 1. tit. 15. part. 5. gloſſ. 4.*

3 Quòd poteſt comprobari ex eo, quòd cum adultus ſit doli capax,

capax, poteſt eſſe contumax, & ideò patitur ſecundum decretum, & miſsionem ex eo in eius bona, quod non interponitur niſi adſit contumacia *l. Fulcinius, §. 1. ff. de bon. Authoritate Iud. poſſ.* ſic Bald. *in l. vnic. C. de Confeſsis, verſic. iuxta hoc quæro, an adultus,* dicit, quòd ſi ſtatuto caueatur, vt contumax habeatur pro confeſſo, & ponatur in Banno, tale ſtatutum poteſt practicari in Adulto, & ex contumacia poteſt Banniri, quod refert Iaſſon *in l. Neque impuberes, nu. 3. ff. de in Ius vocand.* qui citat eiuſdem opinionis Guidonem de Suza, & Ioannem Andream *in Addit. ad Speculat. tit. de primo, & ſecundo Decreto, §. Reſtat verſic. Sed pone pupilli, cum verſic. Sed in Addit.* Narbona *de Ætate Requiſit. ad omnes act. hum. anno 25. quæſt. 53.* Vbi probat Iure Cõmuni talem miſsionem fieri non poſſe, ſed de Iure Regio *ex l. 3. tit. 11. lib. 4. Recopil.* id correctum eſſe, & licere miſsionem fieri in minorum bona certis de cauſis.

4 Sed ipſe Baeça *ibidem num. 14. verſic. Cæterum,* ita concludit: *Cæterum quidquid de Iure Communi verius ſit, certè mihi videtur eum, qui non habet curatorem, vel ſua adminiſtrat capi poſſe, & hoc Iure vtimur, & apud nos conſuetudine receptum eſt, vt adultus pro debito capi poſsit,* & ibi rationibus comprobat.

5 Ex quo infertur, quod licèt minor ætas venia, & miſeratione digna ſit, vt præſenſit Adrianus Cæſar alioquin decoctorum Grauiſsimus Hoſtis, de quo Ælius Spartianus illud prodit memorię, quod decoctores bonorum ſuorum iuuebat catamidiari (hoc eſt exhibilãdos, & irridendos exhiberè in Amphitheatro.) Si ſuæ authoritatis eſſent, hoc eſt, ſi eſſent ſuę poteſtatis, ex quo excludit habentes tutorem, vel curatorem, & conuenit Liuius *Decade 1. lib. 8.* his verbis: *Lucius Papyrius is fuit, cui cum ſe, C. Publius ob æs alienum paternum nexum dediſſet, quæ ætas, formaque miſericordiam elicere poterat, ad libidinem, & contumeliam animum accenderunt, &c.* & Cicero *in Orat. pro Cecilio,* ita ſubijcit: *Nollo cuiuſquam fortis, atque illuſtris Viri, ne minimum quidem erratum cum maxima laude coniungere, quod ſi facere vellem, multi à me ſummi, atque Ornatiſsimi Viri prædicarentur, quorum partim nimia libertas in adoleſcentia, partim profuſſa luxuries magnitudo, æris alieni ſumptus, libidines nominarentur, quæ multis poſtea virtutibus obiecta adoleſcentiæ, qui vellet excuſatione defenderet.*

6 Tamen in caſu decoctionis prouenientis à dolo, & culpa, aut malitia ſua, qua bona diſtraxit, vel diſsipauit, tàm pubes, quàm impubes doli capax poterit conijci in carcerem, vt notat Bart. *in Tract. de Carceribus, quæſt. 4.* argument. *l. fin. C. de Cuſtod. Reorum, & §. in Summa,* & ibi Aretin. *Inſtitut. de Obligat. quæ ex delict. naſc.* Baeça *de Inop. debit. dict. cap. 8. num.*

num.16. versic. Illud tamen non omisserim, vbi ex l. Si ex causa, §. Nũc videndum, ff. de Minoribus, probat etiam, quòd neque eis dabitur restitutio aduersus delictum, vel aduersus damnum dolo datum.

7 Quæ quidem omnia, quo ad nostram materiam, pendet ab eo dubio. An Minores possint conducere Regia Vectigalia? in quo Tex. *in l. in fraudem 45. §. fin. ff. de Iur. Fis.* ita ait: *Minoribus 25. annis, neque fundus, neque Vectigalia locanda sunt, nè aduersus ea, beneficio ætatis vtãtur, vbi gloss. fin.* declarat, *etiam cõtra Fiscũ,* & adducit *l. 1. & 2. C. Si aduersus Fiscũ,* & alias, & ex eo ita tenent Peregri. *de Iure Fisci, lib. 6. tit. 5. num. 8.* his verbis: *Minores autem 25. annis, nec Vectigalia Fisci, nec fundos Fiscales conducere valent, nè alioquin beneficio ætatis aduersus Fiscum, vtantur, l. in fraudem, §. Minoribus, ff. de Iur. Fisc. & hoc Iure vtimur.* D. Menchaca *de Succes. creat. lib. 2. §. 14 num. 115. versic. infertur etiam declaratio ad l. 61. en el quaderno de las Alcaualas,* quàm ad hoc citat, & dicit irritare talem locationem. Hering. *de Fideiuss. cap. 5. nu. 316.* Gironda *de Gabellis, part. 3. num. 20.* Lasarte *de Decim. Vendit. cap. 18. à num. 10.* Gutierrez *de Gabellis, quæst. 132. nu. 17 cum seqq.* Alfaro *de Offic. Fis. gloss. 34. nu. 77.* qui omnes tenent idem procedere in fideiussione pro conductore, quòd non possit minor eam facere, & Girond. *nu. 21.* latè comprobat, nec posse esse testem aprobatorem, quem dicũt *de abono,* & pro hoc facit *lex. 2. tit. 2, lib. 9. Recopil. num. seu §. 33.* vbi minor 25. annis arcetur à conductione, vel fideiussione in reditibus Regalibus. Berart. *de Visitatione, cap. 15. num. 23.* Aniquinus *de Præuent. instrumen. cap. 7. nu. 20.* Maximilianus Faust. *in Consil. pro Ærario, classi 9. cons. 39. versic. Minores.*

8 Quod de Iure nostro Regio roboratum est ex Text. *in l. 6. tit. 10. lib. 9. Recopil.* vbi expressè ita deciditur, ibi: *Mandamos, que de aqui adelante no sea recibido por Arrendador mayor, ni menor, ni por fiador de qualquier dellos, el que pareciere por su aspecto, ò fuere en duda, que es menor de edad de veinte y cinco años, en ninguna de nuestras rentas, &c.* & solum cum admittit Iuramenti Religione accedente, sub quo promitat minor, aduersus prędictam locationẽ, vel fideiussionem, restitutionem nó petiturũ, nec læsionem allegaturum, iuxta, *Auth. Sacram. Puberum, C. Si aduersus venditionem, l. 6. tit. 19. par. 6.* cum vulgatis, quîa dicto casu, solemni intercedente iuramento, licitè admittendos, communis Regnicolarũ turba docet ex eodem Text. qui ita ait: *Pero que la obligacion hecha con el tal juramento vala para siempre, y el q̃ lo hiziere, no se pueda restituir contra el contrato, aunque diga, y alegue, que fue lesso,* & ita tenent DD. *num. antecedenti, relati,* & cum eis benè Narb. *de Ætate Requis. ad omnes act. hum. anno 25. quæst. 10. num. 6. & 7.*

9 Tutores, ſeu curatores minorum, qui nondum dederunt rationes, non debent admitti ad conductionem Gabellarum *l.1. C. de Tutor, & Curat.* vt obſeruat Azeuedo *in l.5. tit.10. lib.9. Recop. num.* 14. Eſcouar *de Ratiociniis, cap.4. num.26.* Fauſtus *vbi proximè, dict. conſ.39. verſic. Tutores item.*

10 Circa quòd, vnum ſatis ſingulare obſeruandum eſt, ſcilicèt, quòd licet regulariter res minoris abſque decreto, hypothecę vinculo adſtringi non poſsint; Tamen ſi minor contrahat cum Fiſco, bona ipſius cenſentur tacitè hypothecata ſine decreto, ex ſpeciali fauore, & prouiſione *l.2. ff. de Rebus eorum, qui ſub tut.* vt latè comprobat Acoſta *de Priuileg. credit. reg.2. ampliat.7. num.29. & ſequentibus.*

11 Et ſimiliter notandum eſt quôd, licêt Peregrinus *dict. lib.6. tit.5. num.9.* ſimpliciter teneat filiumfamil. maiorem 25. annis, qui quidem pro debito poteſt mitti in carcerem, vt cum Bart. Hypolit. & Caſaneo tenet Baeça *de Inop. debit. cap.17. nu.79.* ex Iuris communis regulis *in l. Filiusfam.39. ff. de Action. & oblig. & ex l. Tàm ex contractibus, ff. de Iuditijs,* rectè ad vectigaliũ conductionem admittendũ. Tamen verius eſt, attento Iure communi non poſſe ea conducere, niſi bona, aut peculium habeat, quod capi poſsit, alias enim, ſi admiteretur, periculo eſſet admittentis, vt notat Alfaro *dict. gloſs.34. num.* 77. & ideo cum Patris conſenſu debere admitti, vt ita etiam ſentit obſeruari Peregrinus in illa Prouincia, pro quo videndus Rouitus *deciſ.69.* Vbi probat contractum filijfamilias, prohibiti contrahere abſque conſenſu, & præſentia Patris, etiam celebratum cũ Fiſco eſſe nullum. Fauſtus *dicto conſ.39. verſic. Filij verò familias.* Hodierna *in Addition. ad deciſ.13. Surdi, nu.24 fin.* Qui quidem conſenſus, vel ſit expreſſus, vel tacitus ſufficiet fauore Fiſci, vel Reipublicę, *l. Si hypothecas, C. de diſtract. pign.* Soccinus *Regula* 484. *fall.2. cum regulis ſeqq.* quos refert, & ſequitur Narbon. *dict. quæſt.10. num.4. vſque ad 6. vbi à num.3.* declarat *l. Si quis Patrem 3. §. Vndè Iulianus, ff. ad Senat. Conſ. Macedon.* in qua conſultus videtur innuere filiumfamilias Vectigalia conducere poſſe, *& num.9.* eandem reſolutionem extendit ad fideiuſſorem, ſeu teſtem approbatorem talium conductorum cum Azeuedo, Gutierrez, & Gironda *in locis ibi relatis.* Heringius *de Fideiuſſoribus, cap.5. num.316. & num.* 322. vbi adducit *l.2. §. Sed & ſi Vectigalia, ff. Ad municipalem* ad hoc, quòd ſi filius famil. Decurio voluntate Patris creatus, publica Vectigalia locaſſet, Pater, vt fideiuſſor erit obſtrictus.

QVÆS-

QVÆSTIO VIII.

Quomodo procedendum sit contra nobilem Fisci debitorem?

Summarium Quæstionis Octauæ.

N.1. *Nobilis non potest capi, nec poni in carcere pro debito ciuili, nec est tradendus creditori in seruitium.*

2 *Quod non procedit in eo qui bona dolo amisit, vel ea abscondit.*

3 *Nec in mercatore, vel negotiatore, qui versurã facit, & decoquit.*

4 *Nobilis debitor Fisci ex causa Gabellæ, vel alia simili, nõ potest carcerari, nisi interueniat delictum.*

5 *Nobilis, qui patrimonij versuram facit, pro ignobili habetur, & pœnæ nomine, priuatur paterno Sepulchro.*

6 *Semper in magno honore habitum fuit cum maioribus sepeliri.*

7 *Filius debet sepeliri in sepultura Patris sui, excepto casu, quo Pater pro crimine læsæ Maiest. damnatus sit.*

8 *Ius sepeliendi in capella institutoris maioratus, simul cum alijs honoribus, & præeminentijs in successorem transit.*

9 *Nobilis Regia Vectigalia percipiens ex conductione, vel administratione, non gaudet prærogatiua nobilitatis, neque in persona, neque in bonis, & num. 10.*

11 *Licèt nobilis expressè non possit priuilegijs nobilitatis renuntiare, tacitè tamen, & ipso facto cõductionis regiorum reddituũ, potest.*

12 *Nobilis debitor Fisci ex alia causa, quam ex prædicta conductione non amittit priuilegium.*

13 *Nobilis debitor ex tali conductione potest exequi in persona, & bonis. Et reliquis regulis, & pœnis decoctorum subijcitur.*

14 *Illi, qui aliquo peculiari priuilegio fori gaudent, non possunt admitti ad Vectigaliũ cõductionẽ, nisi prius facta talis fori renũtiatione.*

15 *Agricolis, ratione exercitij, cui in cõmune Reipublicæ bonum incũbunt, plures prærogatiuæ, & immunitates à Iure, & legibus Regijs indultæ sunt.*

16 *Agricola collectarũ, & Regiarũ functionũ debitor, de Iure cõmuni poterat carcerari in defectũ bonorũ, & pignorũ. Sed de Iure Regio hoc immutatum est, & non potest capi, licèt pro Iuribus Regi debitis, & Domino fundi, possit fieri executio in eius bonis, alias ratione agriculturæ exemptis.*

Quod etiam extẽditur ad cessonariũ Fisci, & Domini fundi, ibidem.

17 *Agricola Regiorum reddituum, & collectarum conductor, non gaudet tali priuilegio. Nam si cessat in solutione carceratur, & compedibus detinetur, donec obligationi contractæ satisfaciat.*

Et an idem procedat in Agricola conductore Iurium, seu collectarum Magnatum, Baronum, vel Vniuersitatum? ibidem.

18 *Agricola conuentus ex eo, quòd Iudicis officio fungens teſtes idoneitatis hypotecarum aprobauit, non gaudet aliquo priuilegio.*

1 TAndem accedit ſupradictis conſentanea diſputatio de Nobili, ſeu Fidalgo, cuius Perſona capi non poteſt pro debito ciuili, nec poni in carcere argumento *Legis Medicos, C. de Profeſſor, & Medic. lib. 10. l. Miles, ff. de Re Iudic.* Nam qui non poſſunt conueniri vltrà quã facere poſſunt, non poſſunt perſonaliter capi, vt voluit *gloſſ. fin. quam ibi*, in hoc expendit Baldus *num. 9. in l. Liber captus, ff. de Captiuis, & poſtlim Reuers.* Suarez *in l. 2. tit. de los Gouiernos, quæſt. 5. nu. 5.* & cum eo Gutierrez *de Iuram. confirmat. 1. part. cap. 16. num. 48.* ſicut nec excõmunicari, Collantes *in Pragmat. agricolarum, lib. 2. cap. 14 num. 8.* Zeuallos *Comm. contra comm. quæſt. 701. num. 10. tom. 1.* Narbona *in l. 14. tit. 2. lib. 6. Recop. gloſſ. 1. à nu. 8.* Et per conſequens non debet addici creditori in ſeruitutem, quoniam qui ob debitum in carcerem duci non poteſt, non eſt tradendus creditori, vt latè comprobat Baeça *de Inope debit. cap. 3. num. 2. & num. 8.* & licèt poſsit ingenuè fateri, de Iure ciuili nullam legem eſſe, quę nobili immunitatem à carcere ob æs alienum tribuat, & nihilominus ſit eo Iure communis opinio, vt teſtantur Bartol. *in l. ſi libertus, ff. de in Ius vocan.* Alexand. *in l. Centurio, num. 25. ff. de Vulg.* Iaſſon *in l. Miles, ff. de Re Iud. col. 2. nu. 10.* Aretinus *conſ. 95. Reſpondeo breuiter*, Ancharranus *in Clement. 2. de Magiſtris.* Ioannes Baptiſta de Santo Seuerino *de debitore ſuſpecto, & fugitiuo, quæſt. 5. princ.* D. Couarr. *in cap. Quamuis pactum de pactis, in 6. par. 2. in princ. nu. 6.* & notant omnes *in dict. l. Medicos.* Menchac. *de Succeſ. creat. lib. 3. §. 22. nu. 75.* & ita notat Baeça *in dict. Tract. cap. 16. nu. 7.* Tamen de Iure Regio id definitum eſt, *in l. 4. & 5. tit. 2. lib. 4. Ordinam. l. 79. Tauri, quæ eſt l. 3. tit. 2. lib. 6. Recop.* Vbi notant, & exornant Regnicolæ. Couarr. *lib. 2. Varia. cap. 1. nu. 4.* Tiraquel. *de Nobilit. cap. 20. num. 142.* latè Anton. Gomez, & reliqui Tauriſtę *in dict. l. 79. Tauri.* Azeued. *in l. 4. tit. 2. lib. 6. Recop. nu. 11.* Pichard. *in Manuductione ad praxim, par. 2. precepto 9. num. 61.* nouiſsimê excelentiſsimus Dominus D. Chriſtophorus Creſpi de Baldaura *in Aureis ſuis obſeruationibus, obſeruat. 13. nu. 18.*

2 Quod quidem limitari debet, vt procedat in eo, qui reuerà abſque dolo nocendi creditorib⁹ bona ſua amiſsit. Nã ſi dolo id fecit, vel ea abſcondit cũ non amiſſerit, aut ea amiſsit, ſed debet ex delicto, vel mæchanicã artẽ exercet, tũc non eſt immunis à carcere, nec gaudet priuilegio, vt cõ-

pro-

probat Baeça *dict.cap.16. & ſeqq. vbi num.9.* de eo, qui abſque dolo bonis exutus eſt, ita egregiè loquitur: *Hæc opinio, vt conſona miſericordiæ, ita non eſt aliena à prudentia. Nobilis enim inter diuitias educatus, magis diſcrutiatur animo, cum ad egeſtatem venit, quàm ruſticus ab incunnabulis inter rei familiaris anguſtias natus, & educatus. Neque oportet eum, qui olim fœlix fuit, & Iuris fauore in plus quam facere poteſt conueniri non poteſt, ita premere, vt ad vitæ deſperationen adducatur. Ideò ciuilis, & prudens eſt opinio ſupradicta, & num.* 20. *ex l.5.tit.8. lib.5. Ordinam.* ait abſcondentes bona, & inopiam fingentes, veluti latrones puniendos eſſe, & idem tenet, & comprobat Gutierr. *de Iuram. confirm. part.1. cap.16. numer.14. & ſeqq.* Azeued. *in l.4. tit.2. lib.6. Nouæ Recopilat. num.31.* Thomàs Valaſcus *allegat.13. num.226.* Cancer. *lib.3. Var. cap.17. à num.516.* Vbi optimè agit de materia nobilis, & mulieris occultantium bona, *& num.525. & ſeqq.* defendit nobilem Pauperem poſſe occultare bona, quæ neceſſe haberet ad ſe, ſuam vxorem, filios, & familiam alendũ ſecundum ſui ſtatus decentiam, *& à num.526.* non ſolũ licere in foro poli, ſed etiam in foro exteriori, & non cenſeri hoc caſu commiſiſſe dolum, & delictum, vt dixerat Gutierrez *dict.cap.16.num.34.*

3 Et *num.16.* ipſe Baeça tale priuilegium, & immunitatem denegat nobili mercatori, vel alias negotiatori, qui verſuram facit, vel decoquit, innixus diſpoſitioni Iuris Regij ita nominatim definientis, *in l.4 tit.19. lib.5. Recopil. & l.6. tit.2. lib.6.* his verbis: *l.4. Mandamos que de aqui adelante, ningun Mercader que ſe alçare, no pueda gozar, ni goze del priuilegio de la hidalguia, &c. Et l.6. que no ayan lugar, ni ſe platiquen, ſi la tal deuda deſcendiere de delito, ò caſi delito; antes mandamos, que por las dichas deudas eſtèn preſos, como ſino fueſſen hijoſdalgo ò eſentos,* Gutierr. *vbi ſupra num.26. verſic. Pro qua opinione.* Curia Philipica *tom.2. lib.2.cap.11. numer.8.* Azeued. *vbi proximè dict. num.31. verſic. & ſic idem eſt.* Carraſco *ad ll. Regias in Tract. de Nobilibus non torquendis, nu.55.* & cum Bobadilla *in Polit. lib.2.cap.14.num.70.* Seſe *deciſ.11. num.19. tom.1.* vbi teſtatur ex hac cauſa nobilem mercatorem fuiſſe ſuſpenſum.

4 Quod idem, & in Nobili debitore Fiſci ex cauſa Gauellę, vel alia ſimili tenet Laſarte *de Gabellis, cap.18.num.59. & nu 61.* nẽpè, vt pro Gabellæ debito, nec pro alio quocũque ciuili carcerari nequeat, niſi interuenerit delictum, vt quia non obſeruauerit diſpoſitionẽ, *l.31.tit.19. l.b.9. Rec.* Sed tacens retinuerit, & occultauerit Gabellam, quo caſu ita concludit: *Tùnc enim cum verè delinquat in Principẽ, & in ſuã conſcientiã peccans, carcerari poteſt Nobilis, & debet ratione penæ, quã incurrit,*

& idem ſequitur Gutierrez *de Gabellis, quæſt. 166. num. 15.* Villadiego *in Prologo fori juzgo, in gloſſa, legis 8. num. 79.* circa quod, & an in eius armis, & equo poſsit fieri executio pro debito Regio alijs bonis non extantibus? videndus eſt, Redin. *de Maieſtate Princip. §. Non ſolum armis, num. 207. & duobus ſeqq.* & alij poſiti ſupra *hoc titulo, quæſt. 5. num. 5.*

5 Quòd quidem videtur prouenire ab eadem ratione, qua Solon Græcię ſapiens motus fuit ad talem legem edendam. *Qui Patrimonij verſuram fecerit, is ignobilis, obſcuruſque eſto*, vt Auctor eſt Laërtius *in eius Vita*, & apud Stobæum *Sermone 68.* ex traductione Geſneri ſic legimus.

Scis nè, quòd nobiles quidem mortalium.

Dum Pauperes ſunt, non amplius clari exiſtant?

Et conuenit Cicero *Philippica 2.* dum his verbis Carpit Antonium *Tenes nè in memoria Prætextatum te decoxiſſe? Patris (inquies) ita culpa eſt: Concedo, etenim eſt pietatis plena defenſio. Illud tamen Audaciæ tuæ, quòd ſediſti in quatuordecim ordinibus, cum eſſet lege Roſcia decoctoribus certus locus conſtitutus,* de qua eruditione, & lege Othonis id ſtatuente, videndi ſunt, Alexander ab Alexandro *lib. 5. dierum genialium, cap. 16. verſic. Qua etiam Othonis lege*, vbi, & Tiraquelus *in notis.* Daniel Sauterius *in Praxi Banchæruptorum, part. 1. cap. 4. nu. 3.* Et vt memoriæ prodit Idem Laërtius *in Democrito*, apud Abderitas, qui facultates proprias amittebat, non poterat Sepulchrũ habere cum Patre, ſed penę nomine carebat Paterno Sepulchro, ſicut etiam Aſychis Ægypti Rex lege cauit, vt ſi debitor æri alieno non ſatisfaceret, fas non eſſet eum ſepeliri, nèque in Paterno, neque vllo alio in Sepulchro, vt ex Herodoto, & Diodoro Siculo obſeruat Æneus Robertus *lib. 2. Rerum Iudicat. cap. 6. verſic. Pro creditore, circa principium*, aſſerens apud Ægyptios grauem, & aceruam eſſe ſeueritatem, ſi quidem hi maiorum cadauera, ac defunctorum parentum ſepulturas magna ſemper religione coluerunt. Sequitur Velaſco *de Priuileg. pauperum, part. 1. quæſt. 44. num. 19.*

6 Semper enim in magno honore habitum fuit cum maioribus, & coniunctis ſepeliri, vt iam Æneas optauit apud Virgilium, his verbis:

O terque quaterque beati.
Queis ante ora Patrum, Troiæ
ſub mœnibus altis
Contigit oppetere, &c.

Et in Sacris litteris ita ſingulariter probatur *in lib. 2. Regum, cap. 19. circa finem, & in cap. Ebron 13. quæſt. 2.* Vbi Diuus Hieronymus cum retuliſſet in Spelunca illius Ciuitatis ſepultos Adam, & Euam vxorem ſuam, & ſimiliter tres Patriarchas cum Vxoribus ſuis ſcil. Abraham, & Sara, Iſaac, & Rebecca, Iacob, & Lya. Dicit

To-

Tobiam dixiſſe ad filium ſuum: *Cum acceperit Deus Animam meam, corpus meum ſepelies, & honorem, habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius, & cum ipſa compleuerit tempus ſuum, ſepelies eam iuxta me in vno Sepulchro*; vt obſeruat Ioan. Garcia *de Expenſis, cap.8.num.4.* & conueniunt, *cap. Vnaquaque 13. quæſt.2 Gloſſ. & Abb. in cap.de Vxore 7.de Sepulturis, cap.Is, qui 3.eodem tit. in 6.Geneſis cap.9. Exodi, cap.14. Lucæ cap.10. l.Ius ſepulchri 1. C.de Relig. & ſumpt.fun.* Spondanus *de Sacris Cement. lib.4.part. 2.cap.7.num.7.* Simancas *de Primog. lib.3. cap.14.* Petrus Gregor. *lib.33. Sintagm. cap.25. numer.10.* Theſaur. *lib.1. quæſt.for.cap.11.*

7 Et ideò ait Summus Pontifex *in cap.1.de Sepulturis. Statuimus vnumquemque in maiorum ſuorum ſepulchris iacere, vt Patriarcharum exitus*, docet Medices *de Sepulturis, quæſt.7.num.22.* Vbi quod filius ſepeliri debet in ſepultura ſuorum parentum, quod tamen *in fin.num.* limitat quando Pater pro crimine læſę Maieſtatis damnatur, nam tùnc Iura Sepulchrorũ ad filios non tranſeunt, *vt probat l.1.§.Interdum, ff. de ſuis, & legit.hæredibus, & gloſſ.in l.Si quis fuit hæres 33.ff.de Relig. & ſumpt.fun.* ex quo comprobatur prædicta concluſio, & eſt ſingularis ad hoc Text. *in l.3.tit.13.par. 1.* ibi: *Ca los Parientes deben ſoterrar à ſu Parienta, è fazerle honra en ſu ſepultura, è los amigos à ſu amigo, &c.* Ventriglia *in Praxi, rerum notabil. annotat.25. §.Vnico, num.2.* Alexander Sperellus *deciſ.88. nu. 1.* Gutierrez *de Tutelis, 2.part.cap. 5.num.80.* Vbi cum Alexandrino, & Tiraquello obſeruat, quòd ideò diuites apud Romanos legem Agrariam recuſarunt, quia impiũ ducerent monumenta maiorum ad alios tranſire. Nouiſsimè D. Ioannes Maldonado *in nouis addit. ad D.Molinam de Hiſpan. Primog.lib.1.cap.10. ad num.32. & 33.* Vbi quòd impẽſæ factę in tranſportando corpore vltimi poſſeſſoris ad ſepulchrum, vbi eius aſcendentes ſepeliri mandarunt, eſt iuſtiſsima cauſa ad concedendam facultatem alienandi bona maioratus. Singulariter Pater Marquez *en el Gouernador Chriſtiano, lib.2. cap. 38. §.2. col.13. fol. mihi 386. verſic.Sea el primero.* Gratian. *tom.5.diſcept.817.num.15.* & latiſſimè D. Valençuela Velazquez *conſ.18. à nu.106.tom.1. l.Vel quod 6. ff.de Religioſ. & ſumptibus fun.* Vbi hoc Ius Sepulchri hæreditarij conceditur filijs cuiuſcumque ſexus, vel gradus, etiamſi ex minima parte hæredes ſint, vel ſi ſe abſtineant, & exhæredatis ſolum competit humanitatis cauſa, niſi à Patre prohibiti ſint in eius Sepulchrum inferri, de qua prohibitione aliqua exempla extant, vt ibi notat Gothofredus *in Pandectis, litter.Z.* ex Briſonio *lib.2.Selectarum, cap.16.* in Italia ſimilem inſcriptionem inuentam fuiſſe. Sed ſpeciali obſeruatione digna eſt, quæ extat in litteratiſsimo lapide

pide Sepulchri Silonis Sabini militis Romani, qui ſub C. Plautio Prætore Hiſpanię in bello contra Biriatum geſto occubuit, in Eborenſi Ciuitate Luſitaniç, apud Cœnobium Monachorum Sancti Benedicti, quod appellant de Pomares, quàm ad litteram refert, & extollit doctiſsimus D. Ioſephus Fernandez de Retes, magni ſemper habitus, tàm apud Salmanticenſes vbi Primarię legum Cathedrę fuit publicus anteceſſor, quàm apud nos vbi poſtquã in Supremo rei Dominicę Conuentu fuit Regius Fiſcalis, & placidiſsimus Socius meus, iam poſt hæc ſcripta, & dum typis accingerentur merito communi plauſu in Supremo Caſtellæ Senatu idem Regij Patroni munus exercet, *lib. 8. Opuſculor, cap. 14.*

8 Vndè ius ſepeliendi in capella inſtitutoris maioratus ſimul cum alijs honoribus, & preęminentijs in ſucceſſorẽ pertranſit, vt probat D. Molina *de Primog. lib. 1. cap. 24. à num. 35.* & cum eo Spino *in Speculo teſtamentorũ, gloſs. 2. principali, num. 35.* vbi quod omnes de familia poſſunt in Sepulchro Paterno, vel maiorum ſepeliri, etiam vſque ad eum gradum, quo defuncto, vel illi, qui vſum habet in ſepultura ſuccedere poſſent *ex l. Vel quæ Pater, ff. de Relig. & ſumpt. fun. Et numer. 38.* quòd ſi quis non eligat ſepulturam, debet ſepeliri in Sepulchro maiorum, quod exornat Garcia *dict. num. 4.* vndè illud *Mollius oſſa cubant manibus tumulata ſuorum*, Parlad. *in ſexquicent. differ. 66. §. 2.*

9 Ex quo ſimiliter profluit, quòd ſi (non obſtante prohibitione contenta, *in l. 8. tit. 10. lib. 9. Recopilat.* quę de ſumpta fuit, *ex l. 6. tit. 1. lib. 6. Ordinamenti*, & etiam *in l. 2. & 9. dicto tit. 10. lib. 9.* & anteà de Iure Communi aderat, *ex l. vnic. C. Quibus ad conductio. Prædiorũ Fiſcal. accedere nõ licèt, lib. 11.* vbi notant DD. *l. 2. tit. 12. part. 5.* & ibi Gregor. *gloſs. 2.* quibus Magnates, & Perſonę nimium potentes, & habentes Vaſſallos arcentur à conductione Gabellarum, ſeu redituum Regalium, vt notant Gironda *de Gabellis, 3. part. num. 3.* Gutierrez *de Gabellis, quæſt. 132. num. 32. Vbi num. 33.* hanc prohibitionem extendit, vt non ſolum procedat in conductione, quę fit à D. Rege, eiuſque ſummis computatoribus, ſed etiam ab eorum conductoribus, ex verbis, *l. 4. tit. 10. lib. 9.* ibi: *Por mayor, ni por menor*, cõtra Laſarte, que *dict. cap. 18. num. 14.* contrarium tenuit.) Nobilis ſeu fidalgus Regia Vectigalia, ſeu alios reditus Regales percipiat ex conductione, vel adminiſtratione non poſsit iuuari hac prærogatiua, ſeu nobilitatis priuilegijs, nequè in perſona, nequè in bonis, quia ex facto ſuo voluntario ipſe ſibi Ius nobilitatis læſiſſe videtur, vt expreſsè probat, & declarat *l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopil.* in illis verbis: *Saluo ſino fuere Arrendador, ò Cojedor de nueſtros pechos, y derechos; porque en tal caſo,*

el miſmo quebranta ſu libertad, cum quo conuenit, *l.5. ſtatim ſequens*, ibi: *Ni ſean preſos por deudas, ſaluo en el caſo ſuſodicho*, & notat *in ea* Azeued. *nu.25.* vbi ita ait: *Secundo verò modo limitatur noſtra Regula, & concluſio ex lege noſtra, vt non procedat quotiès talis nobilis eſt conductor tributorum Regis, & Fiſci eius, vel collector eorum, nam tùnc ipſe ſe ſe priuilegio nobilitatis priuat, cum in ſordidorum hominum genere hæc verſari ſoleant*, vt ex *dict.l.4.* declarant DD. *in l.79. Taur.* & Auendaño *in Dictionario*, verbo, *Cauallero, verſic. Tertium priuilegiũ*, &iterùm *in verſic. Sit ergò concluſio*, Celſus Hugo *in Repertor. ll. Regni*, verbo, *Hidalgos, verſic. no pueden ſer executados*, Emanuel Mendez de Caſtro *in Pract. Luſit. lib.5. cap.1. num.18.*

10 Et dixit D. Menchaca *de Succeſſ. creat. lib.3. §.22. limit.17. num.78.* his verbis: *Nam poſtquam dixerat lex, quòd Nobiles per conductionem Regij Vectigalis, aut redituum Regalium amitit illud Nobilitatis priuilegium, nè ob æs alienum in carcerem trudi poſsit, ſubiecit non iniuria, eo caſu id beneficium viro etiam nobili denegari, quia tùnc ipſemet quaſi facto voluntario ſuo Ius Nobilitatis læſiſſe videtur*, & deinde *verſi. ſequenti*, adducit talem rationem, *quòd priuilegiũ datum in dict. l.4. Nobilitati contra eandem legem Regiam; id eſt, contra ipſum Regem admiti iniquum erat, & præter mentem concedentis, quæ ratio ceſſat cum res agitur inter priuatos*, quod etiá in caſu conſiderat Gutierrez *de Iur. confir. 1. part. cap.16. num.68. in fin.* adducens in argumen. Text. *in l. Ad res donatas, ff. de Ædil. ædic.* ibi: *Quod minimè dicendum eſt, nè eo caſu liberalitatis ſuæ donator pœnam patiatur.*

11 Et tandem concludit D. Menchaca, quod licèt nobilis expreſsè non poſsit nobilitatis priuilegijs, & prærogatiuę renuntiare, vt ibi probat, licèt *lib.1. §.6. num.34.* per tranſenam dixerit Iure Regio, renuntiari poſſe priuilegijs nobilitatis, & libertatis. Nam hic, re diligentius perpenſa, & examinata, ſententiam mutat, & hoc defendit. Vt tenent etiá ex veriori ſenrentia. Azeuedo *in dict.l.4. tit.2. lib.6. Recopil. à num.14.* vbi latè probat eam poſt omnes, *& à num.18.* quòd procedit etiam ſi accedat juramẽtũ, Auendaño *in Dictionario*, verbo, *Cauallero*, Otalora *de Nobilit.2. part.3. princip. cap.9. num.8.* Anton. Gom. *in l.79. Taur. num 3. & lib.2. Varia. cap.11. num.54.* Cifuentes *in dict. l.79. Taur. verſic. Quarto quæro*, & latè etiam probans, & exornans omnibus fundamentis adductis, Gutierrez *de Iuramento confirm. 1. part. cap.16. à num.37.* qui tandem *num.61.* ait: *Et profectò licèt articulus hic dubius, & ſatis controuerſus ſit, hæc tamen ſecunda opinio verior mihi videtur, & tenenda in iudicando, & conſulendo, & num.62.* quod Idẽ procedit etiàm accedente iuramento. Seraphinus *de Priuileg. Iuram. priuileg.91.* Coſta

de

de Remed. ſubſid. remed. 27. num. 9. & 10. Carraſco *ad ll. Regias, Tractatu de Nobilibus non torquend. nu. 56.* Faria *in Addit. ad Couarr. lib. 2. cap. 9. num. 49.* Cuenca *in Tract. de Command. ſiuè depoſit. inſtrum. clauſ. 30. num. 65.* & *addit. numer. 22.* & *in Tract. cui titulus, Sumaria Inueſtigacion del origen, y priuilegios de los Ricos hombres, ò Nobles de Aragon, &c. cap. 4. circa medium, verſic. Tambien tienen priuilegio los Nobles,* & *ibi addit. ad num. 229. fol. mihi* 101. Vbi quòd in illo Regno indubiè procedit hæc reſolutio, quòd non poſsit renuntiari ob prohibitionem fori. Tacitè tamen, & ipſo facto cõductionis talium Gabellarum, ſeu regiorum redituum, poterit renuntiare, vt benè etiam comprobat Gutierrez *vbi ſupra num. 71.* Otalora *de Nobilit. 2. part. num. 7.* & idem tenet Baeça *de Inop. debit. cap. 16. num. 77.* Vbi licèt in principali quæſt. renuntiationis priuilegij factę per Nobilem, diſſentiat *num. 47.* & conetur ſatisfacere fundamentis Menchac. *à num. 58.* Tamen in hoc conuenit, *dict. numer. 77.* aſſerens non eſſe propter indignitatem (vt aliqui voluerunt) non enim eſt res indigna conducere Regia Vectigalia ea indignitate, quę pœnam, hoc eſt priuilegij amiſsionẽ promereatur; Sed quìa Nobilis non gaudet priuilegio fauore cenſus Regij, qui cum neceſſarius ſit ad defenſionem communis Patriæ debet eſſe incolumis, qua ratione mouetur etiam Laſarte *de Gabellis, cap. 18. num. 62.* Vbi etiam probat quòd *dict. l. 4.* & eius deciſio ad alios caſus, præter ſpecialem locationis, & collectionis Iurium Regalium, de quo loquitur, extendenda non eſt, & eandem ſententiam, & rationem expendit Gutierrez *de Gabellis, quæſt. 166. num. 16.* aſſerens magis conuenire litterę *dict. l. 4.* quàm traditam ab Ignat. Laſarte *vbi ſupra num. 64.* licèt ambę in idem tendant. Azeuedo *in l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopilat. num. 33. verſic. Y porque en tal caſo èl miſmo quebrãta ſu libertad.* Thomàs Valaſcus *allegat. 13. num. 212.* de quo videndus eſt etiam Villadiego *in Prologo fori juzgo, in gloſſ. legis 8. num. 71.*

12 Circa quam legem, & reſolutionem, illud preciſsè notandum eſt, quòd quamuis aliqui Authores ex prædicta *l. 4.* generaliter id ſtatuant in omni debito Fiſcali, aut gauellario, & ita præſentiant, & interpretẽtur Baeça *de Inop. debit. dict. cap. 16. num. 81. in princip.* his verbis: *Quoniam vbicumquè, quis debet pecuniam Regi, ex quacumque cauſa debeat, non gaudet priuilegio nobilitatis, vt in dict. l. 4. Ordin.* & *Recop.* & Gironda *de Gabellis, 4. part. §. 2. num. 34.* aſſerat ſe aliquando hanc opinionem practicatam vidiſſe. Tapia *in l. fin. ff. de Conſtit. Princ. 2. part. cap. 6. num. 7.* Tamen certò certiùs eſt, quod nobilis, ſi ex alio contractu, vel alia cauſa ciuili debitor Fiſci exiſtat, non poſsit car-

ce-

cerari, ex generalitate priuilegij nobilibus conceſsi legibus Hiſpanię. Sed ſolum ſi ſit debitor ex conductione, vel collectione Gabellarum, ſeu redituum Regaliũ expeculiari limitatione contenta *in dict l.4.* quę cum hoc diſponat exceptiuè, & limitatiuè, firmat regulam generalem in contrariũ, & ita intelligunt prædictam l. Cifuentes *in dict. l.79. Tauri, in princip.* Didacus Perez *in l.1.tit.2. lib.4.Ordinam.gloſſ.1.verſ.Præterea.* Laſarte *de Gabellis*, ita explicans, & probans *dict.cap.18.num.62.* & benè Gironda *de Gabellis, 4.part. §.2.num.34.* dicens hanc veram opinionem apertè probari *in l.5. tit.2.lib.6. Recopil.* in illis verbis: *Ni ſean preſos por deudas, ſaluo en el caſo ſuſodicho.* Villar Maldonado *in Sylua reſponſorum, lib.1.reſp. 6.num.4. & ſeqq.* vbi latè probat diſpoſitionem, *l.4.* non procedere in fideiuſſore conductoris, ſeu exactoris Iurium Regalium, nam ſi ſit nobilis non poterit carcerari, benè Azeuedo *in dict.l.4. tit.2. lib.6.Recopil. numer.25 & ſeqq.* & Valaſcus *dict.allegat.13.num.213. & ſeqq. & num.216.* refert ordinationes Luſitanas, quibus decidi-tur, quòd pro omni debito Regio poſsit debitor carcerari, *& num. 218.* ita concludit: *Et ideò de Iure, & ſtylo Regni Luſitani omnes etiam nobiles pro debitis Regijs ex quacumque cauſa, carcerantur, exceptis decimis ex ſententijs condemnatorijs, &c.* D. Petrus Noguerol. *allegat.33. num.71. & 72.* Balmaſeda *de Collectis, quæſt.92.numer.9. & quæſt.97.num.3. & 4.* vbi plures. Et conſultò dixi præter caſum *dict. l.4.* nobilem debitorem Fiſci ex contractu, ſeu alia cauſa ciuili, non poſſe carcerari. Nam ſi debitum procedat ex delicto, depeculatione, vel exceſſu commiſo in damnum Rei Dominicæ, ceſſat tale priuilegium, vt comprobatur *infra tit.5.quæſt.34.*

13 Nobilis ergò, qui ex hac cauſa, ſcilicèt, locationis, ſeu collectionis reddituum Regalium, ſit debitor Fiſci, nõ obſtante Generali nobiliũ prærogatiua, carcerari poterit, & quęcumquè eius bona exequi, & decocti regulis, & reſolutionibus Iudicari, atque eius pœnis ſubijci.

14 Et obiter hic notari debet, quod illi, qui aliquo peculiari priuilegio fori gaudent, non poſſunt admitti ad hanc Vectigaliũ conductionem, niſi priùs facta talis fori renuntiatione, vt in Familiaribus Sanctę Inquiſitionis, Magiſtratibus, & alijs Officialibus probat Maſtrillo *de Magiſtr. lib.5.cap.9.num.33. & 34.*

15 Cuius concluſionis occaſione, non licèt prætermittere reſolutionem quæſtionum, circa aliud nimis fauorabile in Iure priuilegium, ſæpè in Iuditijs in noſtra materia occurrentiũ. Scilicèt in Agricolis, quibus ratione exercitij, cui in commune Reipublicę bonum incumbunt, plures prærogatiuę, & Immunitates â Iure, & noſtris Regijs legibus

in-

indultę ſunt, de quibus agitur *in l.1.§.Sed,& ſi quis 5.& §.Labeo 7. cum ſeqq. ff.de Aqua pluuia arcend. l.fin.C.de Seruitutibus, l.fin. C. de Teſtament. l.penult. C.Qui admitti, l.Pignorum 8.cum authent.ſequenti, C.Quæ res pignor.l.1.& 2.C.Ne ruſticani ad vllum obſeq. lib.10.& in l.3. tit.10. part.2.* & eas recenſet *l.2 5.tit.21.lib 4. Recopilat. per eius capita*, & de eis latè ſermonem inſtituunt Azeuedo, & Narbona *ibidem*. Ignatius del Villar *lib. 2. reſponſ.16. per totum*, Petrus Gregorius *de Republica, libr.4.cap.8.* Collantes *in Pragmaticam Agricolarum*, Renatus Chopinus *de Priuilegijs ruſticorum*, Carleual.*de Iuditijs, tom.1.lib.1.tit.1.diſputat.2. quæſt.8.ſect.3. à num.* 1131. Bayo *lib.1.Variar.quæſt.5.num.45.*Pareja *de Inſtrumen edit. tit.2. reſolut.9. à num.* 105. Velaſco *de Priuilegijs Pauper.3.part.quæſt.*13. Vbi latiſſimè de eis agit,ſicut etiam Amaya *in l.Exemplo 36.C.de Decurionibus, lib.*10. *num.*17. *&* *num.*1. vbi cum Plinio *lib.* 18. *cap.3.* & 6. refert Priſcis in tanto honore fuiſſe, vt etiam Imperatorum manibus agri colerentur.

16 Quò ad noſtrum ergò inſtitutum, breuiter dicendũ eſt, de Iure communi,Agricolam collectarum debitorem,ſolum poſſe pro eis carceri mancipari in defectum bonorum, & pignorũ, *l.Nemo carcerem, C.de Exactoribus tribut.lib.*10.*l.Imperatores,ff.de Publican.* Niger *de Laudimio,quæſt.7. art.6. num.*20. Sed de Iure Regio attenta diſpoſitione, *dict.l.*25. *tit.* 21.*lib.*4. *Recopil.cap.*1.& 2. Agricolę etiam pro collectis, & Iuribus Regijs non poſſunt carcerari,vt defendunt Sylua *reſponſo* 16. *cap.*2. *nu.*24. Collantes *in d.Pragmat.lib.*2.*cap.*1.& cum eis nouiſcimè Balmaſeda *de Collectis, quæſt.* 98. *num.*24. dicèt pro his Iuribus Regi debitis, & Domino fundi, tàm pro ipſius pẽſionibus, quàm pro mutuo dato ad ſeminãdum, poſſit fieri executio in bonis, aliàs ratione Agriculturæ exemptis, vt probatur *in dict.reſponſo* 16. *cap.*1. *à num.*1.*& num.*39. Hoc idem priuilegium,tamquam cohærens actioni extenditur ad ceſſionarium Fiſci,& Domini fundi: vt defendit etiam doctiſsimus D. D.Alphonſus de Olea, Regius Supremi Conſilij Senator *deCeſſion.Iur. & act. tit.6.quæſt.*4. *num.*16. vbi benè more ſuo declarat.

17 Quam doctrinam D.Didacus Balmaſeda *dict. quæſt.* 98. *num.*25. limitat in Agricola Regiorum redituum, & collectarũ conductore, nam is non gaudet tali priuilegio, & poteſt compedibus detineri donec ſoluat, & obligationi contractæ ſatisfaciat. Et in conductore Iurium,ſeu collectarum Magnatum,Varonum, ſeu Vniuerſitatum, ait obſeruandam diſtinctionem, quàm tradiderat cum Parladoro, Auendaño,& Gironda *quæſt.*97. *num.*13. in nobilibus, videlicèt, quòd ſi contraxerunt cum clauſula aponi ſolita *con las condiciones del quaderno,*

derno, poſsint, ſi verò ea deficiat, non poſsint, & nota quod Villar Maldonado *in Sylua reſponſorum, lib.2.reſponſo 16.cap.2. num.24. & ſeqq.* cum Collantes *in Pragmat. rei frument. lib.2. cap.5.* defendit Agricolam Gabellarium, & Fiſci debitorem, pro debito etiam ex gabellis deſcendente, non poſſe capi in menſibus priuilegiatis.

18 Et item quamuis Agricola admitti non debet ad fideiubendum pro conductoribus redituum Regalium iuxta Text. *in l.27. cap.6. tit.11. lib.9. Recopil.* Alius caſus ſingularis excipitur, nempè, quandò Agricola Iudicis officiò fungens, teſtes idoneitatis hypothecarum aprobat, qui poſtea ex eo liberantur, quòd pro Agricola non depoſuerunt, ſeu fideiuſſerunt (quod idem eſt) cum ipſi Agricolę eſſent. Nam ſi agatur contra talem Iudicem ex aprobatione, non gaudet aliquo priuilegio, nec eximitur à carcere, & reliquis compulſionibus ad exactionem neceſſarijs, vt ibidem obſeruat Balmaſeda *num.* 31.

QVÆSTIO IX.

Clericus, & quælibet Perſona Eccleſiaſtica quatenus teneatur? & poſsit conueniri pro debitis Fiſcalibus?

Summarium Quæſtionis Nonæ.

Num.1. Sacerdotium nobilitat.

2 *Clericus pro debitis ciuilibus, non tenetur in plus quam facere poteſt, nec pro eis poteſt excommunicari.*

3 *Nec incarcerari, nec cogitur bonis cedere.*

4 *Ponitur praxis procedendi contra Clericum diuinis vacantem, pro debito, iuxta* cap. Oduardus de ſolutionibus.

5 *Clericus, qui in fraudem creditorum bona conſumpſit, vel occultauit, nõ gaudet beneficio* dict. cap. Oduardus.

6 *Clericus Sæcularibus negotijs, & mercimonijs ſe immiſcens, amittit immunitatem, quia negotiatio eis eſt prohibita, & comprobatur de Iure Regio, num.7.*

8 *Clerici de Iure communi prohibentur gabellas, & alios reditus Regios conducere, & pro conductoribus fideiubere.*

9 *Obligatus ad ratiocinia, non poteſt ordinari, nec Monaſterium ingredi.*

10 *Sed de Iure Regio ex* l.118. in legibus ſtyli, *Clericus poteſt conducere Vecligalia, & quæcumque*

Regia tributa, & tunc ducitur ad carcerem Regium.

11 *Et hoc procedit in quolibet Clerico Sacerdote, & non ſolum inconiugato, vt perperam ſenſit Didacus del Caſtillo.*

12 *Per leges quaterni gabellarum Clerici prohibentur conducere Regia Vectigalia, & fideiubere pro conductoribus.*

13 *Poſtea nouiori Iure diſpoſitum fuit, quòd poſsint ea conducere, dummodo fideiuſſores laicos adhibeant, & num.14.*

15 *An hoc caſu, Clericus principalis conductor poſsit conueniri coram Iudicibus Regijs? remittitur* ad quæſtionem 5. tituli ſecundi.

1 PRæcedenti proxima, & cõſentanea quæſtio eſt, an idem quòd in nobili poſsit procedere, & obſeruari in Clerico, & quacumque perſona Eccleſiaſtica? quę ſanè videtur maiori prerogatiua, ratione Religionis, & Dignitatis decorari, quoniam Sacerdotium nobilitat, Hoſtienſis, Ioanes Andræas, Abbas, Ancharranus, & Cardinalis *in cap. Eo libentius de ſeruis non ordinandis*, Corſetus *in Repetit. cap. Grandi colum. 13. de ſuplend. neglig. Prælat. in 6.* Alciatus *in cap. Cum non ab homine, col. 6. de Iudicijs*, Baeça *de Inope debitore cap. 17. nu. 10. in fin.* Genuenſis *in Practicabilibus Eccleſiaſt. quæſt. 670. num. 3.* Vbi probat, quòd Clerici ſunt nobiles, & quòd Clericatus eſt maior dignitas quocumque honore Sæculari, & benè ex profeſſo probat, & declarat Thomàs Valaſcus *allegat. 6. per totam*, & probat Tex. *in l. Officiales 4. C. de Epiſc. & Clericis*, ibi: *Ad Clericatus honorem putauerit tranſeundum*, vbi Acurſius notat, ſingularis Text. *in l. Atrocem, C. de Iniurijs*, quę ita ait: *Atrocem, ſine dubio, iniuriam eſſe factam manifeſtum eſt, ſi tibi illata eſt, cum eſſes in Sacerdotio, & dignitatis habitum, & ornamenta præferres, &c.* Nouarius *lib. 1. quæſt. forens, cap. 1. num. 8.* vndè Gloſſ. *in l. Miles, ff. de Re Iudic. verbo, facere poteſt in verſic. Item quid in milite Cœleſtis Militiæ*, quæſtionem mouet, quam gloſſam reputat ſingularem Andræas Barbacia *in cap. Oduardus de ſolut.* ad hoc, quòd miles Cœleſtis Militię æquiparetur militi terreſtris, vt notat *additio marginalis dictæ gloſſæ.*

2 Et quidem quòd Clericus maioribus ordinibus initiatus, pro debitis ciuilibus non teneatur in plus quam facere poteſt, ſi in debito recognito, vel pro quo ſequuta fuit condemnatio, non habet bona vndè ſoluat, & ideò non poſsit excõmunicari, Immo ſi ſit excommunicatus, abſolui debeat, præſtita ab eo cautione, vt ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit debita prædicta per ſol-

ſoluet, probat Text. *Celebratiſsimus in cap. Oduardus de ſolut.* cum quo conuenit *l.23.tit.6.par.1.* ibi: *Porque ſegun derecho de Santa Igleſia, por deuda que deba vn Clerigo à otro, no le puedan prender.*

3 Ex quo ſequitur, quod neque poteſt carcerari, vt probat *dicta gloſſ. in l. Miles.* Abbas *in dict. cap. Oduardus, num.8.* Euerardus *in Centur. leg cap.22. in principio,* & hanc opinionem teſtantur communem Rodericus Suarez *in l.2. de los Gouiernos, lib.3. fori, quæſt.5. num.14.* Gregor. Lop *in dict. l.23. gloſſ. vn Clerigo à otro,* Couarr. *lib.2. Variar. cap.1. num.9.* & ibi Faria *in Additio. num.64.* qui plures refert, ſicut etiam Didacus Perez *in l.1. tit. 3. lib.1. Ornamenti, verſic. Ex quibus illud emanat priuileg um.* Antonius Padilla *in l.1. num.7. C. de Iur. & fac. Ignor.* Baeça *de Inope debitore, cap.17. à num.1. & 2.* Vbi plures refert, *& num.9.* probat, quod non cogitur cedere bonis cum Couarr. vbi ſupra, & Palacios Rubios *in Rubr. de donat. inter §.39. incip. idem eſt dicendum, nu.3.* (licèt Gloſſa. Ioannes Andreas. Henrric. & Hoſtienſis contrariũ ſenſerint) Gutier. *de Iuram. confirm. part.1. cap.17. num.7. vbi num.4.* idem tenet quoad ceſsionem, adducens ad id bonum Tex. *in cap. Peruenit de fideiuſſoribus,* & alijs cõprobans Menoch. *de Arbit. lib.2. caſu 183. nu.29.* Genuenſ. *in Practicabilibus Eccleſ. quæſt.556.* vbi idem probat in Eccleſia, quòd poſsit, licèt non teneatur, cedere bonis, & quòd non debeat condemnari niſi in quantum facere poteſt, deducto victu pro Miniſtris, quia ſi hoc priuilegium habent Miniſtri, quia ſunt milites Cœleſtes, & ſeruiunt in Eccleſia Deo, multo magis debet Eccleſia eo gaudere. Azeued. *in l.5. tit.1. lib.2. Recop. nu.7.* Zeuall. *comm. contra comm. quæſt.701. à num.8.* Vbi quòd Clericus in Sacris Conſtitutus gaudet beneficio *dict. cap. Oduardus,* etiam quando debitum procedit ex delicto, & quod habuit de facto, & ſemper tenuit ita, benè Franciſc. Viuius *deciſ.529. num.6. & ſeqq.* & maximè *à nu.16. lib.4.* Paſchalis *de Viribus patr. poteſt. part.2. cap.9. num.31.* Thom. Valaſcus *allegat. 25. num.8. & 9.* Parladorus *lib.2. Rerum quotid. cap. fin. 5. part. §.6. num.24.* & præter omnes latiſsimè, & eleganter materiam pertractat, & declarat Ioannes Caſtagna *in Tract. de Benef. deductio, ne egeat quæſt.10. per totam.* Onufrius Donadeus *de Renuntiat. cap.36. num.46.* qui ferè omnes (excepto Gutierrez) tenent non poſſe per Clericum, etiam accedente iuramento, huic beneficio renuntiari, Pichard. *in Manuduct. ad praxim, 2. par. præcept.9. nu.66. & 67.* D.D. Franciſc. Salg. *de Reg. Protect. par. 2. cap.4. nu.59. & ſeqq.* Surdus *de Aliment. tit.1. quæſt.78. num.25.* & latius *quæſt.82.* Lelius Cechius *de Repub. Eccleſ. lib.1. cap.2. verſ. Octauum priuilegiũ, pag. mihi 419.* Faria *in Addit. ad Couarrub. dict. lib.2. cap. 1. numer. 65.* Maceratenſis

lib.1. Variar. reſolut.41. numer.6.

4 Vndè ſecundum Capellam Tholoſanam *quæſt.246.* & ibi Aufrerium *in Addit.* Praxis eſt, vt Clericus excommunicatus pro debito ciuili, admittatur ad ſequeſtrationem fructuum ſui tituli, vel beneficij pro ſolutione æris alieni, reſeruata ſibi congrua portione, ne egeat; atque redditus beneficij à creditoribus retineantur, donec eis ſit plenè ſatisfactum, & hanc tamquam veriorem praxim, & formam recenſet Menoch. *vbi ſupra num.30.* vbi cum Nauizano *conſ.59. in fin.* & Couarr. *dict. cap.1. num.9. verſic. quoad deciſionem* tenet, quòd hoc beneficium ſolum conceditur Clericis, qui diuinis vacant, & exornat Faria *in Addit. ad dict. cap. 1. num.68.* Paz *in Prax. tomo 2. 3. part. cap. vnico, num.4.* Vbi ponit hanc praxim, *& numeris ſequentibus*, ſupradicta comprobat, *& num.7.* repetit formam ſupra relatam, & diſtinguit Clericum habentem beneficium, ad hoc, vt reditus eius adiudicentur creditoribus, dimiſſa ſibi congrua portione, ab eo qui non habet, vt ſufficiat iuratoria cautio de ſoluendo cum ad pinguiorem fortunam deuenerit. Baeça *dict. cap. 17. num.19.* Paſchalis *dict. cap.9. num.31.* vbi præter alios adducit Farinacium *in Praxi, tom.1. tit. de carceribus, quæſt.27. num.68.* qui benè in materia loquitur, ſicut etiam Rodriguez *de Execut. cap. 8. num.33. & 34.* & Bartolus *in l. Commodis, ff. de Re Iudicat.* dixerat in Clerico Conuento ex ſuo facto, in defectum alterius rei, quę non poſsit capi, deueniri ad fructus, & redditus Præbendę. Et videndus Fabius de Anna *conſ.124. tom.2.* Vbi quòd idem procedit in Clerico Beneficiato, & quod pendente diſcuſione ſuper hoc priuilegio, non debet carcerari, & latè, & eleganter omnia ad materiam ſpectantia comprobans, & declarans Marcheſan. *de Commiſſ. par.3. de commiſs. admiſsionis, ad cap. Vt peruenit de fideiuſſ. & cap. Oduardus de ſolut. cap.1. §.1. à num.1. & à num.54.*

5 Qui num.87. ait, quòd ſi dolus interueniat in impetratione, vel indicatione bonorum, gratia indignus efficitur, & priuatur beneficio, *& num.90.* quòd aſsignatio alimentorum, & congruę remittitur arbitrio Iudicis, qui conſiderata qualitate, & perpenſa, nobilitate Perſonę, an ſit ſana, an infirma, illa decernat, *& num. 93.* ponderat quòd in illo caſu de quo ibi, propria culpa ad indigentiam adductus fuit, Melchior Lotherius *de Re Beneficiaria, lib.1. quæſt.38. num.249.* vbi quòd petens admitti ad hoc beneficium debet carere omni ſuſpitione doli, vel temeritatis. Genuenſis *in Praxi, cap.3. numer.6.* Diana *tom 7. reſolut. Moral. tract. 8. reſolut.11. verſic. fin.* ibi: *Nota etiam quod Clerici, qui in fraudem creditorum conſumpſerunt bona, illa alienando, vel ludendo, &c.*

&c. non gaudẽt beneficio, cap. Oduar dus de Solut. Thom. Valaſcus *dict. allegat. 25. num. 10.* vbi priuilegiũ limitat, quando occultauit bona, nè in illis fieret executio. D. D. Franciſcus Salgado *dict. part. 2. cap. 4. nu. 68.* & optimè Nouarius *in Tract. de datione in ſolutum, cap. 24. à num. 14. vſque ad 20.* Marinis *lib. 1. reſolut. quotid. cap. 145. numer. 10.*

6 Sed ſi ſe immiſceat Sęcularibus negotijs, & mercimonijs amittit hanc immunitatem argument. Text. *in cap. Quamquam de cenſibus, lib. 6.* ibi: *Quas non cauſa negotiandi deferunt, Clementina præſenti eodem tit.* & ratio eſt, quia negotiatio Clericis eſt prohibita, *cap. Fornicari 88. diſtinct. cap. Negotiatorem, & cap. Eijciens cum ſequenti eadem diſtin. cap. 2. Ne Clerici, vel Monachi, l. 46. tit. 6. par. 1.* vbi Gregor. *gloſſ. 3. & l. 49. eodem tit. & part.* vbi etiam Gregorius benè probat, & ita ait; *Et in talibus mercantijs ſubijcitur foro, & conſuetudinibus laicorum, licèt in alijs extrà negotiationem retineat priuilegium fori, & Canonis,* & benè probant, & declarant Parlador. *lib. 1. Rerũ quotid. cap. 3. §. 1. à num. 4.* & Zeuallos *de Cognit. per viam violentiæ, quæſt. 64. à num. 7.* Curia Philipic. *tom. 2. lib. 1. cap. 14. num. 10.* & latè comprobans Thomàs del Benè *de Parlamentis dubitat. 26. & de Immunitate, & luriſdict. Eccleſiaſt. par. 1. cap. 5. dub. 3. ſect. 1.* D. Ioſeph Vela *diſſertat. 45. num. 12. tom. 2. vbi à num. 9.* agit de Clericis conſugatis, & an per negotiationem amittat fori priuilegium? Et ideò dum huic ſe implicant, eorum facultates â laicorum ſtatutis, legibus, & conſuetudinibus Eccleſia non defendit, vt inquit Text. *in cap. fin. de vita, & honeſt. Cleric.* & notant omnes DD. quos refert, & ſequitur Gutierrez *de Gabellis, quæſt. 93. num. 2.* Curtelus *de Priſca, & recent. Eccleſiaſt. Immun. lib. 2. quæſt. 16. à num. 13. cum ſeqq. & in Codice legum Siculorum ad leges Federici, nota 105. à nu. 2.* vbi benè Aluar. Valaſcus *conſult. 131. num. 6.* Farinacius *in Praxi, tom. 1. quæſt. 8. num. 93.* & latius materiam per tractans *in Fragmant. part. 1. verbo, Clericus, num. 127. & num. 147. cum multis ſeqq. & num. 162.* agit de prohibitione conductionis aliquarum poſſeſsionum, ſeu bonorum alienorum, vt indè lucrum accipiant, *& numeris ſeqq.* quòd non prohibentur aliquod artificium facere, & benè declarat in quo differt â negotiatione, de quo etiam Ioannes Baptiſta Coſta *in Tractatu de Iudicijs in comment. cap. 1. num. 261. & à num. 258.* & latiſsimè D. Ioſeph Vela *dict. diſſertat. 45. per totam,* & maximè *à num. 31.*

7 Et de Iure noſtro probat *l. 7. tit. 18. lib. 9. Recopil.* quę, cum in principio poſuiſſet Immunitatem, quam habent à ſolutione Gabellarum, addit. *No aya lugar en lo que los Clerigos, è Igleſias vendieren por via de mercaderia, trato, y negociacion: Ca de lo tal mandamos, q̃*

paguen alcauala, como ſi fueſſen Legos, & idem repetit *l.3. in Quaterno Gabellarum*, benè Gregor. Lopez *in dict. l.49. gloſſ.3. & in l.50. tit.6. part.1. gloſſ.1.* D. Menchaca *dict. lib.1. §.10. num.648. verſic. Verum quo caſu.* Mexia *ad Pragmat. taxæ panis, concluſ.5. num.22. & 23.* Azeuedo *in l.10. tit.3. lib.1. Recopil. & in l.7. tit.18. lib.9. Recopil.* Thomàs Valaſcus *allegat.28. à num.9.* vbi latè comprobat, & cum pluribus Thomàs del Benè *de Parlamentis dict. dubit.26. ſect.1.* Sanchez *in Conſil. Moral. lib.2. cap.4. dubit.49. & dubitat.55. num.30.* Bobadilla *in Politic. lib.2. cap.18. num.124.*

8 Et ideò de Iure communi prohibiti ſunt gabellas, & alios reditus Regios conducere, nec pro conductoribus ſideiubere, iuxta Tex. *in Authenth. de Sanctiſs. Epiſc. §. Alium autem 6. collat.9. cap.1. de obligatis ad ratiotinia ordinand. vel non.* vbi Innocentius *nu.4.* ita ait: *Item Clerici non poſſunt eſſe conductores 21. quæſt.3. cap.2. & intelligo publicorũ Vectigalium.* Petrus Alphonſus Vaſconcelos *in Armonia rubricarum Iur. Canon. ad rubric. de obligatis ad ratiocinia, nu.2.* Maſtrillo *de Magiſtratibus, lib.5. cap.9. num.32. & l.45. tit.6. part.1.* vbi Gregor. *gloſſ.5. l.2. tit.12. par.5.* Bertachinus *de Gabellis, 3. part. num.2.* Firmianus *in eodem Tract. & 3. part. num.2.* Laſarte *de Gabellis, cap.18. num.6.* Gironda *etiam part.3. numer.2.* Gutierr. *Similiter, quæſt.132. num.9.* Berart. *de Viſitat. cap.15. num.21.*

9 Immò obligatus reddere computa non poteſt ordinari, *dict. cap.1. de oblig. ad ration. l. Officiales 3. C. de Epiſcop. & Cleric.* vbi Baldaxar de Angelis *in Prato ſuper Cod.* Vbi pluribus comprobat, & inter alios adducit Fabium de Anna *conſ.140. lib.2.* qui loquitur in caſu debitoris Fiſcalis carcerati, & habilitati cũ cautione, quòd ſi inter has moras fiat Clericus, vel Religioſus, poſsit per Iudicem laicum, & ſic per Regiam Cameram Summarię cogi. D.D. Ioannes de Solorçano *de Iur. Indiar. tom.2. lib.4. cap.1. num.16.* vbi generaliter comprobat, debitores ærarij donec rationes reddant, & reliqua ſoluant, non poſſe ad officia, Reipublicę adminiſtrationẽ attingentia, admitti, quod etiam repetit *in Politica Indiana, lib.5. cap.1. verſic. Y tambien, fol.750.* Et quòd publicis ratiotinijs obnoxij ingredi Monaſteria non poſſint, niſi ſint eis expediti, probatur *in cap. Legem. 53. diſtinctione.* Paulus Comitolus *in Reſponſis Moralibus, lib.2. quæſt.16. numer.5. & in fine*, refert Conſtitutionem Sixti V. quæ decoctoribus, & quorum æs alienum ſuperat eorum bona, adimit Ius ingrediendi Religionem. Tyberius Decianus *li.8. Tractat. Criminal, cap.31. num.8.* Anibal Moles *in deciſ. Regiæ Cameræ Summariæ, §.12. quæſt.5.* vbi in Conductore Regio ſuſcepto ad Sacros Ordines, materiam declarat, Reuerterius *deciſ.19.* & ibi Marinis *in Additionibus, num.2.*

Tho-

Thomàs del Benè *de Immunit. & Iuriſd. Eccleſiaſt. cap.9. dubitat.35. ſect.1. num.22. & ſeqq.* Bobadilla *in Politica, lib.2.cap.18.num.80.* vbi ſingulariter ad noſtram materiã in omni debitore carcerato, ſeu creditori addicto ſic probat: *Pero ſi el deudor deſpues de preſo, ò entregado al acreedor, para que le ſirua por la deuda, ſe hizieſſe Clerigo. Seria viſto hazerlo en fraude, y no ſe eſcuſarà de ſeruir al acreedor, à quien eſtaba entregado, pues ſiendo ſieruo, no pudo ſer ordenado, ni en Orden, ò Moneſterio recibido, &c.* Pater Remigius *in Deſsion. Moral. de bello, cap.11.§.6.num.1.* vbi refert edictũ publicatũ Bruxelis per excelſum Ducem Parmæ, die 15. menſis Maij anno 1587. Præcipiens inter alia, quôd ſi aliquis, in fraudem creditorum militię adſcribatur, non potiatur militaribus priuilegijs, & de matricula deleatur ad inſtantiam partis, vel Iudicis.

10 Sed de Iure Regio, circa hoc diuerſimodè ſtatutum eſt. Nam extat apud nos *Regia lex 118. in legibus ſtyli*, præſcribens, vt Clericus conductor Regij Vectigalis poſsit duci in carcerem Regium, & ibi detineri, quę generaliter loquitur de quibuſcumque Regijs tributis, & non ſpecialiter de noſtris gabellis, quę eo tempore erant Hiſpanis incognitę, vt vtrumque notat Laſarte *de Gabellis in præfatione, num.18. & cap. 18.num.7. in fin.* Eſcouar *de Ratiocinijs, cap.7. num.13.* Vbi eam legem adducit contra talem Clericum conductorem, de cuius fuga timetur. D.D. Franciſc. Salgado *de Regia Protect. part.2. cap. 4.num.71.* vbi ita ait: *Vnum tamen diſsimulare non poſſum, ex eo quod vtile ſit in noſtro Regno, ſcilicèt, Clericum conductorem Regij Vectigalis poſſe iuſtè carcerari, non ſolum in carcere Eccleſiaſtico, ſed etiam in Regio, ex lege Regia, quæ apud nos extat.118. in legibus ſtyli hoc expreſsè diſponens.* Bobadilla *in Politica, lib.2.cap.18.num.126.*

11 Et licèt Didacus del Caſtillo *in l.66. Tauri, verbo, deſe arraygar, col.9. verſic. niſi dicas*, intelligat eam legem ſolum in clerico coniugato, in hoc errore labitur, nam loquitur, & intelligẽda eſt in quolibet clerico Sacerdote, vt notant eum impugnantes Baeça *de Inope debit.cap.17. nu. 15. verſic. Sciendum tamen*, & Laſarte *dict.cap.18.num.7.* Gutierrez *de Gabellis, quæſt.132.num.12.*

12 Deinde *per l.57. del Quaderno de las Alcaualas*, Clerici prohibentur conducere Regia Vectigalia, & fideiubere pro conductoribus, vt cum Didaco del Caſtillo *vbi ſupra*, notat Baeça *vbi proximè.*

13 *Lex tamen 8. tit.10. lib 9. Recopil.* aliud diſponit, hoc eſt vt Clerici, vel Eccleſiaſtici gabellas conducere poſsint, dummodò fideiuſſores laicos adhibeant, his verbis: *Mandamos, que los nueſtros Arrendadores, y Recaudadores, aſsi mayores, como menores, no arrienden nueſtras rentas, ni alguna de*

ellas

ellas à Clerigos, y Perſonas Eccleſiaſticas, ſaluo ſi dieren buenos fiadores legos, quantioſos, y abonados, para que ſe haga la execucion en ſus bienes de las quantias, que debieren, licèt in fine præcipiat Prælatis, vt ſuis Clericis, & Eccleſiaſticis Perſonis ſimilem conductionem prohibeant, ibi: *Y demàs rogamos, y mandamos à todos los Prelados de nueſtros Reynos, que defiendan ſo ciertas penas à los ſus Clerigos, y Perſonas Eccleſiaſticas, que no arrienden las nueſtras rentas*, vt vtrumque notat D. D. Ioannes de Larrea *allegat. 27. num. 31.* Giuelinus *de Vniuerſ. negotiatione, lib. 2. cap. 2. art. 15. nu. 12.* qui pro cautela tradit, vt à ſimilibus conductionibus arceantur. Balmaſeda *de Collectis, quæſt. 97. numer. 10.* Gironda *de Gabellis, part. 3. num. 2. & 3.*

14 Ex quo probatur, quod Clericus in Sacris Conſtitutus poteſt eſſe conductor Regiorum Vectigalium, vel dirictuum forma prædicta, vt tenent etiam Laſſarte *de Gabellis, dict. cap. 18. num. 6.* Gutier. *ibidem quæſt. 132. num. 10.*

15 Dato ergò, quòd poſsit conducere adhibitis talibus fideiuſſoribus, de quibus, non eſt, nec poteſt eſſe vlla cunctatio, quòd conueniendi ſint coram Sæcularibus Iudicibus, quę fuit ratio legis Regni, & obſeruat Guido Papa *decſ. 562.* & omnes DD. *ſuprà relati.* Inſurgit magnum dubium circa ipſum Clericum principalem conductorem, an etiam poſſit conueniri coram Iudicibus Regijs? de quo, quìa propia eius ſedes eſt in titulo ſequenti, ad illud nos remittimus *in quæſt. 5.* Vbi ex profeſſo tractatur materia, & exponuntur caſus, in quibus tales Iudices contra Clericos, & Eccleſiaſticas Perſonas vectigalium, vel Regalium Iurium cõductores, ſeu ea defraudantes, vel defraudantibus opem, auxilium vè ferentes procedere poſsint, & qua forma id exequendum ſit.

QVÆSTIO X.

Hæreticis, vel Iudæis an interdicatur conductio Regiorum reddituum?

Summarium Quæſtionis Decimæ.

Num. 1. Hæreticis in noſtra Hiſpania omnia commertia, contractus, & quæcumque alia acta cum Catholicis ſunt interdicta.

2 *Tam hæretici, quam eorum filij, vſque ad primam generationem*

per

per lineam maternam, & ſecundam per lineam Paternam, omni honore priuantur, & ab omni offitio arcentur.

3 *Et à quouis miniſterio in domo, & ſeruitio Regum, ſicut Iudæi, & maximè circa profeſsionem medicinæ. Inquo obſeruantur aliqui caſus ſpetiales.*

4 *Refertur iuſta expulſio ab his Regnis Iudæorum, & Maurorum per noſtros Reges facta.*

5 *Iudæi, & Hæretici ſignum portare debent, vt diſtinguantur à Chriſtianis.*

6 *Cum conductio Regiorum redituum ſit munus publicum, merito ab ea tales arceri debent, & num. 7. vbi comprobatur.*

8 *Hoc expreſsè cautum eſt in inſtructionibu Sanctæ Inquiſitionis.*

9 *Et in legib⁹ Regn. quod declaratur. Hæbreus efectus Chriſtianus à debito non liberatur.*

10 *Iudæi antiquitus Vectigalia conducebant, & eorum opera exigebantur, & notatur Parladorus, dùm ait Æthimologiam huius nominis* Alcauala *ab Hæbraica lingua proue nire.*

1 ANimaduertendũ etiàm eſt, ſumpto argumento à contraria ratione, quod cum impij Hæretici adeo in Hiſpania exoſsi ſint, & eius antiquis Gothorum legibus, prę-ter pœnas corporales, eorum bona confiſcarentur, & honore ac dignitatibus exuti perpetuo exularent. Ideò eis omnia commertia cum Catholicis ſunt interdicta, nec vllus contractus, vltima voluntas, nec alij actus rati ſunt, præſertim cum manifeſti, aut conuicti fuerint, *l.2. tit.2. lib.12. legum Gothicarum, l. Manichæos, l. Arriani, C. de Hæreticis, l.4. tit.3. part.6. l.4. tit.26. part.7.* Brunus *lib.5. de Hæreticis, cap.14. & lib.6. cap. 3. cum ſequenti.* Simancas *de Cathol. Inſtitut. tit. 46. à num.55. vbi num.60.* notat maiores noſtros in 4. Concilio Toletano dixiſſe, non poſſe erga homines eſſe Fidelem, qui Deo extitit Infidelis, & celebre illud dictum Theodoriti, de quo Nicephorus *lib. 16. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap.35.* Qui cum Diaconum haberet Orthodoxum â ſe admodûm dilectum, & in Arrianiſmum conuerſus eſſet, vt eidem Theodorito faueret, Gladio eum interemit, dicens: *Si Deo fidem ſinceram nõ ſeruaſti, quomodo mihi, qui homo ſum, conſcientiam ſanam præſtabis, cap. Non poteſt 2. quæſt.7.* D. Molina *de Primog. Hiſpan. lib.4. cap.11. num.50.* Nauarrus *in capit quorumdam de Iudæis*, & id prohibetur in Bulla Cœnę Domini, vt notat Hector Felicius *de Societate, cap.8. num.21.* Epiſcopus. Fermoſinus *in Allegat. Fiſcal. allegat.56.* & quoad ſucceſſionem, quę eis omninò prohibita eſt de Iure Canonico, cui in hoc

hoc ſtandum eſt, vt probant Gregorius Lopez *in l.7. tit.7. part.6. gloſſ.2.* Spino *in Speculo teſtament. 12.part.rubric.nu.44.* D.D.Ioſeph de Retes *lib.8.Opuſculorum,cap.12. num.5.*

2 Et ideo cum ſint infames, & excommunicati nullum officium publicum gerere valent, *cap.Nulla officia, 54.diſt. cap.Infames, 6.quæſt.1. cap.Alieni 2. quæſt. 7. cap.Quicumque, cap.Statutum de Hæreticis in 6.* Quod comprehendit etiam eorum filios, qui omni honore priuantur, & ab omni officio publico arcentur, vſque ad primam, & ſecundam generationem, primam ſcilicèt per lineam maternam, ſecundam autem per lineam paternam, *cap.2. §.Hæretici, cap.vt commiſsi 12. verſic.priuandi, dict. cap.Statutum 15. de Hæreticis in 6. l.3.tit.3.lib.8. Recopil.* quę ita ait: *Mandamos, que los reconciliados por el delito de la Heregia, y Apoſtaſia, ni los hijos, y nietos de quemados, y condenados por el dicho delito, haſta la ſegunda generacion por linea maſculina, y haſta la primera por linea femenina, no puedan ſer, ni ſean del nueſtro Conſejo, ni Oydores de las nueſtras Audiencias, y Chancillerias, ni de alguna de ellas, ni Secretarios, ni Alcaldes, ni Alguaciles, ni Mayordomos, ni Contadores mayores, ni menores, ni Teſoreros, ni Pagadores, ni Contadores de cuentas, ni Eſcriuanos de Camara, ni de Rentas, ni Chancilleria, ni Regiſtradores, ni Relatores, ni Abogado, ni Fiſcal; ni tener otro Oficio publico, ni Real en nueſtra Caſa, y Corte, y Chancillerias,* &c. *l.4. ſequens,* ibi: *Ni tengan ningun Oficio publico, ni de honra en todos nueſtros Reynos, y Señorios,* quod benè declarant, & exornàt (relata etiam *l.6.in fin.tit.24.part.7.* quæ per has correcta eſt.) Auendaño *de Exeq. mand. part.1.cap.19.num.20.* Parlador *in ſeſquicent.differ.108.* Vbi benè de materia, Pichardo *in §. Publica autem 2.inſtit. de public. Iudicijs, num.14. & ſeqq.* Mieres *de Maiorat. part.1. quæſt.1. num.48.* Villar Maldonado *in Sylua reſponſ.Iur. reſp.12. per totum, & maximè à num.27. & à num.35.* Bayo *in Praxi lib.2. quæſt.154. num.57. & ſeqq.* Marinis *lib.2. reſolut.quotid. cap.144. num.2.* Pater Ioanes Angelus Boſius *de Patria poteſt. cap.3.num.263. & ſeqq.* Illuſtriſsimus, tàm moribus, quàm dignitatibus D. D.Franciſcus Ramos del Mançano *in Apologetico contra Gallias, §.13.num.87. & 88.* cuius laudes omnem eloquentiam excedunt, nec oratione poſſunt cõplecti. Primò enim Ramus iſte mali, ferax in Salmanticenſi ſummo, & omnium Principe Athæneo, ſeu proprius ſcientiarum fecundiſsimo Viridario ſatus, adhùc virgula, opimos, & maturos doctrinę, & eruditionis fructus dedit, quos in aliqua parte legere potui (quę maxima ſtudiorum meorum gloria erit habuiſſe tantum Magiſtrum) & poſt ad Supremum Iuſtitię, & Camerę penſile tranſpoſitus, adèo pròfundas radi-

radices egit, & fętus produxit, vt nouum Indiarũ Orbem ſua Protectione, & directione fæcundauerit, ac tandem aureum malum radicitus à ſuis dotibus, non ſecus ac Paridis Iudicio aſſequutus, Catholici Regis noſtri Caroli Secũdi (quem Deus nobis, & Chriſtianę Religioni diu ſaluum, & incolumen conſeruet) Præceptoris Laureolam tenet.

3 Bobadilla *in Politic. lib.1. cap.4.num.26.* vbi ita ait: *El Doctor Don Pablo, Obiſpo que fue de Burgos, y deſpues Patriarca de Aquileya, con ſer Conuerſo, aconſejò al Rey Don Enrrique Tercero, que no recibieſſe en el ſeruicio de ſu Caſa Real, ni en el Conſejo, ni para otros Oficios publicos Reales de ſus Reynos, ni en la Adminiſtracion del Patrimonio Real, à ningun Conuerſo, ni Iudio, cuyo conſejo ſi tomara el dicho Rey, no le matara como le matò Don Mayr ſu Medico Iudio*, cum quo conuenit Ioanes Rauiſius Textor *in Officina, ſeu Theatro Poet. & Hiſtor. lib.2. cap.97.* circa medium, ibi: *Carolus Caluus Imperator, & Gallorum Rex, Veneno à Sedechia, Medico Iudaico ſanguinis dato interijt, quum Mantuæ in valetudinem incidiſſet*, & cum Albar Gutierrez de Toledo *in Fortalitio fidei*, quem citat Bobadilla, idem refert Fr. Iuan Benito de Guardiola *en el Tratado de la Nobleza de Eſpaña, cap.7. circa princip. verſic. el Doctor Don Pablo*, vbi facti ſeriem apertius refert, & per totum caput benè agit de materia; Remigius *contra Iudæos, ſeſſ.2. cap.1. num.5.* Brunus *lib.5. de Hæreticis, cap.9.* Simancas *dict. tit.46. num.61.* & latè Sanctarelus *de Hereticis, cap.25. dub.2.* Gracianus *tom.4. diſcept. for. cap.658. num.53.* Farinacius *de Hæreſi, quæſt.189. num.40. 43. & ſeqq.* Azeuedo *in l.1. tit.3. lib.8. Recopil. num.162. & ſeqq.* Carena *de Officio Sanctæ Inquiſitionis, part.2. tit.1. §.27.* latè Sanchez *in Summa, lib.2. cap.14. num.35. & cap.19. à num.13. & cap.30. num.3. & ſeqq.*

4 Nouiſsimè Franciſcus Maria Prato *in Addition. ad Philipum Paſchalium de Viribus patr. poteſt. cap.7. in fin.* Vbi benè agit de iuſta expulſione Maurorum ab his Regnis facta per Sereniſsimum, & Piiſsimum D.N. Regem Philipum Tertium, & Ioanes Baptiſta Ventriglia *in Praxi, rerum notabil. annotat.2. §.3. à num.23.* Fray Hernando del Caſtillo *en la Hiſtoria General de Santo Domingo, lib.3. cap.41.* vbi de expulſione Iudæorum ab his Regnis decreta, & exequuta per Reges Catholicos, dequa agit etiam Pater Guardiola *vbi proximè.* Amaya *in l. vnica, C. de Infamibus, lib.10. num.62. & ſeqq.* Salaçar de Mendoça *en la Coronica del Gran Cardenal, lib.1. cap.72.* Ioanes Iacobus Anichinus *de Præuent. inſtr. cap.6. dubio vnico, num.46.* & benè de his expulſionibus. Villadieg. *in Politica, cap.5. inſtruct. §.26.*

5 Et ideò Iudæi ſignum portare debent, *cap. in nonnullis de Iudæis, l. Iudæos quos, C. Eodem tit.*

Vbi

Vbi dicitur, quod Iudæi â Chriſtianis diſtingui debent habitu, & nomine, & idem in Hæreticis probat per *l.1. C. de Summa Trinitat. & fide Cathol. in fin.* Gulielmus Benedict. *cap. in Rainũtius de Teſtam. in Summa ſeu princip. num.64.* Pater Mariana *in Hiſtor. Hiſpaniæ, lib.17. cap.15. circa finem*, vbi refert in commitijs habitis in Ciuitate Tauri anno 1371. per D. Regem D. Enricum ita ſtatutum fuiſſe. Salaçar de Mendoça *en la Coronica del Gran Cardenal, lib.1. cap.72. §.3.* idem comprobat his verbis: *El Rey Don Iuan el Segundo mando lo de la meſma ſeñal, que no fueſſen Cirujanos, Boticarios, Eſpecieros, Arrendadores de las Rentas Reales, &c.* & idem quoad ſignũ, quo diſtingui debeant ab alijs, probat Ludouicus Montaltus *in Tractatu de reprobatione ſententiæ Pilati, art.4. ſect. fin. vos inquam, num.14.*

6 Vndè, cum conductio Regiorum redituum ſit munus publicum, vt ſupra probauimus *hoc tit. quæſt.6. num.3.* meritò ab ea arceri debent, tàm ipſi, quàm eorum filij, & nepotes.

7 Pro quo facit, *cap. Ex ſpeciali 18. de Iudæis, & Sarracenis*, vbi, præter prohibitionem publicorũ officiorum, addit Summus Pontifex, quod ſi fortè eis reditus Regius vẽdatur, non exerceant perſe, ſed deputent Chriſtianum, qui talia Iura Regalia conſequatur, vbi Abbas, & reliqui DD. idem notant, & circa idem *l.17. tit.2. lib.6. Ordinamenti Regij*, ita ſtatuit: *Mandamos, que las nueſtras rentas, y pechos, y derechos ſean arrendados por menos precio à los Chriſtianos, que à los Iudios.*

8 Sed expreſsè ita cautum eſt, *in inſtructionibus Valliſoletanis Sanctæ Inquiſitionis, anni 1488. num.11.* his verbis: *Los Inquiſidores en ſus Partidos, y Lugares tengan mucha diligencia, manden, y pongan grandes penas, y cenſuras, que los hijos, y nietos de los Herejes condenados, no tengan, ni vſen oficios publicos*, & cum aliqua expreſſiſſet, proſequitur: *Ni Arrendadores de rentas algunas*, & cum Suarez *de Fide diſput.24. ſect. vltim. num.6.* Pater Diana *part.4. reſol. moral. tract.8. reſol.73.* Vbi refert prædictam inſtructionem, & nouiſsimè D. D. Nicolaus Rodrig. Fermoſino Epiſcopus Auſtricẽſis, Vir quidem Iuris ſcientia, & morum probitate Illuſtris *in Allegat. Fiſcal. allegat.38. num.10. & 11. & per totam, & allegat. antecedenti*, latè agit de materia.

9 Et clarè patet *in l.58. in Quaterno Gabellarum, & in l.3. tit.10. lib.9. Recopil.* vbi Iudæis, & Agarenis talis conductio interdicitur omninò, & *in verſic. Pero es nueſtra merced*, ſolum eis permittitur conducere, *de por mayor*, aliquem ex reditibus Regijs liberum, *vulgo renta deſembargada*, provt ſunt, *ſeruicio, y mõtazgo*, & ſimiles, dummodò ipſi per ſe non adminiſtrent, & eos colligant, ſed per Chriſtianos, & perſonas

ſonas rectę conſcientię ex eorum mandato, *vt in dict. l.* 3. notat Azeuedo *num.* 3. & Gironda *de Gabellis*, 3. *part. num.* 19. Laſarte *in eodem tractatu, cap.* 18. *num.* 5. Vbi, quòd in illa lege præfigitur forma, qua poſsint conducere gabellas, cum ante eas leges, omninò, & ſine diſtinctione eſſent prohibiti, ex varijs Regum ordinationibus relatis per Gloſſam Peregrin. *verbo, Iudæus, quæſt.* 5. *in principio*, & tandem ait, non intelligi de his quos moriſcos appellamus, cum Chriſtiani ſint, & poſsint conducere, prout in praxi receptum videmus, in quo non rectè perceptus fuit ab Azeuedo *vbi ſupra num.* 9. dum tenet loqui in deſcendentibus à Iudæis, & Agarenis, nam non agit de eis, vt ex eius lectura patet, nec poſſet, cum iſti etiam excludantur à talibus contractibus, & conductionibus, vt ſupra vidimus, & vide Ciriacum *tom.* 1. *controuerſ.* 86. qui loquitur in Hebræo grauato ęre alieno, & poſteà noſtram fidem amplexo, & in Sacro Baptiſmi Fonte renato, qui effectus ſoluendo negabat ſolutionem creditoribus, aſſerens, ſe eſſe nouum hominem, *ex cap. Primum* 26. *diſtinctione*, & reſoluit, debere ſatisfacere eis etiam ex bonis poſt Baptiſmum quæſitis, per eum enim cenſetur nouus homo quò ad Deum, non verò quo ad præiudicium creditorum de quorum intereſſe agebatur, *cap. Gaudemus, de Diuortijs, & ibi gloſſ. verbo Poterit obijcere, gloſſ. fin. in cap. Iudæi* 91. *de Conſecrat. diſtinct.* 4. ibi: *Quia obligationes in Baptiſmo non tolluntur*, ut diffusè comprobat.

10 In quo pro Coronide quæſtionis, obſeruandũ eſt, quòd horum Iudęorum antiquitùs mos erat, huiuſmodi vectigalia conducere, & quòd Reges eorum opera, in talium munerum exactione vtebantur. Vt ex Chronico Regis Alphonſi, refert Parladorus *lib.* 1. *Rerum quotidianar. cap.* 3. *num.* 20. ex quo, præter noſtros Authores, qui ęthimologiam huius nominis *Alcauala*, deducunt ex eo quod Nobiles Caſtellę Regi Ildephonſo ad bellum ſeruitia petenti, reſponderunt: *Que no darian pechos, ſino es al que vala*, nouiter ait, prouenire ab Hæbraica Lingua, in qua verbum *Cauala*, tantundèm ſignificat, quantum *receptio*, vt ibi probat, & vtramque ſententiam refert D. Rea. *allegat.* 14. *num.* 14. *tom.* 1. *allegat. Fiſcal.* Sed iam per dictas leges Regni, nouum Ius Statutum eſt.

QVÆSTIO XI.

Quomodo conſtituatur debitor in eſſe, & ſtatu decoctionis?

Summarium Quæſtionis Undecimæ.

Num.1. Decoctio regulariter ſolet incipere à fuga, & latitatione, & quid ſit latitare? & num.2.

3 *Decoctus dicitur, qui latitat, & non comparet in publico, & foro cedit, & quid ſit foro cedere?*

4 *Argentarij, Romæ, tabernas in loco publico conductas habebant, apud quos pecuniæ deponebãtur, quorum loco ſucceſſerunt hodie, qui cambia exercent. Et quando dicebantur foro cedere; id eſt, vertere ſolum, ſeu bancham rumpere? & num.5.*

6 *Licèt decoctio ſoleat incipere à fuga, & latitatione. Tamèn hæc non eſt neceſſaria, nam ſatis eſt, quòd debitor molle creditorum opreſus, non poſsit ſoluere.*

7 *Decocto Prouidetur de Curatore, qui conſeruet bona.*

8 *Et defendat ea ab actionibus, & calumnijs creditorum.*

9 *Quis Iudex ſit competens ad decernendum talem Curatorem.*

10 *Creditores poſſunt etiàm concorditer eum eligere.*

11 *Debitor ſiue ſit præſens, ſiue abſit, tunc propiè dicitur decoctus, cum facultatibus ſuis conſumptis ex quacumque cauſa, effectus eſt non ſoluẽdo, & datus ei Curator.*

12 *Soluendo eſſe dicitur is, qui ſolidum creditoribus ſuis ſoluere poteſt, id eſt, integram ſummam debitam. Et exponitur ſignificatio ſolidi.*

13 *Decoctionis ea probatio potiſsima eſt, cum recognoſcitur facultates debitoris non ſufficere ad ſolutionem.*

14 *Decoctus æquiparatur fonti aquis exciccato, & mortuo. Maximè in his quæ ſunt præjudicialia creditoribus, ſecus verò in vtilibus, & eius fama prorſus eſt minuta.*

15 *Et an repellatur à teſtimonio ferendo?*

16 *Decoctus dicitur etiàm, qui occultat bona, vel ad Eccleſiam confugit, licèt non ea occultet.*

17 *Decocti mentiri facilè ſolent, & rectè infertur, decoctus, ergò fraudator.*

18 *Et item ſolent bona ſua, & merces intricare, & viliori pretio diſtrahere, & rationes in Codicibus adulterare, & turbare in necem creditorum.*

1 CIRCA principalem, ergò materiam conſtitutionis debitoris, in eſſe, & ſtatu decocti, dicendum eſt, quòd regularitèr decoctio ſolet incipere à fuga, & latitatione, *l. Fulcinius 7. §. Cum hoc edictum, & ſequent. ff. Quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur.* melior Text. *in l. Eum qui, ff. de Priuileg. creditorum, qui* ita ait: *Eum, qui circa columnas ſe occultat, vt creditorem euitet, latitare placet. Nam, & eum qui recedit; hoc eſt, ſubterfugit, vt nè ſecum aliqua actio moueatur, latitare placet. Tam, & qui Vrbe profugit vtiquè fraudandi cauſa: Nec enim interſt, quod attinet ad latitandum, Vtrùm quis profugerit, An verò Romæ agens, copiam ſui non facit.* Vbi benè declaratur quid ſit latitare, ſed latè de eo, & quomodo probetur videndi ſunt, Afflictis *in Conſtitut. Neapolit. libro 1. rubrica 97. num. 6. & 7.* Maranta *in Pract. tit. de Citatione, num. 126.* Tiraquellus *de Retractu, tit. 1. §. 9. gloſſ. 2. num. 24. & ſequent.* & cum multis benè declarans Azeuedo *in l. fin. tit. 21. lib. 4. Recopilationis, à num. 97. & num. 120.* Bart. *in l. 1. in fin. ff. de Bonis eorum qui mortem, &c. in 2. membro ſuæ diſtinctionis.* Vbi, quòd ſi aliquis latitat, & non apparet in publicum, nè capiatur, non dicitur fugere, idem tenent Baldus *in l. 1. column. 3. C. de Ædilit. action.* Paulus Grilandus *de Relaxat. carcerat. §. de Fuga incarcerati, num. 17. qui eſt tom. 11. tractat.* Doctor. *part. 1. fol. 354.* Ioannes Oroſcius *in l. 2. ff. de His, qui ſunt ſui, vel alien Iur. &c. num. 7. & 8.*

2 Et faciunt *l. 8. & ſequentes, tit. 7. iunctis legibus, tituli 8. ſequentis, part. 3.* Vbi Gregorius Lopez omnia notat, Paz *in Praxi, 1. part. 3. tempor, à num. 31.* Parladorus *lib. 2. Rerum quotidianar. cap. fin. 5. part. §. 9.* Rodriguez *de Forma videndi proceſſum, cap. 4. à numer. 27.* & eleganter exponit (quamuis non adducat *dict. leg. Eum qui, ff. de Priuileg. credit.*) Vincentius Turturetus *in Paralelis æthicis, & iuridicis, diſſertatione 2. Iuridica, num. 14.* his verbis: *Quàm ingratum ſit omne debitum quoquo nomine contractum, declarat odium, quo homo obæratus odit ſuum creditorem, hùnc enim dùm ſuprà ſe poſitum intuetur, ac Iure ſuo debitum expoſcentem, æquis oculis Miluinis potius non aſpicit. Hinc viſo creditore, ſolet debitor latebras quærere, aſpectum declinare. Quæ omnia alundè, quàm ex legibus non probantur luculentius, de fraudulenta latitatione creditorum optimè ediſſerit Vlpianus. Ex quo elicimus apud Romanos, vel in ipſo foro aduerſariorum conſpectum effugiſſe debitores, dum latitabant circa ſtatuas, columnas ſtationes, &c.*

& ibi *in margine*, adducit ad idem elegantiſsima verba Diui Baſilij *in Pſalmum 14. ſermone contra fœneratores*, & de forma procedendi in noſtro caſu contra latitantem, & an ſit neceſſaria declaratio benè agit, Fontanela *deciſ. 242. à num. 14.* vbi citat Pegueram *in Praxi crim. cap. 12. § 4.* & apprimè declarans verba, *dict. l. Fulcinius, §. Illud, ff. Ex qq. cauſ. in poſſeſ. &c.* ibi: *Si circa columnas, aut ſtationes ſe occultet.* D. Franciſcus de Amaya *in l. 2. C. Ne Fiſcus rem quam vend. lib. 10. num. 8.* & quòd debitor, qui ſui copiam non facit, moram facere videatur, probant *l. Sed & ſi 23. in fin. ff. de Vſuris, l. 2. ff. de Nautico fœnore, l. Si fũdus §. vlt. ff. de Lege cõmiſſ. l. 45. §. 2. ff. de Verb. obligat.* Leotardus *de Vſuris, quæſt. 82. num. 45.* & rectè id exprimit Sauterius *in dicta Praxi Banchæruptor. part. 1. cap. 10. circa finem*, his verbis: *Vndè nobis non tantum forifugæ, ſed & lucifugæ videntur, nec non Vlpiano Veſpertiliones, qui grauati ære alieno luce domi ſe continent, & ne à creditoribus appellentur noctu prodeunt.*

3 Et decoctus dicitur, qui latitat, & non comparet in publico, & foro cedit, Aretinus *in §. Soluitur, Inſtit. de Societ.* Ripa *in l. Si ventri, § in bonis, num. 7. ff. de Priuileg. credit.* Surdus *conſ. 528. num. 37. & 38. lib. 4.* Rota Genuę *deciſ. 168. num. 5. & per totam.* Gratian. *tom. 2. diſcept. For. cap. 391. num. 19.* & apertè declarat Budæus *in Prioribus annotationibus ad Pandectas, in l. Si hominem, §. Quoties, ff. Depoſiti*, qui ſumpta occaſione illius Text. in quo habita eſt mentio de numullarijs foro cedentibus, ait quòd foro cedere dicebantur argentarij cũ tabernis, id eſt, menſis ſuis cedẽtes, quę in foro Romano erant, aliò habitatum migrabant.

3 Quia argentarij Romę tabernas in loco publico conductas habebant, vt colligitur *ex l. Qui tabernas argentarias 32. ff. de Contrab. empt.* & teſte Dion. *lib. 3.* L. Tarquinius Priſcus eas conſtruxit in foro Romæ propè caſtoris ędem, & liuius, *lib. 6.* de eis facit mentionem, his verbis: *Vt exemplo vocato Præcone tabernas argentarias, quæ, circa forum Romanum, tùnc eſſent, iuſſerit venire*, notat Ioan. Baptiſta Lupus *in cap. Nauiganti, de Vſur. comment. 3. §. 2. nu. 49.* & quo pacto apud eos pecuniç deponerentur, docet Iacobus Rę-uardus *lib. 1. Variar. cap. 15.* & facit *Gloſſa in l. Si res pupillaris 50. ff. de Adminiſtr. tut. per Text.* ibi *in principio*, & alia adducit Spino *in Speculo teſt. gloſſ. 29. num. 53. l. 8. ff. de poſiti.* Vbi teſtatur Papinianus eorum vſum olim neceſſariũ fuiſſe, quorum munus refert Cuiacius *ibidem*, ſubijciens eorũ fidem maiorem olim fuiſſe, quam nunc ſit, eorũ, qui eos hodie imitantur; id eſt, eorum, qui nunc cambia exercent, Leotardus *de Vſuris, quæſt. 24. 22. Sintag. Iur. cap. 9. nu. 11.* & latè, & *nu. 49.* de quo etiam Pet. Greg. *lib.* elegãter Carol. Sigon. *lib. 2. de Antiquo Iur. ciuil. Roma. cap. 11.* Vaconius à Vacuna *lib. 1. decla. Iur. decla.*

14. *num.* 5. Maſſinius *in l.* 1. *C. de Edendo à num.* 29. *vſque ad.* 46. Camillus Borellus *de Præſtantia Reg. Cathol. cap.* 22. *per totum.* Pancirola *in Theſauro var. ſect. lib.* 1. *cap.* 31. & cum alijs Genua *de Script. priu. lib.* 4. *tit. de libris Argentariorum, à num.* 3. *cum multis ſeqq. fol. mihi* 227. benè Raphaël Turri *de Cambijs, diſput.* 1. *quæſt.* 4. *à num.* 9. & Couar. *de Veter. numiſmat. collat. cap.* 7. *in principio, num.* 4. *verſic. Hac ſanè ratione.* Auguſtin. Barboſa *in collect. ad l. Receptitia* 2. *C. de conſtit. pecun. num.* 16. *& ſeqq.* Rodriguez *de Concurſu, art.* 6. 1. *partis, num.* 4. benè Cabreros *de Triplis, cap.* 1. *num.* 18. *verſic. ad cuius Text. elucidationem,* & Budæum *vbi proximè,* ſequuntur Alex. Scot. Prateius, & Anton. Nebriſſenſ. *in Vocabularijs vtriuſque Iuris, in verbo, foro cedere,* & ſubdit Budęus *in dict. loco verſic. Cedere foro,* quod cedere foro, vulgus, facere Bancham ruptam dicebat, hoc eſt negotiationem menſariam abrumpere, quòd & ſolum vertere, dicitur, quod etiam poſtea repetit *in fin. verſic. Qui foro cedunt.* Vbi quòd cedentes foro, dicuntur vertere ſolum, *& inferius in fin. verſic. Cedere autem,* quòd cedere foro, eodem modo dictum eſt, quòd cedere Patria, vel Vrbe; id eſt, recedere, & idem videtur tenere. Ipſemet Budęus *in poſterioribus annotation. ad Pandectas in l. Aut facta, §. Euentus, ff. de Pœnis, verſic. Solum vertere.* Vbi inquit, quod ſolùm vertere, etiam de decoctoribus dicebatur, qui & foro cedere dicebantur, & eſt *ſolum vertere,* vt ex ibi dictis patet, *ſedem, aut locum mutare,* quod clarius demonſtrauit *in dict. §. Quoties, in verſic. Vertere,* dicens, quòd *Vertere ſolum* eſt *alio migrare;* hoc eſt, *Regionem mutare ob æs alienum,* vel alia cauſa, ex qua Budæi denominatione formauit Daniël Sauterius ſuam praxim, Bancheruptorũ totiès in hoc opere allegatam.

5 Qua ratione alij etiàm dixerunt, quòd decoctores illi ſunt, qui cum non ſint ſoluendo vertunt ſolum, atque aufugiunt, vt per Alex. Scot. Prateium, & Anton. Nebriſſenſ. *in dictis Vocabularijs Iuris, verbo, decoctores, in principio,* licèt *Gloſſ. in dict. l. Si hominem, §. Quoties,* aliter ſentiat dum exponit, foro cedunt, quîa litigare nollunt, ſed bonis cedunt, & ſequitur Baldus *in Summario,* qui tamên in lectura antiqua videtur generalitèr intelligere in ceſſante, & fugitiuo, & conducit Iuuenalis *Satyra* 11. his verſibus:

Hi plerùmquè gradus conducta pecunia Romæ,
Et coram Dominis conſumitur, indè vbi paulùm,
Neſcio quid ſuperſt, & pallet fœnoris Author,
Qui vertere ſolum, baias, & ad oſtia currunt,
Cedere namque foro, iam non eſt deterius, quam
Exquilias à feruenti migrare ſuburra,

Et Lepidè Plautus *ſic mirum, quin tibi crederem,*

vt ipſe mihi faceres, quod partim faciunt argentarij, vbi quid credideris citiùs ex templo à foro fugiunt, quam ex porta ludis cum emiſſus eſt Lupus. Tex. *etiam in l. fin. ff. de Curatore bon. dan.* meminit de debitore foro cedente, *& gloſſa ibi, verbo, foro in fin.* interprætatur ſimiliter de ceſsione bonorum, licèt ponat alias expoſitiones, & præcipuè, quòd ſignificet eum, qui negotiationem deſerit molle debitorum opreſus. Petrus Gregor. *vbi proximè*, & Lupus *ibidem.*

6 Sed, his prætermiſsis, licèt ſoleat incipere decoctio, ſeu fallimentum â latitatione, ſeu fuga, non tamen ſequitur, quin poſsit dici decoctor, etiam ſi non fugiat, vel latitet, quia ſatis eſt, quòd molle debitorum opreſus, non poſsit ſoluere ſuis creditoribus, vt diximus *ſupra hoc tit. quæſt. 1. num. 6. & ſeqq.* & probat Petrus Caullus *Reſolut. Crimin. cent. 2. caſu 105. num. 11. & num. 12.* quòd eodem modo non requiritur, quòd cedat bonis. Nàm licèt Bartolus *in l. tres Tutores, in fin. ff. de Adminiſtr. Tut.* dicat decoctum eſſe eum, qui ceſsit bonis. Tamèn valdè differunt, poteſt enim quis eſſe decoctus, & nihilominus non cedere bonis, Text. *in l. Si vnus, ff. de arbitris*, qui loquitur in eo qui ceſsit bonis, vt inquit Franchis *deciſ. 55. num. 4.* & Scaccia *de Commertijs, §. 2. gloſſ. 5. num. 445.* probat, paria eſſe ruptum, vel abſentem, ſeu latitantem, ſed non paria eſſe, decoctum, & cedere bonis, ſicut etiam paria non ſunt, eſſe decoctum, & eſſe non ſoluendo, cum decoctus dicatur ille, cui bonorum adminiſtratio eſt interdicta, & illi, qui non eſt ſoluendo, non eſt interdicta adminiſtratio, vt ratiotinatur Franchis *dict. deciſ. 55. num. 3. & 4.* vbi quòd in illo Regno practicatur quod, aliquo decocto, eligantur perſonę, quę exigant, & conſeruent pro creditoribus bona decocti, quem refert, & ſequitur D. Petrus Noguerol. *allegat. 16. num. 69.* Baldus *conſ. 400. vol. 5.* pro vt etiam tenet Franciſc. Roccus *in Tractatu de Decoctione mercatorum notabili 1. num. 3.* Vbi atteſtatur de eadem practica, vel quòd detur Curator *ex dict. l. Item ſi vnus, ff. de arbitris*, quę prouiſio Curatoris vicem interdictionis ſuſtinet ex *l. 1. ff. de Curatore furioſi.* Paulus Staibanus Senior *conſ. 30. num. 1. verſic. Quinimo*, Franciſcus Maria Prato *tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 29. num. 3.* vbi per totum cap. probat nullitatem actus geſti per decoctum poſt datione curatoris, Rota Genuę *deciſ. 11. num. 26.* vbi quòd prouidetur ei de Curatore, nè creditores defatigentur ad litigandum in alieno territorio. Rouitus *ad Pragmat. 3. de ceſsio bon. num. 22.*

7 Pro quo facit *l. Cum cognatos, ff. de Captiuis*, vbi Baldus *per illum Text.* tenet, quòd officium Curatoris eſt bona cuſtodire, & diſsipantibus reſiſtere Plæbus *deciſ. 42. num. 5.* Angelus *conſ. 193. in principio verſic. datur etiam Curator*, vbi

vbi loquitur in Curatore decocti, & cum eo Tuſchus *litt.C. concluſ.* 1104. *num.*30. vbi diſtinguit hos Curatores, & Angeli reſponſum commendat Decius *conſ.*509. & *conſ.*575.& eſt Text.formalis, *l fin. ff.de Curatore bonis dando*, & *l.2. ff.Eodem.* Andræas Gail. *lib.2. obſeruat.*130.*num.*12.& benè in noſtris terminis probans Antonius Virgilio *de Legitimat.perſ.cap.*12. *à num.* 1. Iacobus Cancerius *lib.2. Variar.cap.9.num.*31. Menochius *de Arbitrar.lib.2.caſu* 150. *num.*12. Franciſcus Roccus *in dict. tractat. notab.*52.*num.*155. Vbi quòd ad hos Curatores, ſeu Adminiſtratores non tranſit poſſeſsio, ſeu propietas bonorum decocti, nec tollitur ab eius perſona per ſequeſtrum, ſed ſolùm cuſtodia, & adminiſtratio, vt infra latiùs dicemus *tit.*3.

8 Qui Curator debet etiam eſſe ad lites, vt valeat oſtendere creditorum calumnias, & decoctum, eiuſque patrimonium defendere, *l.de Curatore, ff.de Curat. bon. dan.* Franchis *deciſ.*55.*nu.*2. Thoro *voto deciſ.*15. *num.*37. Stracca *de Decoctoribus, part.*7.*num.*6. vbi de hoc Curatore, & *num.*7 quòd eius officium, circa bonorum diſtractionem verſatur, & omnia alia, ſine quibus diſtractio, ſeu venditio fieri non poteſt. Apicela *in tutamine Pauperum, tit.de ceſſ. bon. num.*83. Baldus *conſ.*327.*lib.*5. Menoch. *de Arbitrar. lib.*2. *caſu* 150. *num.*31. Brunus *de ceſſ. bonor.quæſt.* 19.*num.*11. Virgilio *vbi ſupra nu.*5.

9 Et Iudex competens ad decernendum talem Curatorem erit, Iudex domicilij rei, ſeu melius Iudex, qui eſt competens reſpectu cauſæ agitandę, vt latè probant Gallus *conſ.*35.*num.*4.& 5. Virgilio *dict.cap.*12. *num.*2. D.D.Franciſcus Salgado *de Retentione Bullarum, part.*2. *cap.*50.§.3. *num.*24. & cum pluribus Anton. Amato *reſolut.* 33. *à num.*4. D.Philippus Camarata *reſponſo deciſuo* 20.*num.* 9.Marius Curtelus *de Eccleſiæ Immunit. quæſt.* 95. *num.*4. D.Petrus Noguerol. *allegat.*12. *num.*167.

10 Et poſt aſſignationem, poſſunt etiam creditores in vnum conuenire, & alium Curatorem, ſeu deputatum bonorum eligere, per quem bona decocti exigantur, & diſtrahantur, vt quod ex tali venditione redigatur, eis ſoluatur, *l.fin.* vbi Bart. & Angelus, *ff.de Curat.bon.dan.* Paulus de Caſtro *in l.Si hominem, § fin.ff.depoſiti.* Baldi *conſ.*172.*vol.*2. Tuſchus *dicta concluſ.*1104.*num.*17. Virgilio *vbi ſupra num.*3. & ſi creditores diſcordant, poſſunt Prętorem adire, qui ex conſenſu maioris partis eorum, dictum Curatorem conſtituat, *l.*1.*ff.de Curatore bon. dand. l.fin. C. Eodem tit.* Angelus *conſ.* 191. Speculator *in tit.de Curatore, § fin. num.*15. *verſic. Sed an bonis.* Decius *conſ.*509.& 575. Stracca *de Decoctor.part.*7.*num.*6.

11 Debitor ergò, ſiuè ſit prę-ſens, ſiuè abſens, tunc propriè, & verè dicetur decoctus, cum facultatibus ſuis conſumptis ex quacum-

cumque cauſa effectus eſt non ſoluendo, & datus ei Curator, vt diximus, & oſtendunt Stracca *de decoctoribus*, 1. *part. ſub num.* 2. & 2. *part. ſub num.* 1. & 2. & 3. *parte, ſub num.* 2. & benè Budæus *in l. Si hominem, §. Quoties, ff. depoſiti poſt verſic. Decoctores in Francia.* Caullus *dict. caſu* 105. *num.* 22. Baeça *de Inope debitore, cap.* 5. *num.* 38. vbi cum Iaſſone, Alexan. & Paul. *in l. fin. ff. Si certum petatur*, & alijs, benè notat debitorem dici non eſſe ſoluendo, quando exactio difficilis eſt, & præter ſupradictos loquens in Bancherijs, benè declarat Pater Molina *de Iuſt. & Iur. tractatu* 2. *diſput.* 408. *verſic. Hos*, his verbis: *Quando autem in tantam deueniunt paupertatem, vt ſoluere non poſsint depoſita, & alia debita, dicuntur, Quebrar el Banco.*

12 Soluendo enim is ſolùm eſſe dicitur, qui ſolidum creditoribus ſuis ſoluere poteſt, *l. Soluendo, ff. de Verbor. ſignif.* melior Text. in *l. Eum, qui* 35. *alias* 20. *ff. de Priuileg. credit.* ibi: *Donec ſolidum ſoluatur*, & ſingulariter probat etiam *l. Si res pupillaris* 50. *ff. de Adminiſtrat.* ibi: *Vel argentarius, cui tutor pecuniam dedit, cum fuiſſet celeberrimus, ſolidum reddere non potuit, &c.* Iaſſon. *in §. Fulloni, Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſcuntur*, Stracca *de decoctor. part.* 2. *num.* 4. Scaccia *de Cambijs, §.* 2. *gloſs.* 5. *num.* 173. *verſ. Sed in hac, circa medium*, Franciſcus Roccus *in dicto tractatu de decoct. mercat. notab.* 3. *numer.* 10. Alciat. *in dict. l. Soluendo in princ.* Cauallus *dict. caſu* 105. *num.* 9. Heuia Bolaños *in Curia Philipica, tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 3. ibi: *Y los que no pueden enteramente pagar ſus deudas.* Nàm ſolidum ſoluere nõ poteſt, ille qui integram ſummam debitam non poteſt ſatisfacere, ſine diminutione aliqua, *l. Alimenta* 16. *ff. de adimend. legatis*, & eſt antiqua Iuris Conſulti formula ſumpta ab *adiectiuo verbo, ſolidus, ſolida, ſolidum*, quarè ſicut eo ſignificatur corpus conſtans tribus dimenſionibus, longitudine videlicêt, latitudine, & profunditate, iuxta illud Ciceronis *de Natur. Deor. lib.* 1. *duæ formæ præſtantes ſunt ex ſolidis, globus ex planis, circulus, aut orbis.* Indê factum eſt, vt ſolidum in neutro genere acceptum, fuerit apud probatos Authores, pro integro, vt benè obſeruat Nigro *de Laudemio, quæſt.* 7. *art.* 7. *num.* 1. & *ſeqq.*

13 Et ideò decoctionis ea eſt potiſsima probatio, quando perpenſis facultatibus debitoris, recognoſcitur, non poſsidere tot bona, quę pro ſolutione debitorum ſatis ſuperque ſint, vt tenent Maſcardus *de Probat. concluſ.* 737. *num.* 1. Tuſchus *litter. D concluſ.* 109. *num.* 6. Menoch. *de Arbitrar. lib.* 2. *cent.* 1. *caſu* 87. *num.* 13. *verſic. Animaduertas ergò.* Franciſcus Roccus *in dict. tract. notab.* 3. *num.* 16. ibi: *Et inter alias probationes decoctionis, potiſsima eſt illa, quando perpenſis facultatibus debitoris recognoſcat, non poſsidere tot bona, quæ pro ſolutione debitorũ ſatis, ſuperque*

ſint,

ſint, &c. & deinde *num.* 17. & qui non poteſt integraliter ſua debita ſoluere decoctus dicitur, benè Rodriguez *de Concurſ. & priuileg. credit. part.* 1. *art.* 6. *num.* 22.

14 Vndè eſt, quòd decoctus æquiparetur fonti aquis exciccato, vt ex *l. & Attilicinius* 35. *ff. de Seruitut. ruſticorum*, notat Tuſchus *litt. D. conclu.* 107. ſicut etiam mortuo Rota Genuæ *deciſ.* 1. *num.* 40. *in fin.* Scaccia *de Cambijs*, §. 2. *gloſſ.* 4. *num.* 326. Riccius *Collectanea* 1432. vbi, & de alijs effectibus decoctionis, Franciſcus Maria Prato *tom.* 1. *diſcept. Forenſ. cap.* 39. *num.* 7. Merlinus *lib.* 2. *contr. cap.* 11. *num.* 13. Roccus *vbi ſupra notab.* 4. *num.* 11. Seraphinus *deciſ.* 794. *num.* 17. (quod intelligendum eſt, quoad ea, quæ ageret in præiudicium creditorum, ſeu tertij, vt 2. parte, ſi Deus annuat, latius dicemus, ſecus quoad vtilia, & ideò alius poteſt pro eo ſoluere, vel obligari, Scaccia *vbi proximè*, *num.* 330. Roccus *num.* 13. Gratianus *diſcept. For. cap.* 7. *num.* 7.) & item reputatur infamis. Stracca *de Decoctor. par.* 3. *num.* 1. & 2. vbi benè diſtinguit, *vt infra num. ſeq.* Roccus *dict. num.* 13. Tuſchus *litt. D. concluſ.* 105. Laderchius de Immola *conſ.* 101. *num.* 16. Vbi, quod eorum fama prorſus eſt minuta. Floridus Mauſonius *de Cauſ. execut. lib.* 1. *ampliat.* 13. *num.* 29. Paſchalis *de Viribus patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 62.

15 Maſcardus *de Probationibus, concluſione* 738. per totam, vbi ex hoc probat repelli à teſtificando in cauſis criminalibus aduerſus accuſatos, & etiam in ciuilibus arduis, ſicut etiam Tuſchus *dict. concluſ.* 105. *num.* 2. Marcheſan. *de Commiſſ. part.* 3. *de commiſſ. ſup. dilat. moratoria, cap.* 1. §. 1. *num.* 64. vbi ita benè ad caſum diſtinguit: *Ego in vtili, ac quotidiano Iuris articulo, ita diſtinguendum cenſeo, aut decoctio eſt ſine vitio probata, vt ibi num.* 21. *& tùnc inter infames connumerari non debent, ex diſpoſitione leg. Debitores, C. Ex quib. cauſ. inf. irrog. miſericordia potius præfati, vt infra dicam, digni ſunt, ac talibus tellis calamitoſos vexatos vlterius punire iniquum eſſet, l. Diuus, ff. de Offic. Præſ. aut id faciunt, & incurrunt, vel fatagunt ſuo vitio, vel partim ſuo, partim fortunæ, cum dolo malo, vel fraude, vel inhoneſtam ducentes vitam, & prauos mores, vt dicam in fin. ſeq. commiſſ. quia ex præmiſſis eorum geſta grauantur, tùnc ſunt Iuris, & facti infames, ipſoſque à publicis muneribus, & honoribus repellendos fore cenſuit, &c.* Valaſcus *alleg.* 13. *num.* 188. *& num.* 202. Teſtay *alleg.* 16. *num.* 5

16 Et item decoctus dicitur, qui occultat bona ſua, vel qui ad Eccleſiam confugit licèt non occultet bona, vt probat *l.* 6. *tit.* 19. *lib.* 5. *Recopil.* Hæbia Bolaños *in Curia Philipica, tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. Roccus *vbi ſupra, notab.* 5. *num.* 18.

17 Et generaliter obſeruandum eſt, quòd decocti mentiri facilè ſolent, vt quotidiè experiẽtia docet, ex qua argumentũ licet ſum-

ſumère, *cap. Quam ſit, de Electione, in 6. Clementina diſpendioſam, de Iudicijs*, Baldus *conſ. 400. in Libris Theſaurariæ, num. 3. lib. 5.* Vbi elegantèr contra eos inuehit, ſubdens quòd Decocti ſunt faciles ad colludendum, & ſtudent, vt creditores defraudent, Azo *in Summa, C. de colluſ. deteg.* Cardinalis *in Clementin. 2. §. Sanè, in princip. de Electione.* Item falliti ſunt fraudatores, quibus apprimè conuenit illud Plauti *in Milite glor. domi habent animum falſiloquum, falſificum falſilurium*, & præſumitur omnibus ineſſe, quod omnibus eſt commune, vt latè fundat verba Baldi *vbi ſupra* exponẽs Strac. *de decoctor. par. 3. num. 15. 18. & 19.* Vbi, quod rectè infertur *Decoctus, ergò fraudator*, & benè exornant Tuſchus *litter. D. concluſ. 105.* Farinacius *de Inditijs, quæſt. 42. num. 35.* Matienço *in l. 1. tit. 19. lib. 5. Recopilationis, gloſſ. 1. à num. 4.* D. Franciſcus Hieronymus de Leon *deciſ. 9. à num. 6. tom. 1.* Marcheſanus *de Commiſſ. part. 3. dict. cap. 1. §. 1. num. 60.* ibi: *Omnes nempè coniecturæ contra fallitos inſurgunt, iſti enim ſi more antiquo creditoribus tradderentur, non eſſent noſtris calamitoſis temporibus, ex malitia ſceleſtiſsima, tàm ad pauperes decipiendos faciles, &c.* Gracianus *tom. 5. diſceptat. Forenſ. cap. 916. num. 13.* Vbi, quod durum, & peſsimum eſt, cum eis tractare, nouiſsimè Emanuel Alvarez Pegas *in Reſolut. Forenſ. cap. 3. num. 715.* Capicius Latro *deciſ. 133. num. 20. tom. 2. deciſ.*

18 Item Decocti bona ſua, & merces ſolent intricare obligando, donando, conſumendo, alijs eas auferre, & poſſeſsionem ipſarum in aliũ transferre, *l. Summa cum ratione.* vbi Bart. & Bald. *ff. de Peculio*, Tiraquellus *de Vtroque retractu. §. 3. gloſſ. 1. num. 16. & ſeqq.* ac etiam viliori pretio dictas merces diſtrahunt, vt Tiraquellus notat, & Iaſon *in §. Item ſi quis in fraudem, num. 46. Inſtitut. de actionibus, vbi num. 37.* quòd frequẽtèr ſolent rationes in Codicibus intricare in necem creditorum, illaſque adulterare, & turbare, *l. 1. §. fin. ff. de Seruo corrupto*, Marcheſanus *vbi proximè, num. 65.* & latius infra agemus.

QVÆSTIO XII.

An debitor decoctus confugiens ad Eccleſiam, eius Immunitate gaudeat?

Summarium Quæſtionis Duodecimæ.

Num. 1. Debitor, qui molle creditorum opreſſus, & effectus non ſoluendo, ſine dolo fugit ad Eccleſiam, an gaudeat eius Immunitate?

2 *Reſoluitur quòd ſic. Et num. 3. comprobatur.*

4 *Debitor, qui decoxit vitio fortunæ, & non culpa ſua, fugiens ad Eccleſiam, non debet ab ea extrahi; Ille verò, qui dolo facultatibus lapſus eſt, vel cum bonis, & libris ad eam confugit, non gaudet eius Immunitate.*

5 L. fin. tit. 2. lib. 1. Recopilat. *declaratur, vt ſolum procedat, quandò debitor confugiens ad Eccleſiam, ſecum bona adducit, vel aliter ea abſcondit. Quod in praxi ſeruatur.*

6 *Decoctores, & falliti, qui latitant, & bona, ſeu libros occultant, vel ſecum in Eccleſiam deferunt, reputantur tanquàm publici latrones, & poſſunt per Iudicem Sæcularem ab ea extrahi, ſecus verò, ſi ipſi ſoli in eam ſe recipiant, & num. 7.*

8 *Bona eius, qui ſine dolo confugit ad Eccleſiam cum eis, an ſint Immunia? & an poſsint per Iudicem Laicum ab Eccleſia extrahi? & num. 9. diſcutitur in bonis decocti.*

10 *Fiſci debitor ex tributis, Gabellis, ſeu alia cauſa, an gaudeat Immunitate Eccleſiæ? & reſoluitur ſub eàdem diſtinctione.*

11 *Iudex Eccleſiaſticus, licèt non debeat permittere tributorum exactores violenter ab Eccleſia extrahi, curare tamèn debet, vt ſoluant.*

12 *Debitor exiſtens in Eccleſia, an poſsit in ea verbaliter citari, etiam pro cauſa criminis?*

1 EX materia præcedentis capitis, ſuccedit quæſtio non prætermitēda ſcilicèt, an debitor ſimplex, qui molle creditorum oppreſſus, vt diximus, effectus non ſoluendo, fugit ad Eccleſiam, poſsit ab ea extrahi, vel gaudeat illius Immunitate? Et quidem in debitore, qui ſine dolo, vel culpa, debitorum molle oppreſſus, Eccleſię præſidio ſe vult tueri, videtur quod poſsit

poſsit extrahi, quia cum Iure Communi, cui conuenit noſtrum Ius Regium, debitor poſsit capi pro debito, & in ſeruitutem dari creditori, vt ſatis probauimus, non poteſt Immunitas patrocinari: cum non cenſeatur conceſſa in præiudicium creditoris, qui eſt quaſi Dominus, argumento eius quod de ſeruo dicitur, *in cap. Inter alia, de Immunit. Eccleſi. l. Si ſeruus, C. de his qui ad Eccleſ. confug.* vt in puncto arguit Remigius de Gonni *de Immunit. Eccleſ. in Summario, num.* 21. & ita firmat Oldradus *conſ.* 54. Aufrerius *in Capella Toloſana, deciſ* 422. Abb. *in dict. cap. Inter alia, num.* 22. *in fin.* Boerius *deciſ.* 215. *num.* 7. & videtur probari *in l.* 5. 6. & 7. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopilationis*, & expreſsiùs *in l. fin. tit.* 2. *lib.* 1. *Recopilationis*, iunctis his, quę tradit D. Couarrub. *lib.* 2. *Variar. cap.* 20. *num.* 14. Vbi, quod ita fuit promiſſũ in generalibus huius Regni Commitijs, celebratis anno 1530. & hanc ſententiam amplectuntur Olanus *in Antinomia Iur. litter. F. num.* 104. Auendaño *in l.* 4. *tit. de las Excepciones, num.* 12. & *reſponſ.* 40. *num.* 11. Anton. Gomez *lib.* 2. *Variar. cap.* 11. *num.* 55. & *in l.* 79. *Tauri, num.* 5. Rebuffus *ad Reg. Conſtit. Galliæ, tom.* 2. *tit. de Immunit. Eccleſ. art.* 1. *gloſſ.* 2. *num.* 1. & 2. qui allegat pro ſe Text. expreſſum *in materia, in l. Nemo carcerem, C. de Exact. tribut. libro* 10. & *in Auth. de mandatis Princip. §. Publicorum*, & idem tenet Pareja *de Inſtrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſolut.* 9. *num.* 23. *in fin.*

2 Sed nihilominus contraria opinio, & ſic quòd prædicti debitores gaudeant Immunitate Eccleſię, nec ab ea poſsint extrahi, eſt verior, & tenenda in iudicando, & conſulendo, vt probatur *in l. Præſenti, C. de His, qui ad Eccleſiam confug.* & apertè *in l.* 2. *tit.* 11. *part.* 1. quę ita ait: *Franqueza à la Egleſia, è ſu Cimeterio, en otras coſas demàs de las que diximos en la ley ante de eſta, ca todo ome que fuyere à ella, por mal que ouieſſe fecho, ò por debda que debieſſe, ò por otra coſa qualquier, debe ſer y amparado, è non lo deben ende ſacar per fuerça, &c.* Vbi Gregorius Lopez *gloſſ.* 2. cum Roderico Suarez *in l.* 2. *de los Gouiernos, lib.* 3. *fori legum, verſic. Quinto quæritur.* Relata ſententia Abbatis, & aliorum ſupra poſita *num. Antecedenti*, ita ait: *Vt tamèn atteſtatur Rodericus Suarez in Comment. dict. l.* 2. *&c. Iſtud dictum Abbatis non ſeruatur in practica, imò contrarium ſemper vidit obtentum, & ſeruatum, & ibi allegat pro ſingulari iſtam legem Partitarum.*

3 Et ſic tenent; & defendunt D. Couarrubias *dict. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 14. *verſic. Sèd profecto*, ex eo, quòd regulę ſtandum ſit, cum nullibi expreſſum reperiatur in hac ſpecie, Eccleſiarum Immunitatem non prodeſſe his, qui ad eam confugiunt, Gutierrez *lib.* 1. *Practicarum quæſt.* 1. *à num.* 7. vbi benè probat, & idem confirmat

in

in tractatu de Gabellis, quæſt. 166. num. 11. vbi ſe remittit ad ea, quę dixit: *in repetitione legis Nemo poteſt, ff. de legis 1. num. 183. & poſt eum.* ibi Gironda *de Gabellis 4. part. §. 1. numer. 20.* Azeuedo *in leg. fin. tit. 2. lib. 1. Recopilat. num. 3.* Remigius de Gonni *in Tractatu de Immunitate Eccleſiæ, fallentia 27.* Nauarrus *in Manuali, cap. 25. numer. 19.* Paz *in Praxi, tom. 1. 5. part. cap. 3. §. 3. num. 153.* Curia Philipica *tom. 1. part. 3. §. 12. num. 42. & 43. & part. 2. lib. 2. cap. 11. numer. 18.* Farinacius *in Praxi, tom. 1. tit. de carceribus, & carceratis, quæſt. 28. num. 30.* Azor *tom. 2. inſtitut. moral. libr. 9. cap. 9. verſic. Item dubiæ quæſtionis eſt. in fin.* Diana *part. 1. reſol. moral. tractat. 1. reſolut. 32. ad fin.* & cum alijs D. Didacus Ibañez Faria *in Addit. ad Couarrub. dict. libr. 2. cap. 20. numer. 153.* Fontanela *deciſ. 242. num. 8. tom. 1.* & nouiſsimè D. Michaël de Cortiada *deciſ. 68. part. 2. praxis contentionum Regni Aragonum num. 2.* vbi latè comprobat, & omnes Doctores, qui hucuſquè ſcripſerunt, per duas columnas adducit, & *numeris ſeqq.* materiam proſequitur Auguſtinus Barboſa *de Vniuerſ. Iure Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 3. numer. 47.* vbi plures.

4 Et idem tenendum eſt in eo debitore, qui decoxit, & effectus eſt non ſoluendo, non quidem ſua culpa, ſed vitio fortunę, licèt contrarium omninò ſit amplectendum, (& quod non gaudeat) in eo, qui ſua culpa, & doloſè verſatus conſumpſit bona, & effectus non ſoluendo fugit, ſeu latitat, vel bona, ſeu libros mouet, & ſiuè in Eccleſia, ſiuè in alio loco abſcondit, vt vtrumque benè confirmat *l. fin. tit. 2. lib. 1. Recopilat. & leg. 2. tit. 19. libr. 5. Recopilat.* Dum diſtinguunt decoctum caſu, & vitio fortunę, ab eo, qui culpa propria, & dolo facultatibus lapſus, & effectus non ſoluendo, ſe ponit in Eccleſia, vel ad eam bona, ſeu libros defert, & hoc modo tenet, & declarat D. Couarrub. *dict. cap. 20. numer. 14. verſic. Nec Iaſſonis,* his elegantibus verbis: *Poſſet fortaſsè Iaſſonis ſententia apud Hiſpanos admitti in mercatoribus, & campſoribus, qui maximo Reipublicæ diſpendio ex pecunijs, & rebus alienis, dum negotiationem quaſtuariam exercent, operam vſuris, & fœnoribus ſtrenuè dantes, lautè, & opiparè viuentes, Decocti tandem verſuram faciunt, & ad Eccleſiam fugientes, creditores omnes miſerè fallunt. Quod grauiſsimum crimen eſt, & ob id famoſi latrones appellantur, ac vt tales grauiſsima pœna puniuntur.*

5 Quem refert, & ſequitur Humada *in Scholijs ad Gregorium Lopez in dict. gloſs. 2. leg. 2. tit. 11. partit. 1. numer. 2.* Marcheſanus *de Commiſſ. part. 3. dict. cap. 1. §. 1. num. 61.* Thomàs Valaſcus *allegat. 13. num. 191. & numer. 193.* Vbi quòd bona eorum in Eccleſijs, Monaſterijs, locis pijs, arcibus,

cibus, nauibus, domibus quorumcumque Potentiorum poſſunt per Miniſtros perquiri, & ab illis aufetri, facto inuentario, ex ordinatione Luſitana, & *dicta leg.2. tit. 14. libr.5.* quas adducit Azeuedo *in dict. l. final. à num.5.* vbi ita diſtinguit, & comprobat, Gratianus *tom.2. diſcept.forenſ. cap. 380. numer.3. & ſequentibus*, Gutierrez *libr.1. practicarum, cap. 1. per totum.* Vbi benè diſcuſſa materia, & ponderatis legibus Regijs. *num.14.* & maximè *dict. l.final.* quòd in omnibus ſui partibus cum miſterio loquatur in debitore fugiente ad Eccleſiam, & ſecum bona adducente, & ita ſolûm debere intelligi in eo caſu, & *num.18.* quòd ſi ipſi ſoli fugiant, abſque aſportatione bonorum, tùnc potius dicitur latitatio, quàm fuga, vt notat cum Stracca, Matienço, & alijs *ex leg. Fulcinius, §. Quid ſit latitare, ff. Ex quibus cauſ. in poſſ.eat.* tandem *dict. num.14.* ita concludit ad noſtrum caſum: *Ergò cum in debitoribus ex cauſa ciuili, qui ad Eccleſiam confugiunt abſque bonis, nec ea aliàs abſcondentibus, dicta lex Regia non loquatur, & Ius commune contrarium in his ſtatuat, vt patet ex ſupra adductis pro communi, & vera ſententia, atque in praxi recepta. Conſequens eſt, vt hi Immunitate Eccleſiaſtica Gaudere debeant, neque eos comprehendat dicta lex Regia: Vndè nec Iudices Laici virtute ipſius, eos ab Eccleſia extrahere debent, niſi conſtet bona in Eccleſiam detruſiſſe, vel aliter abſcondiſſe, quo caſu dicta lex loquitur, & non aliàs, & ità hæ opiniones optimè ad concordium reducuntur, &c.* Et *per totum cap.* Confirmat, & *nu. 19.* cum Azeuedo *in dicta l.final. numer.* refert, non ſemel ita pronunciatum fuiſſe in Regali Chancellaria Pinciana, & iterum firmat *in Tractatu de Gabellis, dicta quæſtion. 166. numer.18.* ibi: *Quæ proculdubio in praxi eſt tenenda, niſi in debitoribus fallitis, qui cum bonis confugiunt ad Eccleſiam ea occultando, & auferendo ſuis creditoribus*; & in fin. numer. *Et hæc opinio in praxi ſeruatur, & vſu recepta eſt.* Quod etiam afirmat Gironda *de Gabellis 4.parte, §.1. num.30.* vbi ſatisfacit, hac interpretatione obiectioni *dict. leg. Regiæ 13 ſeu fin. & num.31.* ita ait: *Et hæc ſecunda opinio, vſu recepta eſt, & ſemper (vt dixi) practicatur. & contrariam non tenendam dicit Rebuffus vbi ſupra.* Paz *in Praxi, tom. 1. dicta 5. part. cap. 3. §.3. num.136.*

6 Idem tenet Curia Philippica *dict. lib.2. cap.11. numer.18.* ibi: *Los fallidos alçados, que alçan, ò ocultan los bienes, ò Libros, ò los meten, ò ſe meten con ellos en la Igleſia retrados, no gozan de ſu Immunidad, y aſsi della pueden ſer ſacados como ladrones, y publicos robadores, porque ſon auidos: mas ceſſante eſto, en quanto à los demàs fallidos, y quebrados, lo contrario ſe ha de dezir, por gozar de la Immunidad, &c.* Auendaño

reſponſ. 40. *numer.* 11. *& in tit. de las excepciones, numer.* 22. & hoc modo accipiendus eſt Zeuallos *Comm. contr. comm. quæſtion.* 683. *in fin.* dum prædictam *l. final.* adducit, ſicut etiam Parlador. *libr.* 2. *Rerum quotidianarum, cap. fin.* 5. *part.* §. 6. *numer.* 2. benè poſt omnes prædictos Bobadilla *in Polit. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 62. *& ſeqq.* vbi ex profeſſo ad partes queſtionem tractat, & licèt relatis authoritatibus, & rationibus ſupra adductis videatur *num.* 65. ſequi opinionem eorum, qui tenent non debere gaudere immunitate, maximè innixus fundamẽto, *dict. l.* 13. *ſeu fin. tit.* 2. *lib.* 1. *Recopilation.* & conetur ſatisfacere rationibus contrarijs, tandem *num.* 67. ita ait: *Tras todo digo, que no he viſto practicar jamàs la dicha ley generalmente, ſino en alçados, y que de ordinario ſe retraen los deudores à las Igleſias, y ſe eſtàn ſeguramente en ellas; y ſi los luezes Seglares los ſacan de ellas, y los Eccleſiaſticos los deſcomulgan, y ſe lleua à las Chancillerias por via de fuerça, ſe ha declarado algunas vezes, que no haze fuerça, y aſsi lo afirma tambien Iuan Gutierrez,* & *num.* 70. tenet non debere gaudere mercatores, ſeu camplores, qui fugiunt cum bonis, & ea, vel libros occultant.

7 Anaſtaſius Germonius *de Sacrorum Immun. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 113. vbi facta concluſione, quòd debitor etiam ſuſpectus de fuga, & qui aliâs carcerari poteſt, ad Eccleſiam confugiens, in ea tutus eſt, declarat illam non procedere in mercatoribus, & campſoribus, qui maximo Reipublicę diſpendio ex pecunijs, & rebus alienis, dum quęſtum exercent, operam vſuris quodammodo, & fænoribus dantes, ac per negligentiam, prodigalitatem, & luxum libidini intemperantes, ac voluptatibus indulgendo, decoquant, ad templaque fugiendo, creditores omnes ſuos miſerrimè fraudent. Farinacius *in Praxi, tom.* 1. *tit. de Carceribus, & carceratis, quæſt.* 28. *numer.* 33. vbi ad litteram refert D. Couarrub. *vbi ſupra*, & latius comprobans *de Immunitate Eccleſiæ, cap* 3. *numer.* 64. *&* 65. vbi præter alios refert Gutierrez *dict. cap.* 1. & cum eo tenet Marius Italia *de Immunitate Eccleſiæ, lib.* 1. *cap.* 5. §. 11. *à num.* 1. vbi omnia prædicta benè comprobat, & nouiſsimè ſequitur, & ita diſtinguit Faria *in Addit. ad Couarrub. libr.* 2. *cap.* 20. *numer.* 156. *& ſeqq.* benè Eſcobar *de Ratiocinijs, cap.* 4. *à numer.* 6. *& num.* 8. & poſt omnes benè diſtinguit, & hanc reſolutionem cõprobat, & exornat D. Michaël Cortiada *deciſ.* 70. *à num.* 10. *& numer.* 16. *dict. parte* 2. *prax. content. Reg. Aragonum.* Thomàs Zerdàn *en la Viſita de Carcel, cap.* 11. §. 5. *numer.* 6. *verſiculo, los Mercaderes*, & alij relati à Zenedo *in Collectanea ad cap. Inter alia, de Immunitate Eccleſiarum, numer.* 5. Gabriel Pe-

reyra *de Manu Reg. parte 2. cap. 50. num. 17.*

8 Et dato quòd perſona decocti, ſine dolo, & culpa effecti non ſoluendo, gaudere debeat illa immunitate, ſecundum prædicta, Quæritur an idem procedat in bonis, quę ſecum ad Eccleſiam aſportauit? & per quem Iudicem extrahenda ſint? in quo Gambacurta *de Immunitate Eccleſiarum, lib. 4. cap. 22. num. 10.* tenuit, quòd ſi bona ſint propria confugien is ad Eccleſiam, ſunt etiam immunia: ſi verò non ſint ſua, ſed aliorum, vel alijs obligata, poſſunt capi à Iudice Seculari, & idem probant Suarez *de Religione, lib. 3. cap. 12. num. 3.* Caſtro Palao *tom. 2. tract. 11. diſputat. vnica, puncto 11. num. 8.* Thomàs del Bene *de Immunitate Eccleſiaſtica, cap. 16. dubitatione 30. num. 1. & 2.* Couarrubias *dict. lib. 2. variarum, cap. 20. num. 16.* Curtelus *de Immunitate Eccleſiæ, lib. 2. quæſt. 8.* D. Michaël Cortiada *in dict. Praxi content. Regni Aragon. deciſ. 24. num. 136. part. 1. & deciſ. 72. num. 3. part. 2.* Vbi alios citat, & ideò cum bona decocti, non poſsint dici ſua, ſed creditorum, quorum obligationibus, & hypothecis ſunt affecta, & intricata, meritò non erunt immunia, & poterunt aprehendi.

9 Sed Auguſtinus Barboſa *de Vniuerſ. Iur. Eccleſi. lib. 2. cap. 3. num 47.* hoc temperat, ita vt præcedere debeat licentia Iudicis Eccleſiaſtici, Antoninus Diana *tom. 6. reſolut. Moral. tractatu primo, reſolut. 17. in fin.* notat, quod Sacra Epiſcoporum Congregatio in vna Varenſi, die 12. Martij, anni 1600. decreuit, quòd debitor fraudulentus, ad Eccleſiam cum bonis confugiens, non debet ibi multo tempore tolerari, ſed debet ab Eccleſia expelli, & item quòd eadem Sacra Congregatio, die prima Decembris, anni 1617. determinauit, quòd decoctus non debeat res, & bona in præiudicium creditorum, ad Eccleſiam transferre, ſed debeant illa Iudici Seculari conſignari, vt ad iudicet cui de Iure competunt, quem refert, & ſequitur Thomàs del Bene *de Immunitate, dict. cap. 16. dubitatione 11. num. 16. & ſequentibus.* Vbi addit alias Sacrę Cõgregationis Epiſcoporum deciſiones, quibus præceptum fuit talia bona poſita in loco immuni in præiudicium creditorum, debere ab eo extrahi, & conſignari Iudici competenti, & idem comprobat, & exornat *eodem cap. 16. dubitation. 30. num. 4. vbi num. 8.* ſentit in praxi debere obſeruari, quòd ſemper Eccleſiæ Superior, ſeu Prælatus requiratur, vt ipſe hoc præſtet, quòd ſi renuat præſtare, poſsit occurri periculo, & per Laicos Miniſtros exequi, argumento *ipſius Conſtitutionis Gregorianæ*, per quam etiam permittitur, ſi Eccleſię Superior renuat, reum extrahi, ac Laicis Miniſtris tradi, & mancipati, & ſupra dictam reſolutionem

am-

amplectitur,&latè comprobat D. Michaël Cortiada *in dict.deciſion. 72. num.10.* Alexander Sperellus *deciſ.49. num.26.tom.1.*

10 Et eadem reſolutio, & diſtinctio ſupra cóprobata *à num. 4.* tenenda eſt, etiàm ſi ſit debitor Fiſcalis ex tributis gabellis, ſeu alia cauſa, non obſtante §.*Publicorum, in Authentico de mandatis Princip.* vt notat Gregorius *in dict. l.2.tit.11.par.1.gloſſ.2.in fin.* & cum eo Humada *in eius Scholijs.* Gironda *dict.4.part.* §.1. *num.30.* & 31. qui hanc reſolutionem in talibus debitoribus ſequitur, & concludit, *& hæc ſecunda opinio vſu recepta eſt, & ſemper vt dixi practicatur,* Gutierrez *de Gabellis dict.quæſt. 166.num.11.* vbi relato *dict.* §.*Publicorum, & l.5.tit.11.part.1.* ita ait: *Contrariam tamèn opinionem, vt veriorem probant alij multi graues Authores, quos retulimus vbi ſupra, & refert etiam Gironda prædicto num. 30. quæ proculdubio in praxi eſt tenenda, niſi in debitoribus fallitis, qui cum bonis confugiunt ad Eccleſiam ea occultando, & auferendo ſuis creditoribus, iuxt. l.fin. tit.2.lib.1. nou. collect.Reg.&c.* Laſarte *de Dezima vendit. cap.18. num. 58.* vbi quod *dict.l.5. partitæ, nec Authenthicum,* tamquam diſpoſitiones contrariæ Iuri Canonico, non ſunt obſeruandæ, Bobad. *dict.cap.14.num.69.* ibi: *Duda 29.es, ſi el deudor de tributos Reales goza de la inmunidad Eccleſiaſtica; Y digo que ſi, ſegun Abad, y Gregorio Lopez, y otros, atẽto el Derecho Canonico, contra el Derecho de los Authenticos, y ley de Partida; por que en eſte tal, no ay coſtumbre, ni ley que diſponga, que ſea entregado por ſiervo del Principe à quien los debe.* Licèt poſteà referat aliquos Authores, qui contrarium voluerunt *ex lib.1. Machab. cap.* 10. Villalobos *in Summa tomo 2.tract.39. difficultate 7.num.17.* Et ex eo, & alijs Idem defendit, & comprobat Diana *tom. 6. reſolut. Moral. dict. tractat.1.reſolut.20.* Vbi extendit etiàm ad obligatum ad reddendum ratiocinia, ratione alicuius adminiſtrationis, vel tutelæ, & item ad Officialem Regium debitorẽ ex cauſa ſyndicatus, quod ſimiliter comprobat Thomàs del Benè *de Immunit. Eccleſiaſt. dict. cap. 16. dubio 11. ſect. 5. num. 9.*

11 Farinacius *in Praxi, tom.1. de Carceribus, & carceratis, quæſt. 28.num* 31. & latiùs *in Tractat. de Immunitate Eccleſiæ, dict. cap. 3. num. 61.* vbi cum Deciano *in Tractat. Crimin. lib.6. cap.28.num. 27.* ſubdit, quod licèt Eccleſiaſticus Iudex permittere non debeat, tributorum exactores violenter ab Eccleſia extrahi, curare tamèn debet, vt ſoluant, & hùnc eſſe verùm ſenſum, Text. *in dict.*§.*Publ corum,* & ibi citat Azor. Suarez, Ambroſinum, & alios, Gutierrez *lib.1.Pract.cap.1.à num.13.* & cum alijs Faria *in Addit. ad Couarrub. lib.2.dict.cap.20. num.154.* & 155. Azeuedo *in dict. l.fin. tit.2. part.1. num. 5.* & cum multis Cortiada *deciſ. 68. num. 18.* & 19. *dict. p.2.* Dom.Creſpi *obſeruat.3. num.43.*

12 Vt finem quæſtioni imponamus, generaliter videndum eſt, an exiſtens in Eccleſia poſsit in ea verbaliter citari: In quo Abbas *in cap. Inter alia, de Immunit. Eccleſ. num. 9. in fin. verſic. Poterit ergò tunc citari in Eccleſia*, tenet poſſe citari etiàm, pro cauſa criminis, quẽ refert, & nullibi alibi legiſſe dicit Aluarus Valaſcus *conſult. 81. à num. 4.* Rouitus *ad Pragmat. 1. de Iuriſd. inuic. non turbam. num. 17. verſic. Quòd procedit etiam ſi citatio fieret in Eccleſia, & Pragmat. 2. de citatione, num. 12. verſic. Quòd ſiquis citatus in Eccleſia.* Maranta *in Speculo, part. 6. de citatione, num. 129.* qui ea ratione mouentur, quia licèt commiſsio decitando ſit actus Iudicialis, & non poſsit fieri in Eccleſia, citatio tamen, quę fit per Nuncium, non dicitur actus Iudicialis, ſed quædam exequutio facti, vt comprobat Regens S. Felicius *deciſ. 141. num. 2. tom. 1.* & Petrus Pechius *de Iure ſiſtẽdi, cap. 6.* in Addition. notatus, & benè comprobat, & declarat diſtinguens citationem realem, hoc eſt per Arreſtum, ſeu capturam Perſonę, quę in Eccleſia fieri non poteſt, quia eſt actus Iudicialis, à citatione verbali D. Michaël Cortiada *deciſ. 72. num. 22. & ſequentibus, tom. 2. praxis contentionum Regn. Aragon.*

QVÆSTIO XIII.

Vtrum decoctis litteræ moratoriæ per Principem concedi poſsint?

Summarium Quæſtionis Decimæ tertiæ.

Num. 1. Princeps frequenter ſolet litteras moratorias concedere, quibus indutiæ debitoribus paupertate opreſis indulgentur, ſi concurrat iuſta cauſa.

2 *Et etiam decoctis ſolent concedi.*

3 *Litteræ iſtæ moratoriæ non debent indulgeri his, qui ſua culpa, & malitiosè decoxerunt. Sed his, qui caſu, vel fortunæ iniuria, ad egeſtatem deuenerunt. Et comprobatur num. 4.*

5 *Idem diſpoſitum eſt, in moratoria conceſſa à creditoribus.*

6 *Dilatio quinquenalis denegari debet debitoribus Fiſci, ſeu Cameræ Apoſtolicæ, & etiam his, qui aliam obtinuerunt.*

7 *Dilationes moratoriæ non procedunt, nec poſsunt extendi ad debita fiſcalia, nec procedentia ex delicto.*

8 *Quod cautum eſt etiam de Iure Regio. Et quando poſsint dari?*

9 *Decocti, & foro ceſsi, non ſolum ſunt indigni iſtis moratorijs, ſed debent*

debent ſæuiter puniri, nec iterum ad mercaturæ, ſeu negotiationis exercicium admitti.

10 *Quod maximè expediret communi vtilitati, ſi in noſtro Regno viriliter obſeruaretur.*

1 PRinceps frequenter ſolet moratorias litteras concedere, quibus indutiæ debitoribus paupertate oppreſis indulgentur, *l.2.l.Vniuerſa 4. C.de præcibus Imper. offer.* vbi ſcribentes, *l.33. tit.18.part.3.l.4. tit.14. eadem part.* Azeuedo *in l.2. tit.14. num.33.& ſeqq.lib.4.Recopil.* Marcus Antonius Cucus *de Moratoria præſcript. num.14.* Rodriguez *de Annuis redditibus, lib.3.cap 9.num. 16.& num.26.* Bobadilla *in Politica, lib.2.cap.16.num.125.& lib.3. cap.13.num.20.* Carolus de Graſsis *de Exception. except. 32. numer.3.* Lucas Matheus de Apicela *in Tutamine Pauperum, tit.2.de Morator. Princip num.2.verſic.Alij verò,* vbi quòd tota die Principes has litteras concedunt. Carrocius *de Remedijs contr. ſent. præjud. except. 168.à num.1.* Alexander Trentacinquius *lib.3.Varia.reſolut. tit.de Solut. reſolut. 1.num.1.* Genua *de Scriptura priu. lib.3. tit.de Litteris indutialibus, ſeu dilatorijs, num.1. & ſeqq.* Georgius Fridericus Mora *in diſſertatione Theorico-practica de reſcriptis moratorijs,* Acacius Ripol *de Regalijs, cap.24.* nouiſsimè VVilhelmus Antonij *in Tractatu de Reſcriptis moratorijs, ſeu Indutijs quinquenalibus,* Ludouicus Sancius à Melo *de Inducijs debitorum, quæſt.34.* Chriſtophorus Beſoldus *in diſſertat.Politico-Iuridica, de Iuribus Maieſtatis, cap.4.num.8. & in alia diſſertat.de Regalibus poſt ſuum Theſaurum practicum, cap.2. num.7.* Thomas Maulius *de ceſsione bonorum, tit.9.num.3.& 13.& tit.7.num.2.* Vbi quòd Principes non debent has dilationes concedere abſque iuſta, & graui cauſa, ſicut etiam Hunnius *in Encyclopedia Iuris, part.2. tit.28.cap.1. num.10.* Maximilianus Fauſtus *in Conſil.pro Ærario, claſſi 4.conſ.365. & melius claſſi 16.conſ.183.* Capicius Galeota *lib.2. controu.71.* vbi ſingulariter obſeruat aduerſus creditores Venetos, eorumque dominio ſubiectos, ex ſpeciali priuilegio Inuictiſsimi Ferdinandi I. non poſſe vllum moratoriæ genus, ſiue ex Principis reſcripto, ſiue de Iure communi ex cauſa ceſsionis bonorum, aut etiam dilationis quinquenalis obijci, ex quo probat creditores quoſdam Venetos non poſſe vrgeri ad concurrendum in dilatione quinquenali petita iuxta formã *l.fin. C.Qui bon. ced. poſſ.* per alios creditores mercatoris Veneti, qui non erant eiuſdem dominij, & benè declarat quando priuilegiatus non vtatur priuilegio contra pariter priuilegiatum.

Et

2 Et etiam mercatoribus decoctis, moris eſt, eas concedere, nè ad certum tempus moleſtentur, vt notat Marcheſanus *part.3. de commiſſ. ſuper dilatione moratoria, cap.1. §.1.num.49.*

3 Tamen non conceduntur, nec debent indulgeri, malitiosè & culpa ſua decoctis, quîa ſi iſti indigni ſunt ceſsionis bonorum beneficio, multo magis dilatione, vt cum Baldo Caccialupo, & Verallo probat Marqueſanus *ibidem num.27.* ibi: *Quia praui homines voluptatibus dediti, ære alieno grauati, multoties dilationes, ſeu potius creditorum deceptiones, vel tempus dilapidationis, & explendæ facultatis quærunt, qua pendente de reſiduo bonorum agunt, l. Poſtquam Imperator, ff. Vt legator. nom. Cauea. quo fit, vt dilatione expleta, bona quoque conſumpta ſunt, & decepti remanent creditores, ac in albo, &c. & nu 69.* his elegantibus verbis: *Nam vt plurimùm pecunias in ſuis manibus fiſſas pro ſe percipiunt. Vndè pauperes, pupilli, viduæ, orphani, & alij miſerabiles ſub proditoria fide decepti, ſuas ab eis diſipatas ſubſtantias plorant, maximève lachrymabilibus vocibus poſt eos clamant, ac multoties in obſcænum, & pernitiem vna cum eorum familijs vadunt, &c.* Apiçela *vbi ſupra num. 33.* benè Antonius Heringius *de fideiuſſoribus, cap.5.num.104.* Oſſualdus Hiligerus ad Donelum *lib.22. cap.9. litt.H.* Qui & alij ab eis adducti, decoctoribus, & abuſoribus, qui bona ſua obligurierunt, dilationem moratoriam denegandam aſſerunt, eis tamen cõcedendam, qui fortunę iniuria, ad egeſtatem deuenere, quos infœlices debitores appellant, refert, & ſequitur Velaſco *de Priuilegijs pauperum, part.1.quæſt.44.num.26.* Petr. Gregorius *lib.22. Syntagmat. Iur. cap.7. num.6.* Vbi ad hoc adducit *Conſtitutionem Caroli V. Cæſaris editam in Commitijs Auguſtæ Vindelicorũ, anno Domini 1548. art.22.* Surdus *deciſ. 307.* vbi de eo, qui poſt ſalui conductus impetrationem, cœpit bona ſua componere, & ſe ad fugam accingere, quòd non debet ei prodeſſe, de quo etiam Ramon *conſ. 11. num.28. & eiuſdem Conſtitutionis Imp. Caroli V.* mentionem facit etiam Fauſtus *dicta claſi 16. conſil. 183. circa principium.*

4 Sequitur Gaſpar Antonius Theſaurus *in Addition. deciſ.36. eius Patris,* vbi referens ſtylum Chancellarię illius Ducatus, de concedendis litteris ceſsionis ſalua honeſtate (ſcilicèt, non ſeruata forma ignominioſę illius ceſsionis ſtatutę per Decretum Amedei Ducis, de quo mentionem fecimus *ſupra quæſt.3. num.21.*) *circa finem,* ſubdit: *Neque debent litteræ illæ concedi, niſi ex vrgenti cauſa, & quando ſine culpa debitoris, inopia contigiſſet,* quod etiam notat, admonens cum Theſauro. Principes, vt ſint cauti circa conceſsionem harum litterarum, Caſtagna *in Tractatu de beneficio deducto nè egeat quæſt.11.num.43. & ſeqq.* vbi laudat conſuetudinem Italię, quę

has

has ignominioſas ceſsiones introduxit propter malitias debitorum, & fraudes quotidiè excreſcentes. Diana *dicta part.7. tractatu 8.reſolut.26.* vbi ita ait: *Et ideò hæ Indutiæ non quibuſuis debitoribus in præjudicium creditorum concedi poſſunt, vel debent, ſed illis ſolum, qui aduerſa fortuna abſque ſuo dolo, & culpa ad inopiam redacti ſunt, non autem decoctoribus, qui culpa ſua eiuſmodi calamitatem, & inopiam procurarunt, hi enim furibus comparandi, eorumque loco habendi ſunt,* & plures ad id citat.

5 Et in dilatione, ſeu moratoria cóceſſa à creditoribus Idem diſponunt *l.2.& 6.tit.19.lib.5.Recopilat.* & Azeuedo notat *ibi, & in l.5.antecedenti num.1.* cum Stracca *de Decoctoribus 6.part.num.20.* ait, quòd dilatione quinquenali gaudet mercator aduerſa fortuna pro lapſus, non verò ille qui decoquit, & bona occultat, benè Melo *de Indutijs debitor. quæſt. 12. num.9.* ſequitur Rodriguez *de Executione, cap.8.num.41.* Valaſcus *allegation.13.num.193.* de qua dilatione conceſſa per maiorem partẽ creditorum, *iuxta l. fin. C. Qui bonis cedere poſſunt*, quòd proſsit etiam mercatoribus Decoquentibus notant Paulus de Caſtro *in L. Et ſuum, num.2.* verſ. *Sed ſi nollent*, & Angelus *in l. Maiorem, col.1.* verſ. *Et hoc intellige, cum* verſ. *Sequenti, in fine, ff. de Pactis*, & eos ſequens Nicolaus Everardus Iunior *conſ. 7.num.30. vol.1.*

6 Optimè hoc probat, & declarat Marqueſanus *de Commiſſ. dict.cap.1.§.1.num.80.& ſeqq.* Vbi loquitur de eo, qui caſu, & ſiniſtro euentu bona, amiſsit *& num. 93.* cum Salyceto *in l. 1. num. 6. C. Qui bonis cedere poſſ.* & Caſtrenſi *in l.2.eodem, num.3.* & Iaſone *in l. Quoties, C. de Præcib. Imper. offer. num. 3.* ait, denegandam dictam commiſsionem debitoribus Fiſci, ſeu Camerę Apoſtolicæ. *Et in commiſſ. admiſsionis ad ceſsionem bonorum, cap. 1.§. 1.num. 85.* Vbi de hoc beneficio agens, & probans debere denegari talem commiſsionem ei, qui aliam obtinuit ita proſequitur: *Immò, vti fraudolens, & malitioſus decoctor reus pœnæ motus proprij, de quo multis in locis verba fecimus cenſendus, & puniendus erit, Gloſſ. & DD. in l. fin. vbi Bart. C. Qui bonis cedere poſſunt, & ita dicendum videtur de illis, qui quotidie æs alienum contrahendo nouas ceſsionis bonorum commiſsiones obtinent. Itaquè operæ pretium fore cenſeo, & valdè bonum ſi Domini mei Referendarij adderent in ſimilibus commiſsionibus, dummodò aliam ſimilem non habuerint, quia ſemel ad tale beneficium admiſſus non debet iteratò admitti. Id autem valdè vtile eſſet, quia ſi vnus ex ſimilibus exercentibus compertis, puniretur, alijs in exemplum tranſiret, nec ita de facili reperirentur mercatores iſtarum fraudum, &c.*

7 Et quod ſimiles dilationes moratorię non procedant, nec poſsint extendi ad debita Fiſcalia, nec procedentia ex delicto, pro-

probant Peregrinus *de Iure Fiſci, lib. 6. tit. 7. num. 22. & ſeqq.* Genua *de Scriptura priuat. lib. 3. quæſt. 5. num. 48. & ſeqq.* Heringius *de Fideiuſſor. cap. 5. num. 124.* Carrocius *de Remedijs contra præjudicial. ſententt. except. 168. num. 13.* Floridus Mauſonius *de Cauſis executiuis, lib. 1. ampliat. 8. num. 20.* & latius *limitat. 6. num. 46.* Diana *dicto Tractatu 8. reſolut. 26. in principio, & reſolut. 28. verſic. Quinto contra debitum Fiſcale.* Theſauro *deciſ. 182. num. 2.* Fauſtus *claſi 16. dicto conſ. 183. verſic. Similiter, tom. 2.* vbi alios refert, & latius *eadem claſi, conſil. 187.* & de moratoria concedenda debitoribus Fiſcalibus ſpetialiter agit, *l. In fraudem, §. Fiſcalibus, ff. de Iure Fiſci,* & eam obſeruat Caſtaldus *de Imperatore, quæſt. 110. verſic. 275. fol. mihi 223. B.*

8 Et de Iure Regio hoc prę-cauetur, *in l. 13. tit. 16. lib. 9. Recopilat.* quę ita ait: *Ordenamos, y mandamos, que no ſe dèn cartas algunas por nos, ni por nueſtros Contadores mayores, ni por los del nueſtro Cõſejo, ni otras prouiſiones de alongamiento, para demandar las nueſtras rentas, y moneda, ni para hazer la peſquiſa ſobre ellas, ni los nueſtros Secretarios las libren. Y eſto ſe guarde aſsi. Saluo quando por cauſa legitima ſe huuiere de hazer la tal prolongacion,* vt factam vidiſſe refert Alfaro *de Offic. Fiſc. gloſſ. 16. num. 67.* non expreſsè, ſed diſsimulando, & hoc vtile publicę pecunię eſſe, quem ſequitur Epiſcopus. Fermoſino *in Allegat. Fiſcal. allegat. 55. num. 23.*

9 Et prædictis adhęret eà benè probans Marius Curtelus *de Donationibus Patr. in filios, tom. 1. diſcurſu 2. tractationis 1. particula 6. num. 85. folio mihi 195.* vbi ita ſingulariter ait: *Deberent verò denegari huiuſmodi moratoriæ illis perſonis, qui foro ceſsiſſent: quorum proprium eſt fidem fallere ex propoſito, ſub ſpe moratoriæ obtinendæ ad hoc, vt territi creditores minuant eorum credita, remittendo partem, quia ex hoc cum iactura aliena locupletarentur. Cum huiuſmodi enim hominibus rigidè agendum eſt, non ſolùm denegando dilationes, & Guidatica, Sed etiam eos ſæuiter puniendo. Quis enim dubitat, quod remiſsè ſe gerendo cum hominibus iſtis, aperitur via alijs admittendi ſimiles fraudes cum magna iactura Reipublicæ, vt in dies experimur, dum per defectum fidei obſeruationis, ob tot fallimẽta occurſa multis ab hinc annis, negotia conquieuere, & mercatores, neque cum Laterna Diogenis inueniantur. Vndè magna incommoda orta ſunt ſingulis vti ſingulis, & vti vniuerſis, & per maxima publicis rebus, & Patrimonio Regis noſtri.* Ex quo dicit, emanaſſe Decretũ Principis Emanuelis Philiberti vigilantiſsimi illius Regni Proregis, quo cauebatur, vt cõtra huiuſmodi homines rigidè ageretur, & nè iterũ ad mercaturę exercitium admitti potuiſſent, & benè in puncto Bodinus *de Republica, lib. 5. cap. 11.* ibi: *Decoctione facta, ipſi creditores coguntur, debitores tertia, quarta ve debiti parte, aut in totum leuare.*

Quæ

10 Quæ omnia vera eſſe, & in hoc noſtro Regno quotidiè euenire, ſatis experientia docet, & vtinâm prædicta Decreta, cõſtitutiones, & penę in eis ſumma deliberatione conſtitutę ad vnguem obſeruarentur, & præcipuè hoc vltimum remouendi omninò ſemel decoctum à negotiationibus, & cauilloſis ſuppoſitionibus, quas quotidiè confingunt, interpoſitis aliquibus perſonis, ſeu impoſtoribus, ſub quorum imagine obtentis moratorijs, & dilationibus, in pernitiem, immò necem Regalis Patrimonij, & creditorum depẽdentium ex eius reditibus, Regia Vectigalia, ſeu iura iugitèr conſeruant, & retinent, iterum ea in propios vſus, luxus ſeu occultationes conuertentes. Vt qui facilitate venię, & non iuſtę, nec debitę miſerationis cum eis habitę, incentiuum habuerunt delinquendi, decoctionem repetant. Cum hoc peculiari animaduerſione legibus cõprehẽſum, & prohibitum ſit, nam ille, qui ſemèl in officio, ſeu tali exercitio, & adminiſtratione Regij Patrimonij deliquit, & malè verſatus eſt, ſiuè ex dolo, ſiuè ex deſidia, ſeu negligentia graui, præter pœnas quas incurrit, de quibus nunc non agimus, non debet iterum ad illud admitti, ut in ſequentibus quæſtionibus demonſtrabitur.

QVÆSTIO XIV.

In qua agitur ſpecialitèr de debitoribus Fiſci ex locatione, vel adminiſtratione redituum Regalium, vel alia cauſa decoctis, & declaratur Text. *in l. Si aliquid, C. de Suſceptor. Præpoſit. & Arcar. lib.* 10. cuius materia ſingularitèr in puncto exornatur.

Summarium Quæſtionis Decimæ quartæ.

Num. 1. *Debitor Fiſci quandò dicatur decoctus, & declaratur Text.* in l. Si aliquid, C. de Suſceptor Præpoſit, & Arcarijs, lib. 10. *qui de eo ſpecialitèr loquitur.*

2 *Accurſij lapſus* in dict. l. Si aliquid, verbo decoxit *notatur.*

3 L. Quilibet, C. de Decurionibus, lib. 10. *adducitur ad idem.*

4 *Accurſij refertur etiam, & conuincitur alius lapſus*, in dict. l. Quilibet, verbo, Plumbatarum

& declaratur, quid ſit Plumbata.

5 *Theſaurarius, vel quilibet Officialis Regius, ſeu Publicus ſemèl deprehenſus euerſor, ſeù depeculator in officio, ſeù munere ſibi iniuncto, non ſolum eo priuandus eſt, ſed nullo modo debet iterum ad illud admitti, quod exornatur, num. 6. & 7.*

8 *Quod in Decoctis comprobatur de Iure Regio.*

9 *Concluſio dictę legis, ſi aliquid procedit in quibuscumque Officialibus, & referuntur Authores, qui eius materiã latè diſcutiunt.*

10 *Clericus, ſeù alius exemptus delinquens in Officio Seculari, quod exercet, poteſt per Iudicem Secularem eo priuari, & viſitari.*

11 *Comprobatur in omnibus exẽptis, & in equitibus militiarum Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ publicis muneribus, & officijs adminiſtrationis iuſtitiæ fungentibus, & exponitur concoraia, quam vocant, Comitis de Oſſorno. Et num. 12.*

13 *Officij ratione quandò dicatur quis delinquere?*

1 ERGO noſtrę materiæ, & inſtituto prõprius accedẽdo, ille, qui cum ſit debitor Fiſci ex locatione, vel adminiſtratione redituum Regalium, tributorum, ſeù quorum cumque dictuum, vel ex alia cauſa, ceſſat à ſolutione creditorum, quibus affecta ſunt iura illa, ſeù reditus, & quantitatum Fiſco debitarum ex tali contractu, temporibus in eo deſtinatis, in quo interuenit continua, & peruigil huius Senatus cura, tàm in aula prima, in qua reditus, & Iura Regia adminiſtrantur, & exiguntur, vbi ſingulis hebdomadis diſcutitur, & inquiritur ſuper ſummis, & quantitatibus, quas cõductores vectigalium debent, vt iam notauit Balmaſeda *de Collectis, quæſt.* 121. *num.* 37. quàm in aula millionum, vt tanquam teſtis oculatus expertus ſum, poſtquam in ea, licèt immeritus, Fiſci partes ago. Vbi die Sabbathi omnium hebdomadarum refertur ſtatus omnium impoſitorum, & iurium ad Regium Fiſcum, & eius Cameram ſpectantium, in ſingulis Regni Prouincijs, ſiue per incapitationem, ſiue conductionem, ſeu adminiſtrationem exigantur, & iuxta illum adhibetur prouidentia neceſſaria pro eorum incolumitate, & beneficio, quę diſquiſitio appellatur, *calidades*, is igitur, qui deficit modo prædicto, talitèr quòd fiat non ſoluendo, vel latitet, & ſe difficilem reddat, is erit fallitus, ſeu decoctus quoad nos, & talis declaratur forma expoſita, *infra tit. 2. quæſt. 2. num. 1.* De quo ſpecialitèr loquitur Text. *in l. Si aliquid 12. C. de Suſceptor. Præpoſit. & Arcar. lib. 10.* qui ita

ait:

ait: *Si aliquid à ſuſceptore, vel à Tabullario fraudis admiſſum eſſe poſſeſſor deprehendat, nemo eorũ, ſemèl de interuerſione conuictus, id rurſùs officium gerat, in quo antè decoxit*, ad quod notanda ſunt illa verba *ſuſceptore*, qui eſt officialis ille, qui annonis, & tributis vtriuſq. Ærarij recipiẽdis præpoſitus eſt, *l. Cũ poſſeſſor, in fin. ff. de Cenſib.* & declarat Cujac. *in rubr. d. tit. de Suſcept. &c.* & *Tabulario*, qui dicitur is, qui apud Miniſtros pecuniarios publicas cõficit rationes, *l. 2. C. de Iur. Fiſc. lib. 10. l. 1. l. Miſsis, C. de Exact. trib. lib. 10* & declarant Luc. de Pœn. & Cujac. *in d. l. 2. C. de Iur. Fiſc.* & ideô Text. procedit, quãdò huiuſmodi officiales pecuniarũ, fraudulentèr decocti ſunt, & cũ pecunia Fiſcali aufugerũt, vt probat Tex. in verſ. *Decocti*, & in verſ. *Interuerſione*, nã vt declarat Alciat. *in d. l. Decoquere*, idem eſt, *quòd bonis cedere, & delinquendo creditoribus imponere*, vt notauimus *ſuprà*, & in his terminis principalitèr probat, non poſſe prædictũ officialem, ſemèl de interueſione cõuictum, id rurſus officium gerere, in quo antè decoxit.

2 In quo Text. ſummè notandum eſt Acurſium, Virũ ſanè doctũ, & in enodatione Iuris tãdiù fœcilitèr verſatũ, errore lapſum *in Gloſſ. verb. Decoxit*, dũ falſę latinitatis anſa arrepta, verbũ illud pro officiali pecuniæ accipit, his verbis: *Decoctor dicitur officialis pecuniæ, vt ſuprà de Decurionibus, l. Quilibèt, vndè decoxit; id eſt, illud officium geſsit.* Vt aduertit Alciat. dicens talem anſam cœpiſſe, *ex d. l. Quilibèt*, cũ ex antiquis Codicibus ſic legenda ſit: *Quilibèt principalium, vel Decurionum, ſi decoctor pecuniæ publicæ, vel fraudulentus in adſcriptionibus illicitis, vel immoderatus in exactione, fuerit inuentus, iuxta priſtinam cõſuetudinẽ, non ſolùm à vobis, quibus propter loci Dignitatem, rerum ſumma commiſſa eſt, verũ, & à Iudicibus ordinarijs plũbatarum ictibus ſubijciatur.* In qua apertè ſententia noſtra, & error Acurſij probatur, & notatur etiã ab Hothomano *de Verbis Iuris*, verbo *Decoctores*.

3 Et hæc ſingularitèr exponit Scipio Rouit. *ad Pragmat. 3. de Militibus, nu. 22. &* 23. vbi ita ait: *Et procedit quandò huiuſmodi officiales pecuniarij fraudulẽtèr decocti ſunt, & cũ pecunia Fiſcali aufugerunt, vt probat idem Text. in verſ. Decocti, & in verſ. Interuerſione. Nã (omiſſa declaratione Acurſij, in verb. Decocti, qui proculdubiò Hallucinatus eſt in ſua expoſitione) decoquere idem eſt, quod bonis cedere, & vulgò dicitur fallire, vt benè aduertit Alciatus in eadem l. Si aliquid, & probat Text. apertus in l. Quilibet Principalium, C. de Decurionibus, lib. 10. quem Alciatus ibi non citauit, ſed nõ omiſsit Hothomanus de verbis Iuris, in verbo, Decoctores, & elegantèr noſtri Iuriſconſulti dixerunt, foro cedere, quod ſimiliter idem eſt quòd Decoquere, vt in l. Si hominẽ, §. Quoties, ff. Depoſit. & in l. Si debitor. ff. de Curat. bon. dan. Et antiquitùs dicebant,*

bant, ſolum vertere, vt meminit Budæus in Annot. ad Pandect. in l. Aut facta, §. Euentus, ff. de Pœn. fol. mihi 51. à tergo, in 2. Annot. Idque apertiùs probatur ex illo verbo, Interuerſione Nã interuertere, idem eſt, quod auferre, & furari, vt probat Text. in l. Si quis ſeruo, verſ. Vtroque autem caſu, ff. de Solut. & in l. Qui in contractibus. C. de Iur. Fiſc. lib. 10. Et tãdem concludit: *Patet igitur apertè, quòd ille Text. procedit in officialibus pecuniarijs tantum, qui cũ publica pecunia aufugiunt, & foro cedunt, & ſic ipſo iure, ipſoque facto officiũ, & adminiſtrationem amiſerunt.*

4 In quo etiã pro explicatione *d. l. Quilibèt*, licèt obitèr, notãd⁹ eſt alius lapſus Accurſ. *in eius expoſitione, verb Plũbatarũ*, vbi ita exponit; *id eſt, damnetur Plũbo; id eſt, in metallũ, vt ſuprà de his qui pot nom. tit. aff. l. 1.* Nam Plumbatę ibi ſunt pilę plumbeę, de quibus meminit Vegetius *lib. 1. de Re Militar.* Vndè Imperator ſenſit de Verberibus eis inferendis plumbatis prædictis, vt innuunt *eadẽ verba legis*, ibi: *Ictibus plumbatarũ*, & ſimiliter verba *l. 2. C. de Exactor. trib. eod. lib. 10.* ibi: *Nemo Carcerẽ plumbatarũq; verbera, aut pondera, aliaque ab inſolentia ludicum reperta ſupliçia in debitorũ ſolutionibus, vel à peruerſis, vel ab iratis ludicibus expaueſcat,* & ita intelligunt *L.* Luc. de Pœn. & Ioan. de Platea, & apertius in noſtra materia obſeruat Stracca *de Decoctor. 3. p. nu. 4.* vbi ſuprà dictis addit, id probari *in d. l. 1. C. de His qui pot. nom. tit. aff.* quam pro ſe adducit Accurſi. his verbis: *Et clariùs probatur in citata l. 1. &c.* in illis verbis: *Affecti plumbo perpetuis metallorũ ſupplicijs deputentur; id eſt, percuſi, & exulcerati plumbo, plumbatarum ictibus, metallorum ſupplicijs deputentur*, declarat etiàm cũ Menoch. Farinac. & alijs Petr. Caualus *cent. 1. caſu 99. n. 82.* Guacin. *de Confiſcat. bonor. concluſ. 31. n. 40.* & ita etiàm exponit D. D. Ioan. de Solorçan. *de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 20. n. 64 & 65.* Vbi, quòd erat quaſi flagellum ex funiculis, in quorũ ſummitatibus glandes plũbeę erant impactę, & his terga, ac collum damnati hominis verberabantur, licèt de hoc dubitet alitèr exponens Matieç. *in l. 1. tit. 19. lib. 5. Recop. gloſſ. 2. n. 4.* & cóprobatur ſimiliter ex Breuiario Romano *vbi in Lectionibus* referens diuerſa martiria, & genera tormentorum, quæ Sancti paſsi ſunt, facit mentionem huius, in pluribus locis, & ſpecialitèr *in Vita S. Eraſmi, die 2. Iunij, lect. 3.* ait: *In Cãpania plũbatis, & fuſtib⁹ ceſſus.* Benè Amaya *in l. 2. C. de Exact. trib. lib. 10. n. 2.*

5 Quæ concluſio, principalis ſingularitèr etiam comprobatur *in l. Nullus 2. C. de Palatinis Sacrar. largitionum, lib. 12.* quæ ita ait: *Nullus Theſaurẽſis, vel officialis Comitis theſaurorũ ſemèl deprehenſus euerſor, quocumque pacto, aut repetat militiam ſuam, aut aliam ſibi requirat, per ambitum, dignitatem, vel ſe ſe transferat ad aliam quamcumque militiam.* Vbi Accurſius *verbo euerſor*, addit. *quia malè geſſit,*

ſit, & Gothifredus *in Pandect. lit. S.* dicit: *Euerſores hic, & l. 1. C. Theodoſiano de ſuſceptoribus* (*qui interuerſores in l. 8. ſuprà de iure Fiſci*) *ſunt adminiſtratores, qui dolo malo dilapidant rem, pecuniamve Fiſcalẽ*, & Luc. de Pœn. *notat in princip. d. l. Nullus. Officialis in Theſauris publicis deputatus ſub Comite Sacrarũ Largitionum, ſi repertus fuerit malè geſiſſe, priuatur officio, ad quod redire nõ poteſt, nec ad aliud ſe transferre, nec ad dignitatem aliquã aſpirare, &c.* & melius Ioa. de Platea præmiſſa eadem cõcluſione addit, *& hanc legem nota, pro Theſaurarijs, ſeu pro conſeruatoribus monetæ, ſeu defenſoribus æris cõmunis, quia ſi reperti fuerint aliquam fraudem commiſiſſe in officio, priuantur, & illo, & omni alio officio, & dignitate, &c. & in fi, quia ſemel malus ſemper præſumitur eſſe malus. Vt in reg. iur. ſemel malus.* Et confirmat etiam *in l. Ordinariorum 7. C. de Cohortalibus Principibus, &c. lib. 12. n. 2.* de qua regula præter ordinarios videndus Paul. Granut. *Theor. 23.* & D. Frãc. de Amaya *in l. 2. C. de Exact. trib. lib. 10. n. 30. & ſeqq.* Vbi circà hãc concluſionem duo ſpecialia notat. Vnũ quòd â ſententia lata cõtra talem officialẽ non detur appellatio, & alterum quòd etiam in abſentes ferri poſsit ſententia, vt ibi probat, & declarat.

6 Et cõprobatur etiam optima deciſ. Tex. *in l. Iudices 12. C. de Dignit. lib. 12.* ita ſtatuentis: *Iudices, qui ſe furtis, & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti, ablatis codicillorũ inſignibus, & honore exiti, inter peſſimos quoſque, & plebeios habeantur. Nec ſibi poſthàc de eo honore blãdiatur, quo ſe ipſos indignos iudicauerũt.*

7 Et facit ſimiliter in argumẽtum Tex. formalis, *in l. 14. §. 1. verſ. Ignominia, ff. de Re militar.* ibi: *Ignominia miſſus ad Iudicem ſuũ remittendus eſt, nec recipiendus poſteà volens militare, licèt fuerit abſolutus. L. Nullus, C. de Diuerſis officijs, lib. 12.* Vbi & Ioan. de Platea, *& in l. Quicumque, eod. tit.* Palac. Rub. *in Repetit. cap. Per veſtras, de Donationibus inter vir. & vxor. notab. 3. §. 4. n. 8.* Vbi alia iura ad id adducit. Et in Patre legitimo adminiſtratore bonorum filij â iure. Quòd ſi ſemel ob dolum, vel culpam fuit ab adminiſtratione remotus, amplius ad eam reintegrari non debeat, etiam ſi cautionem offerat, elegantèr animaduertit Alex. *in l. Imperator, n. 7. ff. ad Treb.* Rip. *in l. Si conſtante, in fin. ff. Solut. matrim.* Pinel. *in l. 1. 2. p. nu. 38. C. de bon. mater.* D. Molin. *de Hiſp. Prim. lib. 1. cap. 16. n. 14.* Paſchal. *de Patria poteſt. part. 1. cap. 2. nu. 102.* Bald. & Paul. de Caſtro *in l. Mancipia, C. de Seru. fug.* qui loquuntur in Iudice condemnato in ſyndicatu, & cũ eis, & alijs Aug. Dulcetus *in tract. de Syndicat. n. 54.* Baiar. ad Iul. Clar. *l. 5. Sentent. §. fin. quæſt. 73. nu. 11.*

8 Probant ergò prædicta iura ſpecialitèr in noſtris decoctis, non debere iterũ admitti ad eãdẽ cõductionem, vel adminiſtrationẽ, vndè non immeritò affirmauimus *ſuprà quæſtion. antecedenti,*

num.9.& 10. ab omni Iure, & ratione alienum eſſe, eos ſub prædictis machinationibus, & fraudibus recipere, & fouere, & idem probatur etiam *in l.2. tit.19. lib.5. nouæ Recop.in princip.* quę ita diſponit: *Y Nos por la preſente declaramos, los que aſsi ſe alçaren, ſer publicos ladrones, y verdaderos robadores, y querèmos, que en caſo que las penas criminales en ellos no ſeã executadas, q̃ el mercader, ò cambiador, ò ſu factor, que aſsi ſe alçare, dẽde en adelante no pueda tener, ni vſar, ni tenga, ni vſe oficio de mercader, ni de cambiador, ni factor. Ca Nos por la preſente por el miſmo hecho, ſin otra ſentencia, ni declaracion alguna, los inhabilitamos de los dichos oficios para toda ſu vida. Quam legem, & ordinat. Luſitanam, lib.5. tit.66.§.11. ad fin.* & Stracc. ad id citat Thom. Valaſc. *alleg.13. num.206.* ibi: *Semel autẽ condemnati in hoc crimine Decoctionis ex dolo, & fraude ſua, amplius mercaturam exercere non poſſunt,* & eandem reſolutionẽ cõfirmat *l.7. in fin. d. tit.19. lib.5. Recop.*

9 Et generalitèr ea concluſio in quibuſcumque officialibus cõprobata extat in dictis Iuribus, ad quod quotidiè allegatur præcipuè Text. *in d.l. Si aliquid,* cuius deciſio ad omnes materiæ quæſtiones poteſt exornari ex traditis per Farin. *in Prax. crimi. to.1. tit. de delictis, q.19. à n.43. & conſ.5. n.23. tom.1. conſ. crimi.* Bobadill. *in Polit. lib.1. cap.16. num.18.* & ibi adducti *lit. B.* Giurb. *conſ.65. à n.45.* & latius *conſ.44. maximè à n.13.* Maſtrill. *de Indulto cap.40.* Merlin. *controu. Foren. ſ. centur.2. cap.28.* D.D. Ioan de Larr. *deciſ.98. n.58. to.2. deciſ. Granat.* Berart. *in Specul. Viſitat. cap.21. n.8.* D. Ioan. Franciſc. del Caſtill. *deciſ.162. num.30. tom.2.* Et facit *l.58. tit.5. lib.2. Recopilat.*

10 Et quòd ſi exemptus, vt Clericus, ſeu alius officium ſæculare adeptus delinquat, poſsit per iudicem Laicum eo priuari defendunt Bobadilla *in Politic. lib.2. cap.18. num.99.* vbi pluribus comprobat Zeuallos *de Cognit. per viã viol. quæſt.64. num.14. verſic. El ſegundo caſo es,* Ioann. Garcia *de Nobilit. gloſſ.9. num.33.* Berart. *in d. Specul. Viſit. cap.3. à num.34. vſquè ad 43.* vbi benè declarat, Iban de Bardaxi *in Commentarijs ad foros Aragonenſ. for.2. rubr. Quòd Prælati in cauſa criminali, ratione temporalitatis citati, non teneantur comparere, num.5.* Mar. Curtel. *de Immun. lib.2. q.19.* D.D. Ioan. de la Rea *d. deciſ.98. num.15. in fine.* Vbi plures adducit pro hac quęſtione. An Clerici, qui magiſtratum ſecularem obtinent, per iudices Laicos poſsint viſitari? & Bobadilla, & Zeuallos loquuntur in Conſiliario Regis, qui delinquit in officio. Licet alij, & quidem caurius, contrariũ teneár, ſcilicèt, Narbon. *in l.20. tit.1. lib.4. Recop. gloſſ.20. à n.21. & n.28. & ſeqq.* D Couar. *in practicis, cap.33. n.6.* & benè more ſuo exornans D.D. Ioann. de Solorçan. *de Iur. Indiar. tom.2. lib.3. cap.8. à num.66.* & cum alijs Diana *part.1. tract.1. de Immunit.*

Eccle-

Eccleſi. reſolut. 18. Surdus *conſ.* 396. *num.* 32. *& ſeqq. vol.* 3. & plures referens tàm Theologos, quàm Iuriſtas, quos ſequitur D. Ferdinandus de Eſcaño *in Propugnac. Hieroſolymit. diſcept.* 13. *cap.* 5. *num.* 16. Thomâs del Bene *de Immunitate Eccleſiaſt. cap.* 9. *dubit.* 35. *ſect.* 1.

11 Et facit *cap.* 11. *Seſsione* 25. *de Reformatione*, Concilij Tridentini, vbi conceditur facultas Epiſcopis corrigendi, & caſtigandi, tàm Regulares, quàm Sæculares, qui Animarum Curam exercent, ſi delinquerint in Sacramẽtorum adminiſtratione, & in alijs ad eius Officium pertinentibus, de quo latè Emanuël Rodriguez *tom.* 1. *quæſt. regular, quæſt.* 36. *art.* 4. Zenedo *in Canonicis Q. Q. quæſt.* 26. *à principio*, D. D. Franciſcus Salgado *de Reg. Protect. part.* 4. *cap.* 14. *num.* 102. Diana *tom.* 8. *reſolut. Moral. tract.* 5. *de Executor. teſtam. reſolut.* 37. Vbi latè diſputat, an Regulares, ſiue Mendicantes, ſiue non, vt executores teſtamentorũ, teneantur rationem dictę executionis ordinarijs reddere, & ab his, ſi in eo, deliquerint, puniri.

12 Thom. Carleu. *de Iudicijs, tom.* 1. *diſput.* 2. *n.* 431. vbi adducta *l.* 14. *tit.* 5. *lib.* 3. *Recop.* qua, nouiori Iure, correcta *l.* 12. *tit.* 16. *lib.* 2. *Ordinam.* permiſſum fuit, Equites S. Iacobi, Calatrauę, & Alcãtarę fungi publicis muneribus, & Officijs adminiſtrationis Iuſtitiæ, refert concordiam factum inter Regem Noſtrum, & Capitulum Generale Ordinis Diui Iacobi (quã vocant Cõcordiam Comitis de Oſſorno) per quam inter alia Decretũ fuit, vt Religioſi Equites Militares in Officijs publicis delinquẽtes, ſubderentur quoad ea delicta Iudicibus Sæcularibus, pro qua Quæſtione videdi ſunt Gabriël Berart. *in Speculo Viſitat. cap.* 3. *n.* 46. *&* 47. Epiſcop. D. Nicol. Fermoſin. *alleg.* 16. *p.* 2. *alleg. Fiſcal. n.* 12. Vbi idem reſoluit in Officialibus, & Miniſtris Sancti Officij delinquentibus in Officio, ſeu adminiſtratione publica. Graſis *de Effectib. Clericat. effect.* 1 *n.* 82. & alij adducti à Thoma del Bene *de Parlament. dubit.* 4. *ſect.* 20. *ſubſect.* 2. *n.* 5. Fr. Ioann. del SS. Sacramẽt. *de Offic. Prioris Clauſtralis, p.* 4. *princip.* 7. *n.* 91. Eſcaño *in Propugn. Hieroſol. d. diſput.* 13. *cap.* 5. *per totũ.* Vbi exactè materiam per tractat. Et in nobili, qui in officio deliquit quod acrius puniẽdus ſit etiàm corporaliter, *ex cap. Cũ quidam* 12. *de Iur. iuran. l. Presbyteri* 8. *C. de Epiſc. & Cler. l. Vnic. in fin. C. de Conduct. & Procur. lib.* 11. *l.* 1. *tit.* 17. *p.* 2. vbi Greg. *gloſſ.* 1. & alijs authoritatibus probat Faria *in Addit. ad Couarr. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 39. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 2. vbi allegat Text. indiuidualem *in d. l. Iudices, C. de Dign. lib.* 12. ibi: *Inter peſsimos quoſque, & Plebeios habeantur*, ſequitur Marinis *in Obſeru. ad deciſ.* 114. *Reuerterij, n.* 1. Ioan. Philippus Teſtay *alleg.* 7. *num.* 94. *&* 95.

13 Et tũnc dicitur quis delinquere ratione officij, quando delinquit intuitu, vel prætextu officij, vel eius contem-

platione, ſeu fiducia, vt declarant Rouitus *ad Pragmat. de Officialibus, & quæ his prohibeantur in rubrica num. 9.* Farinacius *in Praxi, tom. 1. quæſt. 19. num. 44.* Giurba *conſ. 65. num 47.* Idem Farinacius *conſ. 5. à num. 1. volum. 1.* D. Franciſcus Merlinus *cent. 2. controu. forenſ. cap. 28. num. 3.* Bobadilla *in Politica, lib. 2. cap. 17. num. 60.* Maſtrillo *ad Indultum cap. 40.* Epiſcopus Villaroël *en el Gouierno Eccleſiaſtico part. 2. quæſt. 14. artic. 5. num. 29. & ſeqq.* & quàm plures alij relati à D. Michaële de Cortiada *in Prax. contention. Regn. Aragon. part. 1. deciſ. 30. num. 96.* & à Carleual. *de Iudicijs tom. 1. diſt. diſputatione 2. num. 521.* Narbona *in l. 20. tit. 1. lib. 4. Recopilationis, gloſſ. 20. num. 123.* Tondutus *de Præuent. Iudicial. cap. 11. num. 27.*

QVÆSTIO XV.

In qua exponitur noua, & peculiaris limitatio concluſionis, quòd Officiales ob delictum omiſsionis non debent Officio priuari, in Officialibus, & Miniſtris Conſilij Regij Patrimonij, qui ex hac cauſa poſſunt amoueri.

Summarium Quæſtionis Decimæ quintæ.

Num. 1. Officialis creatus à Rege ad beneplacitum, vel ſimilibus clauſulis, cenſetur perpetuus, & non debet ſine cauſa graui ab Officio remoueri.

2 *Officiales, & Miniſtri Conſilij Regij Patrimonij, etiam ſi vitio careant, nec delictum commiſsionis admiſerint, ſi in exercitio Officij, ſeu muneris iniuncti aliquid omittant, vel negligant in præiudicium rei Dominicæ, poſſunt ab eo remoueri, & adducitur* Marius Curtelus, *qui refert ita executum per Dominum Noſtrum Regem Philippum Quartum.*

3 *Limitatio prædicta fundamentis adſtruitur.*

4 *Negligentia eſt delictum in eo, qui exercet Officium cum adminiſtratione, & punitur pœna priuationis ipſius, maximè ſi ex negligentia damnum illatũ eſt Reipublicæ, vel priuato. Et num. 5.*

6 *Quod comprobatur in Fiſci Officialibus, in quibus requiritur vigilantia, & exacta diligentia, & negligentia eſt lata culpa, & delictum. Et num. 7 8. & 9.*

10 *Epiſcopus propter negligentiam com-*

commiſſam in ordinando, & in perſequenda hæreſi, ſicut etiam in hoc Inquiſitores hæreticæ prauitatis, à Dignitate, & Officio remouentur, & item Prior, ſeu Abbas Monaſterij negligens.

11 Princeps, ſi ei liqueat euidentia certa, & indubitabili, de doloſa, ſeu deſidioſa, & præiudiciali adminiſtratione Regij Patrimonij, an poſsit Officialem ſine citatione, & forma iudiciale amouere?

12 Principis beneficium debet eſſe conſtans, & manſurum, & nemo ſine citatione, & proceſſu poteſt damnari, vel ab Officio remoueri, quod maximum eſt dedecus.

13 Princeps non debet facilè delationibus contra Magiſtratus aſſentiri, nec ſindicatum, ſeu viſitationem contra eos decernere.

14 Princeps concedens Officium, ſeu munus cum clauſulis, noſtra mera, & libera voluntate durante, vel ad beneplacitum, & ſimilibus, poteſt, quoties libuerit, reuocare.

15 Procuratoris rei priuatæ negligentia imputatur Domino conſtituenti, eo quod negligentem elegit, vel eum in tempore non remouit, quod Principi aplicatur.

16 Princeps, quòd poſsit exiſtente cauſa, Officialem remouere, nemo dubitauit. Et num. 17. comprobatur in Officialibus Regij Patrimonij.

18 Princeps poteſt Officialem ab Officio, ſeu Magiſtratum à dignitate amouere ſine citatione, & proceſſu iudiciali, ſi ei de culpa, ſeu omiſsione, Reipublicæ, & bono publico præiudiciali liquidò, & euidenter conſtet.

19 Adducitur pro comprobatione ſingularis Text. in l. 3. tit. 18. lib. 8. Recopilat.

20 Referuntur Authores, qui de hac praxi in Supremis Tribunalibus atteſtantur. Et num. 21. & 22.

23 Princeps eſt Reipublicæ caput, & Parens, & ideò ad ſimilitudinem Patris Familias, in propria domo competit ei æconomica, & politica poteſtas, quæ non eiſdem regulis, quibus contentioſa metitur. Sed tamquam correctio, & præcautio futuri damni exercetur.

24 Princeps ex iuxta cauſa, & ob publicam vtilitatem poteſt omittere citationem, & iudicare veritate inſpecta.

25 Reipublicæ, & Officialis fauori congruit, vt ſine iudiciali cognitione, & accuſatione, quæ infamiam irrogat, res expediatur.

26 Salutis publicæ ratione, proceditur etiam in delictis militaribus Velo leuato, ſine citatione, & proceſſu.

27 Princeps ex hac æconomica, & politica poteſtate, poteſt etiã priuare vita nocentem abſque proceſſu, licèt rariſsimè exequendum ſit, vt expenditur. Et num. 28.

29 Hæc reſolutio confirmatur Grauiſsimorum Theologorum aſſenſu.

30 Princeps an, & quibus caſibus poſsit procedere omiſſa citatione?

31 Po-

31 *Poteſtas abſoluta an detur in Principe, & quomodò exercenda ſit? Et declarantur* l.2.& ſequẽtes vſque ad 5.tit.14.lib.4. Recopilat.

32 *Princeps Superiorem non recognoſcens, poteſt contra allegata, & probata ſecundum propriam conſcientiam iudicare, licèt alij Iudices non poſsint.*

33 *Proponitur Epilogus Quæſtionis, tàm quòad pœnas corporales, quã quòad reuocationes officiorũ.*

34 *Abſoluitur Quæſtio ſingulari, & ſpecioſo exemplari, in eiſdem terminis.*

35 *Refertur cura, & ſolicitudo Magiſtratuum, & Senatorum ad Præſens, in Regij Patrimonij Cõſilio aſsiſtentium. Et laudatur Illuſtriſsimus D. D. Didacus Zapata, eius Præſes.*

1 VT alacri frõte huic Titulo finẽ imponamus, animaduertere oportet aliquid ſpeciale, & nouum in noſtra materia, quod credo, Iuris ſtudioſis, & illius arcanis ſcrutandis deditis, non fore iniucũdum, ad quod ſupponitur, conceſsionem muneris, ſeu officij factam à Rege etiam ad beneplacitum, vel quãdiũ ipſe voluerit, iudicari perpetuam, ad hoc, vt ſine cauſa non poſsit officialis amoueri, *vt ex l. Iuriſperitos* 30. *ff. de Excuſat. Tutor.* ibi: *Et honor delatus finem certi tẽporis, ac loci non haberet*, notant Baldus *ibi & in cap.1.qui Succeſſor. teneantur*, & reliqui Doctores *in eadem lege*, elegans Text. *in l. 2. tit.* 10. *part.2.* ibi: *La primera, poniendo à cada vno en ſu lugar, qual le conuiene por ſu linage, ò por ſu bondad, ò por ſu ſervicio. E otroſi, mantenerle en èl, no faciendo porque lo debieſſe perder.* Vbi Gregor. Lopez *verbo Mantenerle.* Et idem *in l.6. verbo Acabaren, tit.4. part.3. & in l.20. verbo los Oficios, tit.13. eadem part.2.* & cum alijs Regni Doctoribus Auguſtinus Barboſ. *in Collectanea ad cap. Si gratioſè 4. de Reſcriptis in 6. num. 2.* latè Boërius *deciſ.149. num.11 & in Tractatu de Authoritate Magni Conſilij, nu.154.* Natta *conſ.58. num. 8. lib.1.* Capicius *deciſ.* 116. Ponte *de Poteſtat. Proreg. tit. 3. à num. 4. & conſ.22. num. 3. in fin. & deciſ 7. num. 13.* Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.1. cap 27. à num. 16.* D. Molina *de Hiſpan. Primogen. lib. 1. cap. 25. à num. 3.* Matienço *in l.6. tit. 10. lib. 5. Recopilationis, gloſ. 2. num. 2.* Alfaro *de Offic. Fiſcal. gloſſ.8.* Rouitus *deciſ.* 36. *num.* 25. D. Franciſcus Merlinus *tom. 2. controu. 28. per totam*, Ripol. *de Regalijs, cap.35. num.64. & num.135. & ſeqq.* Caſtillo *lib.7. controuerſ. cap. 41. num.22.* Petrus Rebuffus (â nullo ex Authoribus quos vidi animadverſus) *in Tractatu de Regis Franciæ muneribus, ac prærogatiuis circa medium, verſ. Vndè ex prædictis congruè, & ad propo-*

propoſitum ſuccedit pulchra quæſtio, vbi latiſsimè quæſtionem comprobat, & exornat Caldas Pereir. *conſ.* 8. *num.* 64. Zeuallos *tom.* 1. *Commun. contra comm. quæſt.* 425. *num.* 15. *& ſeqq.* D. Michaël Cortiad. *in praxi contentionum, deciſ.* 10. *num.* 86. *& ſeqq. tom.* 1. vbi duas columnas Doctorum citat, Thomàs Pellicionius *in illuſtribus Iuris quæſtionib. quæſt.* 21. *cap.* 1. *verſic. Idem etiam eſt, fol. mihi* 153. Pinelus *in* 1. *part. Rubric. C. de Reſcind. vendit. num.* 31. Mieres *de Maioratib.* 4 *part. quæſt.* 10. *num.* 28. *&* 29. Ioannes Andreas Georgius *allegat.* 46. *per totam*, vbi loquitur in gratia facta per inuictum Cæſarem Carolum V. elemoſinæ annuæ Ducatorum quingentum cuidam Hoſpitali erecto pro Peregrinis hoſpitandis (durante Regio beneplacito) & probat, non poſſe ſine cauſa reuocari, nec ſuſpendi per ſucceſſores, *&* *num.* 47. ſic clauſulam illam exponit: *Et aliàs ſine cauſa facta reuocatio non valeret, arguendo, quòd ſit compoſitum à verbis benè, & placitum, quaſi quòd à bono debet incipere, immo quòd actũ perpetuitatis deſignat*, Pereir. *de Manu Regia* 2. *p. cap.* 61. *num.* 30. & vt diximus *quæſt. antecedent ex dict. l. Si aliquid* debeat officialis delinquere in officio, vt eius diſpoſitio locum habeat, adeò vt requiratur delictum commiſsionis, & non ſufficiat ommiſsionis, ſeù negligentiæ, niſi ea ſit dolo proxima, vt rectè probat Merlinus *dict. cap.* 28. *num.* 4. *& ſeqq. & num.* 8. & conueniunt Doctores ſuprà citati.

2 Hæc concluſio limationem patitur in officialibus, ſeu Miniſtris huius Supremi Conſilij Regij Patrimonij, ſiuè maioribus, ſiuè minoribus. Nam hi etiam ſi vitio careant, nec culpam commiſsionis admiſerint, ſi tamèn aliquid ommitant, vel negligant ſpectans ad exercitium officij, ſeu muneris ſibi iniuncti, ita vt omnem in rebus gerendis, & recta adminiſtratione, vel diſpenſatione rei Dominicę diligentiam nõ adhibeant, amoueri poſſunt, & adminiſtratione, & dignitate priuari, vt notat D. Marius Curtellus *in Codice Legum ſicularum ad leges Martini nota* 63. *num.* 4. vbi poſita prima concluſione, ſic ait: *Id tamèn ità ſemper accepi, nè ſub exceptione hac, Patrimonij, ac Ærari Miniſtros includerem: Hi enim etſi vitio careant, ſi tamen aliquid ommittant, vel negligant, amoueri poſſunt*, & relatis Pragmaticis ſanctionibus, quæ in Regno Siciliæ hoc diſponunt, proſequitur: *Hoc ipſo enim eijci debent, quo omnem in rebus gerendis diligentiam non adhibent, nihilominùs ac procuratores rei priuatæ, qui precariam curam, nutuque reuocabilem exercent, adeò nè oppoſitum pactum, ſi in alienam rem conſtituti ſint, proficiat, leg.* 3. *de Procurat. Natura enim comparatum eſt, nè quis res meas, niſi quo vſque eius volũtatis ſim, adminiſtret. Optimè ergò Philippus Rex noſter cognomento magnus, vno die in Caſtella,*

ſtella omnes, qui ſibi in Patrimonialibus erant, vno excepto, gradu monit. Vt in poſterum ſcirent, curam eum peruigilem gerere, vt Sacrum Patrimonij non niſi eis, qui maximoperè Regalibus commodis ſtudent, demandaretur. Et idem repetit *in tractatu de priſca, & recenti Eccleſ. libert, lib.2. quæſt.19. num.13.* his verbis: *Hoc enim in adminiſtratoribus Fiſcalium rerum, & Diualis Patrimonij expeditum eſt, vt etiam abſque cauſa auelli ab adminiſtratione poſsint hoc ipſo, quòd inutiliter; magis verò ſi peruersè gerant, vt fundaui in Codice Politico nota 63. ad leges Martini fol. 603. vbi exempla retuli,* de qua mutatione Conſilij mentionem facit etiam D.D. Ioannes de la Rea *allegat.105. num.11. tom.2. allegat. Fiſcal.*

3 Et licèt hæc reſolutio à D.Mario Curtello nullis aſtruatur fundamentis, poteſt comprobari, & fulciri ſequentibus.

4 Primum, quòd negligentia ſola per ſe eſt delictum in quolibet officiali, qui exercet officium cum adminiſtratione, & punitur pœna priuationis ipſius, *l. Si quos, C. de Offic. Præfecti orientis, l. Quicumque, C. de Diuerſ. officijs, lib.12. Authent. de armis, §. ſancimus collation.6. Gloſſ. in l. Mancipia, verb. Exigatur, C. de Seruis fugit. Alià gloſſ. in cap. Cum ad Monaſterium, verb. Negligens de ſtatu Monachorum, cap. Felicis circà finem, de pœnis in 6. cap.1.* & ibi Abbas *vltim. notabili, de treuga, & pace,* Gregor. Lop. *in l.15. tit.4. part.3. gloſſ.1.* qui ita ait: *Et Iudex tepidus in iuſtitia exequenda, poteſt deponi à dignitate, vel officio, l. Magiſtratus, ff. de Adminiſtr. rerum ad Ciuitatem pertinent,* quę loquitur in adminiſtratore bonorum Reipublicę, & ita ait: *Magiſtratus Reipublicæ non dolum ſolummodò, ſed & latam negligentiam, hoc amplius etiam diligentiam debent.* Baldus *in dict. l. Mancipia, num.5.* & melius *in l. Quæ fortuitis, C. de Pignor. act.* vbi quærens, qualitèr culpę veniant in Officijs Magiſtratuum, & Aſſeſorum? dixit, quòd tenentur de leuiſsima culpa, *ex l. Non ſimile, & l. in Magiſtratum, ff. de Magiſtrat. conueniendis,* Bartolus *in l. Titium, & Meuium, ff. de Adminiſt. tutor,* vbi probat eum, qui ratione officij tenetur ad aliquid faciendum, ſi illud non faciat, præſumi eſſe in dolo, *l. ſideiuſſori, ff. Mandati, l. Magna, ff. de Verbor. ſignific.* Ioanes Philippus Teſtay *allegat.9. num.207. & ſeqq.* & pro concluſione facit *l.4. tit.17. lib.5. Recopilat.* Felinus *in cap. Irrefragabili, de Offic. ordinar. num.1.* Aſlictis *in Conſtitut. Regni, quæ incipit officiales Reipublicæ, ſub nu.3. verſ. Caueant etiam.* Balçaranus *de Feudis, lib.2. tit.53. num.6.* Loſeus *de Iure Vniuerſitatis part.3. cap. vltim. num.32. & ſeqq.* Didacus Perez *in l.1. tit.1. lib.8. Ordinam. gloſſ.1. verſic. & ſic officialis.* Narbona *in l.20. tit.1. lib.4. Recopilat. gloſſ.20. num.124.* Bobadilla *in Politica, lib.5. cap.1. num.153.* & cum alijs Carleual. *de Iudicijs,*

tom.

tom.1.diſputat.2.quæſt.6.num.518. Paris de Puteo *de Syndicatu*, verſ. *Negligentia, & quatuor verſiculis ſeqq.* Vbi ex ordine enumerat caſus, in quibus Iudicis negligentia punitur, qui eſt *in Tractatibus Doctorum, tom.7.fol.mihi 286.* Ludouicus Gomez *in Commentarijs ad regulas Chancellariæ, in regula de Triennali poſſeſſore poſt quæſtionem 28.* Vbi Epilogum omnium caſuum negligentiæ refert, & primum in Iudice conſiderat, Menochius *de Arbitrarijs, lib.2.caſu 341.per totum*, benè Euerardus Iunior *conſ.55.num.63.& ſeqq.* vbi ad quid teneatur hoc caſu, Teſtay *dict. allegat. 9. num.203.& ſeqq.* de quo latè, & elegantèr agit, & hanc reſolutionem comprobat D. Gabriël Berart. *in Speculo Viſitat.cap.22. num.33.& ſeqq.& cap.26.num.48.& 49.* Anibal Moles *in deciſ.Neapolitan.§.16.quæſt. 1.num.8.*

5 Quod â fortiori procedit vbi ex negligentia aliquod damnum illatum eſt Reipublicæ, vel priuato *ex l.Carceri, ff.de Cuſtodia reorum*, Boërius *deciſ.217.* D.Franciſcus de Amaya *in l. 3. C. de Canone largitionalium titulorũ, lib.10. num. 19. vbi à num. 15.* latè comprobat in Iudicibus delictum negligentiæ, & ommiſsionis ęqualiter, ac delictum commiſsionis eſſe puniendum, Auilès *in cap.1. Prætorum, verbo Fiel, num. 18.& ſeqq.* vbi poſt alios probat, quòd magis punitur Iudex negligens, quàm malè iudicans, ſequitur, & exornat Teſtay *dict. allegation. 9. num.206.* & conducunt *l.65.tit.5. lib.2.Recopilationis.* ibi: *De manera, que por falta, y diligencia de las dichas Iuſticias, no ceſſe el caſtigo, y no ſe cometan mas delitos. L.4.l.20. tit. 23. lib. 4. Recopilationis*, vbi propter negligentiam, Miniſtri Iuſtitiæ puniuntur, & notat Azeuedo *in dict. l.4.in princip.*

6 Secundum reſultat in noſtra ſpecie, ex deciſione Text. *in l.1.C.de Canone largitionalium titulorum*, quę ſtatuens Theſaurorum Præpoſitis, ſeu Theſaurienſibus (qui erant exactores, ſeu adminiſtratores miſsi per Diocœſes, ſeu Prouincias ad colligendas pecunias ex vectigalibus, vel tributis debitas, & eas ad Sacrum Comitatum; id eſt, Vrbem Regiam, ſeu Curiam mittendas, vt in ea declarat Amaya) ita ait, *quos ſolicitos eſſe debere præcedentia iuſſa decreuerunt. Et ex l.Vnica, C. de Conductoribus, & Procurat. ſiue Actoribus Prædiorum Fiſcal. lib.11.* quæ loquens in conductoribus Fiſci, & hominibus Auguſtę Domus, concludit: *Grauior enim pœna conſtituenda eſt in hos, qui noſtri Iuris ſunt, & noſtra debent cuſtodire mandata.* Facit *l.17. tit.7. lib.9. Recopilationis.* Vbi pœna priuationis officij mulctatur Iudex, qui ommiſerit intra terminũ ibi ſtatutum, mittere Regium Fiſcũ in poſſeſsionem bonorum debitoris ex cõductione gabellarum, vel ea vendere, quam notat, & concluſionem exornat D. Franciſcus

ciſcus de Amaya *in l. Iudices* 10. *C. de annonis, & tributis, lib.* 10. *num.*2. ex eo, quòd vtilitas publica verſatur in conſeruando ęrario Principis, & eius recta adminiſtratione, quam commendat, *bona l.*4. *tit.*1. *part.*2. cuius elegantia verba referuntur *infrà Tit.* 5. *quæſt.* 11. *num.* 4. & eſt ſingularis in puncto deciſio *legis* 8. *tit.* 3. *lib.*9. *Recopilation.* quæ iniungens Regij Patrimonij Conſiliarijs, & illius maioribus computatoribus, curam euitandi nominationes iudicum, & exequutorũ pro exactione vectigaliũ, & Regiorum redituũ, niſi in caſibus ſpecialitèr prouiſis in inſtructionibus, & punctuationibus gabellarum. Et quòd in eis deputentur ad talem exactionem Iudices Ordinarij proximiores Ciuitati, ſeu oppido, vbi facienda ſit cum moderatis ſportulis, & habita conſideratione ad eas, quas pro muneris exercitio percipiunt. Tunc talibus Iudicibus ad hoc electis præcipiunt, quòd ſummo ſtudio, & vigilantia exactiones breuitèr expediant cum ſequenti cõminatione: *Con apercibimiento q̃ les hazèmos, que pareciendo por teſtimonio auer ſido, ò ſer ellos negligentes, nueſtros Contadores embiarán à coſta de las dichas Iuſticias negligentes, Perſonas, que hagan cũplimiento de juſticia à las partes.*

7 Quibus conuenit *Authentico, vt Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, §. Eos*, his verbis: *Eos autèm, qui ita ſinè mercede ſumunt adminiſtrationes, præ omnibus ſtudium habere decet fiſcalia vigilantèr inſpicere*, quod in id notat Paris de Puteo *de Syndicatu, verſic. Iudex vt non arguatur de negligentia in Syndicatu, num.* 4. ſic concluſionem firmans: *Officialis poteſt ſyndicari, ſi non fuit diligens, & vigilans ad aſsiſtendum in exactione tributorum fiſcalium*, & confirmatur *ex conditione* 2. *ſecundi generis ſeruitiorum millionum*, & conceſsionũ à Regno Domino noſtro Regi factarum, in qua conceditur Iuriſdictio Iudicibus Ordinarijs, & Commiſſarijs Ciuitatũ, & huius Villę habentis votum in Curijs, ad procedendum in his cauſis, & additur: *Yen caſo de fraude, deſcuydo, ò negligencia, ò malicia, ò por otra qualquier razon que aya, ò pueda ofrecerſe en diminucion, y daño del dicho ſeruicio, y de quien le tiene arrendado.* Lucas de Pœna *in l Ordinariorũ* 7. *C. de Cohortalibus Princip. & c. lib.*12. *num.*1. vbi ita ait: *Itèm, cum officialis ponit Fiſco rationem de officio geſto per eum, debet cauere, quòd iura Fiſci paſsus non fuit ſua negligentia deperire, ſecundum Bartholomeũ de Capua, qui ad hoc inducit, ff. de Pignorat. act. creditor, & ſolut. Matrimon. ſi filio, §. Maritum. Immò de his cauere debet priuſquàm officij adminiſtrationem accipiat.*

8 Conducit Petrus Rebuſus *in Tractatu de Fiſco, & bonorum confiſcationibus, num.*198. vbi ex notatis per Doctores modernos *in l. fin. C. Vt in poſſeſsion. legator*

probat,

probat, Referendarium negligẽtem in ſuſcipiendo idoneos fideiuſſores pro vectigali Principis, teneri ad omne intereſſe, Guacin. *de Confiſcat.bonor.concl.*13.*ampliat.* 77.*n.*10. Vbi *ex l.Iudices, C.de Annonis, & tribut.lib.*10. probat officialem negligẽtem in exactione tributorum, puniri in amiſsione ſalarij. Et facit *l fin. C.de Bonis vacantibus, lib.*10. quam ad materiã adducit Maſtrill. *de Magiſtrat.lib.* 5.*cap.*8.*num.*87. loquens in Regio Fiſcali, nouiſsimè Emanuël Alvarez Pegas *in reſolut. Forenſ. cap.* 3. *n.*825. *& ſeqq.* vbi in his Miniſtris Regij Fiſci, & Ærarij ex Amaya, Fragoſo, & alijs probat, quòd nõ ſolũm de dolo, ſed etiàm de lata, & leui culpa tenentur, ſingulariter Thom. del Bene *de Immun. & Iuriſdict. Eccleſiaſt. cap.*9.*dubit.*35. *ſect.*1.*n.*15. vbi ſentiens, Principẽ Eccleſiaſticas Perſonas officijs ſæcularibus, quę exercent, via facti poſſe priuare, ſic comprobat: *Principes, vt Clerici ab ijs ſe abſtineant, ſine vllo litigio, naturaliter, nõ tamèn ciuiliter agendo, præſtare poſſunt; quod in adminiſtratoribus Fiſcalium rerum: & Diualis Patrimonij expeditum eſt, vt ſcilicèt etiàm abſquè cauſa per modum facti amoueri ab adminiſtratione poſsint, hoc ipſo, quòd inutiliter, & multò magis pernitiosè gerunt,* Eruditiſsimus D. D. Ioan. de Solorç. *in Polit. Indian. lib.*6.*cap.*15.*circà fin.* vetſ. *Y en quãto,* vbi agens de officialibus Regijs quib⁹ priuatiuè cõmiſſa eſt exactio rei Dominicę, ita ait: *Y en quãto à que no ſolo pueden ſer conuenidos por eſtas, y otras coſas, en que huuieren procedido, y obrado mal, ſino tambien por las deudas, y derechos tocantes à la Real Hazienda, que ſe huvieren dexado de cobrar, y perdido, ò empeorado por ſu negligencia, y deſcuido.* Quod fulcitur ea ratione quià hi, qui ſupèr Iuribus Camerę ſunt Præpoſiti (quæ Camera Patrimonium Regis denotat, & ſignificat, vt abundè probatur *infra Tit.*2. *q.*2.*n.*13.) dicti etiã ſunt Magiſtri, quaſi quòd magis, quã alij diligentiã impendant in Iuribus Curię tuendis, & quærẽdis: argum. Text. *in l. Quibus præcipua* 57. *ff. de Verbor. ſignifi.* vt obſeruat Anibal. Moles *in deciſ. Neapolitan.* §.9. *num.* 8. *&* 9. *&* §. 15. *num.* 4.

9 Eandem reſolutionem ſequitur, & cõprobat Regens Scipio Rouitus *deciſ.* 36. vbi agit de Magiſtro Regię Siclæ monetarũ Regni Neapol. & Credẽcerio Maiori, qui in exercitio officiorum omiſerant habere duos libros cũ ſpecifica deſcriptione ſingularũ partitarum, çris, argenti, vel auri immiſsi in eã ad laborem, vt poſſent cõferri pro euitatione fraudum, & probat deliquiſſe, & hanc negligentiam eſſe latam culpam, & delictum, & latè per totã agit de tali omiſsione, ſeu negligẽtia, quandò contineat latam, latiſsimam, leuem, aut leuiſsimam culpam, vel etiãm dolum ſaltim præſumptum, & quatenũs puniatur, de quo etiã Ioa. Andr. Georg

alleg 42. vbi agit de Magiſtris Rationalib⁹ Regię Siclę Regni Neapolis ad quos ſpectat iuriſdictio pǒderũ, & mẽſurarũ, & eis præeſſe, vt rectæ, & ęquales ſint, & punire cǒtra faciẽtes, & fusè tractat materiã deſidiæ, & negligẽtię in tali officio cǒmiſſę pœna priuationis dignæ, de quo Tribunali, & eius forma, & erectione vidẽdus D. Carol. de Tapia *in l. fin. de Conſtitut. Princ. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 50. quę eleganter comprobat, & confirmat D. Franciſcus Merlinus *lib.* 2. *controuerſ. Forenſ. cap.* 28. in caſu Dohanerij, vbi probat quòd ſi in officij adminiſtratione deliquit, tàm pro exceſsibus commiſsionis, quàm omiſsionis debet officio priuari, *& nu.* 5. cum Carleu. *de Iudic. tom.* 1. *dict. diſput.* 2. *n.* 518. *& ſeqq.* ſic ea delicta coęquat: *Cumquè non minus ſint poſteriora, quàm priora Reipublicæ præiudicialia, immò licèt non grauius, magis tamen omittens peccat contra officium, quia directo lædit principalem ipſius obligationem poſitiuam, quæ in faciendo conſiſtit, & cap.* 29. *ſequenti*, quærit, quales debeant eſſe probationes, vt Iudex poſsit, ab officio remoueri? *& eodem num.* 5. cum Ioanne de Platea *in l. Iudices, C. de Dignitat. lib.* 12. docet, eatenùs eſſe neceſſarium, quod Iudex ſit de crimine conuictus, quatenùs extrà officium, illud allegaretur commiſſum, vbi autem in officio eſt commiſſum, ſufficere talem, qualem probationem, & cǒprobat ex Georgio, & Rouito in locis proximè relatis, & alijs, & principalem concluſionem confirmat Maſtrillo *de Magiſtrat. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 86. ibi: *Quinimò occupare dicitur officialis bona, & res Regij Patrimonij, ſi ea permiſerit deperire, & conſequenter de ſuo, Fiſco Regis æſtimationem reſarcire ob ſuam negligentiã, &c.* benè ad caſum Reuerterius *deciſ.* 114. *num.* 1. vbi loquitur in rationali Tribunalis Regię Cameræ Neapolis.

10 Tertiò hæc reſolutio cǒfirmatur ex doctrina Leonis Papæ *in cap. Si qui Epiſcopi* 43. *§. Ecce* 1. *quæſt.* 1. vbi Epiſcopus propter negligentiam commiſſam in ordinando indignum, facultate ordinandi priuatur, & ex Text. *in cap. Excommunicamus* 13. *§. Volumus fin. de Hæreticis*, in quo Epiſcopus negligens in perſequenda hæreſi, ab Epiſcopali Officio deponitur, *cap. Cum ad Monaſterium de Statu Monachorũ, l.* 16. *tit.* 7. *p.* 1. quæ loquens de Priore, ſeu Abbate Monaſterij, ait: *Pero ſi fueſſe deſtruidor de la Orden, è non ouieſſe cuidado de la alimar, pueden, è debẽlo deſponer*, vbi Greg. Lop. *gloſſ.* 4. notat, *deponitur Prælatus propter negligentiam.* Vndè ſuccedit concluſio à Doctoribus cǒmuni calculo recepta, ſcilicèt Inquiſitores hæreticæ prauitatis, ob negligẽtiã in procedendo in cauſis fidei ab officio, & miniſterij Dignitate remoueri, vt probant Hoſtienſ. *in d. cap. Excǒmunicamus, §. vlt.* Paramo *de Origine Inquiſit. lib.* 3. *q.* 2. *nu.* 62. Peña *in Director. p.* 3. *comm.* 2. *verſ.*

Quod

Quòd verò ad imperitiam, & cũ eo Tamburino,& Caſtro Palao, Cęſar Carena *de Officio Inquiſit.part. 1.tit.5.§.14.num.* 109.

11 Prælibatis his fundamentis,inſurgit aliud neceſſariô excutiendum pro exacta materię perceptione,& caſus propoſiti à Mario Curtello, in eo enim notum eſt,amotionem SenatorumRegij Patrimonij factam,& exequutam fuiſſe â D.Noſtro Rege Philippo IV.vno die ſinè proceſu, & tela Iudicij. Videndum eſt ergò in hoc caſu deſidioſæ,& præjuditialis, vel doloſę adminiſtrationis Regij Patrimonij, ſi id Principi liqueat euidentia certa, & indubitabili, an poſsit ſine citatione, vel forma Iudiciali,indicere officio,ſeu muneris priuationem,vel ſuſpenſionem?

12 Et quidèm videtur Iuri, & rationi naturali conſentaneũ, quôd ſemèl officio munere, ſeù magiſtratu à Principe obtento, qui illum gerit debeat in eo conſeruari,& quietè permanere, cum debeat beneficium Principis eſſe manſurum, *cap. Decet de Regulis Iur.in 6.*cum traditis, *ibi in collectanea* à Barboſa,& à Camilo Borrelo *de Præſtantia Reg.Cathol. cap. 64 n.64.* Luc.de Pœn. *in l.fin.C.de Locat.Præd.ciuil.lib.*11. Vbi,quôd Princeps debet imitari Deũ, qui numquam reuocat beneficia collata in aliquem,ſed magis cumulat liberalitatis faſciculum, quem refert, & ſequitur Petra *de Poteſt. Princ.cap.24.n.*230. maximè quoniàm remouere officialẽ ab officio ſummum eſt dedecus, *l.Teſtamento Cẽturio 51.ff.de Manum. teſtam.* ibi: *Quos pœna coercuit,aut ab honore miniſtrandi, vel adminiſtrãdæ rei negotio remouit*, vbi notant DD.Platea *in l.1.C.de Primicer.lib. 12.& in l.Iudices,C.de Annonis,& tribut. lib.* 10. & cum alijs in noſtro caſu obſeruat Ioan.Philippus Teſtay *alleg.9.n.5.& 6.* Vbi,quòd potiori rarione procedit in maioribus iudicibus, Petr. Bellug. *in Specul.Princip.rubr.26.nu.5.*prętet naturam cóceſsionis,quam ſuprà probauimus.Et nemo quamtũuis reus, & grauiũ criminum perpetrator poſsit ſine citatione, & proceſſu damnari,*l.1.ff.de Requir. reis,l.Vt vim,ff.de Iuſt.& Iur.l.Sciẽtiam,§.Qui cũ alitèr,ff.ad leg.Aquil. l.Vnius,§.Cognituruũ,ff.de Quæſtion. cap.1.de Cauſa poſſeſſ. & propriet. cap.Cum intèr,de Except.*Graſis *de Except.except.21.nu 6.*vbi plures, nàm cum ſit defenſio à Iure Naturali dimanans,nulli deneganda eſt, *l.Deſertorẽ 3.§.Si ad diem,ff.de Re militar. Text. cum Gloſſ.* quem dicit eſſe ſingularem *in l.1.ff. de Furib.Valnear.*& non vulgaris *l.1. C.de Iure Reip. lib.11. Clem Paſtor. §.Cæterùm, de Re Iud.l.Defenſionis facultas,*vbi Bart. *C.de Iure Fiſc.lib.* 10.& notant DD. in Iuribꝰ ſuprâ relatis,Ramirez *de Leg.Reg.§.27. n.84. ad fin. & n.85.* D. D.Franc. Salg.*de Reg.Prot.p.2.cap.1.ſub nu.* 17.Guac.*de Defenſ.reorũ defenſ.*10. *cap.1.ſub n.4.*&ex profeſſò pluribꝰ authoritatibꝰ exornans D. Franc.

Varon. *de Citat. q.* 1. *à nu.* 4. & cum multis Cuenca *de ſui defenſion. lib.* 2. *q.* 2. *n.* 3. *&* 4. adeò verũ probat, vt etiàm Diabolo in lite defenſio cõpetat, & debeat concedi Tuſch. *Pract. concl. litt. D. conclu.* 129. *n.* 23. Hortenſ. Caualcan. *de Brach. Reg. p.* 1. *n.* 172. *& à nu.* 207. licèt *n.* 210. Impugnet hanc aſſertionem, cum Diabolus nõ ſit capax defenſionis, & in pũcto ità ponderat Belluga *d. rubr.* 26. *in allegat. ibi inſerta n.* 11. *& ſeqq.* & latè *rubr.* 11. *§. Reſtat, n.* 5. vbi Camil. Borrel. *in Addit. verb. Citari partem,* pluribus comprobat Ioan. Aloyſi. Cathalan. *de Indulto, cap.* 12. *n.* 73. *&* 74. Zeuall. *quæſt.* 425. *num.* 18.

13 Maximè cũ Princeps nõ debeat facilè delationibus contra Magiſtratus aſſentiri, vt monet Diu. Gregor. *in cap. Si quid verò* 23. 86. *diſt.* nèc ſyndicatũ, ſeu viſitationem contra eos decernere, cũ nulli maioribus periculis, & falſis inſinuationibus expoſiti ſint, quã optimi Cõſiliarij, & Iuſtitiæ cultores, qui ex debito muneris ſibi à Deo, & Rege eius Vicario in terris, iniũcti, coërcitioni improborũ intendunt, ex quo eos ſummo odio habent, & pluribus inſidijs, & iniuſtis delationibus proſequũtur. Vt latè, & elegantèr cõprobat D. D. Ioan. de Larrea *alleg.* 101. *per tot.* iunctis etiàm his, quę in eadẽ materia cumulauit *deciſ.* 98. *tom.* 1. *deciſ. Granat.* & ſingulariter notat Text. *in cap. Qualiter, & quando* 24. *de Accuſat.* cuius verba in id refert Excelentiſsimus, & doctiſsimus D. D. Chriſtophorus Creſpi *obſeruat.* 7. *num.* 27. *l.* 11. *tit.* 1. *par.* 7. quam mirabilem dicit Ioannes Gallego *in reſponſo de ſyndicatu,* quod ſcripſit in cauſa propria *p.* 1. *cap.* 1. *n.* 13. Eruditiſſ. D. D. Ioa. de Solorç. *de Iur. Indiar. to.* 2. *lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 18. *& ſeqq. & in Politic. Indian. lib.* 5. *ca.* 10. *col.* 1. *pag.* 843. Gabriël Berart. *in Specul. Viſitat. cap.* 3. *num.* 69. *& ſeqq.*

14 Sed nihilominùs non debet abſolutè Principi denegari hæc facultas, & poteſtas.

¶ Primò, quia in officijs, & muneribus à Principe elargitis cum his clauſulis, *noſtra mera, & libera voluntate durante, vel ad noſtrum beneplacitum,* & ſimilibus (vt ſemper conceduntur) verior ſententia eſt poſſe Principem, quotiès libuerit, reuocare, *l.* 1. *ff. de Precario,* vbi inquit Vlpian. *qui precariò concedit ſic dat, quaſi tùnc recepturus, cum ſibi libuerit, precarium ſoluere, & eſt ſimile commodato. l.* 2. *§.* 1. *eodem.* ibi: *Id habere naturalem æquitatẽ. Namquè precarium reuocare volẽti, competit. Eſt enim natura æquum tandiù te liberalitate mea vti, quandiù ego velim, & vt poſsim reuocare, cum mutauero voluntatem.* Bald. *in l. Reſcripta, n.* 13. *C. de Præcibus Imp. offer. & in l. Qui ſe Patris, C. Vndè liberi,* & cum multis Pinel. *in rubri. C. de Reſcind. vendit. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 31. verſ. *Licèt contrarium,* Caſanate *conſ.* 43. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 27. vbi latè probat cum multis poſſe Principem ad libitũ Magiſtratus, quos ele-

elegit, vel permiſsit remouere, aliàs enim neceſsitati ſubijceretur, quod eſt Principis voluntati commiſſum, Caſtillo *de Tertijs, cap.41.num.22.* D. D. Ioannes de Larrea *allegat.70. num.9. & allegat.119.num.11.part.2.* vbi limitat in officijs in præmium, vel ob ſeruitia conceſsis, vel pretio emptis, de quibus etiàm loquuntur Menochius *de Arbitrarijs, lib.1. quæſt.55. num.2.* Gratianus *lib.1. diſceptat. Forenſ. cap.167. num.30.* Cabedo *deciſ.20. à num.2. part.2.* Hermoſill. *in Notis ad l.53. tit.5. part.5.gloſſ.6.num.7.* D.Petrus Noguerol.*allegat.5.num.26.* Caualcanus *de Brachio Regio, part.1.num.245.* Petra *de Poteſtate Principis, cap.24. num.246.* vbi prædictam limitationem probat, Franciſcus Varonius *de Citatione, quæſt.18. num.61.* vbi probat non eſſe neceſſariam citationem in actu pẽdente à libera voluntate, Anſaldus *conſ.57. num.6.* D.Franciſcus de Amaya *in l.3. C.de Canone largitional. titul. lib.10. num.20.* qui omnes licèt hoc ſequantur, tamèn agnoſcunt, ſinè cauſa numquàm Principem ſolere, nèc eum decère ea poteſtate vti, vt prætèr eos latè diſputando tradit Fontanel. *de Pactis, clauſ.4. gloſſ.10. part.1.num.145. & ſeqq.* Calixtus Ramir.*de Lege Regia, §.30.nu.42.* Mar.Curtel.*deciſ.10.n.18.* & latius *tract.1.diſcur.2.p.6.n.194. & ſeqq.*

15 Quod cõfirmatur ex ſimili adducto à Mar.Curtel.procuratoris rei priuatę, qui precariá curam nutuq; reuocabilẽ exercet, & pactũ in cõtrariũ appoſitũ nõ proficiet. Is ergò omitendo præiudicat Domino conſtituenti, ea ratione, quia ei negligentia procuratoris imputatur, ex eo quôd eũ negligẽtẽ, & deſidioſũ elegit, cũ diligẽtiorem deputare debuiſſet, vel eũ in tempore remouere, *vt ex gloſſ. in cap.1. verb. Procuratoris, vt lite non conteſtata* tradit Regens D.Carol. de Tapia *deciſ.S.C.40.n.20.* Felin. & Abb.*in cap. Cũ olim, de offic. Deleg.* Rota Gen. *deciſ.14.n.62.* Ioan. Andr.Georg.*alleg.149.n.79.* & cũ alijs Golin. *de Procurat. p.2.cap.5. nu.2.* & ideò Princeps, cui magis incumbit Procuratores, & adminiſtratores Regij ęrarij, Dignitati, & publicis neceſsitatibus deſeruientis, ſolicitos, & diligentes adhibere, Iure poterit eos, ſi in hoc deficiãt, amouere, nè in prædictam labem incidat, & qui eſt omnium Præſul, deterioris conditionis ſit, quã priuatus, pro quo faciunt optimè verba Iuſtiniani, *in §.fin.Inſtit. de Oblig quæ ex quaſi delicto naſcun.* ibi: *Et aliquatenùs culpæ reus eſt, quòd opera malorũ hominũ vteretur.* & Vlpian.*in l.3.ff.de publ.& vectig.* ibi: *Quià debet bonos ſeruos ad hoc miniſterium eligere,* & cõprobat in puncto Cabed.*deciſ.80.à n.5.& nu.11.* ibi: *Vel quandò prohibere potuit Rex, & nõ prohibuit, immò per illum ſtetit, &c.*

16 Secundô, quià exiſtente cauſa nemo dubitat, hãc poteſtatem, & facultatem Principi cõpetere, *cap.1. de Feudo ſine culp. non*

amittendo. Abbas *in cap. Cum venerabilis de exception.* & *ibidem*, Felinus *num.49.* vbi citat Petrum de Anchartano *in Clement.1. col. 10. verſic. Secundo oppono de conceſſione præbendæ*, & cum eo ita ait: *Poſtea limitat, niſi ſuperueniat inhabilitas: quia repellet ab officio nedum habendo, ſed habito, idem ſi non ſuperueniat, ſed in effectu doceat experientia ipſum non eſſe, ad officium aptum, quia à Superiore remouebitur*, Menochius *de Arbitrar. lib. 1. dict. quæſt. 55. num. 10.* & *num. 13.* & *16.* vbi refert ita obſeruatum in Senatu Mediolanenſi cum quodam interprete conducto ad legendum in Gymnaſio Papienſi, Gratianus *dict. cap. 167. num. 43.* ibi: *Exemplo collateralis poteſtatis, qui inuentus imperitus poterit reprobari, Baldus in l. Sed, & reprobari, in princip. ff. de Excuſat. Tut. quod tamen erit propter fauorem publicæ vtilitatis, ob quam iſtud permittitur, quamuis ſit illius quæſitum. Et n.49.* ait, quod ſufficit in Principe cauſa motiua, D. Solorçanus *de Iur. Iudiar. tom.2. lib.2. cap.27. num.87.* Baldus *in dict. l. Qui ſe Patris, C. Vndè liberi, col penultim. ante verſ. Dubitatur*, ſequũtur Baptiſta *in l. Imperium, ff. de Iuriſdict. omn. Iudic. num.46* & *in l. Diem functo, num.11. ff. de Officio Aſſeſſorum*, Boërius *dict. deciſ.149. ante num. 19.* Afflictis *in tit. Quæ ſint Regalia*, verſ. *Poteſtas, num.12.* & *ſeqq.* Belluga *in Speculo Princip. rubric. 26. in §. Princeps, num. 5.* & *6.*

17 Et in noſtris terminis ità probat Gabriël Pereyra *de Manu Regia, part.2. cap.61. num.30.* vbi referens, *ordinationem illius Regni, tit. 98.* in qua ſtatuitur poſſe Principem tollere officia ſine aliqua ſatisfactione, ſic concludit: *Et aduerto, quod illa ordinatio eſt valdè riguroſa, vt aduertit Pinelus, in fin. rubricæ C. de Reſcindend. vendition. 1. part.* & *in terminis, in quibus loquitur obſeruanda eſt, ſcilicèt in Officijs luſtitiæ,* & *Regij Patrimonij. Vulgo da luſtiça, y da façenda,* & *in alijs quibuſcumque, in quibus officiales malè ſe geſſerint,* & *errores commiſerint, ob quæ expediat eos amoueri, tùnc enim rectè officijs priuantur, &c.* Et licèt loquatur iuxtà ordinationem Luſitanam, idem tamẽ Iuri Communi conſonum allegat, vt notat, idẽ confirmans D.D. Chriſtophorus Creſpi *dict. obſeruat. 7. num.36.* Eodem enim modo, quo tenetur, officialem, qui benè ſe geſsit in vno officio, prouidere ad aliud maius *l. In nomine Domini, §. Hæc autem, C. de Offic. Præfect. Prætor.* quod eſt præmium benè meriti, debet habere coërcitionem malè meriti, vt notat Gregor. Lopez *in l.2. tit. 1. part.3 gloſs.2.*

18 Tertio, quia hoc caſu Princeps, ſi ei de culpa, defectu, ſeu omiſsione, Reipublicę, & publico bono præiudiciali, diligenti Inquiſitione facta, liquidò, & apertiſsimis argumentis conſtet, abſque partis citatione, & proceſſu poteſt officialem ab officio,

ſeu

ſeu Magiſtratũ à Dignitate amouere, *cap Cum olim 12.de re Iudicata*, ibi: *Et ei, licèt abſenti, cum de ſubreptione liquidò conſtet, ſuper dicto Archidiaconatu perpetuum ſilentiũ imponentes*, vbi *gloſſa, verbo, abſenti*, ita concludit: *Vel quia Papæ conſtitit de ſubreptione. Ergò ei abſenti licèt non citato, imponit ſilentiũ propter fraudem ſuam, quia decepit Papam, cap. Dudum 22. de Electione*, & notat Antonius de Butrio *in dict. cap. Cum olim*. Belluga *dict. rubric. 26. num. 9. in fin.* ibi: *Item quia, ex quo eſt notoriũ Principi per ſuorum actorum inſpectionem, de appelat. cap. Ex inſinuatione per Innocent. ſine citatione Princeps procedit de Re Iudic. cap. Cum olim ſecundum Dominum Antonium ibi, &c. Et in allegatione ibi inſerta, num 16.* idem repetit, & addit: *Nam quãuis Princeps pronuntiare habeat citando ſaltim ad diſcuſionem negotij, vt in l. fin. cum ibi notatis, C. de Legibus, & in Clement. Paſtoralis de Re Iudicat. iunctis notatis, in l. Ne cauſas, C. de Appellat. Tamẽ vbi in notorijs procedit, in quibus negotij diſcuſio non eſt neceſſaria potuit ſine citatione, & alia diſcuſione declarare arbitrium, &c.* Idem tenet Baronius *de citatione, dict. quæſt. 18. num 47. part. 1.* nàm vt ait Baldus *in l. 2. in princ. C. Quomodo, & quando Iud.* in proceſſu Principis non requiritur citatio dummodò iuſta cauſa ſubſit, & idem repetit *in l. fin. num. 11. verſicul. Extra opponitur, C. de fruct. & litium expenſis. Et in dict. l. Ne cauſas, C. de Appellation.* reſpondet *ad Clement. Paſtoralis, de Re Iudicata*. Sequitur Iaſon. *in l. Ne quidquam, §. Vbi decretum, ff. de officio Proconſul. num. 29.* addens cũ Angelo *in l. Omnium, C. de Teſtamentis*. Coram Principe non requiri exactum ordinem Iudiciorum. Et quamquam de hac limitatione dubitet, & contra eam arguat, tandèm concludit: *Intellige tamèn ſemper, niſi Princeps ex plenitudine poteſtatis, & ex certa ſcientia ſententiam ferret per l. 2. in fin. ff. de in integr. reſtitut. ita Hoſtienſis, & Ioan. Andreas, in cap. In præſentia de Procurator, &c.* Idem probat Hypolitus de Marſilis *in Repetit. legis de vnoquoque, ff. de Re Iudicata, num. 53.*

19 Et de Iure Regio hoc probat ſingularis Text. *in l. 3. tit. 18. lib. 8. Recopilationis*, vbi ſtatuitur, quòd nemo indefenſus, & inauditus ſpoliari poſsit bonis ſuis, vel officijs ob proditionem, ſed tamèn cum hac limitatione, ibi: *Porque nueſtra voluntad no es, que los tales pierdan ſus bienes, y oficios, ſin que primeramente ſean oydos, y vencidos, y ſe guarde lo que las leyes de nueſtro Reyno en tal caſo mandan, las quales mandamos, que ſean guardadas, ſaluo en el caſo que la traicion, ò maleficio que ayan cometido, ſea notorio, y Nos ſeamos certificados bien dello.*

20 Et ità in noſtris terminis exequutum refert Fontanela *deciſ. 215. num. 1.* in facto ibi ſic propoſito: *Placuit ſuæ Regiæ Maieſtati his præteritis annis, reuocare duobus*

Re-

Regijs huius Principatus Conſiliarijs beneplacitum, & remouere eos ab officijs, quæ exercebant, & prouidere ea alijs, quod facit abſque citatione aliqua, & nulla ſeruata Iudicij tela, ſed ad nutum vbi ſic faciendum ei videtur, quod in caſu officij, ſeù muneris conceſsi durante noſtra mera, & libera voluntate, expeditum eſſe, & inconcusè obſeruari in Curia per Regios ſuę Maieſtatis Miniſtros defendit.

21 Et eum ad hoc citat, eandem reſolutionem amplectens, & de eadem praxi, & obſeruantia Supremi Senatus atteſtans D. D. Chriſtophorus Creſpi *dict. obſeruat. 7. num. 14.* vbi addit Canceriũ *lib. 3. Variarum, cap. 12. num. 203.* & comprobat ex doctrina Text. *in cap. Si gratioſè 5. de Reſcriptis, in 6.* & incuitabili argumento ex ea ſumpto, *ſic num. 18.* concludens: *Poſſumus etiàm nos (vt Fontanella dict. deciſ. 215.) obſeruantiam teſtari noſtri Supremi Conſilij, & non ſemèl officia, & alia, quæ durãte mera, & libera voluntate, conceſſa ſunt, fuiſſe abſquè partis citatione reuocata*, & proſequitur validiſsimis confirmans fundamentis, & contrarijs ſatisfaciens.

22 Quibus apprimè conuenit reſolutio Annibalis Moles *in deciſionibus Supremi Tribunalis Regiæ Cameræ Summariæ, §. 16. quæſt. 3. à num. 6. vbi num. 10.* deponit, quòd cum eſſet in hac Curia munus Regentis in Supremo Conſilio Italiæ exercens, & interueniret in Conſilio Supremo Regni Aragonum pro aliquibus negotijs, & incidiſſet hoc dubium, ſcilicèt, an Rex ſine cauſa poſſet Officialem priuare? audiuit â D. Comite de Chinchon, eo tempore Theſaurario Generali illius Regni, & in dictis Conſilijs Aragoniæ, & Italiæ Præſide, ſibi aſſeueraſſe, Regiam Maieſtatem habuiſſe Cõſiliũ à Maximis Theologis, & Iuriſperitis in hoc, qui dixerunt, non debere amouere officialem ſine legitima cauſa, & proindè ſalua conſcientia non poſſe facere, addit tamèn prædictam limitationem his ſingularibus verbis: *Sed è conuersò ſi ſuæ Maieſtati liquebat aliquo modo, etiã citrà informationes iuridicas, & proceſſus ordinarios de aliqua iuſta cauſa amouendi officialem, quòd tùnc poterat ipſum ad nutum amouere, etiam ipſo alitèr non audito, nec notificata cauſa. Et ita abindè Sereniſsimus Rex Noſter obſeruauit indiſtinctè adhibere Viſitatores ſecretos contra eius officiales, à quibus habitis relationibus, & ipſa Regia Maieſtate benè informata, amouit officiales ab eorum officijs, nulla alia ſententia prolata, nec ipſis alitèr auditis, fretus hac iuridica ratione, quòd officia ſunt manualia, quandò aliqua ſubeſt cauſa, &c.* Quę inquiſitio ſecreta fundamentum habet, *in cap. Cum oporteat 19. de Accuſation.* ibi: *Sed per Viros idoneos ſupèr his, quæ geſta ſunt inquiratis diligentiùs veritatem.* Et hæc obſeruantia D. Noſtri Regis, quam commemorat

morat Moles, fortè eſt eadem, de qua deponunt Marius Curtelus, & D.D. Ioannes de Larrea *ſuprà num.*2.adducti, & ex his, quę obſeruat idem D.Rea *deciſ.*98.*à num.* 18. *cum ſeqq. tom.* 2. *deciſ. Granatenſ.*

23 Et ratio potiſsima huius concluſionis eſt, quòd hoc expeditur ex munere Regio, & Suprema politica poteſtate, quę Principi tamquàm Reipublicę capiti, & Parenti, vt cuilibèt Patri Familias in propria domo competit, *l. Relegatus* 19. *ff. de Interdict. & releg.* ibi: *Eſt enim Princeps Pater Patriæ, l.*2.*tit.*10.*l.*26.*tit,*13.*part.*2. cùm alijs à nobis adductis *infrà Tit.*5.*quæſt.*11.*num.*3. quæ poteſtas nòn eiſdem regulis, quibus contentioſa Iuriſdictio metitur, ſed omninò diuerſo modo exercetur, tamquàm correctio, quæ ſinè forma Iudicij fit ad inſtàr pœnitentię, & pœnam publicam nôn habet, ſicût antiquis temporibus viſum fuit in cenſoribus Romani Imperij, de quibus ad caſum dixit Cicero *lib.*4. *de Republic. cenſoris Iudicium nihil ferè damno adfert, niſi ruborem*, itaquè vt illa Iudicatio verſaretur tantũ in nomine, animaduerſio illa ignominia dicta eſt, & notat Petrus Gregorius *de Republica, lib.*4.*cap.* 12.*num.*8. *in fin.* D. Valençuela Velazquez *conſ* 43. *à num.*138. vbi diffuſè concluſionem exornat. Et hanc rationem in Principe Supremo D.O.M. pro perferenda æquanimitèr à noſtris decoctis, aduerſa fortuna, & rebus anguſtis, ex Arrian. *ad Epict. lib.*1. *cap.*12. conſiderat Daniël Sauterius *in Praxi Banchæruptorũ, part.* 1. *cap.* 5. his elegantibus verbis: *Nòn vindictæ cupiditate, nequè nocendi cauſa, ſed inſtàr Medici, & Curatoris, & Parentis, & ad maximam vtilitatem ſuorum*, in extraiudicialibus enim omiſsio cauſę cognitionis non reddit nullum præceptum, quandò ſpectat ad Superioris officium. Differunt enim quoad præterita procedere ad punitionem delicti, ſeu exceſsus, & prouidere quoad futura bono publico, & rectę iuſtitię adminiſtrationi, in qua incolumitas ſtatus conſiſtit, conſulère, ideò dixit Baldus *in l. Obſeruare, §. Proficiſci, ff. de Offic. Proconſ.* quòd licitum eſt aliquandò Poteſtatib⁹ terrę, leges tranſgredi, cum hoc aliquandò faciant, vt multorum ſalus procuretur, argum. *legis Si quis filio, §. Quòd tamèn, ff. de iniuſto rupto, & l. Prouinciarum, C. de Ferijs.*

24 Quam ſententiam comprobat etiàm Hortenſius Caualcanus *de Brachio Regio, parte* 1. *num.*174. vbi ex Viuio, & alijs probat, Principem ex iuſta cauſa poſſe omittere citationem, nè ſub prætextu Iuris, & naturalis obſeruantię iniquum ſortiatur effectum. Marius Burgius *de modo procedendi ex abrupto, quæſt.*17. *num.* 15. Vbi probat, quòd Princeps abſoluta, & ſuprema poteſtate vtens poteſt diſpenſare, vel deroga-

rogare Iuri, aut conſuetudini, & omnia facere, & nihil ſibi poteſt opponi cur ità facis? quîa eſſet ad inſtar ſacrilegij, *l.2. C.de Crim. ſacrileg. cum vul. Et num.* 18. quòd hoc caſu poteſt procedere parte inaudita, *Et quæſt.*10. *à num.*1. demonſtrat hoc ob publicam vtilitatem, & bonum Regni regimen emanaſſe, & introductum fuiſſe. Thomas Gramaticus *deciſ. 65. excellens Comitiſa, num.*50. *& ſeqq.* Camilus Borrelus *in Additionibus ad Bellugam in Speculo Princip. rubric.*11. *in §. Reſtat, verbo, citari partem, verſic. Limita.*10. & licèt ſtatim referat contrariam ſententiam, cui videtur ſe ſubſcribere, aliquas exceptiones proponit, & quintam ad caſum noſtrum ſic cum Menochio *de Arbitrar. lib.*1. *quæſt.*17. *num.*15. deſcribit: *5. Limitatur non procedere quotièſcumquè Principi, & Superiori innoteſceret, nullam citando competere defenſionem, tùnc enim omitti citatio poterit.* Iodocus Damhauderius *in Prax. rerum criminal. cap.*82. *num.* 83. Vbi quòd poteſt iudicare inſpecta veritate, licèt ordo Iudiciarius ſeruatus non ſit, & citat *cap. Ad petitionem in fin. de accuſation.* & idem probat Berart. *in Speculo vſitat. cap.*10. *num.*40. cum hæc non fiant feſtinatione pœnę, ſed preueniendi periculi cauſa, vt ſatis eruditè ratiocinatur, & ſolidis rationibus confirmat D.D.Chriſtophorus Creſpi *obſeruat.* 3. *à num.*1.

25 Qui *numero* 8. ſingulariter obſeruat hoc ipſius Reipublicę fauori congruere, quià eo medio etiàm, quę aliàs, ſi ad coërtionem tenderent Iudiciali cauſę cognitione præcedente infamiã irrogarent, vel exiſtimationem læderent, cum ad præuentionem reſpiciant, hos effectus non producunt, & quę ad punitionem accuſatore, & tramite Iudiciali egerent, ad præuentionem ex officio expediri poſſunt, ad quod expendit Text. *in l.*3. *§. Prætereà, ff. de Suſpectis Tutor.* vbi Vlpianus ità ait: *Prætereà videndum eſt, an & ſine accuſatione poſsit ſuſpectus repelli? & magis eſt, vt repelli debeat, ſi Prætori liqueat ex apertiſsimis rerum argumentis ſuſpectum eum eſſe, quod fauore pupillorum accipiendum eſt,* & Gothifredus *ibi litter. E.* ſic breuitèr, & elegantèr exponit: *Inquirere in ſuſpectos tutores Iudex poteſt, eoſque remouere, idque fauore pupillorum, vt hic. Quid? qui ità remotus eſt, eſt nè infamis? non eſt. Dynus. & Bartolus Gloſſa in l. vlt. C. Eodem, remotus alioquì ob dolum, accuſante aliquo, infamis eſt, dict. leg. vltim. §.6. inſtit. eodem, & litter. I.* noſtram aſſertionem confirmat his verbis: *Inquirere ad vtilitatem priuati ex ſuo officio Iudex non poteſt, (excipitur tamèn hic pupillus) ad vtilitatem publicam poteſt,* & cum his conuenit, *l.*4. *tit.* 18. *part.*6. Nam, vt innuunt Text. *in cap. Sacerdotes* 8. *& in cap. Oues* 9. 6. *quæſt.* 1. abſurdum eſſet, quòd cauſę per Subditos â Superioribus peterentur, quorum operatio iuſta, & in bene-

beneficium ſubditi præſumendâ eſt, *cap. In præſentia de renuntiat. l.Merito, ff.Pro ſocio*, & ad caſum notat etiàm Gabriël Pereyra *de Manu Regia, 2.part. cap.61. num. 29.* ibi: *Quæ opinio licèt contrà communem videtur verior, quià abſurdum videtur, vt per ſubditos cauſæ à Superioribus petantur, quas aliquandò oportet eſſe occultas, provt magis ipſi viderint expedire*,& quòd ad infamiam inferendâ requiratur,vt ſit proceſſũ,Iuris ordine ſeruato,tenent Baldus *in l.Quod ergò, §.Ex compromiſſo, in fin. ff.de His, qui notant.inf.* Borrellus *in Tract.de Compromiſsis,§.5.gloſs.1.num 20.*

26 Ex qua ratione ſalutis publicę,quæ ſuprema lex eſt. Idẽ Ius ſtatuitur in delictis Militaribus, in quibus requiritur prompta executio pœnæ, & quælibẽt intercapedo periculoſa eſt, & ideò procedi poteſt,Velo leuato, & ex abrupto ſine proceſſũ,& citatione, *vt ex l.Officium Regentis, §.Officium Tribunorum, ff. de Re Militari*, ibi: *Delicta ſecundùm ſuæ authoritatis modum caſtigare*, vbi Acurſius *verbo modum*,exponit; *id eſt,Militaribus modis*, tenent Ponte *de Poteſtat. Proregis, tit.1. §.4. num.1.* Gail. *de Pace publica, lib.1. cap.4.num.25.* Ayala *de Iure Belli, lib.3.cap.2. num.10. & cap.8.nu.7.* vbi cum Polibio *lib.6. de Re Militar.* & alijs probat, quòd Duces exercituum in caſtris Ius habebant arbitratu ſuo de Militibus ſuplitium ſumere. Maſtrillo *de Magiſtrat.lib.5.cap.16.num.13.* Farinacius *conſ.4.nu.21.& 22. lib.1. conſ.crim.*& cum alijs D. Michaël Cortiada *in Praxi contention. Regni Aragonum, deciſ.38. num. 45. & 46.* vbi prædicta verba *§. Officium Tribunorum*,ſic declarat;*id eſt Militaribus modis Velo leuato, ex abrupto,& ad modum belli,ſine ſolemnitatibus Iuris Ciuilis, ſine proceſſu, ſine terminis, & reo inaudito,&c.* Chriſtoual Moſquera de Figueroa *en el Compendio de diſciplina militar, lib.4. circa princip. à verſic. Y aſsi ſe procedìo en todo*, vbi latè declarat has clauſulas Velo leuato, de plano, ſimpliciter, & ſine ſtrepitu, & figura Iudicij.

27 Quæ omnia per Principem, accuratiſsimè prudentiæ,& Epicheiæ regulis arbitranda ſunt, hæc enim œconomica, & politica poteſtas, quę in eo reſidet, & ſplendidioribus Coronæ radijs affixa eſt, & adhęret viſceribus ipſiuſmet Regię Maieſtatis,vt cũ D. D. Franciſco Salgado notat etiàm D.D.Petrus de Salcedo(Vir quidem omni ſcientiarum genere ornatiſsimus, meritòque proindè fortunamComitem habens, poſtquam enim huius Supremæ Curiæ Prætoris munus vigilantiſsimè exercuit,ad ſummum Supremi Senatus culmen euectus fuit) *de lege Politica, lib. 2. cap. 6. num. 5.* quę non ad crimina punienda, ſed ad futura damna vitanda, & pacem publicam, iuſtitięque adminiſtrationem fouendam, ei deſuper conceſſa eſt, non ſolũm poteſt hoc operari, *vt ſupra*

prà num.14 & ſeqq. circà amotionem, vel ſuſpẽſionem ab officio, ſeu munere comprobauimus, ſed latiùs patet adeò, vt interdum ad priuandum vita nocentem abſquè proceſſu alio (licèt rariſsime) protendatur, ſcilicèt, quandò res eſt notoria, & graue periculum, ſeù excidium Reipublicę, aut Regi imminet. Vèl ex natura rei, vel actis conſtat nullam condemnãdo defenſionem competere, *vt ex cap. Bonæ el 1. de Electione*, vbi Panormitanus, iuncto *cap. Cum olim, de Re iudicata*, & alijs probat Nauarrus *in Manuali, cap. 25. num.* 10. verſ. *Idem cum res notoria eſt*, & comprobata concluſione, ſic concludit: *Per quod excuſauimus magnum quendam Monarcham, qui virtute proceſſus in abſentia facti, & ſententiæ ſine citatione latæ, fecit capite plecti quendam ſuorum militum Ducem, ſibi in alio Regno militãtem, quià nec capi, nèc ſinè metu Rebellionis illius, & magnæ partis exercitus, audiri poterat*, quem ſequitur Leonardus Leſsius *de Iuſtit. & Iur. lib. 2. cap. 29. dubitat. 11. num. 100.* Vbi quatuor limitationes ponit, in quibus ait id Principi licere. Nata *conſ. 625. per totum vol. 3.* qui *num. 5.* refert elegantia verba Cyni *in l. Reſcripta, quæſt. 3. C. de Præcibus Imper. offerend.* vbi inquit quòd quandò Princeps reſcribit contrà Legem Diuinam in eo, quod poteſt, cauſa ſubſiſtente, procedere, vt ſi reſcribit talem ſuſpendendum, occidendum, & ſimilia, tũnc quantùm ad obſeruantiam tenet, quià ſiuè ſit verum, ſiuè ſit falſum commiſsiſe illud, per quod debeat occidi, tamèn præſumendum eſt, quòd cauſa ſubſit, & ſententia ſua ſempèr preſumitur iuſta, pro quo eſt Text. *in cap. In memoriam 19. diſtinctione*, & Felinus *in cap. Quæ in Eccleſiarum, num. 60. de conſtitutionibus*, vbi refert, & approbat doctrinam Cyni. Rota Genuę, *deciſ. 15. num. 15.* Vbi, quòd in eo, qui poteſt veritate inſpecta, ſimplicitèr, & de planò iudicarè, actus etiàm ſinê partis citatione factus, & circunſcriptis Iuris apicibus, eſt validus.

28 Sequuntur Egidius Boſius *in Praxi, tit. de Partu ſuppoſito, num.* 37. vbi refert Summum Pontificem Paulum Tertiũ damnaſſe magnũ Virum, quaſi mandaſſet fieri homicidium, quià id ei Pontifici, dùm Cardinalis eſſet faſſus fuerat, & eum priuauit ampliſsimo Sacerdotio, & magnis reditibus, Eruditiſsimus D. D. Ioannes de Solorçano *de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 27. num. 88. & ſeqq.* vbi diffusè, & elegantèr, more ſuo, comprobat *& num. 94.* ſic reſoluit: *Cæterùm vbi de hac notorietate iniuſtitiæ non conſtat, omnes abſquè contradictione conueniunt, poſſe præcipere Principem ex infallibili eius conſcientia, quòd aliquis, quem ſcit deliquiſſe, etiàm ſinè alio proceſſu non ſolùm in bonis verùm etiam corporalitèr puniatur, eique obtemperandum eſſe, & pro iuſtificatione mandati præſumendum, &c.*

Et

Et ibi proſequitur citans inter alias authoritates *n.*98. vt expreſſam ad hoc *l.*42. *tit.*18. *p.*3. cuius verba refert(quæ eſt *l.*52. *illius tit. & part.* nè error Typographi in eius ſedula perquiſitione lectorem, ſicut me, fatiget.) Alphonſ. Diez de Montaluo *in l.*1. *tit.*7. *p.*1. Gloſſ.verbo, *Como Religioſos*, verſ. *Ex quibus*, qui quæſtionem proponit, & diſputat in ſententia lata per D. Regem Ioannem Secũdum contra D.Aluarum deLuna, Magiſtrum Ordinis Diui Iacobi. Et verſ. *Sed hæc ſunt vera, & notanda* hanc ſententiam probat dicens tenendam firmitèr,& iuſtè,& rectè feciſſe,& eum refert,& ſequitur Bobad. *in Polit. lib.*2. *cap.*10. *n.*61. Greg.Lop. *in l* 4 *tit.*2. *p.*7. *gloſſ.*3. *in fin.* vbi cum Iſernia *in cap.*1. *quo tẽpore milles*, idẽ probat in delicto notorio, tàm actus permanentis, quàm tranſeuntis, cõmiſſo corã Principe, reddens hãc rationem: *Nã vbi Princeps eſt, totũ Ius eſt, ſeù totum Ius teſtificatur.* Redin. *de Maieſtate Principis, in §. Sed per legitimos tramites, num.* 91.

29 Eandem reſolutionem amplectuntur,& comprobant nó leuis notę Doctores Theologi, vt ſunt Angelus Boſius *in Mor. var. tom.*1. *tract.*1. *tit.*1. §.29. *num.*910. vbi (reprobato Lugo *de Iuſtit. tom.*2. *diſput.*37. *ſect.*5. *nu.*52. dùm contrarium tenuit)probat, Principem ex priuata ſcientia, quâ ſibi certò conſtet, aliquem eſſe criminoſum, poſſe illum non citatum, neque auditum, ſecretò occidere, ſi crimen ſit atrox, & expediat valdè Reipublicæ Authorem puniri, veluti in graui crimine læſæ Maieſtatis, & aliquibus eius ſpeciebus, quas ibi recenſet benè cõfirmans, & plures ad id adducens Læſius *de Iuſt. & Iure, lib.*2. *cap.*29. *dub.*11. *nu* 100. Trullench. *in opere Morali, lib.*8. *cap.*1. *dub.*13. *num.*8. *tom.*2. ſequuntur Gaſpar Hurtado *in Tractat. de Iuſt. & Iur. diſput.*1. *de Iudicio Forenſi, diffic.*9. & Antoninus Dian. *tom.*10. *reſolut. Moral. tract.*15. *& 5. Miſcelan. reſolut.*34. vbi aprobatis his concluſionibus ſic proſequitur: *Sed reſolutio ſupradictorum caſuum pendet ex illa celebri difficultate: An quandò delictum eſt ità occultum, vt non poſsit iuridicè probari ſaltèm plenè, ſcitur tamèn à Principe, an ſcilicèt tùnc poſsit Princeps, rationabili cauſa exiſtente, condemnare delinquentem abſquè iuridica probatione per teſtes, & abſque citatione rei? Mihi placet opinio affirmatiua, quià quòd ſententia proferatur ſecundùm publicam, ſeu iuridicam probationem per teſtes, tãtùm requiritur lege, ſeù diſpoſitione humana Principis, in qua ipſe diſpenſare poteſt, & non requiritur Iure Naturali, ſeu ex natura rei, quià ex natura rei ſola notitia Iudicis ſufficit, quià hæc ſola ſufficit ad iuſtè iudicandum, & notitia Iudicis ad id tantum eſt neceſſaria. Ergò ex cauſa rationabili Princeps, quandò ipſi eſt nota veritas, poteſt abſquè probatione, immò, & contrà eam condemnare, & multo meliùs abſoluere,*

& *verſic. ſequenti* probat idem ob eandem rationem in delicto publicè notorio, aut quandò non apparet ſpes aliqua probabilis defenſionis rei, quod coadiubatur eo axiomate ſatis noto in Iure, ſcilicèt, quòd vbicumquè nulla competit alicui defenſio, non eſt neceſſaria illius citatio *l. 2. §. Quod de frumentaria*, vbi Bartolus *ff. de Adminiſtr. rer. ad Ciuitat. pertinent.* Peregrin. *de Iure Fiſc. lib. 1. tit. 3. nu. 57.* Guzman *de Euiction. quæſt. 4. num. 83.* D.D. Franciſc. Salgado *de Regia Protect. par. 1. cap. 2. num. 140.*

30 Franciſcus Varonius *de citatione, quæſt. 18. num. 41. part. 1. & num. 47.* Idem comprobat in notorijs, & *num. 48.* cum Aſinio Riccio Carrocio, & alijs declarat, quòd tunc in notorio non requiritur citatio, quandò nullam habet, vel habere ſperat dubitationem, nam ſi notorietas poteſt aliquo modo excuſari, tùnc requiritur citatio. *Et quæſt. 15. num. 61. & ſeqq.* ex profeſſo diſputat, an Princeps poſsit omittere citationem? & adductis opinionibus Doctorum, tandèm reſoluit, non ſolùm de poteſtate abſoluta, ſed de ordinaria, exiſtente iuſta cauſa, poſſe eam prætermittere, veluti in extraiudicialibus, vel quandò certum eſt, parti nullum Ius competere, vel in omnibus actibus, qui ſinê cauſa, & in alterius præiudicium, per Principem expleri poſſunt, vel quandò periculum eſſet in mora, multis exornans, & *in Additionibus ad dictam quæſt. 15. num. 61. part. 2.* addit Hyppolitum de Marſilis *in Repetit. legis de vno quoque, ff. de Re Iudic.* qui *num. 13.* probat, Principem ex cauſa poſſe diſponere contrà ea, quæ ſunt de Iure Diuino, vel Gentium, & in eo ſempèr præſumi iuſtam cauſam, adeò quòd non admittatur probatio in contrarium ſecundum Cynum *in l. Reſcripta, C. de Precib. Imper. offer. & in l. fin. C. ſi contrà Ius, vel vtilit. publ. & alios.* *Et num. 19.* concludit, quòd Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt procedere, vel facere actum validum ſine citatione partis; Commendans *numer. 20.* obſeruari nouam conſiderationem, quam in materia facit, ſcilicêt, quòd licèt vera ſit concluſio, quòd Princeps regulariter non poſsit procedere parte non citata, tamèn videtur dici poſſe contrariũ, quòd immò proceſſus, vel actus factus à Principe ſinè citatione partis valeat, duplici ratione. Prima, quià talis actus exiſtente cauſa valet, & cum ea ſempèr in Principe præſumatur, debet ſubſiſtere, quandò ſimpliciter fit abſque expreſsione cauſæ. Secunda, quià de plenitudine poteſtatis poteſt omittere citationem, & quandò Princeps facit actum, qui non poteſt valere niſi de plenitudine poteſtatis, ſempèr de ea intelligitur factus, vt actus magis valeat, quâm pereat, & ibi eum ſequitur. Quas aſſertiones latè, & elegantèr comprobat Petra

de

de Poteſt. Princ. cap. 32. quæſt.8. principali à num.2.& per totam fol. mihi 199. B. Sicut etiàm Bartholomeus Soccinus *conſ.87. à num. 15.cum ſeqq. vol.3.* & ſingularitèr probat Cabedo *deciſ.79. à num.5. part.2.& num.10.* quòd ex cauſa poteſt cognoſcere,&iudicare parte non citata addens: *Quod tamèn per quam rarò Reges, & Principes Chriſtiani facere debent. Immò procedere parte audita, ità fecit Deus, qui Adam citauit,&c.*

31 Et licet, aliqui Doctores in ea ſint opinione,vt non detur in Principe hæc abſoluta poteſtas, inter quos præcipuus eſt D. PræſesCouarr.*lib.3.Var.cap.6.n.8.* & alij quos refert Rudolfinus *de Abſoluta Princ.poteſt.cap.1.à nu.3.* Ipſe tamèn *ſub nu.4.*ex Peregrino *de Fideicomm. art.52.ſub num.124.* dicit aberraſſe à communi opinione eos, qui aſſeruerunt non eſſe recipiendam diſtinctionem hanc poteſtatis ordinarię, & Supremę in Principibus humanis, cum recepta ſit communi interpretum conſenſu,& frequentiſsimo Principum vſu, ac etiam approbata à Iure, vt ibi latè probat, & idem tenent etiàm Nouarius *de Grauaminibus Vaſſallorum, tom.1. grauam.132.à nu.3* Giurba *conſ.1. per totum.* Vbi optimè ratiocinatur circa politicam Prudentię rationem in optimo adminiſtrãdi Regni genere, & in quo differat Prudentia ſtatus, à ratione ſtatus, *& num.36.* cum Morla Peregrin. & alijs ait abſolutam poteſtatem Principi Superiorem,non recognoſcenti attribui, vt ea vtatur ad Iuſtitiam ęquo, & bono temperandam,& quòd de Iure Princeps nõ poteſt etiãm de hac poteſtate, iniquè agere,addens cum Crauet. *conſ.296.nu.2. & conſ.241.nu.20.* hoc non eſſe detrahere eius Poteſtati, quia poſſe malum agere non eſt poſſe,ſed â potentia deficere, quę omnia latè cõprobat D. Molin.*de Hiſpan.Primog.lib.2.cap. 7.n.31.&ſeqq.* Vbi probat ex iuſta & rationabili cauſa poſſe ea vti. Azeued.*in l.3.tit.14.lib.4.Recopil. nu.11.*Marius Curtel.*de Donat.inter Patrem,&Filiũ,tract.1.diſcur.2. partic.6. n.16.& ſeqq.* vbi *nu.202.* Limitat in terris inquibus Princeps,ſibi ipſi præſcripſit, nè tali poteſtate abſoluta vtatur, vt probat præſcriptũ in Regno Aragonię, in Principatu Cathalonię, & Vrbe Meſſanę cum ſuo diſtrictu. Petra *de Poteſt. Princ. dict. cap.32. dubit.2.principali à num.34. & nu. 36.*probat Principem, ſine cauſa poſſe Vaſſallum feudo priuare de plenitudine poteſtatis,*& quæſt.5. principali in expoſitione clauſulæ de plenitudine poteſtatis, fol.mihi 216.* vbi eius effectus,&deffectus appri mè diſcutit,& hoc benè explicat, & declarat Peregr. *vbi ſupra dicto n.124.& ſeqq.*& prius diffuſè expoſuerat *in Tract.de Iure Fiſci, lib. 1. tit. habentes Iura Fiſci an poſsint aliquid agere in præjudiciũ Fiſci, & ſucceſſorum?n.51.& ſeqq.& à n.65.* Franc.Cenſal, *in Obſeru.& Addit. ad Peregrin.deFideicom.dict.art.52.*

verſ. *Secunda fuit ſententia eorum, fol. mihi* 544. vbi cũ Patre Molfeſio hanc Poteſtatẽ Supremam, & abſolutã in Principe agnoſcit, & defendit verſ. *Sed ego, proximè ſequenti*, quòd Princeps de Poteſtate Suprema, & abſoluta, etiã ſinè cauſa, poteſt tollere Ius quæſitum tertio, licèt peccet mortaliter, & teneatur ad excãbiũ, ſi ſinè iuſta cauſa id faciat. Nam agens de *additione* ad D. Molin. *de Hiſp. Prim. lib.* 1. *cap.* 8. *à n.* 28. dum nõ admittit quòd Princeps ſinè cauſa poſſit Ius quæſitũ alicui auferre, ità ait: *Quam tamèn aſſertionem non admittit nouiſsima illa additio, etiàm in terminis abſolutæ Poteſtatis Principis, ſed tu eam non ſequaris, & veriorem dicas Patris Molfeſij ſententiam d. conſ.* 18. *ſub n.* 4. 5. *& 6. quòd valeat Princeps de Poteſtate Suprema, & abſoluta ſinè cauſa tollere Ius adquiſitum tertio. Ità tamèn quòd valida ſit derogatio, ſed Princeps ſi ſinè cauſa iuſta id faciat peccet mortaliter, & teneatur ad excambium.* Greg. Lop. *in l.* 6. *tit.* 25. *p.* 4. *gloſſ.* 2. vbi dicit, quòd Rex nihil debet facere de plenitudine Poteſtatis niſi decenter, & ſecundum Ius, & cum eo, & alijs Regens Ioannes Franciſcus San Felicius *deciſ.* 62. *tom.* 1. *à num.* 51. agit de hoc puncto, *& num.* 64. ſic concludit: *Intelligi tamèn debet plenitudo Poteſtatis Regis cum grano ſalis ſecũdum omnes Doctores, Claue diſcretionis non errante, Gloſſ. in verb. Abſolui, cap. Quãtò, de Iur. Iuran. Iaſon. conſ.* 233. *n.* 2. *vol.* 2. *Et non poteſt plenitudine Poteſtatis vti, niſi iuſta cauſa interueniẽte.* Caliſt. Ramir. *de Leg. Reg.* §. 23. *n.* 18. *& ſeqq.* & cũ eo, & alijs optima ratione confirmat, & pluribꝰ authoritatibꝰ exornat Curtel. *vbi proximè n.* 17. *& ſeqq.* ſequitur D. Creſpi *d. obſeru.* 3. *n.* 46. *& ſeqq.* vbi, authoritatibus Theologorũ cõprobat, & licèt inter eos adducat Dian. *p.* 2. *reſolu. Moral. tract.* 5. *reſol.* 98. tamèn expreſsiùs, & magis ad caſum probat *p.* 10. *tract.* 15. *d. reſol.* 34. *proximè adducta*. Et ex prædictis declarantur *l.* 2. *& ſeqq. vſq; ad* 5. *tit.* 14. *lib.* 4. *Recop.* quarũ deciſio procedit in iuſsionibus, vel reſcriptis expeditis in cauſis vertentibus corã quibuſcumque Iudicibus, cõtra Ius, vel in præiudiciũ tertij, ſeù in ſacro affatu Principis elicito eadẽ forma, aut importunitate, aut ſiniſtra expoſitione Supplicantis, vt latè exponit Azeued. *in earum Commento*, nõ verò, quandò cõſultò, & certa, & infallibili ſcientia, & deliberatione mandatum expediuit, iuxtà notata *num.* 27. *& ſeqq.*

32 Ex eodẽ principio procedit, quòd quãuis regularitèr omnes Iudices teneãtur pronũciare, & ſententiã ferre ſecũdũ allegata, & probata, etiã aduerſùs veritatẽ ſibi priuatìm cognitã, *ex l. Illicitas* 6. §. *Veritas, ff. de Offi. Præſid.* & traditis à Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 1. *n.* 4. vbi Faria *in Addit. n.* 12. plures Regni Doctores adducit, & alios referunt Lara *de Anniuerſar. & Cappellan. lib.* 1. *cap.* 10. *à nu.* 35. & Antonius Pichardo *in princip. tit. de*

Offi-

Officio Iudicis, num. 22. Cæſar Gallupus *in Praxi, part.* 3. *cap.* 1 *nu.* 4. *& part.* 1. *cap.* 1. *nu.* 59. Franciſcus Maria Prato *in Reſponſ. criminal. reſponſ.* 32. *num.* 58. *&* 79. Tamèn Princeps Superiorem non recognoſcens, poteſt contrà allegata, & probata ſecundum propriá conſcientiam, & quod ipſe priuatim ſcit, iudicare, vt affirmat Couarr. *ibidèm nu* 7. *circà finem*, verſ. *Princeps tamèn*, vbi eo caſu, tum Caietano conſulit, vt palàm teſtetur, & publicè propriam, & priuatam ſcientiam manifeſtet, quò Populo ſatisfaciat, ſequuntur quàm plures Authores collecti à Faria *numer.* 19. *& ſeqq.* Matienç. *in Dialogo Relatorum*, 3. *part. cap* 42. *nu.* 3. Parladorus *in ſeſquicent. differ.* 10. *num.* 24. Regens San Felicius *deciſ.* 62. *num.* 162. *part.* 1. Cabedo *deciſ.* 74. *num.* 8. *part.* 2. Iodocus Damhauderius *in Praxi rerum crimin. cap.* 82. *num.* 84. vbi tamèn addit cum Laudenſi *de Principe, quæſt.* 41. quòd caueat Princeps nè ſua conſcientia ſit malè informata, Antonius de Vallis *lib.* 2. *Variorum tractat. quæſt.* 10. *à num.* 45. vbi defendit, poſſe Principem iubere, vt torqueatur, vel puniatur aliquis ſine defenſionibus, de abſoluta poteſtate, in caſu vrgenti, & ex peritorum conſilio, D. Michaël Cortiada *in Praxi contentionum Regni Aragonum, tom.* 1. *deciſ.* 25. *n.* 57. *& ſeqq.* vbi de vi, & effectu commiſsionis datę, ſeu delegationis factę alicui, *vt iudicet ſecundum conſcientiam, & à nu.* 67. de tali commiſsione data, *vt iudicet ſecundum ſuum arbitrium*, de quibus clauſulis latè Auguſtinus Barboſ. *de Clauſulis vſufrequentibus clauſ.* 11. *& clauſ.* 24 & concisè Iodocus Damhauderius *in d. Praxi rerum crim. cap.* 36. *num.* 3. *& ſeqq.* Marcheſanus *de Commiſſ. p.* 1. *cap.* 5. *à n.* 77. *vſque ad* 82. Fortia Oddi. *conſ* 20. *n.* 41. vbi, quòd commiſſa cauſa per Principem, vt Iudex, cui committitur, iudicet ſecundum ſuam conſcientiam, non eſt neceſſaria citatio, & idem tenent Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *q.* 17. Cæſar Gallupus *in Praxi, p.* 2. *cap.* 2. *n.* 34. *in fin.* Franciſc. Varon. *de Citation. p.* 1. *q.* 18. *n.* 36. D. D. Ioan. de Solorçan. *de Indiar. Iur. tom.* 2. *lib.* 2. *d. cap.* 27. *n.* 99. vbi, quòd Iudex, cui committitur per Principem cauſa, vt procedat prout ſibi ipſi conſtiterit, vel viſum fuerit, poteſt procedere, & arbitrari ſecundum propriam conſcientiá, abſq; vllo proceſſu, aut partiũ citatione.

33 Reſtat ergò, quòd Princeps in prædictis caſibus, quandò ex priuata ſciẽtia certò ſcit aliquẽ, vel aliquos quoduis graue crimẽ, vel irreparabile damnum in Rẽpublicam, vel innocentẽ machinari, ſeu in euerſionem Regij Patrimonij, poterit vti hac œconomica, & ſalutifera diſtrictione, & poteſtate, de facto, & iudiciales tramites non obſeruans, vt accuratè, & ſpecioſè, materia radicitus enucleata, reſoluit, & ſolidis rationibus, & argumẽtis cõfirmat D. D. Chriſtoph. Creſpi *d. obſer.* 3. vbi de

vſu, & exercitio ęconomicę, & Politicæ poteſtatis, & *obſeruat.* 7. vbi de reuocatione officiorum, & munerum, in qua *à num.* 37. *vſque ad finem*, epilogo omnes controuerſias ſex concluſionibus perſtringit, & *obſeruat.* 3. quòad pœnas corporales hanc regulam proponit *num.* 93. *Vndè pro Coronide illud obſeruatum vellem. Vt in omnibus his ſpeciebus, non tantùm ſi agatur de vitæ diſcrimine (quod magis indubium eſt) ſed ſi de carceris mancipatione, exilio, relegatione, vel alia temporali detentione, cum magna Prudentia, cum maxima moderatione, cum feruenti Iuſtitiæ zelo, & vbi malo via ordinaria mederi non poſsit, rem eſſe gerendam, ita ut nèque frequenter, nèque neceſsitatis publicæ metas, vel remedij gradus excedendo, aut leuibus, aut ſuſpectis extraiudicialibus informationibus, actio dirigatur, ſed ſemper illam Prudentia regat, rectitudo dirigat, ac Chriſtiana pietate ad peccata, damnaque futura pellenda, & euitanda Iudex moueatur. Deus ita faxit!* Et *obſeruatione* 7. quòad reuocationes, ſeù ſuſpenſiones officiorum *num.* 42. *fin.* ſic concludit: *In his omnibus nulla certa regula conſtitui poteſt; ſed pro rerum, temporis, caſuum, & perſonarum varietate, prudenter Iudex variè conſtituere. Nam vt in proverbio eſt, non poteſt eodem collyrio omnibus mederi; ſed pro Gentium, temporum, & ingeniorum, differentia, res temperanda. Et in noſtro Supremo Conſilio non facilè officium reuocandum Regi noſtro Conſulitur, idquè ex cauſa publica, & notoria. Frequentiùs tamèn, vt exiſtimationi officialis proſpectum ſit, vel ſecretò admonetur, vt jubilationẽ ſibi concedi ſupplicitèr poſtulet, vel ex officio, illo recuſante pe ere, expeditur: & ſemper ei ad congruam ſuſtentationem ſalaria congrua, vel eorum pars reſeruantur, vt Principis noſtri clementiam, & magnitudinem decet.*

34 Et eodem modo, quo admonentur Principes, vt caueant nè conſcientia ſua ſit malè informata. Debent etiam cauere nè ſub ſpe reſipiſcentiæ, ſeu emendationis, diſimulatione rem proferant. Id enim ſemper cedet in maius rei geſtę detrimentum. Pro quo eſt valdè ſingularis, & centum manibus notanda animaduerſio, & doctrina docti pariter, & Chriſtiani illius Gubernatoris Patris Ioannis Marquez *en el Gouernador Chriſtiano, l. b. 1. cap. 27. §. 2.* vbi, ſolita eruditione, Miniſtrorum Regis infidelitatem in hac materia adminiſtrationis, & protectionis rei Dominicæ notat, & acritèr carpit, exhortans Principes, & eius Supremos Conſiliarios nulla diſimulatione, ſeu conniuẽtia ergà illos ſemèl in ea deprehenſos vti, nec in officio manutenère, ſeù ad illud reſtituere, ità aſſerens: *Pues què ſi la infidelidad fueſſe en materia de hazienda, en que es impoſsible aprouecharſe el Miniſtro en diez, ſin damnificar al Principe en dozientos? Ai ſeria de*

peo-

peores conſequencias la diſsimulacion, porque cobraria mayores fuerças la codicia, y quitado el freno del temor, no auria coſa defendida de ſus manos Et recte ſatis ſerioſum, & ſimùl lepidum exemplar ſimilis Miniſtri, adeò ad miniſterium habilis, & induſtrioſi, qui tempore Prudentiſsimi, & Inuictiſsimi Dom. Noſtri Regis Philipi Secundi, ob tale admiſſum, adminiſtratione interdictus fuit, & cũ ab eo reſtitutio ad officiũ ſupplicitèr inſtaretur, & ab aliquibus tali ratione foueretur, ſcilicèt, mediante ipſius induſtria, breuî damnum ab eo factum poſſe reſarciri. Conſulto, ſuper hoc, à Dom. Rege magno, & confidenti Aulico, qui reſtitutioni nó aſſenſit. Cum nihilominûs, Dom. Rex ſua magnificentia, & benignitate adductus, reſtitutionem indulſiſſet. Ipſe infidelitatis, & auri cupiditatis antiquum ſeruans odorem, in eodem exceſſu, & admiſſo perſtitit, talitèr, quòd neceſſarium fuerit maiori nota, & dedecore eum deponere. En eius ſpetioſa verba: *Y en quanto à la reſtitucion, dirè lo que vn gran Corteſano reſpondiò al Prudente Rey Don Felipe Segundo, conſultandole, ſi ſeria bien boluer à la Plaça cierto Miniſtro de Hazienda, que ſe auia compueſto en mas de dozientos mil ducados, por cargos que ſe le hazian, ſe eſperaba de ſu induſtria, que recompenſaria los daños de la Hazienda Real con ventajas; Mucho temo, ſeñor (dixo el Corteſano) que eſta reſtitucion ha de ſer la del Perayle de Valencia. Deſeando el Rey ſaber el cuento, le mandò que ſe le declaraſſe; y èl proſiguiò: Sepa V. Mag. que en Valencia huuo vn Carnizero, q̃ auia hecho diez, ò doze mil ducados, dando peſos falſos à la Republica; y llegando vna Semana Santa, deſeò reſtituir; pero como no ſupieſſe las Perſonas ciertas à quien auia defraudado por menudo, echò la cuenta por el tiempo que auia peſado carne; y pareciòle, que ſeria bien ſeruir otro tanto en oficio, en que pudieſſe dar al comun peſos ſobrados, con que ſatisfazer à bulto lo que le auia hecho de menos. Y andandole à buſcar, en que con mayor comodidad pudieſſe añadir à los peſos, le ocurriò el de Perayle, cuya ocupacion es dar à hilar en las Aldeas por vn tanto. Daba, pues, en cada libra dos, ò tres onças mas, como ſolià dar en la carne de menos. Y las Labradoras ſencillas, que boluian cabalmente lo que ſe les entregaba, hilaban ſin penſar, diez y ocho onças, por el precio de diez y ſeis. Echando el Rey de ver el intento, le dixo, ſonriendoſe: Tambièn Yo temo lo que vos, pero otros le aſſeguran mucho, dexemonos engañar eſta vez. El ſucceſſo reſpondiò al pronoſtico; porque reſtituido al Oficio, continuò las primeras mañas, y al cabo ſe le huuieron de quitar, y con mayor afrenta.*

35 Qua doctrina, & experientia ſatis fulcita, & commendata manet reſolutio huius quæſtionis, quam diſputationis gra-

gratia agitaui,ſperans numquam ad praxim deducendam in futurùm. Ad præſens enim,in omnibus, qui in hoc Regio Conſilio adſident, ſimùl cum ſcientia, integritate,& iuſtitię zelo, tâm peruigilem curam, & aſsiduam diligentiam experior, & quotidiè addiſco, ab eo tempore, quo (licêt indignus) eorum lateris Comitatu Illuſtror, vt nulla poſsit omiſsio, ſeu iactura pertimeſci. Quod nemini mirum videbitur perpenſis vniuſcuiuſque eorum dotibus. Et ſtimulante claro exẽplari ſumpto à Sedula ſolicitudine Illuſtriſsimi D. D. Didaci Zapata,digniſsimi eius Præſidis,qui ſcientia, & morum nobilitate altum genus ſuum exuperat. Primô enim fuit in maiori, & vetuſtiori Diui Bartholomæi Salmanticenſi Collegio fauſta Proles,& poſt in Illiberitana Chancellaria Senator litteratiſsimus,& in Regio Ordinum Conuentu Conſiliarius, à quo in Mediolanenſis Status Magnum Chancellarium tranſmiſſus fuit,& tandèm nobis, ex voto, reſtitutus, ê Supremis Italię,& Caſtellę Senatibus, ad Summos Præſidis, Patrimonij apices euectus, Dignitatem, tot vigilijs,& conturbationibus expoſitam, indeffeſo labore complet, & mira benignitate extollit. Et hac Aurea Clauí, fortunatè, circumcluditur hîc Titulus Primus.



TRAC

TRACTATVS
DE DECOCTIONE DEBITORVM FISCALIVM.

TITVLVS SECVNDVS,
IN QVINQVE QVÆSTIONES DIVISVS.

Quis sit decocti Iudex competens? Et de Erectione, & Iurisdictione Tribunalis decoctionum Huius Curię.

EPITOME TITVLI SECVNDI.

Quæst. I. Iudex loci delicti, & fraudis adhibitę in decoctione per debitorem, est competens, & potior ad procedendum contra eum, & in causa decoctionis. Et quandò, & quomodò possit debitor fugiens à loco domicilij, vel administrationis, per quemcumque Iudicem, & per ipsummet debitorem detineri? Et quid, si portet secum bona, seu res alienas? Explicantur leges Regni, quę circà hoc statuunt. Et an idem procedat in suspecto de fuga?

II. Debitor Fisci ex conductione, vel administratione redituum Regalium, seu ex alia causa, qui decoquit, priuatiuè subijcitur Iurisdictioni Supremi Cõsilij Regij Patrimonij; Cũ causę Fiscales semper habeant suos Iudices Regios. Et exponitur ab origine institutio Consilij, & eius diuisio.

III. Proponitur causa erectionis Tri-

Tribunalis decoctionum huius Curiæ, & delegationis ſpecialis in cauſis talium decoctorum, & refertur eius introductio, & ſeries Iudicum, & Miniſtrorum pro eius exercitio, & amplificatione deputatorum.

IV. Declaratur Iuriſdictio Iudicis decoctionum Redituum Regalium tàm ad cognoſcendũ, quàm ad ſubdelegandum cauſas in toto Regno, & auocandum ad ſuum Tribunal omnes pendentes coram Iudicibus Ordinarijs, & praxis huius auocationis accuratè exponitur.

V. An hæc Iuriſdictio locum habeat etiam contra Perſonas Eccleſiaſticas cuiuſcumquè Dignitatis, quę ſe in conductione, adminiſtratione, aut alia qualibet re concernente Regios reditus, & eorum exactionem intromiſerint? quod ſingulariter demoſtratur, & exornatur.

QVÆSTIO I.

Iudex loci delicti, & fraudis adhibitę in decoctione per debitorem, eſt competens, & potior ad procedendum contra eum, & in cauſa decoctionis. Et quandò, & quomodò poſsit fugiens à loco domicilij, vel adminiſtrationis, per quemcumque Iudicem, & per ipſum met creditorem detineri? Et quid ſi portet ſecum bona, ſeu res alienas? Explicantur leges Regni, quæ circa hoc ſtatuunt. Et an idem procedat in ſuſpecto de fuga?

Summarium Quæſtionis Primæ.

Num. 1. Iuriſdictio omnis ex lege Regia in Principem Romanum fuit translata.

2 *Iuriſdictio in Principe reſidet tamquàm in fonte, a quo fluit in magiſtratus, & refluit ad ipſum per appellationes, per quærelas, & nullitates, quod exornatur authoritatibus de noſtro Potentiſsimo Monarcha loquentibus, num. 3.*

4 *Iudices illi, quibus à Principe mandatur Iuriſdictio Iure proprio, vnicuique in ſuo territorio, ſunt ordinarij. Et num. 5. quomodò differunt à delegatis.*

6 *Actor debet ſequi forum rei.*

Forus

7 *Forus ſortitur pluribus modis, qui referuntur licèt remiſsiuè.*

8 *Forus domicilij vniuerſalior eſt omnibus foris, & in eo reus etiàm abſens poteſt conueniri, licèt in alijs regularitèr ſit neceſſaria eius præſentia.*

9 *Iudex loci delicti, ſeu decoctionis eſt competens ad cognoſcendum de cauſa concurſus. Et ſi debitor degit in alieno territorio debet per litteras requiſitorias eum citare.*

10 *Iudex loci delicti, & fraudis adhibitæ in decoctione per debitorem, eſt potior ad cognoſcendum; Et poterit reum petere à Iudice originis, vel domicilij, qui debet eum remittere.*

11 *Comprobatur authoritate plurium Doctorum.*

12 *In eo loco debet quis conueniri, & tenetur rationem reddere, vbi negotium, vel adminiſtrationem exercuit.*

13 *Debitor fugiens à loco domicilij, vel adminiſtrationis, poteſt per quemcũque Iudicem; immò, & per ipſum creditorem detineri.*

14 *Debitor fugiens facit, quodammodò furtum ſui; Et poteſt capi omnibus diebus, etiàm feriatis.*

15 *Debitor fugitiuus vbiquè poteſt conueniri, & coràm quolibèt iudice, aliàs incompetenti, nec poteſt eius iuriſdictionem declinare.*

16 *Suſpectus de fuga poteſt extrahi à domo propria.*

17 *Et detineri, & carcerari, quãdò ſuſpitio inducitur ex aliquibus præuentionibus ad eam.*

18 *Iudicis arbitrio relinquitur quis dicatur ſuſpectus de fuga, & eius rei probatio.*

19 *Creditor, quamuis poſsit debitorem fugitiuum capere, non tamèn poteſt eum verbalitèr citare.*

20 *Debitor fugiens, & ſecùm portans bona, ſeu res alienas, potiori ratione poteſt aprehendi, & detineri ſimùl cum bonis, à quocumque iudice, & ab ipſa parte. Et num. 21.*

22 *Creditor detinens, debitorem ſuum fugientem, tenetur eum intrà ſpatium 24. horarum, proprio iudici, vel publico carceri tradere.*

23 *Idem probatur in mercatoribus fallitis.*

24 *Mercatores, & negotiatores fugientes cum rebus alienis ad arces, ſeu fortalitia Dominorum, non poſſunt ab eis recipi, & protegi. Sed debent tradi iudicibus competentibus, vt eos tamquàm latrones publicos acritèr puniant. Et referuntur leges Regni, quæ de hoc agunt.*

25 *Et item leges, quæ diſtinguunt eos, ab his, qui fugiunt, vel ſe abſentant ſinè aſportatione bonorum, vel librorum.*

26 *Adducuntur Doctores, qui de his legibus, & earum materia, & explicatione latè egerunt.*

27 *Debitor, licèt regularitèr de iure, non poſsit conueniri in loco contractus, niſi ibi inueniatur, nec ſit locus remiſsioni, hoc fallit, quandò fugit in fraudem creditorum, nè eis ſoluat.*

28 *Declarantur, & conciliantur* l. 1. tit. 16. lib. 8. Recopilat. & l. 2. eiuſdem tit. & libri.

29 Lex 12. tit. 20. lib. 3. fori Regij *notatur, quæ prætèr facultatem, quam concedebat creditori, aprehendendi debitorem cum bonis, ſeu rebus, quas ferebat, tribuebat etiàm ei prælationem in illis rebus.*

30 *Creditor aprehendens debitorem fugientem cum centum, quæ ei debebat, non efficitur Dominus centum propia authoritate, ſed interueniente Iudice.*

31 *Debitor fugiens, vel ſuſpectus legitimè de fuga, etiam ſi ſit Clericus, vel Perſona exempta, poteſt per Laicum creditorem detineri propria authoritate.*

32 *Quod ità intelligi debet, vt tàm Iudex, quàm creditor Laicus, eum præſentent ſuo Iudici intra 24. horas.*

33 *Terminus iſte 24. horarum, àn ſit arbitrarius? Vel hìc, aut breuior ſit præciſus?*

34 *Adducitur, pro dicto termino, clauſula concordiæ, quam vocant Comitis de Oſſorno.*

35 *Decoctus fugiens, vel ſarcinulas ad id parans, poteſt capi, & detineri ab ipſa parte, vel quocumque Iudice, remittendus ad ſuum Iudicem.*

36 *Campſerij, ſeu Bancherij de publico deputati, debent idoneam præſtare cautionem pro officij exercitio.*

37 *Bancham cambij nullus audet tenere in Regno Franciæ, niſi authoritate Regia.*

38 *Bancherij, & campſerij in Italia, & præcipuis eius ditionibus, quomodò permittantur? Et de inſtituto montium pietatis in pluribus eius partibus vſitato, & eorum iuſtificatione, & vtilitate.*

39 *Cambia frequentia in Ciuitate Barcinonæ, remiſiuè proponuntur. Et refertur Lepida exclamatio* Fontanelæ deciſ. 242. nu. 1. & ſeqq.

40 *Cambia in noſtra Hiſpania, quomodò debeant erigi? Et numer.* 41.

42 *Supremo Regio Conſilio, ex legibus Regni, facultas erigendi cambia, & approbandi Perſonas, quæ illa exercere debeant in hac curia, attributa eſt, & puniendi campſores, qui foro ceſſerint, cum inhibitione Conſiuj Regij Patrimonij ſeu alterius Tribunalis.*

43 *Iuriſdictio eadem extenditur ad omnes, qui in quacumque Ciuitate, ſeù loco huius Regni, velint cambia publica exercere.*

44 *Exterus, & non naturalis verè, & propiè horum Regnorum, non poteſt in eis habere hæc cambia.*

1  MNIS Iuriſ-- dictio ex le-- ge Regia in Princi pẽ Romanum fuit translata, *l.* 1. vbi DD. *ff. de Conſtit. Princip. §. Sed quod Principi placuit, Inſtituta de Iure Naturali Gent. & Ciuil.* & ibi repetentes Gloſſ. *in cap. Lex, diſtinctione* 2. *l.* 1. *&* 2. *tit.* 1. *partita* 2. Corraſius *lib.* 6. *Miſcelan. cap.* 8. Duarenus *lib.* 2. *diſputat. cap.* 19. Charondas *lib.* 1. *veriſim. cap.* 2. Goueanus *lib.* 2. *Variarum cap.* 30. Balduinus *ad leges Romuli, in fin.* Couarrubias *in Practic. quæſt.* 1. *num.* 3. D. Menchaca *lib.* 1. *Controuerſ. Illuſtr. cap.* 1. Mendoça *lib.* 1. *diſputat. Iur. cap.* 5. *ex num* 14. Pancirol. *lib.* 2. *Var. lect. cap.* 69. *pagin.* 269. Barboſa *in l.* 2. *§. Legatis, num.* 18. *ff. de Iudicijs*, D. Valençuela *conſ.* 200. *num.* 29. Tapia *deciſ.* 1. *num.* 3. Bobadilla *in Politic. lib.* 1. *cap.* 2. *numer.* 15. D. Franciſcus Merlinus *tom.* 1. *controuerſ. Forenſ. cap.* 13. *à num.* 5. vbi benê ab initio comprobat *& cap.* 25. *num.* 2. latè D. Franciſc. de Amaya *lib.* 1. *obſeruat. Iur. cap.* 1.

2 Et ideò in eo, & reliquis Principibus ſuperioritatis culmẽn habentibus principalitêr reſidet tamquàm in fonte, â quo fluit ſecundariò in Iudices, & Magiſtratus, quibus eam mandat (iuxt. Text. *in l.* 1. *§. Qui mandatam, ff. de Officio eius, cui mandat. eſt Iuris, l. Iudicium ſoluitur, ff. de Iudicijs*, vbi DD. & maximè Decius *in l.* 1. *ff. de Iuriſdiction. omnium iudicum.* Menochius *conſ.* 230. *num.* 106. *volum.* 3.) & refluit tamquàm flumina ad Mare per appellationes, quærellas, ſeù recurſus, Gloſſ. *in l. Si quis Decurio, C. de Decurionibus, lib.* 10. verbo, *Iudici*, & elegantèr dixit Baldus *in cap.* 1. *de Allodijs, & in cap.* 1. *quis dicatur Dux, aut Marchio. & in l. Imperium, ff. de Iuriſdiction. omnium iudicum, Authentico Conſtitutio, quæ de Dignitat. §. Prætereà, collatione* 6. *cap.* 1. verſ. *Poteſtas, tit. Quæ ſint Regalia in vſibus feudorum*, vbi Andræas de Iſernia Caſaneus *in Conſuetud. Burgundiæ, rubrica* 8. *§.* 3. verſ. *Numquid in additione, num.* 24. Et idem *in Cathalog. Gloriæ Mundi*, 5. *part. conſideratione* 24. *verſ.* 15. *&* 71. *& conſideration.* 33. Montaluo *in l.* 50. *tit.* 6. *part.* 1. verbo, *Franquezas*, verſ. *Pro contraria parte*, Maſtrillo *de Magiſtratibus, lib.* 5. *cap.* 4. *per totum*, Petrus Gregorius 3. *part. Syntag. Iur. lib.* 47. *cap.* 20. *n.* 6. verſ. *Proindè, & n.* 9. Auend. *in c.* 1. *Prætorum, n.* 2. *& ſeqq.* Giród. *de Gabell.* 1. *part. n.* 35. *& ſeqq.* Capic. Galeot. *reſp. Fiſc.* 24. *n.* 36. *& n.* 38. ibi: *Ipſaque iuriſdictio promanat à Rege, tãquã riuus à fonte, adeò vt à ſcaturigi-*

rigine ſeparari nequeat, non minus, vt radij Solis à Sole ſecũdum Bald. de Feud. Marchiæ in princ. Arias de Meſſa *lib. 3. Var. cap. 35. n. 7.* D. Solorç. *de Iur. Ind. to. 2. lib. 4. c. 3. n. 30.* D. D. Pet. Salç. *in Tract. de Leg. Polit. lib. 2. c. 6. nu. 6. & in Comment ad ll. additas Recop. ad l. 63. tit. 4. lib. 2. Recop. num. 12. &* 13. Eraſm. Chockier *de Iuriſd. in exemptos, p. 2. q. 5. n. 7. &* 8. Octau. Gloritius *reſpon. 3. n. 1.* Paul. Staibanꝰ Iunior *cent. 2. reſolut. Foren. reſol. 188. n. 2. &* 3. Anſald. *de Iuriſd. p. 3. tit. Vnic. c. 1. n. 9.* & nouiſsimè D. Franc. Miñano *in ſolida Baſi Iuriſdictionis Pontificiæ, Tract. 2. fundam. 2. quæſt. 6. num. 29.*

3 Et in his Regnis Noſtro Potentiſsimo Monarchę eã atribunt *l. 1. 2. & 3. tit. 1. lib. 4. nou. Recop.* inter quas *l. 2.* ita ait: *El Rey funda ſu intencion de Derecho Comũ acerca de la juriſdiciõ ciuil, y criminal, en todas las Ciudades, y Villas, y Lugares de ſus Reynos, y Señorios. L. 6. tit. 13. lib. 3. ordinam. l. 2. tit. 4. p. 3. l. 2. tit. 1. p. 2. & l. 22. tit. 9. eadẽ part. l. 1. tit. 9. lib. 3. Recop.* vbi Azeued. *n. 17.* Greg. Lop. *in l. 1. tit. 18. p. 2. gloſſ. 1.* D. Couarr. *in Pract. c. 1. n. 9.* his verbis: *In Caſtellana Republica, tota ciuilis poteſtas, & iuriſdictio penès ipſum Regem eſt, ab eoque deriuatur in alios.* Auend. *dict. c. 1. n. 7.* Auilès *in eodem c. 1. Prætor. n. 13.* ibi: *Quià iuriſdictio eſt apùd Regem tamquàm apùd fontem à quo fluunt, & refluunt aquæ, tamquàm flumen ad Mare fluit: Itaquè iuriſdictio ab eo per conceſsiones, vel commiſsiones, ſeu confirmationes: Sed ad eum refluit iuriſdictio per appellationes, per quærellas, ſeu nullitates.* Bobadill. *in Polit. lib. 1. cap. 2. n. 19. & lib. 2. cap. 16. nu. 76.* vbi ità concludit: *Porque todas las juriſdiciones reſiden en el Principe, y dèl eman, y proceden, como de fuente, y à èl miſmo tornan, y ſe debueluẽ.* Azeued. *in dict. l. 1. tit. 1. lib. 4. Recop. à nu. 7.* D. D. Ioan. de Lartea *alleg. 70. n. 4. tom. 2. alleg. Fiſcal.* D. Ioan del Caſtillo *tom. 7. de Tertijs, cap. 18. num. 155. & cap. 41. num. 11.* Caſanate *conſ. 43. à num. 1.* Ripol. *de Regalijs cap. 35. à num. 1.* Iban. de Bardaxi *in Tractatu, de Officio Gubernat. ſeù Procurat. Generalis Regni Aragonum, quæſt. 2. in princip.* vbi ex Vitali *de Excelſis Dei Theſauris, tit. de Iudic.* ait, *quòd, vt Diadema in capite Aron; & ſplendor in medio Firmamenti illuminans totam machinam mundialem, ſic ſplendet iuriſdictio in Regia Maieſtate, in qua eſt ſic totaliter conſtituta, vt quaſi à fonte in riuos, oportet ab ipſo in alios omnes ipſas iuriſdictiones, & exercitiũ deribari.* D. Michaël Cortiad. *in ſuis Aureis deciſionibus ſup. praxi contentionum Regni Aragonum, deciſ. 38. num. 25.* vbi plures refert Caldas Pereyr. *conſ. 8. n. 34.* Cãcer. *lib. 2. Var. c. 2. n. 326. & ſeqq.* vbi ex hoc infert, poſſe cogere exercẽtes in Regno iuriſdictionẽ, vt oſtẽdant titulũ, cuius vigore illã exercent, Parej. *de Inſtr. edit. tit. 2. reſol. 1.* vbi latè cõprobat, & exornat.

4 Et illi Iudices, quibus à Principe mãdatur iuriſdictio, Iu-

re

re proprio vniculque in ſua Prouincia, & territorio, ſunt Iudices Ordinarij, *l. in principio, ff. de Officio eius cui mandat. eſt iuriſdictio, l. More, ff. de Iuriſdictione omn. Iud.* Bart. *in l. Ambitioſa, num.* 34. *ff. de Decretis ab ordin. faciend.* vbi benè quomo dò cognoſcatur arbitrium collatum per modum iuriſdictionis ordinariæ, vel delegatæ, quem ſequitur Baldus *in dict. l. More, col. penultim.* verſ. *Iuxtà quod quæro*, Soccinus *ibidèm num.* 17. Menochius *de Arbitrarijs, lib.* 1. *cap.* 12. *per totum*, Flores de Mœna *lib.* 3. *Variarum quæſtione* 24. *num.* 6. Maranta *in Practica* 4. *part. diſtinction.* 5. *num.* 4. *& ſequentibus*, vbi plures differentias inter Iudicem Ordinarium, & Delegatum refert, de quo latè etiàm agunt, Bobadilla *in Politic. lib.* 2. *cap.* 20. *à numer.* 5. & Azeuedo *in l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 3. *Recopilationis, & in Summario ipſius tit.* Dom. Michaël Moez *in Commentarijs ad cap. Statutum* 11. *§. In nullo quoquè, num.* 72. *de Reſcriptis, in* 6. quià iuriſdictio ordinaria cohæret territorio, & ſinè eo dari non poteſt, *l. fin. C. Vbi, & apud quem*, D. Franciſcus de Clapperijs *in Centuria cauſarum Fiſcal. cauſa* 8. *quæſt.* 1. vbi optimè declarat quomodò cognoſcatur, an facta ſit Delegatio, vel excitatio iuriſdictionis, quandò Iudici Ordinario per reſcriptum Principis cauſa committitur, Scaccia *de Sententia, & Re iudicata, gloſſ.* 4. *cap.* 1. *quæſt.* 6. *à num.* 2. *cum ſequentibus*, Antonius de Vallis *libr.* 3. *Variarum tractat. præmiſſo* 6. *fol. mihi* 97.

5 Et de Iure Regio, benè declarat *l.* 1. *tit.* 4. *part.* 3. vbi relatis Magiſtratibus, & Iudicibus, qui creantur in Curia, & reliquis Regni partibus ad adminiſtrationem iuſtitię. Ita proſequitur: *E todos eſtos Iuezes que auemos dicho, llamanlos en Latin Ordinarios, que mueſtra tanto como homes que ſon pueſtos ordinariamente para fazer ſus Oficios ſobre aquellos que han de juzgar cada vno en los Lugares que tienen. Otra manera y hà aùn de Iuezes, à que llaman Delegados, que quiere tanto dezir, como homes que han poderio de judgar ſegun les mandan los Reyes, ò los Adelantados, ò los dichos Iuezes Ordinarios.*

6 Regula ergò Iuris eſt generalis, & indubitata, quòd actor debet ſequi forum rei, & conuenire eum coràm ſuo Iudice competenti, *l. Iuris ordinem* 2. *l. In criminali* 5. *C. de Iuriſdictione omnium iudicum, l. fin. C. Vbi in rem action. l.* 2. *C. Vbi, & apud quem, cap. Sanè, cap. Cum ſit generale, de Foro compent. cap. Si Clericus eorum, cap. Experientiæ, cap. Si quiſque* 11. *quæſtion.* 1. *l.* 32. *titul.* 2. *partit.* 3. *l.* 8. *&* 9. *tit.* 3. *libr.* 4. *nouæ Recopilationis*, Brunorus à Sole *in locis commun.* verbo, *Actor.* 2. Tuſchus *Practicar. concluſ. tom.* 1. *littera A. concluſ.* 122. Barboſa *in*

l. Hæres abſens, §. Proindè, num. 8. & pluribus ſequentibus, ff. de Iudicijs, Gutierrez *lib. 1. Canon. cap. 34. num. 8.* Caſtillo *lib. 3. controuerſ. cap. 25. numer. 8.* Hermoſilla *in Notis ad l. 32. tit. 5. part. 5. gloſſ. 1. num. 308.* Auguſtinus Barboſa *in Collectan. ad dict. cap. Cum ſit generale, num. 2. & Axiomate 10. num. 1.* vbi plures refert.

7 Et licèt quis multis modis ſortiatur forum, vt patet *ex dict. l. 32. tit. 2. part. 3.* vbi 14. modi enumerantur, Speculator *lib. 2. tit. de Competentis Iudicis additione §. Generalitèr*, qui refert quinquaginta duos, Marianus Soccinus, qui omnium copioſiſsimè, & elegantiſsimè materiam proſequutus *in Rubrica, tit. de Foro competenti, ex num. 1.* centum, & nouem congeſſit alphabetico ordine, reaſumpſit Sigiſmundus Scaccia *de Sententia, & re iudicata, gloſſ. 7. quæſt. 1. à numer. 28.* & latè, & elegantèr doctus Anteceſſor meus in exercitio iuriſdictionis decoctionum huius Curię, D. Thomàs Carleual. *de Iudicijs, tom. 1. diſputat. 2. per totam.* Vbi per octo quæſtiones, eoſdem modos ſortiendi forum, ſcilicèt, domicilij, originis, rei ſitę, contractus, hæredis & ſucceſſoris, priuilegij, delicti, & prorogationis fundat, & copioſè materiam explicat, & exornat.

8 Quò ad noſtram materiam, vel forus domicilij, qui generalior, & vniuerſalior eſt cæteris foris ſecundum Abbatem *in cap. 1. num. 6. de foro competent.* Marianum Soccinum *in cap. vltimo, eodem num. 45.* & ibidèm Felinum *num. 23.* nâm in eo conueniri poteſt reus, non ſolum præſens, ſed etiam abſens, non enim eſt neceſſaria eius præſentia in eo loco, cum tamèn regularitèr ſit neceſſaria in loco cuiuslibèt alterius fori, vt probat Text. *in l. Dies cautioni 4. §. Prætor ait, ff. de Damno infecto, & in §. Si verò etiàm quidam in Authentico de Exhibend. reis, collat. 5. & in cap. Cauſam, de dolo, & contumatia*, vt obſeruat cum pluribus Carleual. *dicta diſputat. 2. num. 5. & 6. & num. 13. cum ſequentibus.*

9 Vel forus delicti, ſeu decoctionis erit ſequendus. Vt in eo fallimenti, occultationis bonorum, & reliquarum rerum decoctionem antecedentium, cauſa ventiletur, & ſequeſtratio bonorum fiat, cuſtodiaquè adhibeatur, obſeruatis terminis Iuris, ſcilicèt, quòd ſi citatio, vel captura facienda ſit in alieno territorio, fiat mediantibus litteris requiſitorijs, iuxta *Clementin. Paſtoralis, §. Eſto igitur*, verſ. *Vt illud tamquàm notiſsimum, & §. Nos quoquè, de Re iudicata, & Authenticam ſi verò criminis, C. Ad leg. Iul. de Adulter.* & notata à Carleual. *vbi ſuprà num. 18. & ſequentibus*, pro quo benè facit *l. 2. C. de His, qui*

qui latron. occulta, ibi: *Tribuni etiàm siuè Primates numerorum, vel officiorum, qui in locis sunt admoniti per litteras Iudicis, si adminiculum militare præbere noluerint*, Cancerius *lib. 2. Variar. cap. 15. per totum*, D. D. Ioannes Baptista de Larrea *decis. 82. per totam, tom. 2. decis. Granat.* Fragoso *de Regim. Reip. lib. 4. disput. 10 §. 2. ex num* 142. Pareja *de Instrument. edit. tom. 1. tit. 2. resolut. 9. à num. 5.* vbi omnes authoritates Iuris Communis, & Regij, & Doctores refert, & de Iure nostro est Text. *in l. 7.* vers. *E aun deben mucho guardar, tit. 4 part. 3.* de cuius, & huius materiæ explicatione, benè agit Azeued. *in l. 3 tit. 3. lib 4. Recopilat. ex num. 30. cum seqq.* vbi examinat, & resoluit quæstionem illâ de Iure summè controuersam, an scilicèt Iudex subditum suũ in alieno territorio existentem, verbo tantum citare possit? quòd attenta ea, non possit.

10 In quo Iudex loci delicti, & fraudis adhibitæ, in ordine ad decoctionem, & præiudicium creditorum erit potior, ita vt reus sit remittendus etiam â Iudice originis, aut domicilij requisitis forma predicta, ex necessitate Tex. *notabilis in Authen. Vt nulli iudicũ §. Si verò quis comprehensorum, collat. 9. & in Authentic. Vt Iudices sinè quoquo suffrag. §. Si quis autèm, collat. 2. dict. Authent. Si verò criminis, C. ad legem Iul. de Adulter. l. 16. tit 4. part. 3.* Melior Text. *in l. 1. tit. 29 part. 7.* ibi: *E si por auentura se fuesse el malfechor de aquel Lugar, despues que fuesse acusado, aquel mismo Iudgador ante quien lo acusaron, debe embiar su carta al Iudgador del Lugar do lo fallaren, que lo recabden, è lo embien ante èl, para fazer derecho del yerro, de que fuesse acusado: è el Iudgador del Lugar do quiera que fuere fallado el malfechor, despues que la carta recebiere, debelo fazer assi, maguer non quiera.* Vbi Gregorius Lopez *gloss. 2.* verbo, *Debelo fazer*, benè comprobat, & latè agit de materia. *L. 3. tit. 16. lib. 8. Recopilationis*, ibi: *Que sean tenudos los dichos Alcaldes, y Oficiales del Lugar donde estuuiere de lo prender, y prendan, y embien preso, y bien recaudado à los Alcaldes, y Iuezes del Lugar donde assi hizo el maleficio; porque alli donde cayò en la culpa, reciba la pena.* Et *l. 5. eodem*, vbi ponitur concordia inita super hac remissione delinquentium, cum Senatoribus Regni Portugalliæ. Marianus Soccinus *in cap. Postulasti, num. 14. de For. competent.*

11 In idem conueniunt Præses Couarrubias *in practicis, cap. 11. num. 6. in fin.* versic. *Contraria sententia*, Anton. Gomez *lib. 3. Variar. cap. 1. num. 87.* & ibi Ayllon *in Addition. num. 89.* vbi plures adducit, Iulius Clarus *lib. 5. Sentent. §. fin. quæst. 38. num. 19.* Zeuallos *quæst. 678. num. 18. & seqq.* Decianus *lib. 4. Tractat. Criminal. cap. 18. num. 5. & cap. 91. num. 1.* Rouitus *ad Pragmatic. 1. vbi de delicto quis poss. conu. num. 66. in vltim. edit.* Guacinus *de Defens. reorum, defens. 1. cap. 17. num. 35.*

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

D. Petrus Noguerol *allegat. 12. num. 16. & ſeqq. & à num. 22.* vbi materiam declarat, & latiùs Azeuedo *in l. 1. tit. 16. lib. 8. Recopilationis, num. 8. cum multis ſeqq.* & Petrus Barboſ. *in l. Hærens abſens, §. Proindè, in art. de foro delicti, à num. 1. & num. 72. & 85. cum ſeqq.* Carleual. *dict. diſput. 2. à num. 757.* Pareja *de Inſtrument. edit. dict. reſolut. 9. à num. 5. & num. 20.* qui omnes latè exornant, Ayllon *in Addit. ad Anton. Gomez, lib. 3. variar. cap. 1. num. 89.*

12 Item, & alia ratione hoc poteſt fulciri, ſcilicèt, vt ibi quis debeat conueniri, & teneatur reſpondere, & rationem reddere, vbi negotium exercuit, vel adminiſtrationem habuit, vt generalitèr ſtatuitur *in l. 1. C. vbi de ratiocinijs agi oporteat, l. Hæres abſens, § 1. ff. de Iudicijs, l. 32. tit. 2. part. 3. in fin.* vbi Gregorius comprobat, *Gloſſ. ſingularis, & non animaduerſa, in l. Admonendi*, verbo, *exacto iure iurando, ff. de Iure iurando*, ibi: *Vel per fugam rei, qui debuit ibi Reſpondere vbi officium geſsit, vt in Auth. de Collat. §. Super hoc, & §. Si quis autem, & arg. Inſtit. de Re militar. l. Non omnes, § fin.* Et in argentario, ſeu argentariæ menſę exercitore, idem reſoluunt, & decidunt *l. Argentarium 45. ff. de Iudicijs, & dictus §⁹. primus, legis Hærens abſens, l. Prætor ait 4. in princip. & per tot. l. Si quis ex argentarijs 6. ff. de Edendo, & prædicta lex 4.* ita ait: *Sed ibi quis compellitur edere, vbi argentariam exercuit, & hoc eſt conſtitutum, quòd ſi inſtrumentum argentariæ in alia Prouincia habeat, in alia adminiſtrauerit, ibi puto cogendum edere vbi argentariam exercuit, hoc enim primùm deliquit, quòd alìo inſtrumentum tranſtulit*, Petrus Barboſ. *de Iudicijs in repetit. ad dict. l. Hæres abſens, §. 1. num. 3.* Eſcobar *de Ratiocinijs, cap. 7. num. 2. & cap. 10. num. 24.* Tuſchus *litter. E. concluſ. 40. num. 12.* & cum Nicolao Genua *de Script. priuat.* & alijs Pareja *de Inſtrument. edition. tom. 1. tit. 5. reſolut. 3. num. 31. & 32.* Pacianus *de Probat. lib. 1. cap. 66. nu. 123.* Auendaño *de Exequend. mandat. cap. 1. num. 16.* Felicius *de Societate, cap. 38. à num. 1.* vbi latè comprobat. Eſcobar *de Ratiocinijs, dict. cap. 10. num. 24.* vbi de exhibitione libri pro reddendis rationibus Fráciſcus Rocchus *in Tract. de Societate mercatorum, qui eſt poſt tom. 1. reſponſorum legalium, nota 97. num. 207. & ſeqq. vſquè in finem*, vbi benè de materia, & in terminis ità probat Baldus *in l. etiàm, C. de Execut. rei iudic.* vbi, quòd mercator ratione menſę, vel negotiationis mercium, hoc eſt contractuum, efficitur de iuriſdictione illius loci, etiá ſi nullum habeat domicilium, & deciſum refert Franciſcus de Claperijs *in Centur. cauſarum Fiſcal. quæſt. 5. cauſ. 3.* quos ſequitur D. Ioannes Franciſcus del Caſtillo *deciſ. 55. num. 7. tom 1.* nouiſsimè Emanuël Aluarez Pegas *in reſolut. Forenſ. cap. 3. num. 720.* vbi benè limitat, quòd conuentus in loco domicilij teneatur ibi reſpondere, ſi Actor ſuis ſumptibus libros rationũ deferre paratus ſit, quod idem

tenet

tenet D. Olea *de Ceſſ. Iur. tit. 1. quæſt. 6. num. 58. in fin.*

13 Ex quo ſequitur, quòd ſi debitor fugiat à loco domicilij, vel in quo negotium, vel adminiſtrationem exercuit, poterit per quemcumque Iudicem detineri, immò, & per ipſummet creditorem, vt probat apertus Text. *in l. Ait Prætor 10. §. Si debitorem, ff. Quæ in fraudem creditorum*, pro cuius perfecta intelligentia notandum eſt.

14 Quòd debitor fugiens facit, quodammodò furtum ſui, & ideò omnibus diebus etiàm feriatis, poteſt capi, vt cum Gloſſ. *in l. Fin. C. de Ferijs*, verbo, *Fideiuſſionis*, ibi: *Niſi timeatur de eius receſſu*, obſeruat Baldus *in cap. Conquæſtus fin. de Ferijs, num. 11.* ibi: *His tamen omnibus diebus debitor fugitiuus capi poteſt, quia fugiendo facit quodammodò furtum ſui, immò rei debitæ*, idem Baldus *in l. Si quis ſeruo, C. de Furtis*, vbi per Text. *in l. Quoniam multa facinora, C. ad leg. Iul. de vi publi. & in cap fin. de Homicidio in 6.* ait, quòd ſi debitor poſtquam eſt datus creditori, fugit, inducitur furtum, & cum eo explicat Auendañ. *ad tit. de las Excepciones, num. 57. verſic. Si tamèn poſtquàm datus eſt, gloſſ. in cap. 1. de coniug. leproſorum.* Baldus, & Paulus de Caſtro *in l. 1. C. Vbi quis Decurio vel cohortal.* qui loquuntur in marito, quòd poſſit vxorem fugientem detinere, quià in eam habet manus iniectionem, de quo Tiraquelus *ad l. 1. connubialem, gloſ. 1. part. 1. num. 40. & gloſſ. 2. num. 18.* Paris de Puteo *de Syndicatu circa principium, §. de exceſſibus variorum erga ſubditos num. 35.* Vbi cum Baldo *in l. 1. C. de Seruis fugit. in fin.* loquitur in Vaſſallo fugiente à facie Domini ſui, quòd faciat furtum ſui ipſius, & Dominus poſsit immittere manus ad Perſonam, ſi haberi poteſt, vel ad bona. Caldas Pereyra *lib. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 21. num. 26.* & de Viro propria authoritate capiente vxorem, quę ab eo diuertit ſine cauſa, vide Farinaciũ *in Prax. tom. 4. tit. de delictis carnis, quæſt. 143. num. 253.* D. Franciſcus Sarmiento *lib. 7. Selectarum, cap. 13. n. 3.* vbi plures citat. D. Franciſc. de Cuenca *de ſui defenſ. lib. 3. quæſt. 3. num. 37.* Ioannes Baptiſta Ventriglia *in Praxi rer. notabil. annotat. 2. §. 3. num. 17.* vbi cum Farinacio *de Hæreticis, quæſt. 189. num. 26. & 31.* agit de hæretico fugitiuo àn poſſit ab omni priuata Perſona capi incarcerari, ac bonis ſpoliari impunè? D. Michaël de Cortiadà *in Praxi content. Regn. Aragon. deciſ. 66. num. 6. tom. 2.* Vbi probat, quòd miles Militię bellicę fugiens â Militia, ſui furtum facit, *& num. 12.* idem in ſeruo fugiente ad Eccleſiam, & quòd domino eſt reſtituendus cum cautione, latè Farinacius *in Praxi, tom. 1. quæſt. 27. num. 107.*

15 Et ideò ait Bartolus *in l. 1. ff. de Eo quod certo loco, quæſt. 1.* quòd debitor fugitiuus, vbiquè poteſt conueniri, Franciſcus Marcus *deciſ. 1057. num. 2.* Bortellus *tom. 1 ſummæ deciſ. tit. 7. num. 102. & ſeqq.* & coràm quolibèt Iudice, qui aliàs

aliàs non foret competens, nec poteſt opponere de incompetentia, quià ſicut poteſt capi, & detineri à creditore, etiàm tempore incompetenti, hoc eſt feriato, etiâm ſi eſſent feriæ ſolemniſsimę, puta Natiuitatis Domini, ſeu Paſchatis, & ſimiles, *ex dict gloſſ. & Bald. vbi ſuprà.* Paulo Caſtr. *in dict. l. fin. nu.* 1. Petro Gerardo *ſingul.* 100. *num.* 21. Morotio *reſponſ.* 66. *num.* 5. Surdo *de Alimentis, tit.* 8. *priuileg.* 2. *num.* 12. Zeuallos *tom.* 1. *comm. quæſt.* 267. *n.* 26. *& tom.* 3. *q.* 760. *n.* 25. Anchar-ranus *conſ.* 180. *&* 184. Caccialupo *in Tract. de Debitore ſuſpecto, quæſt.* 8. Rodericus Suarez *in l.* 2. *tit. de los Emplaçamientos, lib.* 2. *fori legum,* verſ. *Sed attende, num.* 23. *fol. mihi* 403. Carraſco *ad leges Regias, cap.* 2. *§.* 2. *num.* 10. vbi benè comprobat Carrocius *de Remedijs contr. ſentent. except.* 7. *à num.* 10. Velaſco *de Priuileg. Pauper. part.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 13. Ioſephus Ramon *conſ.* 11. *num.* 21. vbi plures refert, Pereyra *de Manu Regia, tom.* 2. *cap.* 22. *num.* 10. Fontanel. *deciſ.* 241. *num.* 7. *tom.* 1. Vantius *de Nullitat. tit. de Nullitate ex defectu citationis, num.* 34. Riccius *collectanea* 1203. Gratianus *tom.* 5. *diſceptat. Forenſ. cap.* 875. vbi benè declarat, quandò talis debitor fugiens non poſsit opponere de incompetentia Iudicis, Carleual. *de Iudicijs, tom.* 1. *diſputat.* 2. *num.* 901. Gregorius Lopez *in l.* 15. *tit.* 29. *part.* 7. *gloſſ.* 2. Vbi, quòd tenetur intra 20. horas ſuo Iudici præſentare, Franciſcus de la Pradilla *in legibus pœnalibus, part.* 1. *cap.* 39. *num.* 2. Matienço *in l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 5. *Recopilationis, gloſſ.* 3. *num.* 9. *in fin.* vbi cum Tiraquello *de Retract. §.* 26. *gloſſ.* 3. *num.* 24. probat Ius capiendi debitorem fugitiuum propia authoritate, alteri cedi poſſe, S. Felicius *deciſ.* 141. *num.* 8. *in Additionibus,* Azeued. *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 4. *Recopilationis, num.* 8. Eodem modo poteſt capi in loco incompetenti Philippus Probus ad Ioannẽ Monachum *in cap. Vt inquiſitionis, num.* 1. *de hæreticis in* 6. Iaſon *in l. Plerique, num.* 26. *ff. de In ius vocando,* dum ait, quòd debitor ſuſpectus de fuga poteſt capi, etiàm in domo propria, arguendo de tempore ad locum, *iuxta l. Vinum, ff. Si certum petatur, l. fin. ff. de Condict. tritic. l. Millesità, ff. de teſtam. Militis, l. Qui plures, ff. de Vulg.* Bald. & Iaſon *in dict. l. Vinum, num.* 2.

16 Et cũ Iaſone in hoc, quòd de Iure Communi domus propria non præſtet ſuſpecto de fuga immunitatem, ſed ab ea poſsit extrahi, conueniunt Tiraquel. *de Retract. gloſſ.* 3. *n.* 88. Cœpola *caut. l.* 5. Dueñas *regul.* 88. Minſingerius *obſeruat.* 89. Farinacius *in Praxi, tom.* 1. *quæſt.* 27. *num.* 91. *&* 92. Seraphinus *de Priuileg. iuram. priuileg.* 155. & nouiſsimè Excelentiſsimus, tàm ſcientia, quàm Dignitate D. D. Chriſtophorus Creſpi de Valdaura, digniſsimus Supremi Aragonum Conſilij Præſes *in ſuis doctis obſeruat. obſeruat.* 13. *num.* 9.

17 Et non ſolùm quandò debitor actualitèr fugit à ſuis creditoribus (ad quod ſufficit, quòd

vnum

vnum pedem mouerit, *l. Fugitiuus, ff. de Verborum ſignificatione*, & *l. Quis ſit fugitiuus, §. 1. iuncta gloſſa*, ibi verbo, *Fugitiuum fuiſſe*, *ff. de Ædilit. edict.* & cum Soccino, Caccialupo, & alijs Boerius *deciſ. 215. num. 2. in fin.* Baldus *conſ. 382. in quæſtione Milani, num. 9. volum. 5.* Mauſonius *de Cauſis execut. lib. 1. præludio 2. num. 24. in fin.*) poteſt detineri, & carcerari, ſed etiàm quandò eſt ſuſpitio fugę ex aliquibus præuentionibus ad eam, *l. Quæſitum, ff. de Pignor.* vbi Bartol. ſummat *quòd ſi debitor eſt ſuſpectus, antè diem, vel conditionem competit perſecutio pignoris, l. Generali*, vbi etiam Bart. *C. de Decurionibus, lib. 10.* traddit Franciſcus Burſatus *conſ. 140. num. 76. lib. 2.* & approbatum extat *in l. 17. tit. 13. part. 5.* & Gregorius *in l. 10. tit. 15. part. 5. gloſſ. 1.* multa adducunt Padilla *in l. Cum proponas, num. 8. C. de Tranſact.* Menochius *de Recuper. poſſeſſ. remed. 5. num. 25.* Gutierrez *in l. Nemo poteſt, ff. de Leg. 1. num. 181.* Morla *in Empor. part. 1. tit. 8. in præmiſſis, num. 951. & quæſt. 15. num. 4.* Petrus Gregorius *lib. 22. Syntagmat. Iur. cap. 6. num. 1. & duobus ſequentib.* Paz *in Praxi, tom. 1. quintæ partis, cap. 4. num. 6.* Paulus Grilandus *de Relaxatione carceratorum, § de Fuga incarcerati, num. 18. qui eſt tom. 11. Tractat. DD. part. 1. fol. 354.* vbi ex DD. *in l. Admonendi, de Iure iurando, & gloſſ. Magna*, ibi *& Text. in l. Non omnes, §. à Barbaris, ff. de Re Militar.* tenet, quòd ſi vnus aufugit propter multa debita, quià timebat ad inſtantiam creditorum incarcerari, & deindè reuerſus, cum omnibus, vel maiori parte concordauit, poterit poſteà per aliquem ex illis creditoribus, aut per alios creditores poſteriores, ratione præcedentis fugę, capi vt ſuſpectus de fuga, & cum pluribus Hodierna ad Surdum *deciſ. 307. num. 2.* Coſta *in Repetitione ad cap. 1. de Iudicijs, num. 242. & ſeqq.* & benè Baldaxar de Angelis, & Ioſeph Melle *in Additionibus ad deciſ. 82.* Antonij Giçareli, vbi de tota materia, Cæſar Gallupus *in Praxi, part. 2. cap. 2. num. 32.* Quod tamèn limitatur in ſuſpecto de fuga pro paruo debito, vt cum Romano Caccialupo, Boërio, & alijs probat Farinacius *in Praxi, tom. 1. quæſt. 31. num. 140.* Ramon. *conſ. 11. num. 29.* & dicitur in ſimili *in l. ab hoſtibus, §. fin. ff. Ex quibus cauſ. maior. Authentic. Omnes Peregrini, C. Communia de Succeſſ.* Angelus *per gloſſ. in l. Pignoris cauſa 11. C. de Pignorat. action.* Hyppolitus de Marſilis *ſingular. 43.* Gothofredus *in Notis ad dict. §. Si debitorem, littera X.* Antonius Theſaurus *deciſ. 220. num. 8.* Cancer. *lib. 2. Variar. cap. 10. num. 22.* & eſt bonus Text. *in l. Omne æs, ff. Pro ſocio*, Iaſon. *in l. Si ab arbitro, num. 7. ff. Qui ſatiſd. cogant.* & notat Rota *deciſ. 742. num. 16. tom. 3. Recent. repetita poſt opus Ioannis Caſtagnæ, de Beneficio deducto nè egeat, deciſ. 7.* Amatis *deciſ. 9. num. 43.* & cum alijs D. Valençuela Velazquez *dict. conſ. 157. num. 10. & num. 24. & conſ. 189. num.*

num. 6. & ſeqq. Nam ſigna exteriora indicant animi ſecreta interiora.

18 Et licêt, quis dicatur ſuſpectus? & quomodò debeat probari? & ſit in hoc procedendum? declarent Antonius Queſada *diuerſ. Q. Q. lur. cap. 8. num. 8.* Menochius *de Arbitrar. lib. 2. caſu 87.* Maſcardus *de Probationibus, concluſ. 455. volum. 1. & concluſ. 827. vol. 2. vbi num. 35.* praxim ſubdit, Melchior Phœbus *deciſ. 54.* Ioſephus Ramon. *conſ. 12. à num. 32.* Caualcanus *deciſ. 1. à num. 38.* vbi latè, Surdus *deciſ. 307. num. 10. & 11.* Graſis *de Effect. Cleric. effect. 4. num. 296.* vbi limitat in eo, qui â principio contraxit cum decocto, & fallito, quem talem ſciebat, vel ſcire debebat, Rodriguez *de Concurſu, art. 6 1. part.* & ibi Antoninus Maria Bertilus *in Additionibus à num. 66.* vbi ſpecificè caſus ſuſpicionis enumerat. Et Gloſſ. *in l. Si fideiuſſor, §. fin. ff. Qui ſatiſd. cogant.* dicat, quatuor requiſita ad hoc concurrere debere, ſcilicèt, quòd non poſsideat immobilia, vel pauca, item mali mores de præſenti, & quôd priùs malè fecerit, tamèn verius eſt, hoc Iudicis arbitrio commiſſum, & relinquendum eſſe, qui habeat extimare vtrùm ſit ſuſpectus, vel nèn? eſſe neceſſe concurrere ſimùl ſuprà dicta, ſed quãdoquè ſufficere vnum, quandoquè aliud, ſecundum diuerſitatem cauſarum, de quibus tractatur, quòd expreſsè probat Text. in illis verbis: *Si hoc Iudici ſederit*, vbi addit Gloſſ. *in animo*, & Angelus dicit eſſe benê notandam ad hoc, quôd licêt allegetur quis ſuſpectus, vel petatur ſequeſtrum, tamèn Iudex nod debet, aſſentiri, niſi inanimo ſuo credat, eum fore ſuſpectum, Franciſcus de Curt. *de Sequeſtro, quæſt. 6. num. 33.* Guido Foranus *in eodem Tractatu, 2. regul. num. 3. & 4.* & cum Baldo, & alijs, ità cõcludit Rodericus Suarez *in dict. l. 2. fori*, verſ. *Sed attende, num. 1. & ſeqq.* vbi *num. 2. in fin.* ità ait: *Vndè non omnis, qui non poteſt ſatiſdare, patitur ſequeſtrum, ſed is demum, qui eſt ſuſpectus, vel de fuga, vel de receſſu, vel de baratatione, vel quòd dolo deſinat poſsidere, quæ omnia ex qualitate perſonæ perpendenda ſunt.* Argument. *l. fin. ff. de Action. & obligat. & l. 1. cum ſimilibus, C. Si quis Imp. maledix*; *hæc Baldus.* Et ibi benê proſequitur materiam, & formam ſatisdationis ab eo præſtandę, vt detentionem, ſeu ſequeſtrum euitare poſsit, & ſuſpicionem fugę, ſicùt etiàm *in principio dictæ legis Fori, à num. 1.* & Antonius Gomez *in l. 66. Tauri*, & reliqui Tauriſtæ, & Azeued. *in l. 3. tit. 16. lib. 5. Recopilationis, à num. 1.* vbi latè, *& num. 11.* tenet cum Suarez, eſſe Iudici arbitrarium, ſicut Menoch. *de Arbitrar. lib. 2. caſu 87. num. 13.* & ſequitur Mauſonius *de Cauſ. execut. libr. 1. præludio 2. num. 21.* Carraſco *dict. cap. 2. §. 2. num. 11.* Gregorius Lopez *in l. 41. tit. 2. par. 3. gloſſ. 3. in fin. & gloſſ. 4. & 5.* Sylua *Reſponſorum Iuris, lib. 2. reſponſ. 16. num. 16. & ſeqq.* benê Morla *in*

Em-

Emporio Iuris, tit. 8. quæſt. 15. num. 3. Vbi, quòd ad probandam ſuſpicionem fugę ſufficeret vnus teſtis, vel proprium iuramentum partis, ſi cauſę ſuſpicionis allegentur, & concludit: *Et ità in practica per Vniuerſa totius Chriſtianæ Reipublicæ Tribunalia, & apùd quæ ratio, & natura valet, ad vnguem obſeruatur*; & citat elegantem Text. *in l. Theſaurus* 15. vbi DD. *ff. Ad exhibendum*, de quo, & præcipuè an ad hoc ſufficiat iuramẽtum creditoris: benê agit Seraphinus *de Priuileg. iuram. priuileg. 7. à num. 30.* & ibi additio Martini Benekendorfij.

19 In quo obſeruandum eſt, quòd licêt creditor authoritate propria debitorem fugitiuum capere poſsit in alieno territorio, ex dicto Text. & authoritatibus. Tamèn verbalitèr propria authoritate, & non expectata Iudicis licentia, non poteſt eum citare, quiâ talis citatio eſt Iuris, & facti, Panormitanus *in cap. 2. col. 3. de Iudicijs, & in cap. Propoſuiſti, de Foro competent.* & cum eo nouiſsimè D. Michaël Moëz *in Commentarijs ad cap. Quoniam 47. de Electione, in 6. n. 21.* Pro cuius concluſionis exornatione videndus eſt D. Epiſcopus Fermoſinus *allegat. 1. num. 23. part. 1. allegat. Fiſcal.* & D. Franciſcus Sarmiento *lib. 7. ſelect. cap. 13. num. 3.* vbi benè de hac differentia Iuris, & facti, & prò hoc ſingularem locum Antiſti Labeonis adducit, & poſt eum Salçedo *in Practica Bernardi Diaz, cap. 55.* verſ. *Quàmuis ab hac opinione*, Amaya *in l. Prohibitum, C. de Iur. Fiſc. lib. 10.* vbi ex *l. 10. §. Prætor ait, ff. de in Ius voc.* & alijs probat, hanc citationem ſinè Iudicis mandato non poſſe fieri, licèt alij contrarium teneant, vt ſunt Regens Sanfelicius *deciſ. 141. num. 3.* & D. Michaël Cortiada *in Praxi contention. Regni Aragon. deciſ. 72. num. 26. tom. 2.* vbi quam plures Doctores, qui quæſtionem ex profeſſo diſcutiunt, recenſet.

20 Quod præcipuè, & potiori ratione, & argumento procedit in eo, qui fugit à loco domicilij, adminiſtrationis, ſeû negotiationis portans ſecum bona, ſeû res alienas, is enim furtum hac contrectatione committit, & ideò poteſt detineri ſimùl cum rebus à quocumque Iudice, & ab ipſamet parte, cui debet, vt apertê permittit, *conſultus, in dict. §. Si debitorem*, ibi: *Conſequutus eſſem fugientem ſecum ferentem pecuniam. L. 12. tit. 20. lib. 3. fori, l. 10. tit. 15. part. 5.* ibi: *Eſtonçe bien lo podria èl por ſi miſmo recabdar à èl con todo quanto lleuaſſe conſigo*, vbi Gregorius Lopez *gloſſ. 1.* bonus Text. *in l. 2. tit. 13. lib. 8. Recopilationis*, ibi: *Saluo ſi el acreedor prendiere à ſu deudor que ſe vaya huyendo*, vbi Azeued. *ex nu. 154. & in l. 4. tit. 4. eodem lib. 8. num. 5. & ſeqq.* Gloſſ. *in l fin. C. de Exhib. reis*, verbo, *Præcipimus*, & item Gloſſ. *Singularis*, ſecundum Bald. *in principio. Inſtit. de Actionibus*, verbo, *In Iudicio*, ibi: *Ità, & propter debitorem fugitiuum, quem capere poſſumus*,

mus, & Gloſſ. *Etiam, in l. Extat* 13. *ff. Quod metus cauſa*, vbi Bart. *in* 1. *oppoſit.* & ex eis notat Menochius *de Recuperand. remed. 5. num.* 35. vbi cum Cujacio, notat hoc lege 12. Tabul. conceſſum fuiſſe, & ita ait: *Quam ſententiam veram intelligo, quandò is debitor cum pecunia, vel alia re fugiens, capitur*, & in eo, qui inſtrumenta negotiationis aliò tranſtulit, *l. 4. ff. de Edendo, ſuprà poſita num.* 10. in illis verbis : *Hoc enim primùm deliquit, quòd aliò inſtrumentum tranſtulit*, & Petrus Barboſa *in l. Hæres abſens*, §. 1. *num.* 3. *ff. de Iudicijs*, Pacianus *de Probat. lib.* 1. *cap.* 66. *num.* 127. Andræas Gail. *de Pignorat. obſeruat.* 1. *num.* 6. *lib.* 1. Matthæus Colerus *de Proceſſ. execut. cap.* 2. *part.* 1. *num.* 86. *vbi in fin.* quòd Imperatores Romani cõſueuerunt diplomata publica contra latitantes concedere, vt vbiquè locorum poſſent per Magiſtratus præhendi cum rebus, quas ſecum ferrent, *& num. ſeqq. maximè num.* 97. Alex. *conſ.* 64. *num.* 1. *lib.* 3. Marcus Mantua *ſingul.* 297. *num.* 1. Hyppolitus de Marſilis *ſingul.* 43. *num.* 1. Paulus de Caſtro *in l. Si longiùs*, §. *Si filius famil. num.* 1. *ff. de Iudicijs*, benè Bald. *in cap.* 1. §. *Si quis de pace iuram. firm. num.* 4. *in vſibus feudorum*, Cauallinus *milleloquio* 646. *num.* 1. *part.* 2. Ioannes Antonius de Nigris *ad cap. Regni Neapol. rubric.* 21. *Ne quis authoritate propria, num.* 7. Caccialupus *in dict. titul. quæſt.* 5. *principal. num.* 21. dicens, quòd licèt aliàs de Iure Ciuili captura non ſit permiſſa, niſi in ſubſidium, eſt tamẽ permiſſa propter ſuſpicionem fugę non modò Iudici, ſed etiam parti, Zephalus *conſ.* 439. *num.* 62. Petrus Pechius *de Iur. fiſt. cap.* 2. *num.* 1.

21 Palacios Rubios *in Repet. cap. Per veſtras, de Donat. inter* 1. *notabili, num.* 13. Vbi, quòd licèt regularitèr aprehenſio perſonę rei, vel debitoris non poſsit fieri per partem, ſinè authoritate Iudicis, *l. Neminem, C. de Exhib. reis, l. Omnes, C. de Epiſcop. & Cleric.* & talis Iudex debeat eſſe competens, nam aliàs ſi ſcienter creditor faciat capi debitorem ſuum authoritate Iudicis incompetentis, non teneret captura, & vltrà hoc perderet ius crediti, vt mirabilitèr dicit Baldus *in cap. Cauſam Matrimonij, in fin. de Offic. Deleg.* quòd refert, & ſequitur Franciſcus de Curte *in Repet. legis Vnicæ, C. de Prohibit. ſequeſtr. pec. quæſt.* 17. & Iaſon *in l.* 2. *col.* 6. *in fin. ff. de Iuriſdict. omn. Iudic.* de quo Phœbus *deciſ.* 49. *num.* 7. *tom.* 1. Hoc tamẽn non habet locum in debitore fugiente, nam is, propria authoritate, & interueniente Iudice incompetenti, poteſt aprehendi, Caccialupus *in dict. tract. de Debitore ſuſpecto, & fugit. quæſt.* 4. *num.* 4. *per totum*, Rota *deciſ.* 742. *tom.* 3. *Recent. repetita poſt opus Ioannis Caſtagnæ, de Beneficio deducto nè egeat, deciſ.* 7. *num.* 6. ibi: *Et propterea cum eſſet in actu fugæ potuit à quocumque Iudice capi, vt pulchrè declarat Caccialupus, &c.* Floridus Mauſonius *de Cauſis execut. lib.* 1. *ampliation.* 20. *num.* 3. Thomãs Valaſcus *alleg.* 25.

num.

num. 4. *vsque ad* 7. & cùm multis idem probat Domin. Valençuela Velazquez *dict. cons.* 157. *num.* 16. ibi : *Cum quilibèt illorum potuisset illum fugientem detinere, & auferre ab eo bona, quæ portaret,* benè Cancer. *dict. lib.* 2. *Variarum, cap.* 10. *num.* 8. *& sequentibus,* vbi *num.* 11. cùm Roderic. Suarez, ex Text. iuncta Gloss. *in l.* 1. *C. Vbi quis Decuri. vel cohort.* hoc extendit etiàm ad procuratorem creditoris, Rebuffus *tom.* 1. *ad Constitutiones Regias, tit. de Litter. obligat. artic.* 6. *gloss.* 3. *num.* 41. & 42. vbi addit *ex l.* 1. *C. Quandò liceat vnicuique sin. Iud. se vind.* quòd meliùs est in tempore occurrere, quàm post vulneratam causam remedium quærere, sequitur Cancer. *lib.* 2. *Variarum, cap.* 4. *num.* 9. & cùm eis D. Hieronymus de Leon *decis.* 6. *num.* 7. *lib.* 1. benè Bobadilla *in Polit. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 72. Nam vbi periculum est in mora multa permittuntur, quę aliàs non permitterenrur, *cap. Baptizari, distinct.* 5. *cap. vltim. de Pœnitent. & remiss. cap. Cum ab Ecclesiarum,* vbi Gloss. *Schol. vltim. de Offic. Ordinar. l. de Pupillo, §. Si quis riuos, ff. de Nou. oper. nunc.* Marta *de Iurisdictione, part.* 1. *cap.* 48. *num.* 27. Sarabia *de Iurisdiction. adiunct. quæst.* 30. *num.* 30. Zeuallos *quæstion.* 267. *num.* 5.

22 Dùm tamèn intrà spacium 20. horarum proprio Iudici, vel publico carceri traddat (nè carceris priuati crimen incurrat) *ex gloss.* 1. *in l. Capite* 5. *per Textum* ibi & Bartolo, & reliquis, Didaco Perez *in l.* 17. *tit.* 14. *lib.* 2. *Ordinament.* vers. *Quæramus,* Gregorius Lopez *in l.* 5. *tit.* 7. *part.* 7. *gloss. vltim.* & cùm Farinacio, Deciano, Azeuedo, & alijs D. Didacus Narbona *in Horographia Iur. hora* 20. *num.* 6. *& sequentibus,* vbi aliquibus casibus limitat; *& numer.* 22. de Iure Regio *ex l.* 2. *tit.* 13. *lib.* 8. *Recopilationis* ait auctum esse hoc spacium ad 24 horas, de quo etiàm Thomàs Valascus *alleg.* 13. *à num.* 174. *& num.* 184. *& sequentibus,* vbi de decoctore. Gratianus *tom.* 5. *disceptat. Forens. cap.* 875. *num.* 9. Surdus *decis.* 307. *num.* 6. Fontanel. *decis.* 241. *num.* 10. *tom.* 1. Paris de Puteo *de Syndicatu,* verbo, *Officiales, num.* 4. Caldas Pereyra *lib.* 1. *quæst. Forens. dict. quæst.* 21. *num.* 26. & est singularis doctrina Baldi *in l. Si vt allegat, C. Ad leg. Cornel. de Sycarijs,* quòd licitum est creditori, volenti capere debitorem fugientem, eum occidere si se telo defendat, Iodocus *in Praxi, cap.* 78. *num.* 10.

23 Et in nostra materia idem obseruat Baldus *in l. à Procuratore, C. Mandati, num.* 6. ibi: *Nota vltimo gloss. quæ dicit, quòd nihil est melius, quàm bona fides, & tene menti pro Mercatoribus bonis, & contra falsos Mercatores, qui arripiunt fugam cùm pecunijs alienis,* & latiùs prosequitur *dict. cons.* 382. *nu.* 5. vbi quòd fugiens cùm re aliena committit maleficium ratione rei, quia

contrectando facit furtum, & idẽ si cùm re, quæ aliquandò fuit aliena, vt cùm pecunia deposita ad numerũ, &c. Boërius *dict. cons.* 215. *num.* 1. Benuenutus Straca *de Decoctor.* 3 *part. num.* 6. vbi in nostris fallitis, & decoctis id ponderat. Pareja *de Instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resolut.* 9. *num.* 33. his verbis: *Constat enim debitorem cum rebus, aut pecunijs creditoris fugientem, nè creditoribus satisfiat, ex fuga tantũ, delictum graue, àc enorme admittere,* benè Ioannes Aloisius Catalanus *in Tractatu de Indulto, cap.* 55. *num.* 34. *& seqq. vbi num.* 37. ità ait: *Verùm enim verò quàmuis pro certo id non controuertamus, non per hoc, tales non debent dici fures, cum aufugiens cum re malum commitat ratione rei contrectatæ, ex quo contrectando facit furtum, nil enim melius est, quàm bona fides, secundũ Glos. in l. Procuratore, C. Mandati, quam memoriæ demandandam inibi tradidit Stracca pro mercatoribus bonis, & contrà falsos mercatores arripientes fugam cum pecunijs alienis,* notat etiàm D. D. Christophorus Crespi *obseruat.* 60. *num.* 39.

24 Et expressiùs leges Regiæ tale delictũ acritèr puniunt, nàm *l.* 5. *tit.* 8. *lib.* 5. *ordinam.* quę hodie est *l.* 1. *tit.* 19. *lib.* 5. *Recopil.* ità disponit: *Porque algunos Cambiadores, y Mercaderes reciben mercaderias fiadas, para pagar à cierto termino, y los Cãbiadores reciben moneda de otros, para tener en su cambio; y despues se ausentan con caudales ajenos, y vàn à Lugares de Señorio, y à Fortalezas, ò fuera de nuestros Reynos: lo qual es cosa fea, y dañosa; Por ende ordenamos, y mandamos, que el Cambiador, ò Mercader que tal cosa hiziere, sea tenido dende en adelante por robador publico, è incurra por ello en las penas en que caen, è incurren los robadores publicos, y se haga processo criminal en su ausencia, como contra publico robador.* Et prosequitur Præcipiens Castellanis atcium huius Regni, & reliquis Iudicibus nè eos receptent, vel celent, sed quòd requisiti eos traddant Iudicibus, qui de causa possint cognoscere, sub incursu eiusdem pœnę. En Textum, talem Mercatorem, seù negotiatorem cum bonis fugientem, reum grauis criminis constituentem, & præcipientem Iudici loci administrationis, vel negotiationis, vt contrà eum in absentia, processum criminalem instrui faciat. Et facit *l.* 14. *tit.* 18. *lib.* 5. *Recopilation. in fin. principij,* ibi: *Y que sean castigados los cambios, y otros qualesquier que huuieren faltado, ò quebrado en sus creditos, y alçadose con las haziendas agenas,* & notanda est ad nostram materiam, *leg.* 6. *tit.* 16. *lib.* 8. *Recopilationis, versic.* seù §. 2. quæ agens, de remissione facienda delinquentium confugientium ex hoc Regno ad Regnum Portugaliæ, & è contrà, cum rebus, seù bonis subtractis, & concordia circà hoc inita; *In dict.* §. *Specialitèr* agit de his, qui reditus Regios quomodo-

documquè adminiſtrauerit, his verbis: *Lo qual de nueuo ſe entiende, y querèmos que ſe entienda en los Oficiales de Nos los dichos Reyes, que auiendo tenido cargo, y adminiſtracion de nueſtra Hazienda, ſe auſentaren, y huyeren del vn Reyno à otros, ſin auer dado cuenta, ni pagado lo que deben.*

25 Et è contrario de eo, qui fugit, vel ſe abſentat ſinè aſportatione bonorum, vel librorum, loquitur Text. *in l.6. eodem tit.19.lib. 5. Recopilationis*, quę licèt contra eos diſponat, tamquam decoctos, & fallitos, inhibens eorum contractus, pactiones, ſeù tranſactiones cùm creditoribus initas ſub nullitatis vitio. Tamèn non conſtituit eos in eſſe publicorum graſſatorum, ibi: *Sean auidos por alçados, y ſe guarde con ellos lo eſtatuìdo, y ordenado en las leyes de nueſtros Reynos, contra los que verdaderamente ſon alçados: excepto en quanto à ſer auidos por publicos robadores, y poderſe proceder contra ellos criminalmente, como contra ladrones, y robadores; que en quanto à eſto, no ſe probando, ni conſtando auer alçado bienes, ni Libros, no ſe entienda, ni aya lugar, contra eſtos, que aſsi ſe auſentaren, lo ordenado en las dichas leyes.* Et idem, in his, qui amouent, & occultant bona, licèt non perſonam, diſponit *l. 4. eodem tit. 19.* ibi: *Mandamos, que las leyes que hablan contra los que ſe alçan, ayan lugar, y ſe executen en las Perſonas de aquellos que alçaren ſus bienes, aunque ſus Perſonas no ſe auſenten, probando ſus acreedores, que las tales Perſonas alçaron, y eſcondieron los bienes que tenian.*

26 Quas leges lato, & eleganti Commentario explicat, & exornat Auendaño *ad titul. de las Excepciones, à num.53. vbi num.57.* verſ. *Et aduerte* notat, quòd ad hoc, vt locum habeat contra eos pœna ſupradictę legis, requiritur, quòd tâm Perſona debitoris fugiat, quàm bona ſua aſportet, vel abſcondat, & alterum non ſufficere, nàm ſi ſolùm fugiat, vel Perſonam celet, poterit capi, & incarcerari, non prædictis pœnis plecti, & idem tenent cum eo, Azeuedo *in l.1. dict. tit.19. num.1. & nu.2.* ita ait: *Vt mercator derobator publicus dicatur, & vt talis puniatur, debet conſultò, atque ex induſtria aufugere, vel ſe abſcondere cum bonis ſuis, vel alienis, fingens ſe decoxiſſe, & non eſſe ſoluendo.* Matiençò *in eadem leg. gloſs. 1. num.2.* ibi: *Vt ergò Mercatores, vel campſores verſuram facientes, incidant in pœnas legis noſtræ, & pro Graſſatoribus, & publicis latronibus habeantur, requiritur, quòd, vel ipſi aufugiant, bonaque aliqua occultent ad Eccleſiam, vel arcem, vel domos magnatum ſe conferentes, vel bona tantùm abſcondant, quàmuis ipſi non fugiant. Cuius rei probatio ad creditores ſpectat, Text. in l. 3. ſuprà eodem: Fuga tamèn ſola abſquè aſportatione bonorum ſufficiens non eſt ad irrogandam pœnam legis noſtræ, potiùs enim dicitur hæc latitatio, quàm*

fuga, vt in l. Fulcinius, §. Quid ſit latitare, ff. Ex quibus cauſa in poſſeſſ. eatur. Et ibi comprobat, & repetit *gloſſ. 2. num. 6.* & has leges refert ad litteram Molina Theologus *de Iuſtitia, & Iure, tractat. 2. de Delictis, diſputat. 695. num. 32.* & itèm Thomàs Valaſcus *allegation. 13. num. 185. & ſequentibus*, vbi adducit etiàm ad idem ordinationes Luſitanas, & Conſtitutionem Caroli Quinti Imperatoris editam Bruxellis, *& num. 195.* ità ait: *Itèm poſſunt bona eorum, qui falliti, & decoctores ſunt, in Eccleſijs, Monaſterijs, locis pijs, arcibus, nauibus, domibus quorumcumque Potentiorum per Miniſtros perquiri, & ab illis auferri, nulla contradictione facta, & de illis fieri inuentarium*, ad quod citat ordinationem Luſitanam, quę concluſio quoàd debitores ad Eccleſias confugientes, cùm bonis, vel ſinè eis, comprobata, & declarata extat *ſuprà Titul. 1. quæſtion. 12.*

27 In quo tamèn ſingulariter obſeruandum eſt, quòd licèt debitor iſte, qui fugit ad fortalitia, Caſtella munita, vel domos Magnatum ſinè aſportatione, vel contrectatione bonorum, non committat tale delictum legibus Regijs animaduerſum, nihilominùs tamèn, quià quodammodò de eo participat, cùm fraudulenter fugiat, & in fraudem creditorum, nè eis ſatisfaciat, non poteſt receptari, nec detineri per Iudices, Caſtellanos, ſeù Magnates, ſed requiſiti tenentur etiàm eos remittere ad Iudices, qui de cauſa debent cognoſcere, vt diſponit *l. 2. tit. 16. lib. 8. Recopilationis*, his verbis: *Ninguno ſea oſſado de aqui adelante de recetar malhechores, que huuieren cometido delito, ni deudores, que huyeren por no pagar à ſus acreedores, en Fortalezas, ni Caſtillos, &c.* quę tales ęquiparat delinquentibus quoàd hanc remiſsionem, Nàm regulariter de Iure, ratione contractus quis non poteſt conueniri in eo loco, niſi ibi inueniatur, nec eſt locus remiſsioni, Gloſſa, & Doctores *in l. Hærens abſens, §. 1. ff. de Iudicijs, cap. Romana, § Contrahentes, de Foro competent. lib. 6. Gloſſ. Singular. in l. 1. ff. Si quis in ius voc. non ierit*, verbo, *Pro non dato*, cùm pluribus adductis à Carleual. *de Iudicijs, dict. diſputat. 2. quæſt. 4. num. 218.* & à Pareja *de Inſtrumentor. edition. dict. tit. 2. reſolut. 9. num. 21.* & ideò in hoc caſu limitatur prædicta concluſio, vt cum Montaluo tenet Auilès *in capit. Prætorum, cap. 27. num. 16.* adducens *l. 1. tit. 17. lib. 8. Ordinament. Reg.* quę hodie eſt *l. 1 tit. 16. lib. 8. Recopilationis.* Vbi habetur, quòd debitores contrahentes, qui in fraudem contractus fugiunt, & receptantur, remittuntur ad loca contractus, & notans, quòd de Iure Regni, ſic in delictis, ſicùt in contractibus fit remiſsio, ſubdit: *Sed Montaluus, ibi in Gloſſa Ordinaria, in parte delinquens dicit, quòd credit ſub correctione videntium,*

quòd

quòd Iura Communia ſuprà allegata nòn corrigantur, quod euitare licèt, vt in cap. Cum expediat, de Electione in 6. Quià dicta lexe Regia ſolum habet locum in ſuo caſu, cum contrahentes in fraudem contractus fugiunt, & receptantur. Et idē defendit Ioannes Gutierrez *de Iuram. confirmat. 3. part. cap. 16. num. 2.* Vbi ità ait: *Et hìc intellectus, licèt illa lex Regia generalitèr loquatur poteſt probari ex ipſamet lege*, ibi: *Puedan ſer, y ſean Jacados.* Et ibi: *Y que ſean remitidos.* Quibus verbis apertè demoſtratur, quòd debitores fugerunt in fraudem contractus ad loca tuta, & priuilegiata, exiſtimantes indè extrahendos minimè fore, & probatur apertiùs idem intellectus, *ex l. 4. eiuſdem tit.* quæ eſt *l. 2. tit. 16. lib. 8. Recopilationis, ſuprà relata*, ibi: *Ni deudores que huyeren por no pagar à ſus acreedores.* Vbi habet locum remiſsio in contractibus, quandò debitor fugit in fraudem creditorum, & comprobat *ex dictis legibus nouæ Recopilationis concordantibus*, ſic concludens: *Et ità eſt tenendum reſolutiuè in hac materia, quòd Regularitèr non habeat locum remiſsio in contractibus, niſi probetur, quòd debitor fugerit, nè ſolueret ſuis creditoribus, & ſic in eorum fraudem.*

28 Quos ſequitur ità materiam declarans Pareja *dict. tit. 2. reſolut. 9. à num. 32. cum ſeqq. & num. 35.* obſeruat, quòd licèt *l. 1. tit. 17. lib. 8. Ordinam.* quæ tranſcripta eſt *in dict. l. 1. tit. 16. lib. 8. Recopilationis*, exceptis illis verbis: *O ſi cieron la deuda, y contrato*, quæ in Text. Recopilationis deſunt, ſolùm loquatur de debitoribus ſimplicibus, intelligenda, & interpretanda eſt omnino *per dict. l. 4. tit. 17.* quæ etiam eſt hodie *dict. l. 2. tit. 16. lib. 8. Recopilationis*, ibi: *Ni deudores que huyeren, por no pagar à ſus acreedores.* Cùm certiſsimum ſit in Iure, quòd per leges poſteriores quales ſunt, *l. 4. Ordinamenti*, reſpectu primæ, & *l. 2. Recopilationis*, reſpectu primæ poſteriores tempore, & ordine, intelligi debeant, *l. Non eſt nouum 26. cum duabus ſeq q. ff. de Legibus*, & cum multis Perez de Lara *de Anniuerſ. lib. 1. cap. 11. num 45. & ſeqq.* & Alderanus *de Statutis, concluſ. 2. num. 109.* Bobadilla *in Polit. lib. 2. cap. 16. num. 16.* Vbi loquitur, tàm de delinquentibus, quàm de debitoribus, quòd non poſsint receptari, & adducit etiam leges Regni prohibentes id, & ſtatuentes remiſsiones eorum ſub pœnis ibi contentis.

29 Et circa idem, particulari nota digna eſt *lex 12. tit. 20. lib. 3. fori Regij*, quę non ſolum permittebat creditori debitorem ſuum fugientē propria authoritate aprehendere, & adducere ad Iudicem legitimum cùm bonis, ſeù rebus quas ſecum ferebat, ſèd etiàm tribuebat ei prælationem in illis rebus quas detinuit cùm debitore, & patefecit, licèt ſit poſterior creditor, reſeruato Iure cæteris creditoribus anterioribus in reliquis bonis debitoris, his verbis: *Si omē*

que es deudor à muchos fuyere de la tierra, ante que pague, è alguno de aquellos que debe lo fuere à buſcar, è lo truxiere, aquel ſea primeramente entregado del cuerpo, è de las coſas que truxere del deudor: maguer que elſu debdo no ſea lo primero. Et conuenit *l.*10.*tit.*15.*part.*5. verſ. *E todo aquello, &c.* vbi Gregor. *gloſſ.*2. & 3.declarat, & comprobat Morla *in Empor. tit.*8. *quæſt.*15. *num.*1. D. Petrus Noguerol. *allegat.* 11. *num.* 121. & benè Roccus *de Decoctione mercator.num.*102.& Mortaluo *in dict. l.Fori, gloſſ.*1. notat & iudicio ſuo reddit rationem huius permiſionis conceſſæ à Iure debitori capiendi debitorem, & bona, propria authoritate, *quia pecunia eſt vita hominis, vt in l.Si tuis, C de operis libertorum*, quę probat quòd emptus ſuis nummis,& manumiſſus, nòn debet operas, nêc reuocatur in ſeruitutem, ait Bald.his verbis: *Et eſt ratio quia pecunia ſua dat ſibi vitam. Nàm pecunia eſt vita hominis, vt not. ſuprà de aduoc. diuerſo Iudic. l. Aduocati.* Vndè eſt quòd aliquandò hominis anima nuncupetur, iuxta illud Heſiodi.*Pecunia eſt anima miſeris mortalibus*,& apud Plutarchum *in Libello àn adoleſcenti liceat audire poemata? Pergunt alij mihi rodere vitam*, vbi vitam pro facultatibus vſurpat, & benè exornat nouiſsimê D.Didac.Ibañ. Faria *in Adit.ad lib.*2.*Variar.Couarr. cap.*9.*num.*24.Bulengerus *de Imper. Romano lib.*9. *cap.*3. Cartança *en el Ajuſtamiento de las Monedas*, 2.*par. cap.*1. *verſic.Y lo que mas es*, & ideò dicit Montaluus.*Meritò ergò creditor poteſt capere illum, qui eum vult vita priuare, nàm qui habet pecuniã, habet omnem rem quam vult habere.* Circà quod ſingulariter obſeruandum eſt, cum eodem Montaluo *ibi dict. gloſſ.* 1. verſ. *Sed circà iſtam legem.* Quòd ſi debitorem meum in centum, in fuga conſtitutum aprehendi, & accepi eadem centum,quæ ſecum deferebat in marſupio, licêt Iuris authoritate fecerim, nòn tamèn effectus ſum Dominus illius centum,ſed debeo Iudici aſsignare, & manifeſtare, vel ſaltim notificare. Nàm ſinê Domini volũtate dominium adipiſci non potui, non interueniente Iudice, ut notat Baldus *in rubrica, C. de His, quæ in fraudem credit*, & ibi reſpondetur ad *l. Fſtulas*, §. *Fundum ff. de Contrab.empt.* quę videtur probare contrarium, quòd ibi loquitur in legitima adminiſtratione, & notat Gregor. Lopez *in l.*10.*tit.*15.*part.*5.*gloſſ.*2.

31 Quôd adeò procedit, vt etiàm ſi debitor fugiens, vel ſuſpectus legitimê de fuga, ſit Clericus, vel Perſona exempta, poſsit Laicus propria authoritate ſinè nota excommunicationis detinere eum, vt tenent Innocentius,& Hoſtienſ. *in cap. Vt famæ, de Sentent. Excommun.* & eſt communis opinio Doctorum *in cap.Cum non ab homine de Iudicijs.* Montaluus *in dict.l.*12.*tit.*20.*lib.*3.*fori, gloſſ.litt. Q. verſic. Item nota.* Baldus *in dict. cap.Cum non ab homine, col.*3. & *in cap.Dilectis,*5.*col.de appellat.*&idem

Baldus

Baldus *in l.fin. C.Vbi in rem actio*, vbi ſenſit multò fortius poſſe hoc facere per Iudicem, etiàm incompetentem Iaſon *in l.de Pupillo. §.Si quis riuos, ff.de noui oper nunt.nu.2. per illum text.* Vbi benè loquitur Maſcardus *de Probation. concluſ.* 823.*num.*25.*& ſeqq.* Gail. *l.b.2. obſeruat.*44.*num.*2. Cancer *lib.2. var. cap.*10.*num.*14.Franciſcus Pradilla *in Legibus pœnalibus, part.*1.*cap.*39. *num.*3.Andræas Alciatus *in repetit. cap. Cum non ab homine de Iudit. à num.*72. Ancharranus *conſ.*162.*nu.* 3. Zeuallos *quæſt.*267.*num.*4.& latè comprobans D. Valençuela Velazquez *dict. conſ.*157. *num.*11. *& ſeqq.vbi num.*19. *& ſeqq.* rationem hanc reddit,quôd quandò periculum eſt in mora,recedimus à regulis Iuris communis, vt ibi comprobat, & tenent *reliqui DD. ſuprà adducti*, & benè Baëça *de Inop. debtor.cap.*17.*num.*11. vbi cum Couarr.*lib.2.cap.*1.*num.*6. *& alijs*, ità ait: *Ego capi Clericum ob æs alienum, tunc probabo cum ſubſit ſuſpitio, quòd vult fugere, & exportare res ſuas, tunc enim ex dolo capi poterit.Et nu.* 12.*&* 13. idẽ tenet in eo qui licèt non ſit ſuſpectus de fuga, occultat bona reddens rationem,*& com probatur.Quoniàm dolus eſt delictum, & abſcondere bona ad defraudandum creditorem,eſt res impijſsima, ſeueriſſima cohercitione digna, Clericus autèm non ſolum ex delicto, verum ex pecunia debita ratione delicti poteſt capi, &c.* Petrus Pechius *in Tract. de Iure ſiſtendi,cap.*4.*num.*11.Didacus Perez *in l.*17.*tit.*14.*lib.*2. *ordin. gloſſ.*1. *verſic.Item Clericus.* Gutierr. *lib.*1. *Pract. quæſt.*82. *num.*1. *&* 2. Palacios Rubios *in cap.Per veſtras notab.*1. *num.*14 & ſingulariter *in l.*66.*Tauri nu.*27. quem vide, nam melius omnibus optimis rationibus, & authoritatibus comprobat. Graſsis *de Effectibus Cleric.effectu* 1. *num.* 547. *& ſeqq.* Vbi predictas concluſiones quam pluriumDoctorum allegationibus confirmat. Thomàs Valaſcus *allegat.*25. *num.* 4. D.D.Franciſcus Salgado *de Reg. Protect. part.*2.*cap.*4. *num.*68. Faria *in Addit. ad Couarr. dict.cap.*1.*num.* 67.qui alios referunt,Carrocius *de Sequeſtro part.*3. *quæſt.*7. *in fine*, benè Ioannes Caſtagna *de Beneficio ne egeat,quæſt.*10. *num.*36. *cum pluribus ſeqq.* Villadiego *in Prologo fori juzgo, in gloſſ.leg.*8. *num.*80.

32 Quòd ità accipiendum eſt, vt captura perſonæ Clerici ſit, tàm Iudici Laico, quàm parti permiſſa non vt eum detineant, ſed vt ducant ad ſuum Iudicem, & ei præſentent,vt ait Gloſſ.*in dict.cap. Cum non ab homine*, verbo, *deprehenſus*,& ibi Baldus *column* 3.*& in dict.cap.Dilectis,col.*5. & facit Text. quẽ allegat *in cap. Olim* 12.*de Reſtit.ſpoliat.* Abbas *in eodem cap. Cum non ab homine, col.*4. benè Iaſon *in dict.§.Si quis riuos,num.*2.Innocentius *in dict.cap.Vt famæ,num.*3. qui ad id allegat *Authent. Vt Iudices ſine quoquo ſuffrag.§. Neceſsitatem, & l.Generali, C.de Decurion. lib.*10. *& alia Iura. L.Capite* 5.*& ibi Gloſs. ff.de Adult.*Bart.& omnes *in d.l.Ait Prætor, §. Si debitorem*, Rodericus

Sua-

Suarez *in dict. l. 2. fori*, verſ. *Sed attende, num.* 20. Baëça *vbi ſuprà dict. num.* 11. *in fin.* Cenedo *in Collectan. quæſt.* 26. *num.* 3. Farinacius *in Praxi, tom.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 118. *& ſeqq. & quæſt.* 27. *num* 76. Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 327. *& num.* 51. vbi expreſsiùs id probat in Iudice, & in creditore, & adducit *dict. l.* 2. *tit.* 13. *lib.* 8. *Recopilationis*, quæ iubet reum captum intrà 24. horas ſuo Iudici præſentari, Guacinus *de Defenſione reorum, tom.* 1. *lib.* 1. *defenſ.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. *l.* 9. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilationis*, quæ loquitur in Clerico reperto de nocte cum armis, de quo cum Ant. Gomez, & Salçedo, Curia Philippica *tom.* 1. 3. *part.* §. 11. *num.* 4. vbi, & de ſuſpecto de fuga, & latè plures adducens D. Michaël de Cortiada *in Praxi content. Regni Aragon part.* 1. *deciſ.* 34 *à num.* 36. Thomàs del Benè *in Tract. Moral. tract.* 6. *dubitat.* 23. *num.* 7. *& ſeqq.* D. Didacus de Narbon. *in Horographia Iuris, hora* 20. *num.* 20. Vbi comprobat non licere Iudici Laico Eccleſiaſtici fori ſubditum, vltrà præſcriptum viginti horarum ſpacium etiàm ex graviſsimo delicto detinere. Gregor. Lopez *in l.* 23. *tit.* 6. *part.* 1. *gloſſ.* 5. *in fin.* nouiſsimè Faria *in Addit. ad Couarrub. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 67. Parladorus *in Seſquicenturia, differ.* 9. §. 4. *num.* 1. Vbi poſita concluſione, quòd Clericus deprehenſus in crimine, vel paratus ad delinquendum (vulgò dicitur in fraganti) poteſt comprehendi, & in carcerem detrudi per Iudicem Laicum, quandò crimen eſt graue, & id genus, vt de fuga timeatur dummodò intrà 20. horas, aut certè intrà 24. illum ad ſuum Iudicem remittat, *num.* 2. ita proſequitur: *Miretur hoc qui neſciat poſſe priuatam perſonam debitorem ſuum, (ſiuè is fuerit Laicus, ſiuè Clericus) deprehendere, & ſuo Iudici ſiſtere, ſi non adſit copia Iudicis, & debitor ſit ſuſpectus de fuga*, & benè comprobat, quę omnia latè etiam, more ſuo exornat Carleual *de Iudicijs, tom.* 1. *diſputat.* 2. *num.* 158. Anſaldus *de Iuriſdictione, part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 22. *per totum.*

33 Et licèt Garcia *de Nobilitate, gloſſ.* 9. *num.* 39 dicat hoc tempus non eſſe præciſſe ſeruandum, ſed eſſe arbitrarium ſecũdum qualitatem delicti, & perſonarum, & idem teneat, cum alijs Villadiego *in Polit. cap.* 5. §. 20. *num.* 60. ibi: *O ſi fueſſe el delito tan graue, ò eſcandaloſo, que conuinieſſe dar cuenta en el Conſejo al Rey, que entonçes es arbitrario el tiempo que le debe detener, conforme à la calidad del negocio, y circunſtancias dèl, y remitirle lo mas preſto que pudiere.* Tamèn Diana *tom.* 4. *reſolut. Moral. Tractat.* 1. *reſolut.* 85. ait materiam eſſe periculoſam, quià delictum graue, & ſcandaloſum, nòn præbet authoritatem Iudicibus Laicis detinendi Clericos carceratos, vltrà tempus, quo de Iure in aliquibus tantum caſibus detinere poſſunt, & ideò cum Belleto, Naldo, Farinacio Guacino, & alijs docet ſtatim cùm primum poſsint intrà dictũ ter-

terminum debere ſuo Iudici præſentare, & monet Miniſtros Laicalis iuriſdictionis, vt in caſibus contingentibus attendant, quid faciunt, & tandèm cum Caſtro Palao *in Oper. Moral.tom.2. diſput. Vnic.punct.6.num.14.* ita concludit: *Vbi abſolutè docet in caſibus permiſſis non poſſe Iudicem Laicum detinere Clericum in ſuis carceribus vltrà viginti horas. Immò docet neque eo tempore detinere poſſe, ſi breuiori poteſt illum Iudici Eccleſiaſtico remittere.*

34 Et facit in prædictorum comprobationem *clauſula Concordiæ factæ inter Regem Noſtrum, & Capitulum Generale Ordinis Diui Iacobi (quàm vocant Concordiam Comitis de Oſſorno)* de quà mentionẽ feci *ſuprà Titul.1. quæſt.14. num.12.* quà, exceptis ſex caſibus ibi propoſitis, in quibus Equites illius Ordinis iuriſdictioni ſæculari ſubijciuntur ammiſſo fori priuilegio, in reliquis delictis, in quibus, & potiuntur, ita ſtatuit: *Que contra los dichos Comendadores puedan ſolamente conocer, para hazer la peſquiſa, è prender, ò prendar los delinquentes; Pero que luego, dentro de veinte y quatro horas, ſi los Iuezes de la Orden eſtuuieren preſentes; y en otra manera, dentro de tres dias ſean obligados à los remitir, ò entregar à los Iuezes de la Orden, à coſta de los delinquentes, con la informacion que huuieren tomado, para que por ellos ſean punidos, y caſtigados conforme à juſticia, &c.* quàm refert ad litteram, & Doctores de ea mentionem facientes Carleual. *de Iudicijs, dict.tom.1. diſputat.2. num.* 433.

35 Decoctus ergò, vel in actu proximo decoctioni exiſtẽs, ſi fugiat, vel ſarcinulas ad id paret, poterit capi, & detineri ab ipſamet parte, ſeù à quocumque Iudice incompetenti, vel incapaci, præſentandus, ſeù remittendus forma prædicta ad ſuum Iudicem competentem.

36 Et cùm Campſores, ſeù Bancherij Publici, qui in Præcipuis totius Orbis Prouincijs, & earum Emporijs, ſeù maioribus Ciuitatibus, recipiendis, ſeù dandis mutuo pecunijs, ſeù ibi deponendis, communibus & quotidianis negotiationibus expoſiti ſunt, ob id exponantur etiàm maiori periculo, vel aduerſę fortunę, vel malę adminiſtrationis. Ideò Prouincię, & Reipublicę, vbi huiuſmodi homines negotiationes exercere volunt, procurant abeis exigere idoneam cautionem, vt benè diſtinguens Mercatores, & Campſores, ab his Bancherijs de publico deputatis, & eorum dependentiam, declarat Pater Molin. *de Iuſtit. & Iure, tract.2. diſput.* 408. *per totam*, & verſ. *Tertium hominum genus*, ità ait: *Eiuſmodi autèm homines priuſquàm munus hoc ſuſcipiant fideiuſſores, legitimamque cautionem ijs Republicis præſtant, in quibus id munus exercere debent. Tùm quòd ſincerè illud exercebunt. Tùm etiàm quòd integrè perſoluent, quæ in ipſorum depoſito fuerint conſigna-*

ſignata Paulus Caſtrenſ. *conſ.* 284. *lib.* 1. vbi primus omnium ex antiquioribus (quem viderim) de Bãco, & Bancherijs cum diſtinctione, à Mercatoribus loquitur, & eum ſequutus Stracca *de Decoctoribus, part. vltim. num.* 25. ait, cauſam à publico habuiſſe, nèc ſinê aprobatione Perſonæ, & præſtatione fideiuſſorum permiſſos Couarrub. *de Numiſmate, cap.* 7. *num.* 4. vbi à quo Campſores, & campſa dicantur, & cûr permiſi.

37 Et quôd in Regno Frãcię nullus audeat Bancã Cambij tenere, niſi Authoritate Regia, & qui contrarium facit, acritêr puniatur, teſtatur Papius, *quæſt.* 87. *in fin.* & ſequitur Matthæus *ibi in Addit.* teſtatus ſolere Reges Francię in Iluſtribus Regni Ciuitatibus, id concedere, interdicto huiuſmodi munere omnibus alijs, quibus Regio diplomate conceſſum nòn fuerit.

38 In Italia illis permittitur, qui à Collegio Decurionum ſunt nominati, & electi, qui mos hodiè viget præcipuè Genuę, & potiſsimûm in ferijs, vbi cambia celebrabantur Romę, Neapoli, & Venecijs, & alibi, de quo benê agit Raphaël à Turri *de Cambijs, diſputat.* 2. *quæſt.* 17. *vbi à num.* 29. de differentia, quę eſt intèr Mercatores, & Nummularios, & Argentarios, & *à num.* 35. quòd loco eorum, temporibus noſtris ſucceſſerunt Bancha, & ibi agit mentionem de præcipuis, & materiam proſequitur latè Petrus Gregorius *de Republica, lib.* 13. *cap.* 6. vbi *à num.* 9. ſigillatim refert omnes Montes Pietatis Romę à Summis Pontificibus erectos, vt ibi pecuniæ darentur ſub diuerſis reditibus, & de eorum iuſtificatione Nauarrus *in Manuali, cap.* 17. *num.* 213. Leotardus *de Vſuris, quæſt.* 25. *per totam*, & *quæſt.* 22. *à num.* 28. agit de egregio illo inſtituto Montium Pietatis in pluribus Italię partibus vſitato, & quantûm conueniat vtilitati publicæ, & de eorum differentijs, & *num.* 42. probat licitum eſſe genus cambij, cũ Princeps, vel Ciuitas Indigentes pecunijs, quas ſimùl facilè redigere ex proprijs reditibus non poſſunt, Montem aliquem exigunt ſupèr ſuis vectigalibus, & alijs reditibus, ex quibus quinque, vel ſex annua reddunt, & dimittunt conferentibus pecuniam, pro centenis ſingulis, donêc pecuniam reddant. Quod benè facit pro ſimilibus negotiationibus his temporibus frequentèr initis cùm hac Imperiali, & Regia Villa Matritenſi. Et de inſtitutione Montium Pietatis videndi ſunt relati ab Hermigio *de Fideiuſſor. cap.* 5. *num.* 298. Maximilianus Fauſtus *in Conſilijs pro Ærario, claſi* 14. *conſ* 47. *tom.* 2. Perez de Lara *de Anniuerſarijs*, & *Capellan. lib.* 1. *cap.* 23. *per totum*, vbi de eorum iuſta, & licita exactione, & quandò vſurariam prauitatem ſapiat.

39 Et de cambijs vſitatis in Ciuitate Barchinonę agunt Hieronymus Gabriël *conſ.* 158. *part.* 2. & eum

& eum referens Fontanel. *deciſ.* 242. *num.* 1. *& ſeqq.* Vbi cùm exclamaſſet contrà dantes pecunias cambio inconſideratè, & ſinè examine facultatum recipientium, ſatis lepidè de ſe conqueritur, quòd pecuniam magno ſudore, & labore ex Iuriſprudentia adquiſitam, dedit vni eorum, & perdidit, Mieres *ad Conſtit. Cathaloniæ, in Curia Iacobi* 2. *collat.* 4. *cap.* 6. *num.* 1. & 2.

40 In noſtra Hiſpania idem primò Statutum fuit *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *Ordinamenti*, quę repetita eſt *in l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 5. *Recopilationis*, ibi: *Pero es nueſtra merced, y mandamos, que los que tuuieren cambio publico, y vſaren del oficio de cambiar publicamente, que eſtos tales ſean Perſonas llanas, y abonadas, y quantioſas, y de buena fama, pueſtos, y nombrados, y eſcogidos por Nos en la nueſtra Corte; y los que ouieren de vſar del dicho oficio publico en las dichas Ciudades, Villas, y Lugares de nueſtros Reynos, que ſean pueſtos, è nombrados por las Iuſticias, y Regidores de las tales Ciudades, Villas, y Lugares.* Et paulò inferiùs: *Hagan juramento en forma debida, que bien, leal, y verdaderamente vſaràn del tal oficio, ſin arte, y ſin engaño, ſin coluſion alguna; y que ſean tenudos de dar, y dèn fiadores abonados, para lo aſsi hazer, y cumplir, &c.* Quod etiàm teſtatur Couarrubias *de Veterum numiſmatum collatione, cap.* 7. *in princip. num* 4. verſ. *Præſertim*, & cûm eo Turri. *vbi proximè num.* 44. Rodriguez *de Concurſu credit. art.* 6. 1. *part. num.* 3. & 4. Vbi, quòd Iudex non idoneum nominans, tenetur parti leſę ad intereſſe, Narbona *in l.* 14. *tit.* 18. *lib.* 5. *Recopilationis, gloſſ.* 5. *num.* 2. vbi tefert inſtructionem cambiorum anni 1602. D. Petrus Noguerol. *allegat.* 16. *num.* 20. vbi de eorum facultate.

41 Et item *lege* 12. *eiuſdem tit.* Præcipitur; quòd in qualibèt Ciuitate, ſeù loco ad minùs ſint duo idonei, & quòd obligationem contrahant in ſolidum pro omnibus ſpectantibus ad dictum cambium, conceſſa Iuriſdictione per dictas leges Iudicibus Ordinarijs dictarum Ciuitatum, ſeù locorum, vt ità obſeruent, & obſeruari faciant.

42 Et *lex* 14. *illius tit.* quòad facultatem erigendi cambia, & aprobandi Perſonas, quę illa exercere debeant in hac Regia Curia omnimodam, & priuatiuam iuriſdictionem attribuit Supremo Regio Conſilio Iuſtitię, vt Sedulò ſcrutentur idoneitatem, & creditum, tàm Bancherij, quàm fideiuſſorum. Et alia conuenientia ad ſecuritatem, & indemnitatem hominum ibi contrahentium. Cûm inhibitione Conſilij Regij Patrimonij, ſeû alterius Tribunalis, ſeù Iudicis, & item iubet puniri eos, qui foro ceſſerint, & decoxerint.

43 Et §. 1. eandem iuriſdictionem extendit ad quoslibèt, qui in quacumque Ciuitate, ſeû loco huius Regni volunt cambia exercere

cere, iubèt enim, quòd poſtquàm facultatem petierint à Iudicibus loci, vbi cambia erigere intendunt, & fideiuſſores dederint, talia acta, fideiuſsiones, & reliqua ſuper eo actitata Supremo Conſilio remittantur, vt eis benè perpenſis, & examinatis talem facultatẽ cõcedant. Et non alitèr, nèc alio modo exigantur ſub pœnis ibi comprehenſis, & hanc reddit rationem: *Otroſi, porque por no auerſe guardado con la puntualidad neceſſaria la forma dada por las leyes deſtos nueſtros Reynos, para los bancos, y cambios publicos, que ſe han de poner en ellos, hà auido, y ay algunos, que ſin auer dado fianças baſtantes los han vſado, y tienen, à cuya cauſa ſe han hecho muy grandes quiebras, aſsi en eſta Corte, como en las Ciudades de Seuilla, Toledo, y Granada, de que han reſultado notables daños, y perdidas, &c.*

44 Et §. 2. prohibetur Exterus, & non naturalis verè, & propriè horum Regnorum, in eis talia cambia publica habere, vel exercere, vt iàm *l. 6. eiuſdem tit.* prouiſum fuerat, & poſteà roboratum eſt in omnibus Curijs, per *plures Conditiones ſeruitiùm Millionum*, & tandèm in vltimis celebratis anno 1659. *in Conditione* 31. *5. generis.* Sicût etiàm ex prouidentia *leg. 13. tit. 9. lib. 3. Recopilationis*, Iudices in omnibus Oppidis Regni tenetur deputare Depoſitarium, in quò fiant depoſita eorum iuſſu facienda, vt notat D. Valençuela Velazquez *conſ. 179. nu. 90. & ſeqq. tom. 2.*

QVÆSTIO II.

Debitor Fiſci ex conductione, vel adminiſtratione Reddituum Regalium, ſeu ex alia cauſa, qui decoquit, priuatiuè ſubijcitur Iuriſdictioni Supremi Conſilij Regij Patrimonij. Cum cauſæ Fiſcales ſempèr habeant ſuos Iudices Regios. Et exponitur ab Origine Inſtitutio Senatus, & eius diuiſio.

Summarium Quæſtionis Secundæ.

Num. 1. Debitor Fiſcalis ex conductione, vel adminiſtratione Reddituum Regalium, ſeu ex alia cauſa, qua forma declaretur decoctus in Conſilio Regij Patrimonij? Et Tabullarij Maioris Reddituum Regiorum, Officium, & eius exercitium definitur.

2 Conductor ceſans in ſolutionibus, vel non adhibens idoneos fideiuſſo-

res,

res, ſeù mandatum ad exigendum reditus, ſeù prouentus Iuris conducti ſuo tempore, vulgo Recudimiento, *non obtinens, declaratur decoctus.*

Decoctum declarari, id eſt, ponerſe en quiebra la renta, *vel auferri à conductore; id eſt,* hazerſe toma della para la Real Hazienda, *committitur arbitrio Dominorum de Conſilio.*

3 *Mandatum ad exigendum reditus vulgo,* Recudimiento, *licèt, de Iure communi non eſſet neceſſariũ ad perceptionem fructuum, ſeù prouentuum, Hodiè ex legibus Regijs debet obtineri, & intrà quod tẽpus?*

4 *Debitor Fiſcalis ex conductione, vel adminiſtratione, ſeù alia qualibet cauſa, qui declaratur decoctus, ſubjicitur Iuriſdictioni Supremi Conſilij Regij Patrimonij, & in conſequentiam Iudicis decoctionũ.*

5 *Fiſcus habet ſuos Iudices Fiſcales, & à nemine quamtumuis priuilegiato, trahitur ad extraneos.*

6 *Eadem concluſio comprobatur; Et notatur, priuilegium miſerabilium perſonarũ,* (*de quo* in l. Vnica, C. Quandò Imperator inter pup. &vid.&c.) *nòn procedere in cauſis Fiſcalibus.*

7 *Fiſcus gaudet priuilegio ſui fori, non ſolùm quandò eſt author, vel Reus, ſed etiàm in cauſa agitata inter priuatos, quæ habeat dependentiam à Fiſco, vel ex qua poteſt ſequi ei præiudicium, & quandò ſuccedit in Ius priuati per publicationem.*

8 *Eadem concluſio comprobatur, & extẽditur ad fideiuſſorem debitoris Fiſcalis, qui ſi ſoluit, poteſt conuenire debitorẽ coràm Iudice Fiſcali.*

Et an idẽ procedat in ceſſionario Fiſci?

9 *Iuriſdictio Iudicum Fiſcalium in cauſis Fiſci, eſt ſpecialis Regalia in eo, cùm aliàs nullus poſsit eſſe Iudex in cauſa propria.*

10 *Procurator Cæſaris erat olim Iudex Fiſcalis, & de eius Iuriſdictione, authoritate, & poteſtate.*

Et appellabatur etiàm ſummæ rei procurator, & item Rationalis, & Præfectus, ſeù Præſidens Sacris Ærarijs, & num. 11. & 12. & 13.

14 *Princeps duplex habet patrimonium, vnum Fiſcale, & publicum, Alterum priuatum, quæ à diuerſis Iudicibus ab initio adminiſtrabantur, & num.* 15.

16 *Fiſcus proriè eſt Camera Imperij complectens quidquid ad illius pecuniarium commodum pertinet, & hodiè ſinè diſtinctione patrimonij publici, ſeù priuati.*

Et declaratur quid ſit Fiſcus, & num. 17.

18 *Et ideò cauſæ omnes indiſtinctè, quomodòcumquè ſpectãtes ad Regium Patrimonium, pertinent ad Iudices Fiſcales.*

19 *Procuratorem illum Cæſaris, de quo in Iure Communi fit mentio, quis Iudex hodiè repræſentet?*

20 *Adducuntur aliqui Doctores, qui dixerunt Collectores Summi Pontificis eſſe eis ſimiles, quià Summus Eccleſiæ Præſul habet Fiſcum, & etiàm Epiſcopi.*

21 *Præſes Patrimonij ſucceſsit hohodiè loco Procuratoris Cæſaris.*

22 *Referuntur variæ appellationes, quibus hoc Tribunal Patrimonij in Roma, in Gallia, in Italia, & alijs partibus ſignificatur vſquè ad num.26.*

27 *Origo inſtitutionis huius Tribunalis rei Dominicæ in noſtra Hiſpania adducitur: & Regiorum Calculatorum Maiorum computorũ, & Auditorum pro negotijs luſtitiæ aſſignatorum. Et eorum Iuriſdictio, & num.28. & 29.*

30 *Patrimonium Potentiſſimi noſtri Hiſpaniarum Regis nouiſſimis temporibus ſuprà modum auctum, & amplificatum fuit vltrà diuitias cuius libet alterius Monarchæ.*

Referuntur ordinationes ſtatutæ per Inuictiſſimum, & Sapientiſſimum D. Regem Philipum II. anno 1593. quibus ſpecialitèr præſcripta fuit Iuriſdictio Regio Patrimonij Conſilio, & eius Supremis Tribunalibus; Quæ ſunt tria diuerſa.

31 *Tribunal primum, eſt in quo reſident Præſes Conſilij, & Computatores maiores, ad quos ſpectat totius Regalis Patrimonij Gubernatio, & diſtributio, circà quod in nouis ordinationibus anni 1602. noua forma ei data fuit, & tria Tribunalia reducta ad vnum ſub Appellatione Conſejo de Hazienda, y Contaduria Mayor della, per quas ordinationes, & ſchedulam reformationis anni 1621. Conſilium regitur, & gubernatur.*

Et Illuſtriſsimi D. D. Lopecij de los Rios, qui fuit eius Præſes, encomium profertur.

32 *Secundum eſt, in quo reſident quinque Auditores togati cum Regio Fiſcali, qui ordinariam luriſdictionẽ exercent in omnibus cauſis Fiſcalibus.*

33 *Fiſcalis Proprius his Tribunalibus aſſignatus fuit, cùm anteà vnus ex Fiſcalibus Supremi Conſilij adeſſet, & notatur facultas, & arbitriũ datum Præſidi huius Conſilij ad conuocandum, & conſulendum Regios Fiſcales, tàm Supremi Senatus, quã aliorũ Tribunaliũ huius Curiæ, quãdò grauitas, & qualitas alicuius negotij hoc expoſcat.*

Litteratorum hominũ, & diù in patrizinio cauſarum in Supremis Tribunalibus huius Curiæ verſatorum, ad expeditionem grauium negotiorum interuentio, ſummè neceſſaria eſt.

34 *Tribunal tertium Calculatorum Maiorum computorum Regiũ Patrimonium attingentiũ declaratur. Et nu. 35. Numerus Calculatorum minorũ, qui vocantur* de Reſultas, *& nominati ſunt pro maiori relinquationum curſu.*

36 *Adducuntur Authores, qui de hoc Cõſilio, & eius Tribunalib⁹ egerunt.*

37 *Hoc Tribunal loco Officij Procuratoris Cæſarij apud nos ſubrogatum eſt, in quo omnes cauſæ ad Patrimonium Principis ſpectantes, agitandæ ſunt, quod comprobatur vſque ad num.41.*

42 *Tribunalis Commiſsionis Millionum Regni agregatio Conſilio Patrimonij facta exponitur. Ad quod ſpectat beneficium, & exactio ſuper indictorum, & ſeruitiorum noſtris Catholicis Regibus per*

Regna

Regna Caſtellæ, & Legionis conceſſorum, quorum natura, & ſignificatio declaratur, & eorum valor oſtenditur.

43 *Initium, & progreſſus ſeruitiorum Millionum proponitur.*

44 *Reges Hiſpaniæ, licèt, ex ſuâ Regalia poſſent noua vectigalia, ſeù tributa indicere, tamèn ex benignitate quadam, ab hoc iure deſtiterunt, & conſtituerunt nè noua tributa, ſeù vectigalia imponerentur, niſi in Commitijs Generalibus Prouinciarum Caſtellæ, & Legionis, conuocatis earum Procuratoribus, & horum conſenſu accedente.*

45 *Procuratores Regnorum, quandò neceſsitas vrget, tenentur aſſenſum concedere, aliàs ſinè eorum conſenſu poteſt imponi tributum.*

46 *Prorogationes ſeruitiorum millionum memorantur, & conditio in eis appoſita per viam contractus ſuper Iuriſdictione, quæ Regnis, & huic aulæ competit.*

47 *Forma, qua hæc aula compoſita fuit, declaratur, & quomodò appellatio, quæ interponebatur ad Supremũ Conſilium in aula de 1500. ceſſauerit, relicto recurſu ad eam, ſolùm in caſu contrauentionis conditionum appoſitarum in ſeruitijs.*

48 *Rex tenetur conditiones expreſſas in ſeruitijs per Regnum conceſsis inuiolabiliter obſeruare. Et num. 49. Quòd hoc maiori ratione procedit in eo, quàm in priuatis.*

50 *Regis promiſsio facta ſub fide, & verbo Regio æquiualet iuramento.*

51 *Variatio Miniſtrorum, qui ab anno 1638. interuenerunt in hac commiſsione millionum refertur, eo tempore, quo fuit incorporata Supremo Caſtellæ Senatui.*

52 *Tribunalis commiſsionis millionum Regni vnio, & agregatio facta Senatui Regij Patrimonij, tamquàm eius pars, & cùm eadem prærogatiua, & præminentia Conſilij Supremi, & Iuriſdictione omnimoda enuntiatur.*

53 *Iuriſdictio priuatiua huic Tribunali Aulæ Millionum conceſſa ad omnes cauſas quomodòcumque adminiſtrationem, exactionem, & beneficium ſeruitiorum ſpectantes, cum inhibitione omnium Iudicum, & Tribunalium, & etiàm Supremi Iuſtitiæ Conſilij, exponitur. Et num. 54. Vltimus ſtatus proponitur.*

1 SVppoſitis his, quę in præcedenti quæſtione notantur, quo ad noſtram materiam, & inſtitutum obſeruandũ eſt, quòd debitor Fiſcalis ex locatione, adminiſtratione, ſeù ſuſceptione redituum Regalium, tributorum, vel quorumcumque Iuriũ, decoctus tùnc dicitur cùm talis declaratur per Supremum rei Diualis Conſilium, in quo ex relatione, quàm Tabularius Maior Redituum vulgò dictus, *Eſcriuano Mayor de Rentas*, & in Aula Mil-

lionum, *de millones* facit aſsiduè, & ſingulis hebdomadis, vt refertur *ſupra Titul. 1. quæſt. 14. num. 1.* reſultat notitia ſtatus omnium conductionum (cuius officij, & exercitij mentio extat, *in l. 1. leg. miſsi oppinatores 6. C. de Exactoribus tribut. lib. 10.* & Gothofredus *in dict. l. 6. litt. N.* ait: *Tabularij eorum, quæ publico inferuntur, & debentur, rationes conficiunt, & in l. Duos, C. de Suſceptor. præpoſit. & Arcarijs eodem libro,* aliàs dicuntur numerarij, ſeu Logographi, *vt in leg. in Prouincijs 4. C. de Numerarijs, actuarijs, & chartularijs, lib. 12.* & ſic declarant Garcia Toletanus *in Lucerna rubricarum trium poſterior libror. Codidis ad titulum de Tabularijs, ſcribis, Logographis, &c. num. 5. Et ad titulum denumerarijs, &c. num 5.* Amaya *in l. 1. C. de Canone largitionalium titulorum, num. 3. & in l. 1. C. de Immunitate nemini concedenda, num. 6. & ſequentibus,* Guido Pançirola *in Notitia vtraque Dignitatum, tit. de Magiſtratibus municipalibus, cap. 21. in princip.* Gutierrez *de Gabellis, quæſt. 159. per totam, vbi num. 2.* ità definit: *Porque Eſcriuano de Rentas, es aquel Eſcriuano que eſtà diputado por el Rey, para que ante èl paſſen las poſturas, pujas, y remates, y arrendamientos, y fianças, y abonos, y los demàs Autos de las Rentas Reales.*

2 Et ſi reperiatur conductorem defeciſſe in ſolutionibus tempore, & terminis in contractu deſignatis, vel intrà tempus à legibus Regijs præſcriptũ, non adhibuiſſe idoneos fideiuſſores, & non obtinuiſſe, & feciſſe expediri in ſui fauorem cõductionis teſſeram; id eſt mandatum ad exigendum reditus, & fructus eius, vulgò *Recudimiento* (quę eſt facultas quædam à Domino Rege conceſſa eos exigendi à debitoribus, vt ait D.D. Ioann. de Larrea *allegat. 36. num. 26. tom. 1. allegat. Fiſcal.* vel ceſsio facta conductori aduerſus eos, vti declarat D.D. Alphonſus de Olea *de Ceſsione Iurium, & actionum, tit. 6. quæſt. 3. num. 15.*) tùnc declaratur decoctus; id eſt: *Se pone en quiebra la renta por cuenta, y rieſgo del Arrendador, ò ſe haze toma della para la Real Hazienda,* pròut ei magis expediat. Quòd omne committitur arbitrio Dominorum de Conſilio *l. 11. tit. 11. lib. 9. Recopilationis,* quę ita ait: *Ordenamos, y mandamos, que quando algun Arrendador Mayor no contentare de fianças, ni las abonare, ni ſacare el Recudimiento, en los terminos en las leyes antes deſta ſeñalados, que demàs de perder el prometido, y las quartas partes de pujas, ſegun de ſuſo eſtà diſpueſto, puedan nueſtros Contadores Mayores tomar la dicha Renta para Nos, como ſi nunca ouiera ſido rematada; ò ſi vieren que mas cumple à nueſtro ſeruicio, puedan tornar al almoneda las Rentas, ſin requerir al ponedor, ò pujador, que no contentò de fianças, en quien eſtuuiere rematada.*

3 Quâmuis enim, attento Iure, licitatione, & addictione facta conductori meliorem conditionem afferenti, tàm ipſe principa-

lis

lis conductor, quàm eius ſocij, quos ſecum aſſumpſit, vel quibus partem aſsignauit, Ius habeant ad exigendum à quibuſcumque debitoribus, antè expeditionem huius mandati, vt notat Bart. *in leg. in Prouinciali, §. Si ego, ff. de Noui operis, nunt.* & cum eoAuendaño *de Exequend. mandat. 2. par. cap. 12. nu. 15.* & Rodriguez *de Annuis redit. libr. 2. quæſt. 9. num. 67.* Tamèn *ex legibus Regijs 8. & 9. tit. 11. lib. 9. Recopilationis*, & regularitèr ex conditionibus ipſorum contractuum, tenentur illud expedire intrà terminum ſexaginta dierum, vel aliũ in eis expreſſum, quôd tempus *ex lege 27. eiuſdem tituli, & libri, cap. 13.* prorogatum eſt pro alijs ſexaginta diebus, vſquè ad 120. & in conductionibus por menor, loquuntur *lex 10. & lex 11. tit. 12. eodem lib. 9. Recopilat.* & videnda eſt *l. 1. tit. 2. cap. 6. eod. lib.*

4 Hac declaratione facta, iubetur quòd notoria fiat Iudici decoctionum, vt procedat in cauſa cõtrà decoctum, & omnia bona, tâm ſua, quàm fideiuſſorum ad conductionem, vel fideiuſsionem quomodocumquê ſpectantia, adhibitis diligentijs neceſſarijs pro eorum exactione, & conſeruatione, vt Regi, & creditoribus ſatisfiat, quod exequitur Tabularius maior certiorem de eo faciens dictum Iudicem per ſchedulam ad eum tranſmiſſam, qui ſtatim procedit forma neceſſaria, de quà infrà *Titul. ſequenti.* Is igitùr, qui hoc modo decoctus indicitur, priuatiuè ſubijcitur iuriſdictioni Supremi, & Regalis Conſilij Regij Patrimonij, & inconſequentiam, Iudici decoctionum debitorum Fiſcaliũ, per illud, aprobatione, & Titulo Regio, deputato.

5 Quià Fiſcus gaudet priuilegio fori, vt ſiuè actor agat aduerſus priuatum, ſiuè reus à quocumque priuato conueniatur, cauſas trahat ad ſuos Iudices Fiſcales, & à nemine quamtumuis priuilegiato trahatur ad extraneos, vt probant de Iure Communi Text. *in l. 2. C. Si aduerſus Fiſcum, l. 2. l. Ad Fiſcum 5. & ſeqq. C. Vbi cauſæ Fiſcales*, & ibi DD. *l. Cùm eorum*, vbi Baldus *num. 7. C. de Sentent. & interlocut. omn. Iudic. l. Si minori 3.* vbi Iacobus Rebuffus *num. 1. C. de Iurè Fiſci, lib. 10. l. 1. C. de Fide inſtrum. & Iur. haſtæ Fiſc. eod. lib. l. 2. tit. 1. lib. 9. Recopilationis*, ibi: *Los quales ayan el poder, y facultad, y juriſdicion que por las leyes, y prematicas deſtos nueſtros Reynos, y cedulas, y prouiſiones los dichos Contadores Mayores han, quanto toca à la adminiſtracion de la nueſtra hazienda, y prouiſion, y determinacion de los negocios à ella tocantes*; & latiûs *in l. 1. tit. 2. §. 3. per totum, & in l. 2. tit. 2. §. 25. eodem lib.* quod procedit etiàm ſi lis cepta ſit in alio Tribunali, vt conſtat *ex l. 1. C. de Offic. Comitis Sac. Palac.* ibi: *Ad Palatinorum curam, & rationalium officia, omnium rerum noſtrarum, & totius perpetuarij Iuris exactio reuertatur. Et ex l. 1. C. de Officio Comitis rerum*

priuatarum, ibi: *Si quid negotiorum actitatum fuerit, in quibus aliquid commodi Fiſcalis appareat, ad officium rei priuatæ, ſua grauitas acta tranſmittat*, notant etiàm communitèr Doctores *in l. Si conſtante 24. §. fin. ff. Solut. Matrim.* vt refert Carleual. *de Iudicijs, tom. 1. diſput. 2. num. 314* idem Baldus *in l. 1. num. 19. C. de Hæredit. vel act. vend.* Paulus de Caſtro *in l. Si in te fin. num. 4.* vbi Salycetus *num. 13. C. de Priuileg. Fiſci*, Martinus Laudenſis *de Fiſco, quæſt. 222.* Franciſcus Lucanus *in eod. tract. 1. part. num. 24.* Boſius *in Prax. tit. de Fiſco, & eius priuileg. num. 43.* Conrado *in Templo Iudicum, lib. 1. cap. 8.* Farinacius *in Fragmentis, litter. F ex num. 180.* Peregrinus *de Iure Fiſci, lib. 7. tit. 1. num. 1. & ſeqq.* Alfaro *de Officio Fiſc. gloſſ. 16 ex num. 21. & gloſſ. 18. nu. 7. & 8. & gloſſ. 34. num. 208. & ſeqq.*

6 Latè comprobat idem Carleual. *dict. diſputat. 2. num. 698. & num. 649.* vbi ex hoc infert priuilegium miſerabilium perſonarum, de quo *in l. Vni. C. Quando Imper inter Pupillum, & Viduam*, nòn habere locum, nèc procedere in cauſis Fiſcalibus, quod & prædictam concluſionem latè comprobat D. D. Franciſcus Salgado *in Labyrintho credit. part. 1. cap. 7. per totum*, Tondutus *de Præuent. Iudiciali, cap. 30 num. 79.* vbi ex hac ratione cùm Peregrino vbi ſuprà, comprobat inſtantiam cœptam cùm eo, cui Fiſcus ſuccedit, etiàm titulo vniuerſali hæreditario, in Fiſcum nòn tranſire, vt probat *ibi à num. 76.* Balmaſeda *de Collectis quæſt. 99. num. 18.* vbi loquitur in Vidua, quę collectas debet, quòd nòn poſsit declinare Iuriſdictionem Iudicis Ordinarij, & Superiores Iudices eligere, ad quòd citat Gutierrez *de Gabellis, quæſt. 160. num. 3.* quod notauimus etiàm *ſuprà Titulo 1. quæſt. 6. num. 2.* Oſſualdus ad Donellum *lib. 15. Comment. cap. 48. litter. L. & ſeqq.* Trentacinquius *lib. 3. Variar, tit. de ſolution. reſolut. 16. num. 3.* D. Valençuela Velazquez *conſ. 200. num. 52.* Ripol. *de Regal. cap. 26. num. 82. & ſeqq.* D. Ioannes del Caſtillo *lib. 7. controu. cap. 12. num. 20. & num. 26 & ſeqq.* D. D. Ioannes de Solorçano *de Iur. Indiar tom. 2. lib. 5. cap. vnico, à num. 119.* D. Michaël Cortiada *in Prax. cõtent. tom. 1. deciſ. 10. nu. 110. & 148.* Excellent. D. D. Chriſtophorus Creſpi *obſeru. 55 num. 34 & obſeruat. 61. num. 10. & ſeqq. tom. 2.* D. Epiſcopus Fermoſinus *allegat. 4 num. 15. part. 2.* Guzman *de Euict. quæſt. 8. num. 4.* Andræas Capanus *de Iure adhoæ quæſt. 49. nu. 4.* Carraſco *ad Leges Regias tract. 1. de caſibus cur. num. 167.*

7 Et non ſolùm hoc procedit quandò Fiſcus eſt actor, vel reus. Sed etiàm in cauſa agitata intêr priuatos, quę habeat dependentiam à Fiſco, *l. Cum vendente, C. Vbi cauſæ fiſca, l. Si minori 3. C. de Iure Fiſci, lib. 10. l. 2. tit. 2. lib. 9. Recopil. cap. 25. & ſeqq.* Peregrinus *de Iur. Fiſc. dict. lib. 7. tit. 1. num. 3.* Boſius *in Praxi, tit. de Foro competenti, num. 117.* Vbi dicit, quod magiſtratus,

tratus redituum, qui solùm est Iudex inter priuatos, & Cameram, potest cognoscere etiàm intèr priuatos, si negotium dependet à Fisco, vel Camera, quem sequitur Surdus *cons.* 280. *num.* 17. Capicius Latro *decis.* 186. *num.* 3. *tom.* 2. Cauallus *resol. crimin. cent.* 2. *casu* 168. *num.* 9. Vbi idem tenet, quandò ex causa potest sequi prejudicium Fisco, vel quandò dubitatur de collusione intèr partes priuatas, & *num.* 10. cum Franchis *decis.* 117. extendit, quandò solùm Fiscus habet, vel habere potest similes causas, nè eius ius fiat deterius. Nouarius *de Elect. & variat. fori, quæst.* 40. *sect.* 3. *num.* 6. vbi loquitur de Fisco succedẽte in Ius priuati per publicationem, quòd potest causam ad suos Iudices trahere. D. Fermosinus *allegat.* 3. *num* 1. & *seqq. part.* 1. Maximilianus Faustus *in cons. pro ærario, clasi* 9. *cons.* 43. vbi benè de materia.

8 Regens Reuerterius *decis* 7. vers. *Primus, num.* 1. & *seqq.* & ibi Marinis *in Obseruat.* Andræas Capanus *de Iure adhoæ. quæst.* 49. *à num.* 4. *Et num.* 6. *ex l. Cùm eorum, C. de Sententijs, & Interlocut. omn. Iudic.* ampliat ad eum, qui fideiussit pro debitore Fiscali, & soluit, quòd si vellit agere cõtrà dictum debitorem, debet eum conuenire coràm Iudice Fiscali, in quibus terminis intelligit Text. Bart. & loquuntur etiàm Rodericus Suarez *ad leg.* 2. *de los Emplaçamientos,* vers. *Sed pone, num.* 23. *fol. mihi* 392. Guacinus *de Pace, & treuga, part.* 2. *quæst.* 53. *num.* 5. Cabedo *decis* 119. *num* 7. *part.* 2. vbi cûm Bosio *de Bon. public. num* 24. quôd, hoc adeò procedit, vt si Fiscus succedat condemnato, nòn cogitur sequi instãtiam inchoatam per delinquentem, sed potest adire proprios Iudices. D. Crespi *d. ct. obseru.* 61. *num.* 19. Gratianus *tom.* 1. *discept. for. cap.* 56. *num.* 12. & 13. Vbi benè prædictas conclusiones probat, Guzman latè *dict. quæst.* 8. *à numer.* 1. Ripol. *Variarum, cap.* 1. *de Iurisdict. num* 17. & *num.* 182. & cum eo Diana *tom.* 4. *resolut. mor. tract.* 1. *resol.* 66. vbi de Clerico debitore census Regij. Morla *in Emp. part.* 1. *tit.* 9. *num.* 98. Lara *de Vita hom. cap.* 21. *num* 61. Caualcanus *decis.* 8. *nu.* 18. *tom.* 1. D. Fermosinus *dict. alleg.* 3. *num.* 14. *part.* 1. *alleg Fisc & allegat.* 11. *num.* 5. Idem Marinis *tom.* 1. *resolut. quotid. cap.* 146. *à num.* 7. Carleual. *dict. disput.* 2. *num* 708. Vbi extendit etiàm ad cessionariũ Fisci ex causa necessaria, non verò ex voluntaria, quem sequitur D. Olea *de Cess. Iur. & actio. tit.* 6. *quæst.* 3. *nu.* 30. *Et quæst* 4 *sequent.* latè agit ân cessionarius Fisci possit agere executiuè, vel carcerare debitorem? sicùt cedens posset. & *tit* 4. *quæst.* 4. *num.* 45. *in additionibus*

9 Quę est specialis Regalia in Principe, cum aliâs regularitèr nullus possit esse Iudex in causa propria, *l.* 1. *C. Vt nemo in caus. prop. Ius sibi dicat,* proptèr excellentiam, & sublimitatem suę dignitatis, *l. Si Pater familias* 40. & *l. Et hoc Tiberius sequenti, ff. de hæred. instit.* vbi

D.D.

D.D.Bart. *in Rubr. C.Nequis in ſua cauſa Iudic.* vbi & Gothofred. *litt.G.* D.Menchaca *de Succeſſ.creat. §.26. limit.31. nu.22.& lib.1.contr.illuſtr. cap.45.num.8.* Berart. *de Viſitat.cap. 15. num.7.* & notat Baldus *in dict. l.ſi Pater familias*, & cum eo Thomãs Mieres *ad Conſtitutiones Cathaloniæ in Curia Alphonſi Regis collat. 11. num.86.& 87.* Vbi quòd, licêt de rigore Iuris, Papa, vel Princeps cognoſcere poſsit de ſua cauſa, tamên honeſtè facit, ſi eam alij commitat, vt elegantèr monuit Idem Baldus *in l.Proximè, ff.de his, quæ in teſtam.delent.num.4.* his verbis: *Item nota in hoc text. quòd Imperator eſt Iudex in cauſa propria, quià nòn recognoſcit Superiorem, de hoc in l.2. C.de edẽdo per Cynum,& ad hoc ſempèr allegatur, honeſtè tamèn facit Princeps, ſi cauſam propriam alteri committit,& ſe ei ſubmmitit, vt ſuprà de Iuriſd.omn.Iud.eſt receptum,& ibi Gloſſa Ordinar.* & benè probant, & exornant Bobadilla *in Polit. libr.3. cap.1. num.38.* Scipio Rouitus *ad Pragmat.12. de Offic.Procur.cæſ. nu. 1.* & facit Pater Marquez *en el Gouernador Chriſtiano, lib.1. cap. 19. §.2.* vbi optimê more ſuo ratiotinatur, & comprobat non expedire Principem ipſum per ſe cauſas ſubditorum cognoſcere, & iudicare, & benè id declarans D Marius Curtellus *de Priſc.& recent.Eccleſi. Immunit.lib.2.quæſt.19.num.9.* & Carraſco *ad Leges Regias, cap.9. num. 79.& ſeqq.* Renatus Chopinus *de Domanio Franciæ, lib.3.tit.29.in fine*, vbi optimè â Primis Imperatoribꝰ & Regibus declarat, & pluribus comprobans D.D.Petrus de Salçedo *de Lege polit. lib.2. cap.13. num. 54.& ſeqq.* & facit D.Didacus de Saauedra *in ſatis elegantibus,& eruditis Schematibus politicis, in eo, cui titulus, vni reddatur, in §.Quæſtiones ordinaria entre los Politicos, fol.mihi 387.* Paz *in l.37.ſtyli num.6.*

10 Qui Iudex, tûnc erat Procurator Cæſaris, qui intèr Fiſcum, & priuatos Ius dicebat, & rationes omnium redituum, & vectigaliũ, quę ad Cæſarem ſpectabant, procurabat, & habebat cum facultate definiendi, & ei incumbebat tributa, & omnes reditus colligere, aliaque, quę ad Fiſcum, & Patrimonium Principis pertinebant, diſponere, *l.Procurator 7.C.de Edendo, l. 3. C. de Iure Fiſc. lib.10. l. 1.& 3. C.de Fide,& Iur. haſt. Fiſc. eod. lib. l.2. C.Si aduerſus Fiſc.l.2.& 4.C Vbi cauſæ Fiſcales, l.1. C.de Iuriſd. omn. Iudic.* Dion. *lib.53.* Pomponius Lætus *de Magiſtr. Rom. cap.25.* Feneſtela *in eodem tractat. cap.vltim.* Ioannes Oroſius *in princip. tit. de Officio Proconſul.Cæſ.* & ibidêm Rebuffus, Briſonius *lib. 3. Select. Iur. antiq.cap. 18.* Petrus Gregorius *lib. 49. Sintagmat.Iur.cap 7. num.7.* vbi ità ait: *Atque huic Magiſtratui totius principalis rei licentiam commiſſam, ità vt quidquid ab eo negotiorum Imperialium geſtum eſſet, perindè ratum haberetur, ac ſi ab ipſo Cæſare fuiſſet pertractatum,* & citat *l. 1. ff.de Officio Procur. Ceſ.* quę ità loquitur: *Quæ acta, geſtaque ſunt à Procuratore Cæſaris, ſic ab eo com-*

pro-

probantur, atque ſi à Cæſare geſta ſunt, & idem refert Purpurat. *in l. 1. ff. de Officio eius, cui mand. eſt iuriſd. num.* 43. Lancelot. Conrad. *in Templo Iudicū, lib. 1. cap. 8. num.* 4. *& ſeqq. vbi num.* 6. ex Feneſtela ità ait: *Quoniā maiorem ſe, à quo ius inter priuatum, ac rempublicam decernatur, impoſsibile inuētu ſit; Ipſumque Principem in propria cauſa iudicare haūd ſanè æquum eſſe videatur, Magiſtratum creari placuit, cui inter ſe, priuataſque perſonas, competens quidèm eſſet iuriſdictio; qui ſanè appellatus eſt Procurator Cæſaris, cuique principalis totius rei licentia commiſſa eſt, ità vt quidquid ab eo negotiorum Imperialiū geſtum eſt, ratum habeatur, ac ſi à Cæſare geſtum ſit &c.* Anton. Oliuan. *de Iur. Fiſc. cap. 4. num.* 53. *& cap. 5. num.* 15. *& cap.* 14. *num.* 123. *&* 125. vbi refert res, quę ſunt de Patrimonio Principis quarū tuitio pertinet ad Procuratorē Cæſaris, Ferrer 3. *part. Obſeru. cap.* 53. *& duob. ſeqq.* vbi latè. Berart. *de Viſitat. cap.* 15. *à num.* 1. benè D. Franciſco de Amaya *in l. 2. C. de Iur. Fiſc. lib.* 10. *à num.* 3. D. Gaſpar Eſcalona *in Gazophil. Reg. lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 6. *à num.* 1. Nauarr. *in Apolog. libr. de Reditib. Eccleſiaſt. quæſt.* 1. *monit.* 24. *num* 7. Vbi quòd Procurator Cæſaris, ſinè eius conſenſu, res eius alienare non poteſt, & cū ſubeſt iuſta cauſa videtur Princeps id velle, D.D. Ioan. de la Rea to. 1. *Allegat. Fiſc. allegat.* 52. *num.* 11. Vbi quòd hoc munus erat tantę authoritatis, vt in rebus principale patrimonium contingentibus, eandem, quam Cęſar haberet poteſtatem, quem refert, & ſequitur Excellentiſ. D.D. Chriſtophorus Creſp. *Obſeruat.* 61. *num.* 14. *&* 15. *& obſeruat.* 62. *ſeq. num.* 3. ait tales Procuratores Cæſaris nullam exercuiſſe iuriſdictionem criminalem. Ex quo cum Suida, & Paramo *de Origin. Inquiſit. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 3. *num.* 2. ſatis ſingularitèr obſeruat, iuſſu Neronis Pontium Pilatum capite plexum, quià cum eſſet Procurator dumtaxat Cęſaris, in filium Dei, ſecundum Adamum, ius dixiſſet. Sed in hoc Amaya *in dict. l. 2. num.* 5. *&* 6. alitèr ratiocinatur, & quidèm non leui fundamento non aſſentiens huic ſententiæ, aliud ſuplitium refert; Iodocus Damauderius, *in Prax. rer. criminal. cap.* 155. *num.* 8. qui ità ait: *Nè Pilatus quidèm hoc impunè tulit. Nam in exilium relegatus paulò poſt deuenit Viennam Allobrogum, & à Canibus in campo propè Rhodanum, vbi nunc locus nuncupatur Vinea Pilati, dilaniatus eſt iuſto iudicio, nimirum ſicut crudeli Populo factioſo, & malo, tanquàm Canibus voracibus clamanti, ſit Sanguis eius ſuper nos, & filios noſtros, ſitienti Sanguinem Chriſti, dilaniandum, contra æquitatem, Chriſtum traddidit; ità ipſe à Canibus laceratus, diſtractus, deuoratuſque eſt*, & aliam ſentētiam diuina prouidentia promulgatam, & executam fuiſſe contra ipſum refert Ludouicus Montaltus *in tract. de Reprobation. ſententiæ Pilati, artic.* 4. *in ſect. & hæc ſufficiant, num.* 43. ſcilicèt, clauſum in arca proiectū

fuiſſe

fuiſſe in Rhodanum propè Ciuitatem Vienenſem, cuius patrię dicitur fuiſſe, ex eo quòd Patrem ſuum, & omnis naturę occiderit, & deindè per Dæmones translatum in lacum, vbi extat.

11 Et appellatur etiàm Summæ rei Procurator *in l. fin. C. Si propter public. penſ.* vt notant Gothofredus *in l. 7. C. Vbi cauſ. fiſc. litter. B.* & Guido Pançirola *in Notitia Imper. Rom. lib. 2. cap. 35. circà med* Rouitus *ad Pragm. de Offic. Procur. Cæſ. in rubric. num. 2.* vbi cum Surgento de Neapoli Illuſtrata, *cap. 26. num. 24.* quòd indè Tribunal Summarię in Neapoli nomen ſumpſit.

12 Et itèm rationalis dicebatur, *vt in rubrica de Offic. Procur. Cæſ. vel rationalis*, vbi Cynus *in princip. gloſs. in l. Ad Fiſcum, C. Vbi cauſ. fiſc. l. 1. C. de his, qui ſe defer.* Pançirola *vbi proximè, verſic. Rationales.* Alciatus *in l. 7. C. de Edendo, & in l. 4. C. de Fund. rei priu. lib. 11.* vbi promiſcuè hos accipit, ſequitur Oroſcius *in princip. dict. tit. num. 6.* Fabius de Anna *conſ. 56. num. 4.* Ioan. Pirrhus *de Magiſtr. Rom. 2. part. nu. 16.*

13 *Et l. fin. C. de Aduocat. Fiſci*, ait: *Rationales priuatæ rei cauſis, vel Sacris Ærarijs Præſidentes examen. præſente Fiſci Aduocato, ſuſcipiant*, & Cuiacius *in Paratilda illius tit.* proſequitur: *Qui interueniat pro Fiſco in aula apud Comitem Theſaurorum; id eſt, Sacrarum largitionum. In Prouintijs, ſcilicèt, apud Procuratorem Cæſaris, in Vrbe apud Præfectum Ærarij*, & ſequitur Gothofredus *in dict. l. fin. litt. G.* quos etiam appellat quęſtores *l. 2. §. Iiſdem temporibus, ff de Orig. Iur.* ibi: *Deindè cum Ærarium Populi auctius eſſe cepiſſet, vt eſſent, qui illi præeſſent, conſti uti ſunt quæſtores, qui pecuniæ Præeſſent, dicti ab eo, quòd inquirendæ, & conſeruandæ pecuniæ cauſa creati erant*, de quorum officijs, & origine eruditè agit Camillus Borrellus *in Addit. ad Bellugam in Spec. Princ. rubr. 6. litt. T. verb. Theſaurarius, & litt. M. verbo, Magiſter Rationalis* vbi, & de Origine Regię Camerę Summariæ. Fræccia *de ſubfeudis, lib. 1. tit. de Offic. Magni Camerarij, num. 14* & latiùs nouiſsimè Marinis *allegat. 125. à num. 73.* latè D. Michaël de Cortiada *in Prax. content. Regn. Arag. deciſ. 10. à num. 109. tom. 1.*

14 Et cum Princeps (quicumque ſit, qui Superiorem non recognoſcat) duplex habeat patrimoniũ, alterum Fiſcale, & publicum, quod pertinet ad ipſum Principatum, Imperium, ſcilicèt, vel Regnum, alterum priuatum, quod pertinet ad Principem, vt eſt priuata perſona, vt probant *Rubricæ titulorum, C de Officio Comitis Sacrarum largitionum, de Oficio Comitis rerum priuatarum, de Officio Comitis Sacri Patrimonij, de fundis patrimonialibus, lib. 11.* ad quas notauit Cuiacius, & Ioannes de Platea *in dict. Rubric. de Fundis Patrimon.* & Lucas de Pena *in l. Quicumque num. 2. & ſeqq. C. de Omni agro deſerto eodem lib.* Ioannes Garcia *de Nobilitat. gloſſ. 3. §. 1. ex num. 19.* Peregrinus *de Iure Fiſci, lib. 1. tit. 1. nu. 6.* Alfaro *de Offic. Fiſc. gloſſ. 20. in initio nu. 5. & gloſſ. 34 §. 1. num.*

*num.*7. & cum alijs. Carleual *de Iudicijs dicta diſput.*2. *num.*701. benè declarans Gregorius Lop. *in l.*10. *fin. tit.*19. *part tit.*6. *gloſſ.*2. *& in l.*1. *tit.*17. *part.*2. *gloſſ.*4. ſicut etiàm eruditiſsimus D.D. Ioſeph Fernandez de Retes in Supremo Senatu Regius Fiſci Patronus *in Tractatu de Donationibus, cap.*13. *num.*8. *& ſeqq.* ab initio eorum adminiſtratio, & controuerſiarum de eis ortarum cognitio, & definitio pertinuit ad diuerſos Magiſtratus. Nam patrimonium publicum, & Fiſcale adminiſtrabant primum Quæſtores ærarij, aut rationales, ſeu Prætor Fiſcalis, poſt, Imperatorum tempore, Procurator Fiſci, aut Procurator Cæſaris, qui inter Fiſcum, & priuatos Ius dicebat, *l.*1. *& ſeqq. vbi cauſæ Fiſcales cum ſuprà adductis.*

15 Patrimonium autèm priuatum adminiſtrabatur à Comite rerum priuatarum, & Comite Sacri Patrimonij, vt ibi comprobat Carleual. Petrus Gregor. *dict. lib.*49. *cap.*7. *num.*8. Mieres *ad Conſtit. Regis Martini. collat.*8. *cap.*8. *num.*24. *& ad Conſtitut. Regis Alphonſi, collat.*11. *cap.*2. *num.*94. & benè Cujacius *in Paratitla ad titulos, C. de Officio Comitis Sacrarum largitionum, de Officio Comitis rerum priuatarũ, & de Officio Comitis Sacri Patrimonij*, qui continuantur, & ità etiàm Iuſtinianus eum appellat *in §.*1. *de Prætore Siciliæ, conſtit.*4. *ſecundum lectur am.* Haloandri, ibi: *Publica tributa Siciliæ non pertinent ad ſolicitudinem Prætoris, ſed cenſentur ſub Comite Patrimonij*, vt notat Ioannes Dominicus Iaſſo *ad Pragmat. de antefato, verſic.*3. *obſeruat.*3. *num.*156. & ſimiliter Amaya *in l. fin. C. de bonis vacantibus, lib.*10. *à num.*11. Ripol. *de Regalijs, cap.*51. *à num.*6. vbi latè exornat, *& num.*13. probat quòd res, quę in Patrimonio Regio propriè exiſtunt, & conſiderantur de Regio Diademate, ſunt illę, quæ ſunt conceſſę Principi in vſum ſuum pro tuitione Imperij, & quòd hæ dicuntur propriè Fiſcales Ioannes Franciſcus de Ponte *conſil.*53. *à num.*1. *tom.*1. *vbi cum gloſſ. in l.*1. *C. de Fide inſtrum. & Iur. haſtæ Fiſcal. lib.*10. probat, quòd Princeps habet duplicem procuratorem, videlicèt Procuratorem Fiſci, & Procuratorem Cæſaris, & ibi declarat, & repetit *conſ.*54. *ſequenti à num.*1. Fabius de Anna *dict. conſil.*56. *num.*23. Ioannes Oroſcius *in prncip. dict. tit. ff. de Offic. Procur. Cæſar. num.*12. *&* 13. Ioannes de Xart. *deciſ.*32. vbi cum Caſaneo ad Conſuetud. Burgundiæ *tit. de Confiſcat. à num.*3. duplices Procuratores Principis conſtituit, vnum, ſcilicèt, qui dicitur Procurator Fiſcalis, qui procurat, vt fiant confiſcationes in caſibus, in quibus debent fieri, alium autèm, qui dicitur Procurator Cæſaris, qui procurat, vt ea, quę ſunt de Patrimonio Principijs, reponãtur in ſuo ærario, & latè explicat. Peregr. *de Iure Fiſci, lib.*1. *tit.*1. *à nu.*6.

16 Et licèt de Iure dubitari contigerit, àn habere Fiſcum ſit de Regalibus? & itêm conſtituta ſit differentia inter Fiſcum, & Ærarium, vt videre licèt ex latè traddi-

tis

tis à Peregrino *dict. tit. 1. à num. 2. cum ſeqq.* & Ripol *de Regalijs dict. cap. 51. à principio.* Ioanne Pirrho Angle Bermeus *in Tract. de Magiſtrat. Roman. 2. part. num. 4.* qui eſt *in Tractat° DD. tom. 16. fol. 202.* Faria *in Addit. ad Couarr. lib. 1. Var. cap. 16. num. 3. & 4.* Tamèn verùm eſt, hanc Regaliam Fiſco competere, & quòd Fiſcus eſt Camera Imperij complectens quidquid ad illius pecuniarium commodum pertinet, vt colligitur ex Accurſio *in Rubrica, C. de Iure Fiſci, lib. 10. & gloſſa marginali ibi,* vbi adducit, *l. Sed celſus, ff. de Contrab. empt.* & Bart. & Ioanne de Platea, Rebuffo, & Piſcatore ibidêm, & cum eis Fuluius Conſtantius *in eadem rubr. num. 3.* benè Freccia *de Subfeudis, lib. 1. tit. de Offic. Magni Camerarij, num. 19. fol. mihi 42.* Eliſeus Dança *in pugna Doctorum, tit. de Officio Fiſci à num. 1.* Cæſar Carena *de Officio Sanctæ Inquiſitionis, part. 1. tit. 9. §. 1. num. 1.* & probatur *in l. 33. tit. 13. part. 5. vbi Gregor. Lop. gloſſ. 1.* Bobadilla *in Politica, lib. 5. cap. 6. num. 1. & 2.* Parladorus *in Sexquicenturia, differentia 111. à num. 1. & num. 5.* & exornat Peregrinus *dict. num. 2.* & latiùs Ripol *ibi num. 4.* Vbi quôd nomine Camerę non intelligitur locus, vbi Palatium, ſeù Domus Regia eſt conſtructa, vel Archiuus Regius; Sed quôd accipitur pro perſona ficta, quę gerit Vices Principis in bonis, & Iuribus Regalibus, quę propriè ad Ius Regale pertinent, *& nu. 19. & ſeqq.* notat quod à principio moris erat Romanis, pecuniam ex tributis exactam in marſupium, ſeù Burſam immittere, ſed ſi marſupium non ſufficiebat, ad Fiſcum ducebatur. Decurſo verò tempore fuiſſe inſtitutum ærarium ad hoc, vt pecunia Regia deponeretur, vt probat Gloſſa *in l. in Prouincijs, verbo, Fiſcalis, C. de Numerar. lib. 12.*

17 Nam Fiſcus propriè dicitur marſupium, vbi maior pecunia continetur, in quo ſignificatu loquitur Cicero *Orat. 1. in Verrem,* & benè, & latè obſeruat, & comprobat Ioan. Pyrrhus Angle Bermeus *de Magiſtrat. Rom. dict. par. 2. à principio, & per totum,* ibi: *Frequentiùs verò ſignificat grauioris æris receptaculum, ſportulas vè, quibus æs Fiſci, id eſt Principis defertur,* & Paulò inferiùs ibi: *Vndè Fiſcus per metaphoram publica Principis pecunia, ipſumque eius patrimonium dicitur.* Vbi omnia ſupradicta exornat, & ex eo & alijs pluribus nouiſsimè Faria *in Addit. ad dict. cap. 16. D. Couarr. rub. num. 5.* & latiûs D.D. Nicolaus Fermoſinus Epiſcopus Auſturicenſis *Allegat. Fiſcali 2. à num. 11. cum pluribus ſeqq.* Vbi elegantiſsimè denominationem ærarij, & Fiſci explanat. Sicut etiàm anteà fecerat D. Ioannes Eſcouar â Corro *de Pietate, & nobilit. proba. 2. part. quæſt. 8. à num. 4.* benè declarans, more ſuo, Petrus Barboſa *in l. 1. 7. part. ſolut. Matrim. num. 7. & 8.* Balçaranus *de Feudis, lib. 2. tit. 53. §. Iudices, num. 8. & 9.* & optimè de Ærario Populi Romani agens Petrus Gregorius *de Republica, lib. 3. cap. 3. à num. 2.* Gaito *de credito, cap. 4. quæ-*

ſito

ſito 11.n.1706.& ſeqq. Alfar. *de Offic. Fiſcalis, gloſſ.9. à nu.1.& nu.4.* dicit, hodiè nullam eſſe differentiam inter Fiſcũ, & ærarium, ſeu Cameram, his verbis: *Tamèn hi duo termini confunduntur, & Fiſcus dicitur Regis Patrimonium, ſiue ex publica, ſiue ex priuata ſit,* cum Bald. *in l.1.C.de Heredit.V.act. vend.qu.4.* & citat ad id *l.Benè à Cænone, verſ.Sed ſumus, C.de Quadrie.preſcript.* ibi: *Quæ enim differentia introducitur cum Principis eſſe intelligantur, ſiue ex noſtra ſubſtãtia, ſiue ex Fiſcali fuerit aliquid alienatum,* & repetit, & comprobat etiàm *gloſſ.20. à nu.6.* D.Epiſc.Fermoſin. *dict.alleg.2.nu.6.& ſeqq.* & cum Carleual *de Iudic. lib.1.diſput.2.nu.701.* D.D.Chriſtoph.Creſp. *tom.2.obſer. 103.nu.58.* Acoſta *de Priuileg.credit. regul.2.amplia.2.nu.15.& 16.& ampliat.7.n.9.& 10.* D.D.Petr.de Salç. *in Tract.del Contrab ca.30.in princip.*

18 Cum ergò confundantur iàm, & prô eodem accipiantur. Hodiè omnia ad Fiſcales Iudices pertinent indiſtinctè, ſiuè de Patrimonio publico, & Fiſcali Principis, ſiuè de priuato agatur. Nàm omnes cauſæ, quę quomodòlibet tangunt patrimonium vtrumque, Fiſcales ſunt, & de eis cognoſcunt, vt obſeruat, & declarat Carleual. *dict.diſput.2. num.701. in fine.* D. Franciſcus de Amaya *in l.2. C.de Iur.Fiſci, lib.10.num.3.& ſeqq.* D.D. Ioan.de Larrea *alleg.52.nu.11.tom. 1.alleg fiſc.* D.D.Chriſtoph.Creſpi *dict. obſeru.61. num.14.* nouiſsimè Valer. *in docto Tract.de Tranſact.tit. 4.q.5.n.55.& ſeqq.* vbi plures citat.

19 Sed ſcire opportet quomodò ſucceſſu temporis hoc proceſſerit, & quis Iudex repræſentet talem Procuratorem Cæſaris, & exerceat hanc Iuriſdictionem?

20 Et quidem Bald. *in princip. tit.de Offic.Procur.Cæſ.col.2.* & Iaſſon *ibidem nu.7.* dicunt Collectores Sũmi Pontificis ſimiles eis eſſe, & Bellencin. *de Charit.ſubſidio, quæſt.94.* relatus à Purput. *in l.1.ff.de Offic.eius cui man.eſt Iur.nu.47.* eos æquiparat collectoribus Papę. Nam conſtans eſt in Iure, quòd Summus Eccleſię Præſul Fiſcũ habet, qui vbique eſt, ex Bald. relato à Martino Laudenſi *de Fiſco quæſt.206.* Et quôd Fiſcus Eccleſię, maior, & dignior ſit Fiſco Imperatoris, tradit Petrus Rebuff. *de Priuileg.Scholar.priuileg.98.num. 4.* & probant *Clementina 2.de hæreticis.* Abbas *in cap.Quià diuerſitatem, num.14.de conceſſ.præbendæ.* Alfaro *de Officio Fiſcalis, gloſſ.9. num.9. in princ.* Ripol *dict.cap.51.num.24.* ibi: *Cum igitur Fiſcum habere ſit ex Suprema poteſtate, clarum erit Summum Pontificem Fiſcum in ſua Curia habere,* & licet *num.27.* referat Peregrin. *de Iure Fiſc.lib.1.tit.2.num.104.* dixiſſe eſſe cõtrouerſum an Epiſcopi habeant Fiſcum? ſicût etiàm dubitauit Alfaro *dict.nu.6.in fin.* Tamèn ipſe Ripol cum Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. alleg.107.num.16.& alijs,* probat cum communi Fiſcum habere, & nouiſsimè etiàm exornat D.Didacus Ibañ.Faria *in Addit. ad Couarr.lib.2.cap.9.num.125.& 126.* & communem dicunt Ponte *de Poteſt.Proregis, tit.de Prouiſ.fieri ſo-*

litis §.4. nu.69. & cum eo Fuluius Conſtantius *in Rubric. C. de Iure Fiſci, lib.10.nu.11.* Bobadilla *in Polit. lib.2. cap.17. num.196. & ſeqq.* D.Fermoſin.*alleg.1.num.5. in dictis allegat. fiſcalibus,* & latiùs *allegat.4. à num.1.* Mercurialis Merlinus *de Pignoribus, lib.3.tit.3.quæſt.87.n.13.* vbi cum Marſili, & Guacino tenet quòd hæc Camera Epiſcopi non habet priuilegiũ tacitę hypothecę.

21 Sed Ioannes Franciſc.Purpuratus, aptiùs noſtro propoſito, *in dict.l.1. ff.de Offic.eius,cui man.eſt Iur.num.45.* ait hodiè eius loco ſucceſsiſſe Præſidẽ Patrimonij. Nam cum egiſſet de hoc Procuratore Cæſaris, vel Rationalis *prædicto numero* ſubiungit: *Huius loco apùd nos videtur Præſes Patrimonij, qui ſecundũ, poſt Cancellarium, & Præſidem in Conſilio reſidentem, locum tenet, cuius ex eo augetur authoritas: quòd parem in alijs cauſis obtinet authoritatem cum Præſide primo, & Collateralibus, qui poſt eum deſcribuntur, &c.* & repetit *in Rubric.tit.de Offic.Aſſeſſoris, num.40.* his verbis: *Et Procurator Cæſaris videtur ille, quem Præſidem Patrimonij appellamus, qui cognoſcit intèr Principem, & priuatum, &c.* & Purpuratum ad hoc refert Ioannes Oroſc. *in princip.tit.de Offic.Procur. Cæſ.nu.15.* ibi: *Purpuratus eum, quem Præſidem Patrimonij appellamus, opinatus eſt, &c.* Caſaneus *in Cathalogo Gloriæ mũdi, par.7.conſider.15. verſ. Sed quoniàm,* ibi: *Ideò reliquis prætermiſsis dicendum videtur, quòd Præſidentes computorum hodiè ſunt ſubrogati loco Procuratoris Cæſaris.* Franciſc.Maria Prato *tom.1. pract. obſer. obſer.50.num.7.* D.D.Ioan.Bapt.de Larrea *tom.1.alleg.fiſ.alleg.52.n.11.*

22 Et in Gallia aſsimilatur huic Tribunali Parrimonij, Tribunal Procuratoris Demanij, ſecundum Caſaneũ *in Conſuet. Burgund.lib.2.num.7. & 9. & in Catalogo gloriæ mund.part.7. conſider.15.circà princip.* & apertiùs declarat, & definit Renatus Choppinus *de Domanio Franciæ, lib.3.tit.24.de Quæſtoribus Regijs per totum, & circà finem,* agit de Inſtitutione illius Camerę lege Regia Decreta, & Præſide illi aſsignato. Marin.Frecc.*de Subfeud. lib.1. tit. de Offic. Magni Camerarij, num.11.fol.mihi 41.*

23 Et Romę dicitur Tribunal Camerę Apoſtolicę Octauius Veſtrius *lib.2.Iudiciorum Romanæ Aulæ cap.1.* Freccia *de Subfeudis, lib.1. tit.de Offic.Magni Camerarij, nu.18.*

24 Et in Pedemonte dicitur Camera Ducalis. Theſaurus *deciſ. 213. nu.1. & 4.* vbi eius formationem refert.

25 Et in Regno Neapolitano vocatur Regia Camera Summarię, In qua omnes cauſæ Fiſci Patrimonium tangentes cognoſcuntur, & extenditur etiàm ſi intêr priuatos lites eſſent, & ex eis aliquod intereſſe Regio Fiſco oriatur, *vt in Conſtitut. Regni,* & in eis Aflictis *lib.1. rubric.53.in conſtit.Præſes Prouintiæ, nu.19. & in Pragm.62. & ſeq ſub tit. de Offic.Procur.Cæſ.* habetur, & comprobat, & declarat Ioan.Dominic. Taſſon *ad Pragm.de antefato, verſ.3. obſeru.3.nu.137. & ſeqq.* Vbi latè de

hoc

hoc Tribunali, & eius Præſide, qui vocatur locũ tenens Regiæ Cameræ, & eius Miniſtris agit, pro quo faciunt Rouitus *ad Pragm. de Offic. Procur. Cæſ. in rubric. nu.* 1. & Camillus Borrellus *in addit. ad Bellugam in Speculo Princ. rubr. 6. litt. M. verb. Magiſtri Rationales ſuprà notati*, & cum Freccia, Surgento, & Tapia, D. Franciſcus Merlinus *centur.* 1. *controu. forenſ. cap.* 25 *num.* 3. Capicius Galeota *lib.* 2. *controu.* 11. *in princip. & reſponſis Fiſcalibus* 1. & 2. Franc. Maria Prato *tom.* 1. *pract. obſeru.* 50. D. Michaël de Cortiada *in Praxi contentionum deciſ.* 10. *à num.* 109. vbi refert plures Authores deponentes de Iuriſdictione, nomine, & authoritate huius Tribunalis in diuerſis Regnis, & Prouintijs, & de Tribunalibus Regni Neapolis ſpecialitèr. Surgentus *de Neapoli illuſtrat. libr.* 1. *capit.* 27. *num.* 42.

26 Et faciunt notata per Iacobum de Calicio *in Margarita Fiſci* 3. *dubio, verſic.* 28. & per Thomàm Mieres *in predicta Curia Alfonſi Regis, collat.* 11. *cap.* 2. *num.* 100. Vbi cum anteà retuliſſet patrimonia Principis, & eorum differentias, ita ait: *Secundò quæro quis poſſit cognoſcere de cauſis Patrimonialibus huiuſmodi, de quibus loquitur præſens conſtitutio prout ſunt lezdæ, &c. Reſpondeo de iſtis conſueuit cognoſcere Baiulus Generalis Cathaloniæ in Cathalonia, & Procurator Regius, qui eſt Iudex Patrimonij in cauſis iſtis in Commitatibus Roſilionis, & Ceritaniæ regularitèr, & etiàm Dominus Rex de eiſdem poteſt, & conſueuit cognoſcere in ſui Audientia. At tamèn non ipſe per ſe cognoſcit, ſed eius Cancellarius, Vicecancellarius, aut Regens Cancellariam vice, & nomine ipſius Domini Regis, de tali cauſa patrimoniali cognoſcit, &c.* & repetit *eadem collat.* 11. *num.* 83. & *ſeqq. vſquè ad* 89. *cap.* 4. *illius*, & cum alijs Berart. *de Viſitat. cap.* 15. *à nu.* 1. Cortiada *vbi ſuprà.*

27 Sed de Iure noſtro Regio Primò, extat mentio *in l.* 17. *tit.* 9. *par.* 2. quòd ante formationem huius Senatus adminiſtratio, & exactio Regij Patrimonij, & cura, & ratio diſtributionis commiſa erat *al Mayordomo del Rey*, quòd etiâm probatur *in l.* 12. *tit.* 18. *part.* 4. *verſ. La nouena Dignidad, & in l.* 16. *tit.* 7. *part.* 6. & obſeruat Gregorius Lopez *in l.* 14. *eodem tit.* 7. *part.* 6. ibi: *Vel dic quòd poteſt fieri iſta delatio coram Procuratore Regis, vulgò dicto Mayordomo Mayor, ad iſtum namquè pertinet inquirere, & ſcire reditus, & Iura Regis, &c.* Poſteà verò *in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 6. *Ordinamenti Regij*, quæ repetita eſt *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 9. *Recop.* relatio fit, quôd ab initiò tempore Regum Prædeceſſorum, duo Computatores maiores nominati erant ad adminiſtrationem Regij Patrimonij, & item duo Calculatores maiores computorum, & cum eo tempore *anno ſcilicet* 1476. quo illa lex promulgata fuit, alter in vnoquoque Tribunali auctus fuiſſet, *illa lege* ſtatutum fuit, vt Primo eorum vacante, numerus vtrorũque reduceretur ad primum ſtatum, &

lege 2. ſequenti, nominatio iſtorum Calculatorum, quę anteà fiebat ab ipſis Computatoribus maioribus, reſeruatur Domino Regi, & quòd hi ſubrogati ſint, loco Comitum Sacrarum largitionum, notat Gregor. Lopez, à nemine, quem viderim animaduerſus, *in l. 6. tit. 4. part. 3. gloſſ. 3. circà princip.* ibi: *Et adde etiàm circà Comites Sacrarum Largitionum, qui hodie dicuntur Contadores Mayores*, & ibidem Gregor. *in l. 14. tit. 7. part. 6. gloſſ. 1.* quæ hæredi incapaci, cui aliquid fraudulenter relinquitur, ſe deferenti ante delationem, in præmium concedit medietatem hæreditatis, vel legati ſic relicti, & quærens Gloſſ. coram quo delatio ſit facienda, ait: *Fortè in Regno ſufficiet, ſeu fieri deberet coram his qui Præſident in Iudicijs rerum Fiſcalium, & Patrimonij Regni, qui vulgò dicuntur, Contadores Mayores, qui videntur ſucceſiſſe in locum Procuratoris Cæſaris cum cognoſcant de cauſis fiſcalibus, & inter Fiſcum, & priuatum, provt de Iure communi faciebat Procurator Cæſaris, l. 2. tit. 2. lib. 6. Ordin. Reg.* & de eorum officialibus vide ibi. Guzman *de Euict. quæſt. 8. nu. 8.* his verbis: *Vbi fortè in Regno ſufficiet, ſeù fieri deberet coram his, qui præſident in Iudicijs rerum Fiſcalium, & Patrimonij Regis, qui vulgò dicuntur Contadores Mayores, qui videntur ſucceſiſſe in locum Procuratoris Cæſaris, &c.* D. D. Ioannes de Larrea *dict. allegat. 52. num. 11. & ſequentibus tom. 1.*

28 Et itèm *lex. 3. eiuſdem tit. 1. lib. 9. Recop.* ea ratione, quòd non eſſent Iudices, qui negotia occurrentia expedirent, conſtituit tres Iuris Peritos ad eorum determinationem, his verbis: *Porque ſegun los pleytos, y negocios de juſticia, que à la dicha nueſtra Contaduria Mayor ocurren, no parece auer auido ſuficiente numero de Letrados, que los vean, y determinen. Mandamos, que de aqui adelante aya, y reſidan en la dicha nueſtra Contaduria Mayor tres Letrados, los quales oyan, y vean, y determinen todos los pleytos, y negocios que à la dicha Contaduria Mayor vinieren, y en ella, ſegun leyes, y ordenanças deſtos Reynos ſe deben tratar. Y que los dichos Letrados ſean, y ſe nombren Oydores de la dicha Contaduria Mayor, &c.*

29 *Et l. 4 ſubſequens* concedit eis, & cuilibet Tribunali, & declarat, Iuriſdictionem ſpecialem, quã exercere debent, hoc modo. *Mandamos, que los dichos nueſtros Contadores Mayores entiendan en la adminiſtracion, y gouierno de la nueſtra hazienda, en todo lo à ella annexo, y perteneciente, ſegun, y como haſta aqui lo han acoſtumbrado: Y que los dichos Letrados traten, y entiendan en los pleytos, y negocios de juſticia, y en lo à ellos annexo, y dependiente*, de quo factæ ſunt *Ordinationes anni 1568.* quæ *in toto illo tit. 1.* continentur, per quas concedebatur Iuriſdictio acumulatiuè cum alijs auditorijs, & Tribunalibus Regni, vbieſſet locus preuentioni, vt patet *ex l. 1. tit. 2. lib. 9. Recopilationis*, §. 3. exceptis aliquibus caſibus, qui *in §§. ſequentibus* declarantur.

Sed

30 Sed cum poſteà, experientia, in cauſis emergentibus compertum eſſet, aliqua deficere, & ſimùl Regium Potentiſsimi Noſtri Hiſpaniarum Regis Patrimonium nouiſsimis temporibus, ſuprà modum, auctum, amplificatumque fuerit, vltrà diuitias cuiuſuis alterius Regis, (vt omnes in comperto habent, & vt teſtis domeſticus, qui de ea re tamdiù egit, teſtatur D. Menchac. *lib.1.controu.vſufrequent. in præfat. nu.78. & nu.79.* ità concludens: *Sed Potentiſsimum Regem, ac Dominum noſtrum reliquis omnibus Principibus longè ditiorem, ac opulentiorem eſſe nullus ignorat, &c.* Borrellus *de Regis Catholici præſtantia, cap.45. & 46.* Carrança *en el Ajuſtamiento de las Monedas 1.par. cap.6. §.2. verſic.de todo lo dicho.* Bullengerus *de Imper. Roman. lib.3. cap.26.* D.D.Ioan.de Solorç. *lib.1. de Iure Indiar. cap.16. per totum.* D.Epiſcopus Fermoſinus *alleg.2. num.10. in allegat. fiſc.* & cum Beſoldo, Carolo Scribano, & alijs, ſolita eruditione, exornat, & extollit idem D.Solorçano *in Politica Indiana, lib.6.cap.1. per totum, & precipuè ex verſ. Podemos tambien traer por teſtigos, fol.929.* Bobadilla *in Politica, lib.3.cap.2.num.4.*) Dominus Rex Philippus II. fælicis recordationis *die 20.Nouembris anni 1593.* promulgauit *nouas ordinationes, in l.2.tit.2. dict.lib.9.Recopil.* Præſcribens ſpecialitèr, & priuatiuè Iuriſdictionem Conſilio Regij Patrimonij, in quo Præſidem aſſignauit, & illud auxit. Continet enim in ſe tria diuerſa Tribunalia.

31 Primum, in quo reſident Præſes Conſilij, & rationales, ſeù computatores maiores rei Dominicę, qui adminiſtrationi Regij Patrimonij incumbunt, ad quos pertinet locatio Regiorum redituum, exactio omnium debitorũ Fiſcalium, & Patrimonialium, ſolutio omnium Regiarum obligationum, expenſæ Regię, tàm publicæ, quàm priuatę, & deniquè, totiùs Regalis Patrimonij gubernatio, diſpoſitio, & diſtributio iuxta *dict.l.2.cap.2. & ſeqq. vſquè ad* 8. incluſiuè, *& cap.11. & ſeqq. & l.1. & ſequentes, tit.3.eodem lib.9. Recopilat.* circà quos tamèn poſteà *in ordinationibus factis die 16. Octobris anni 1602.* per D.Regem D.Philippum III. additum fuit, quòd deincèps, prætèr Præſidem, eſſent octo Conſiliarij rei Dominicę, nuncupati *Conſejeros de Hazienda, y no Contadores, con 450∬. marauedis de ſalario cada vno al año, ſin que lleuen otros derechos, ni coſa alguna, por ninguna via,* ut patet *ex l.3.cap.4.tit.2.lib.9. Recopil.* in qua *cap.1.* tria Tribunalia, quibus conſtabat, ad vnum reducuntur ſub hac appellatione: *Y que ſe llame Conſejo de Hazienda, y Contaduria Mayor della, pues ſon vnos miſmos negocios los que ſe tratan en ambos Tribunales, y de vna miſma ſubſtancia,* & per diſpoſitionem harum nouarum ordinationum anni 1602. & Schedulam Reformationis expeditam die duodecima menſis Nouembris anni 1621. In qua, quę

noũo indigebant auxilio, vel declaratione, decreta ſunt, omnia attinentia ad dictum Conſilium reguntur, & gubernantur per prædictos Conſiliarios, & Præſidem omnibus Tribunalibus Dominantem, proùt ad præſens, sàt appoſitè exequitur Illuſtriſsimus D. D. Didacus Zapata, vt diximus *ſuprà Titulo 1. quæſt. 15. in fine.* Et eo tempore, quo, non proprijs meritis, ſed diuino auxilio, & Regia benignitate fauente, ad inſeruiendum in hoc munere Patrocinij Regij Patrimonij in Aula Millionum fui aſſumptus. Præerat Illuſtriſsimus D. D. Lopecius de los Rios Iuris, tàm communis, quàm Regij fons perennis, à quo limpidiſsima, & copioſa doctrinę, & eruditionis flumina dilapſa omnia Regia Prętoria Iuſtitię fecunda viridaria irrigarunt, & fouent; cum enim Primò in Pinciano Regio foro Senator fuiſſet, & in Supremo Nauarrę Conſilio Regens, & in Ordinum Militarium Senatu Conſiliarius, & in Illiberitana Chancelaria Prę-ſes. Tandèm eandem dignitatem gerens in hoc Dominicę Gaçæ ſpatioſo campo, ſingulari dexteritate, & aſsiduo labore culto, vberrimos, & vtiliſsimos fructus produxit, ſicùt & nùnc in Supremis Iuſtitię, & Camerę Conſeſsibus, in quibus adſidet, cuius beneuolentię, & fauori addictum, & deuinctum me ingenuè fateor, & maximas gratias referre debeo, eius enim iuſſu, & officijs hoc opus, quod diffidentia mea pedetèntim elaborabat, celeritèr Prælo mandari curaui.

32 Secundum Tribunal eſt, in quo reſident quatuor, vel quinque Auditores togati, quos vocant computorum cum Regio Fiſcali, æquales per omnia auditoribus cęteris Chancellariarum, vt ſtatuitur *in l. 3. tit. 1. lib. 9. Recopilat.* Qui habent priuatiuam Iuriſdictionem inter Fiſcum, & priuatos, aùt inter priuatos de cauſis à Iuribus Fiſcalibus ortis, tàm ciuilitèr, quàm criminalitèr, *l. 1. cap. 3. 4. & 5. & ſeqq. iuncta dict. l. 2. cap. 9.* & expreſsiùs *cap. 24. vſquè ad 27. incluſiuè tit. 2. lib. 9. Recopilat. & l. 4 in omnibus ſuis capitulis eodem tit. 2.* in qua in principio, numerus quatuor auditorũ augetur ad quinque, ad euitandum inconueniens remiſsionis cauſarum, quę facilitèr ſolet contingere inter paria vota, circà quam etiam prouiſum eſt *in l. 4. cap. 6. tit. 2. lib. 9. Recopilat.* Cenſendum autèm eſt, quòad cauſas ad eius Iuriſdictionem pertinentes, tàm primum, quàm ſecundum Tribunal habere ordinariam Iuriſdictionem, *vt in l. 1. cap. 3. tit. 2. lib. 9. Recopilat.* & priuatiuam, vt iam notatum extat.

33 *Et in dicta l. 4. in principio*, confirmatur nominatio Fiſcalis cum anteà ex diſpoſitione, *l. 7. tit. 1. lib. 9. Recopilat.* aſsiſtere deberet his Tribunalibus vnus ex Fiſcalibus Supremi Conſilij. In quo notandum eſt, quòd *in l. 1. cap. 14. dict. tit. 2. lib. 9. Recopil.* committitur arbitrio, & diſpoſitioni Præſidis dicti Conſilij, quòd ambo Fiſcales ſcilicèt,

licèt, tàm ſpecialis, qui iàm creatus fuerat in eo, quàm alter Supremi Conſilij, & etiàm reliqui Fiſcales aliorum Tribunalium huius curię, concurrant, & aſiſtant expeditioni, & defenſioni negotiorum, quándò ei viſum fuerit, ſecundùm eorum qualitatem, & grauitatem, expedire. Adeò enim neceſſaria, & conueniens reputata eſt ſempèr, ptò cura conſeruationis, & augmenti Regij Patrimonij, hominũ litteratorum, & in defenſione cauſarum diù in hac Regali Curia, & eius Supremis ſubſelijs verſatorum interuentio. Nam res pluribus Iuris peritis adhibitis pleniùs tractatur, vt docet Vlpianus *in l. Diui fratres* 17 *ff de Iure patron.* ibi: *Sed cum & ipſo Mæciano, & alijs amicis noſtris Iurisperitis adhibitis, pleniùs tractaremus, magis viſum eſt, &c.* ex qua Alciatus *lib. 1. præſumpt. 51.* colligit, ibi maiorem zelum præſumi, vbi plenior eſt numerus conſultantium, vt notat in ea Gothofredus *litter. A.* & benè facit *l final. C. de Fideicommiſſis*, in illis verbis: *Vt per ampliores homines perfectiſſima veritas reueletur*, ptô cuius concluſionis exornatione, nè immoremur, videnda ſunt plura apûd Oſaſchum Cacheranum *in Proœmio deciſionum, nu. 7.* Viuium *deciſ. 302. num 17. vol. 2.* & Iodocum *in Praxi cap. 82. num. 96.*

34 Tertium Tribunal eſt, in quo reſident Computatores maiores rationum, ſeù Rationales maiores computorum, qui præſunt omnibus computis, & ratiotinijs, eorum, qui quomodòlibet adminiſtrarunt Regium Patrimonium, aùt eius reditus exegerunt, aùt apûd quos fuit aliquid pertinens ad illud, de quorum officio, & Iuriſdictione, ſeû exercitij forma agitur *in l. 1. & ſequentibus per totum tit. 5. lib. 9. Recopilat.* & præcipuè nouitèr diſponitur *in l. 36. illius tit. per plura capita.* In quo ſpecialis Fiſcalis nominatus fuit, vt conſtat *ex l. 2. tit. 2. lib. 9. cap* 47. Vbi etiàm præcipitur, vt cum eo interueniat Regius Fiſcalis Patrimonij, ad maiorem curam adhibendam. Sed Fiſcali illius Tribunalis iniungitur, vt habeat librum, & memoriam omnium computorum, & reliquorum ex eis reſultantium & controuerſiarum indè procedentium, & aduertat ea, quę debeant fieri pro perfecta, & reali exactione talium reliquationum.

35 Quibus computatoribus maioribus, ad formationem, & perfectionem computorũ, primò per *l. 12. dict. tit. 5. lib. 9. Recopil.* aſsignati fuerunt quatuor officiales pennati continui. Sed poſteâ *per ordinationes poſteriores D. Regis Philippi II. in l. 5. tit. 2. lib. 9.* auctus fuit numerus, & deputati fuerunt viginti quatuor Calculatores, qui vocãtur *de Reſultas*, cũ ſalario quingentorum ducatorum quotannis, à D. Rege nominati, & alij ſedecim Calculatores cum titulo Regio, & ſalario ducentorum quinquaginta ducatorum, loco eorum, qui nominabantur ab ipſo Præſide, & Tribunali ſub titulo *de Entretenidos.*

Sed

Sed hodiê mirùm in modum excreuerunt, additis his, qui deputantur à D. Præſide Cõſilij, vt dum proprietarij, tàm dicti *de Reſultas*, quàm *Entretenidos*, qui habent titulum â D. Rege, abſunt, vèl propter morbum, vel aliud impedimentum, in eorum locũ ſubſtituantur.

36 Hæc ſunt Tribunalia, quę redacta ad vnum ex *dict. l. 3. cap. 4. tit. 2. lib. 9. vt ſuprà notauimus*, conſtituunt Conſilium Supremum Regij Patrimonij ſub nomine, *Conſejo de Hazienda, y Contaduria mayor della*, de quibus, licèt non ità ſpecifice, & ingillatim, mentionem faciunt D. Thomàs Carleual *de Iudicijs, tom. 1. dict. diſput. 2. num. 699.* vbi loquitur de his Tribunalibus, & ſpecialitèr de iſtis Calculatoribus minoribus. Et itèm D. D. Ioannes Baptiſta de Larrea, qui, per ſpaciũ quinque annorum munere Patroni Fiſci in illo Senatu functus, ad Supremum Iuſtitiæ Senatum dignilsimè fuit prouectus, *allegat 22. à num. 16.* Vbi ea recenſet, cuilibet Tribunali Iuriſdictionem, & præcedentiam præſcribens, & repetit, & exornat *allegat. 52. à num. 10. & maximè num. 19. & 20.* vbi per totam fundauit præcedere debere Senatores, & Auditores togatos, quorum Tribunal primo vnitum, & incorporatum eſt, Prætoribus Curię; *tom. 1. allegat. Fiſcal.* D. D. Ioanes de Solorçano *de Iur. Indiarum; tom. 2. lib. 5. capite vnico, num. 131. & in Politic. Indian. lib. 6. cap. 16. verſic. Aunque todo eſto.* Vbi ad eorum exemplar, formationem Tribunalium Indiarum recenſet, & eandem ſeriem, conſtitutionem, & diuiſionem Magiſtratuum, & Miniſtrorũ exprimunt eruditilsimus D. D. Petrus de Salçedo *in Tractatu de Contrauando, cap. 30. à principio*, & exactius *in Teathro honoris, gloſſ. 35. num. 19. & ſequentibus.* D. Didacus Balmaſeda *de Collectis, quæſt. 128. à num. 2. cum ſeqq.*

37 In hoc ergò Regio Tribunali Patrimonij, quod, loco Officij Procuratoris Cæſaris, ad quẽ apud Romanos Regalis Patrimonij conſeruatio, & adminiſtratio pertinebat, apûd nos ſubrogatum eſt, priuatiuè omnes cauſæ, quæ quocumque modo ad Principis Patrimonium pertineant, tractandę, & diſcutiendę ſunt. Vt probatum eſt *ſuprà hoc titulo, quæſt. 2. num. 2. & 3.* & obſeruant Carleual *dict. diſput. 2. num. 701.* & expreſsiùs D. Larrea *dict. alleg. 52. num. 11.* ibi: *Sed Romanorum tempore Officium Procuratoris Cæſaris, ad quem Regalis Patrimonij conſeruatio, & adminiſtratio pertinebat, cuius loco apùd nos ſubrogatus Senatus Regij Patrimonij, quià apùd Cæſaris Procuratorem diſcutiebãtur omnes cauſæ, quæ Principis Patrimonium contingebant, &c.* & repetit *num. 28.*

38 Et probatur expreſsè *in l. 2. tit. 2. lib. 9. Recopil. cap. 25.* in illis verbis: *Y de todos los pleytos de Iuſticia entre partes, ſobre Rentas Reales, pechos, y derechos, que ſe nos debieren, y fueren ocupados por qualeſquier Perſonas, y de todo lo annexo, y perteneciente à ellos, y de los pleytos ſobre*

exemp-

exempciones, que se pretendan de pagar Alcauala, y tercias, y pechos, y derechos, y otras rentas nuestras, como no pretendan las dichas exempciones por razon de hidalguia, de los quales conozcan priuatiuè, assi en primera, como en segunda instancia; aunque los dichos pleytos sean tales, que ni por razon de los casos, ni de las personas, no sean casos de Corte: assi quando por nos, y en nuestro nombre se pidiere, como quando à Nos, ò à nuestro Fiscal se demandare, & prosequitur *cap. 26. eiusdem legis*, in hùnc modum: *Item, han de conocer, y conozcan priuatiuè de todos los pleytos de justicia entre partes, que huuiere, y se ofrecieren contra Arrendadores Tesoreros, Receptores, Fieles, Cogedores, y otras qualesquier personas, que huuieren cobrado Rentas Reales, ò marauedis por Recudimientos, Receptorias, ò Fieldad, y nos las deben, y huuiere pleyto sobre la cobrança de ellas, &c.*

39 Et cum ea, & alijs comprobat D.Ioan. de Castillo illius Supremi Consilij meritissimus Cõsiliarius, qui per plures annos secundo illi auditorum Tribunali, magno cum honore, vt doctrinę, & expeditioni tanti Viri par erat, Præfuit, me, in initio sucepti exercitij aduocationis, teste, & corâm eo in plurib⁹ negotijs causas orante, *lib. 7. de Tertijs, cap. 12. num. 26.* ibi: *Tanto, y mas que siendo, como son las tercias Renta Real incorporada en la Corona, y Patrimonio Real, y Regalia, tambien por esta parte es cierto, què contra quien rehusa de pagarlas, ò las vsurpa, tienen derecho su Magestad, y los señores Reyes de Castilla, como en todas las demàs Rentas Reales, para poderlos conuenir en el fuero del mismo Fisco, y en su Consejo de Hazienda, à quien priuatiuamente pertenece, y toca el conocimiento, sin distincion de personas.* D.D.Ioannes de Larrea *allegat. 53. num. 2. & 11. tom. 1. allegat. fisc.* D. Michaël de Cortiada *in Praxi contentionũ Reg. Aragon, decis. 10. num. 111. tom. 1.*

40 Sed hæc omnia, & peculiarem institutionem huius Consilij, & relationem Magnatum, & primorum Magistratuum in eo deputatorum, ab origine exactissimè eleganti methodo exponit D.Franciscus Carrillo eques Ordinis Diui Iacobi, in Supremo Camerę Castellę Consesu à Secretis, Vir vndèquaque eruditus, & mihi admodùm familiaris. *In notitia administrationis Regij Patrimonij, tàm in primo, quàm in nouiori tempore,* quam his diebus typis dedit, in qua non solùm formationem dicti Senatus, sed diuisionem, & ministerium omnium officiorum, in quibus deputati sunt libri, & eis Præfecti Rationales pro recta eius ratione, & administratione habenda, accuratè declarat, quippè per spatium 53. annorum in prædictis materijs magna propensione versatus fuerit, vbi notat, ex prędicta forma administrationis commissę Præfecto Regij cubiculi illo primô æuo per *l. 17. tit. 9. part. 2.* vt notauimus *suprà hac quæst. num. 27.* descendere praxim illam subsequu

tam,

tam, & hũcuſquê obſeruatã ſubſcriptionis, ſeù ſigni, quod primo loco ponitur per eum, vel eius locum tenentem, quem poteſt nominare, *vt patet ex l.10.tit.15.lib.2. Recopilat.* in omnibus Regijs prouiſionibus, & mandatis, per officia Rationalium, ſeû officialium Libris Regijs præpoſitorum expeditis, & à Conſiliarijs, & Senatus Præſide ſubſcriptis.

41 Et eandem Iuriſdictionem huius Senatus, & Iudicum Fiſcalium comprobant D. Gaſpar de Eſcalona *in Gazophilacio Regio, lib. 1. part.2. cap.6. num.1.* vbi ita ait: *Por ſer vno de los Priuilegios del Principe, nombrar Iuezes à ſu arbitrio, y eleccion, para el conocimiento de ſus propias cauſas, y cobrança de ſus deudas, ſe reſoluiò de dar à los Adminiſtradores de ſu hazienda juriſdicion baſtante para todo lo tocante à ella, como es execucion, remate de bienes, y priſion de los deudores, porque no mendigaſſen juſticia de otros Tribunales, y por falta della ſe atraſſaſſen ſus cobranças. La qual es abſoluta, y priuatiua, con inhibicion de los demàs Iuezes, que deſde entonces, auiendolo ſido antes deſtas cauſas, como de las demàs, quedaſſen inhibidos dellas, reſtringiendo en eſta parte la ſuya, vniuerſal, y ordinaria, &c.* & ibi comprobat, & exornat *in notis marginalibus, & ad calcem operis* inſerit ordinationes Regias primò factas pro erectione, & gubernatione Tribunalium computorum Indiarum, in Ciuitate Burgenſi anno 1605. & ſecundas poſteâ factas Vliſipone die 24. Auguſti anno 1619. in quibus ſpecialiûs prouiſum eſt ſuper exercitio dictorum officiorum, adminiſtratione Iuſtitię, & Regij Patrimonij, de quibus etiàm agit Doctiſsimus D.D. Ioannes de Solorçano *de Iur. Indiar. tom. 2. lib.4. cap.3. num.45. & 46. & meliùs dicto lib.5. cap. vnico, num.119. & ſeqq. & num.131. & in Politica Indiana, lib.6. cap.16. verſic. Aunque todo eſto, fol.130.*

42 His Tribunalibus aliud non minus neceſſarium, quàm vtile agregatũ fuit, & extat in hoc Supremo Conſilio ſub nomine Aula Millionum, noſtro vernaculo ſermone *Sala de Millones*, de qua, & eius formatione, ſermonem inſtituit Balmaſeda *de Collectis dicta quæſt.128. à num.19.* ex relatione, vt ait, ſibi tranſmiſſa ab inſignis litteraturę, & eximię virtutis Viro D. Melchiore de Cabrera quondã noſtro collega, & ſemper amico. Sed vt accuratius eſſentiam, & cõſtitutionem huius Tribunalis exponamus, obſeruandum eſt, quòd, ei incumbit adminiſtratio, beneficium, & exactio ſuperindictorũ, & ſeruitiorum Catholicis noſtræ Hiſpanię Regibus, ab his Regnis conceſſorum, quę ſeruitia *ſiſæ*, & *milliones* nuncupantur, & minutatim penduntur, & exiguntur ab omnibus vicinis cuiuſcumquè Ciuitatis Oppidi, vel loci horum Regnorum Caſtellæ, & Legionis in augmento pretij victualium, vt ſunt carnes, vinũ, oleum, acetum, & alia huius generis ad vſum quotidia-

tidianum deſeruientia, vt declarat D.Sebaſtian de Couarrubias *en el Theſoro de la Lengua Caſtellana, verbo ſiſar*, his verbis: *Siſa, vn pecho, que ſe hecha ſobre las vituallas, y prouiſion de comida*, & Antonius de Nebrija *in Bocabulario*, vbi ait: *Siſa, rerum venalium exactio extraordinaria*, & conciſſè ſic definit Pater Thomàs Sanchez *in Conſil. moral. lib. 2. cap. 4. dubio 2. num. 2. alia penſio eſt, quæ dicitur Aſiſium, Hiſpanè ſiſa, quæ datur de rebus emptis ad cibum, & potum pertinentibus, & datur ab emptoribus in ipſo pretio ciborum.* Cum omnimoda, & priuatiua Iuriſdictione ad cognoſcendum de omnibus controuerſijs, & cauſis quomodôcumque ad ea ſpectantibus, & ex eis dependentibus, & meritò ab effectu ſub appellatione millionum denominãtur, quorum vnuſquiſque valet *diez vezes cien mil ducados*; ideſt, millies, mille millies, vt explicat D.Sebaſtian de Couarrubias *in dicto Theſauro, verb. millon.* Nam quantitates ex his conceſsionibus, & ſeruitijs Regio Patrimonio auctę, & obuenientes, ad præſens efficiunt quotannis 1. 589. computa marapetinorum, quę redacta ad ducata conſtituunt ſummam *quatuor millionum, ducentorum triginta, & ſeptem millium, trecentorum triginta, & duo ducatorum*, quę ſigillatim ſic diuiduntur, & penduntur.

Ex ſeruitio *de 24. milliones.* 800. *qs.*
Ex ſeruitio *de 8 ij. Soldados.* -- 66. *qs.*
Ex ſeruitio *de Carnes.* ----- 171. *qs.*
Ex ſeruitio *de tres millones.* 212. *qs.*
Ex ſeruitio *de dos millones y medio, que llaman las rentas generales.* —— —— —— 340. *qs.*
Præter aliud ſeruitium *de 9. millones en plata en 3. años.* —— 1. 589. *qs.*

43 Initium, & progreſus harum conceſsionum, & ſeruitiorũ, ſic proceſsit. Cum anno Domini 1590. D. Noſter Rex Philippus Secundus meritò Sapientiſsimus, & Religioſiſsimus cognominatus, multis bellis, & hoſtium publici ſtatus, & Religionis grauibus incurſionibns concitaretur, & eo tempore attritum eſſet, & diminutum Regium Patrimonium talitèr, vt eius vires, & omnia Iura, tributa, Vectigalia Regię Coronę, & Maieſtatis, ad magnam ſummam aſcendentia, tot impenſis, & bellicis expeditionibus non ſuppeterent, & tùnc obueniſſet ocaſio præparationis claſsis Regię profecturæ in Angliam, prædicta Regna Caſtellę, & Legionis, & eorum commitia, congregata more ſolito, hoc perpendentia, vt neceſsitati illi inſtanti ocurreret, & ſimùl tuitioni Religionis, & Monarchiæ in illo diſcrimine conſtitutę, conceſſerunt Domino Regi *octo milliones* exigẽdos certis annis ab edulibus, carne, ſcilicèt, vino, oleo, & aceto, præter gabellam, quæ etiâm ex venditionibus harum rerum debetur, de qua, & forma exactionis agunt *l. 32. tit. 19. lib. 9. in fin. & leg. 15. tit. 17. eodem lib.* Gironda *de Gabellis* 8. *part. nu.* 11. Azeued. *in dictis legibus.* Gutier. *de Gabellis, q. 79.*

Licèt

44 Licèt enim Reges Hiſpanię ex ſua Suprema Regalia in ſimilibus cauſis legitimè poſſent noua Vectigalia, ſeù Tributa indicere. Tamèn ex benignitate, qua ſempèr Regiminis rationem, ad maiorem ſtatus publici congruentiam, & ſubditorum leuamen dirigunt, ab hoc Iure deſtiterunt, & illud Regnis ceſſerunt, conſtituentes, nè ſinè conſenſu ſubditorum, & ſuffragijs Ciuitatum, quę Prouinciarum Metropolis eſſent, earum Procuratoribus ad commitia generalia in Curia vocatis, & eis aſſentientibus, noua Vectigalia, tributa, ſeù quælibet ſeruitia imponantur, vt patet *in l. 1. & 9. tit. 7. lib. 6. Recopil.* & diffuſè probant, & exornant Azeuedo *in dict. l. 1. num.* 24. Auendaño *in Capitibus Prætor. 2. part. cap. 4. num. 2. & ſeqq.* Gironda *de Gabellis in præludio num. 25.* Bobadilla *in Politica, lib. 5. cap. 5. num. 3.* vbi ait: *Y eſte poderio reſtrigieron los Reyes de Eſpañ a, para no vſar dèl, ni imponer tributos nueuos, ſino fueſſe por conceſion hecha en Cortes, conforme à la Ley Real*, benè Parladorus *lib. 1. Rer. quotid. cap. 3. num. 13.* ibi: *In quo tamèn laudandi ſunt noſtri Hiſpaniarum Reges, qui licèt Iure hanc poteſtatem habeant, vſi tamèn ea moderatione, & humanitate, qua ſempèr plurimum valuere, hanc ſibi vltrò impoſuere legem, vt nòn alitèr ſibi Regia Vectigalia, ac tributa Regno imponere liceat, quam ſi, commitijs ex more conuocatis, Regni Procuratores, Plebiſque tribuni id probent, & ratum habeant, vt eſt conſtitutum in l. 1. tit. 7. lib. 6. Recopil.* Sanchez *in Conſil. moral, lib. 2. dicto cap. 4. dubio 2. num. 5.* his verbis: *3. nota licèt Reges Hiſpaniæ apertè habeant poteſtatem Vectigalia indicendi, cum veri Reges ſint, nèc Imperatori ſint ſubiecti. Tamèn in Hiſpania noua Vectigalia, ac tributa non alitèr imponere licet, quàm ſi, commitijs ex more vocatis, Regni Procuratores, Plebiſque tribuni id probent, & ratum habeant*, Zeuallos *Comm. contra comm. quæſt. 578. num. 2.* ibi: *Ex quibus apparebit quàm recto Iure Noſter Rex Philippus II. Protector Chriſtianæ Reipublicæ poteſt petere pedagia, Vectigalia, & millones ad protegendam, & defendendam Rempublicam, &c.*

45 Idem probat D. Ioannes del Caſtillo *de Tertijs, cap. 9. nu. 26.* vbi addit cum Patre Marquez *en el Gouernador Chriſtiano*, quòd ſi neceſsitas vrgeat, & nota ſit, tenentur Procuratores commitiorum conſentire, & aliàs ſinè eorum conſenſu ſeruitium imponetur, quìa iſte nòn eſt neceſſarius ex vi Iuris naturalis, aut gentium, nequè ex Iure communi, aùt antiquo Hiſpanię. Et ait *dictam legem 1. tit. 7. lib. 6.* non procedere in caſu vrgentis neceſsitatis. D. D. Ioan. de Larrea *allegat. 59. num. 9. & ſeqq. tom. 1. allegat. Fiſcal.* Amaya *in l. 3. C. de Annonis, & tributis, lib. 10. num. 37.* ibi: *Talia ſuperindicta videntur fuiſſe apud nos los millones, qui concedi ſolent à Regno à tempore Philippi II.* Maximilianus Fauſtus *in Conſil. pro Ærar. claſi 7. conſ. 56. de Legitima cauſa colligendi*, vbi cum Parlado-

ro,

ro vbi proximè commendat in hoc humanitatem Noſtrorũ Regũ Hiſpanorum, *& claſi 18. conſ.7. & conſ.8.* Vbi facit mentionem noſtrarum legum Regni, & ſeruitij ordinarij, & extraordinarij in Curijs, per Procuratores Regni Dom. Noſtro Regi Caſtellę conceſsi, & per plura conſilia ſequentia agit de ſuperindictis, ſeruitijs, & contributionibus, quę exiguntur in his Regnis peculiari ipſarum notitia. Pater Mariana *in Hiſtoria Hiſpaniæ lib.16.cap.15.* vbi agit de Curijs celebratis anno 1349. in Villa Complutenſi, tempore Regis D. Ildephonſi, & conceſsione gabellę in eis facta pro expugnatione Maurorum, & de controuerſia orta intèr Ciuitatem Toletanam, & Burgenſem, ſuper præferentia, & primò loco, tâm in ſedendo, quàm in loquendo, & forma, qua per dictũ Regem compoſita fuit, quę hucùſque viget, & refert ſpecificè Regna Ciuitates, & Villas quę conuocabantur, & concurrebant eo tempore, & prælationem earum in ſeſsionibus, & ſuffragijs ferẽdis. Dom. D. Petr. de Salçed. *in Theatro Honoris nouitèr in lucem dato pro exornatione, l.16.tit.1.lib.4. Recop. gloſſ.46.* in qua ſedulò, & elegantèr originem, & formam coadunationum harum Curiarũ, Conciliorum, Cõuentuum, ſeù Parlamẽtorum, tàm in prima ætate, quàm noſtro tempore ſcrutatur, *& nu.39.* addit Regnũ Gallecię, pro quo anteà loquebatur Ciuitas Zamorenſis, & hodiè ex priuilegio Magni Noſtri Regis Philippi IV. ius ſuffragij habet.

46 Et cum cauſa bellorum, & ſumptuũ quotidiè magis inſtaret, prædictum ſeruitium prorogatum fuit annis ſequentibus, & ſimûl anno 1607. noua conceſsio 17. millionum facta fuit cum diuerſis pactis, & conditionibus, & intèr alias ſub expreſſo pacto, & conuentione appoſita in vim contractus, quod adminiſtratio horũ millionum, & conceſsionũ ad Regna tantum ſpectaret ſimùl conuocata in Regijs commitijs, & in eorũ defectu, ſeù intermiſsione, ad aulam, & commiſsionem millionũ, quæ tûnc agregata fuit, & adiuncta Supremo Caſtellę Senatui tamquam illius pars, ſinè alterius cuiuslibet interuentione, & cum inhibitione omnium Tribunaliũ, & & etiàm Conſilij Regij Patrimonij, ità vt hæc adminiſtratio, & iuriſdictio ad eius exercitium, tàm in controuerſijs ciuilibus, quàm criminalibus, in omnibus cauſis eam attinentibus, & ex ea dependentibus, in prima inſtantia ſpectaret, in Ciuitatibus, & Villa, quę habent ſuffragiũ in curijs, & reliquis Ciuitatibus, Oppidis, & locis horum Regnorũ, ad Iudices ordinarios, & duos Commiſſarios ex Rectoribus conſiſtorij electos, & in ſecunda inſtantia appellationis ad Regnũ, & eius commiſsionem millionũ, vt exprimitur *in 1. vſquè ad 6. incluſiuè conditionem ſecundi generis ſeruitiorum millionum.* Quę conditio de conſenſu Domini Noſtri Regis fuit aprobata, & repetita

petita in omnibus prorogationib⁹ illarũ conceſsionũ, & de nouo appoſita in ſeruitio 24 millionũ facto in Curijs anni 1618. vt infrà apertiùs exprimitur.

47 In initio ſortiebantur pro hac adminiſtratione, & aſsiſtentia in commiſsione millionũ quatuor Procuratores commitiorũ, qui de ea, & cauſis dependentibus cognoſcebant, à quibus appellatio interponebatur ad Supremũ Caſtellę Senatũ in aula de mill y quinientas. Quod ità obſeruatũ fuit vſquè ad annum 1632. in cuius anni commitijs, de eorũ aſſenſu, ſimùl cum quatuor equitibus Regni Procuratoribus aggregati fuerunt tres Conſiliarij, vnus ex Aſsiſtentibus commitiorum (qui ſunt Domini Conſiliarij Cameræ) alter ex aula de mill y quinientas, & tertius ex Regio Rei Dominicæ conſeſu, & creatus fuit Regius Fiſci Patronus togatus. Quibus mandata fuit omnimoda Iuriſdictio in omnibus inſtantijs, & cum hac formatione ceſſauit appellatio, quæ interponebatur ad aulam de mill y quinientas, relicto tantùm recurſu Regno, & eius Procuratori Generali ad eam, in caſu quo per Dom. Regem, & eius Supremos Cõſiliarios nõn obſeruarentur, & virilitèr exequerentur omnes conditiones appoſitę in prædictis ſeruitijs, & eorum prorogationib⁹, vt expreſsum extat in omnib⁹ conceſsionibus, & earum prorogationibus, & nouiſsimè *in Schedula expedita die 16. Martij anni 1659.* quæ prædictas conditiones confirmat, & ſolũ pro cuiuslibet earum contrauentione poteſt ibi agi, vt tales conuentiones omnino cuſtodiantur.

48 Proût debet decerni. Nàm cum ſint pars contractus, & talib⁹ pactis, & capitulationibus, & eis tretũ Regnũ ſeruitia præſtiterit, debent inuiolabilitèr obſeruari. Maximè cum D. Rex contrahens, tamquàm quilibet priuatus eis ſe ſubmiſerit, vt probatur *in cap. 1. de Probat. & in l. Digna vox, C. de Legibus*, vbi Cynus, & alij, *l. 1.* vbi Bald. *in princip. ff. de Pactis*, & faciunt ſingularia verba Imper. *in l. inter Claras C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.* ibi: *Nihil eſt enim, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe.* Bald. *in l. Ex imperfecto, C. de Teſtam.* Soccin. Iun. *conſ. 94. nu. 2. vol. 2.* Rola *conſ. 25. n. 38. & conſ. 45. n. 14. vol. 3.* Decian. *reſponſ. 96. n. 19. & ſeqq. vol. 2.* Martin. Laudenſ. *de Princ. concl. 258. & in tit. de Conſiliarijs Princip. concl. 2.* Vbi quòd obſeruantia triũ rerũ Romanis totius Orbis Imperiũ, & Dominationem ſubiecit, ſcilicèt, habere ſanũ Conſiliũ in Repub. & paupertatẽ priuatam, & dictis ſuis pertinacitèr in hærere non frangẽdo fidem, quem ſequutus fuit Poſius *in Prax. tit. de Princ. & priuileg. eius n. 10. & n. 12.* Fulu. Conſt. *in l. 1. C. Pœnis Fiſc. cred. præſ. n 93.* D. Valenç. *conſ. 2. à n. 48.*

49 Immò fortiùs, arctiùſque Principis obligatio debet conſiderari, quàm priuati, quìa ipſe debet eſſe mutuę fidei vindex, vt cum D. Mẽch. D. Greg. Lop. Mader. Pet. Gregor.

Gregor. Oſſualdus, & alijs notat D. D. Ioan. de Larrea *alleg. 3. nu. 1. tom. 1. Alleg. Fiſc.* D. Petr. Noguer. *alleg. 5. nu. 25.* Vbi alij, Rodolphinus *de abſolut. Princ. poteſt. cap. 6. nu. 183.* Auguſt. Barboſ. *axiomate 98. nu. 4. & 5.* Bald. & Salycetus *in l. Si hypothecas, C. de Remiſſ. pign.* vbi quòd grauiùs eſt, Fiſcum fidem fallere, quàm priuatum. Pinelus *in l. 1. 3. part. nu. 67. C. de Bon. mater.* Capic. Latro *deciſ. 192. num. 70. tom. 2.*

50 Maximè in hoc caſu, in quo, præter hanc efficacem omni Iure obligationem, accedit ſpecialis adimplementi conditionum promiſſio, facta per Principem ſub fide, & verbò Regio, vt *in condit. 2. & 4 del 5. genero, & ſchedula expedita die 18. Iulij anno 1650.* quę habet vim iuramenti, vt conſtat ex Diogene *in Xenocrate*, Cicerone *lib. 1. ad Atticum epiſt. 12.* Valerio Maximo *lib. 2. cap. 10. & lib. 8. cap. 1.* Antonio Panormitano *lib. 10. de dictis, & factis Alphonſi apothegm. 58.* Camerario *Cent. 2. horarum ſucceſſiuar, cap. 59.* & ex noſtris Miſinger *Cent. 1. obſeru. 17.* Gail *lib. 2. obſeruat. 59. nu. 3.* Theſaurus *deciſ. 47. num. 11.* Surdus *deciſ. 234.* Arniſeus *de Iur. Maieſt. cap. 6. num. 9. & 10.* Capiblanco *de Varon. tom. 1. pragm. 8 part. 3. num. 191.* D. D. Ioannes de Latr. *alleg. 119. n. 12. tom. 2. alleg. fiſc.*

51 In commitijs celebratis anno 1638. Regna prædictam agregationem Miniſtrorũ ægrè ferentia, eam enixè impugnauerunt, & electis ſorte 4. equitibus Commiſſarijs ex omnibus Procuratoribus, ſtatuerunt quòd ſoli adminiſtrationem, & Iuriſdictionem exercerent, in vim Iuris Regnis adquiſiti per pacta, & conuentiones præcedentes. Et tali Decreto obſeruato per aliquot menſes. D. Rex Philippus IV. accedente nouo Regni cõſenſu, agregauit quatuor Conſiliarios cum hac qualitate, quòd in omnibus actibus, & congreſsibus, antiquïor Regnorum Procurator, ſeù Commiſſarius, qui ea repreſentabat, eos, & omne Conſilium præcederet. Quę forma obſeruata fuit vſquè ad annum 1642. In quo repetita fuit inſtantia propoſita agregationis huius Tribunalis Regio Rei Dominicę conſeſui, & tãdẽm in Curijs celebratis anno 1646. denuò introducti, & ſortè deputati fuerunt quatuor equites Commiſſarij Regnorum ad hanc Iuriſdictionem exercendam, pròvt exercuerunt in prædicta aula contigua, & incorporata Supremo Caſtellę Senatui ab anno 1650.

52 Quoûſque pręcedente Regio Decreto quo, ex legitimis rationibus, & cauſis in eo enarratis, iniungebatur Regni Procuratoribus, vt aſſentirentur reductioni commiſionis ad Conſiliũ Regij Patrimonij, in accordio, & conſeſu habito die vigeſsima ſeptima menſis Martij anni milleſimi ſexcentiſsimi quinquageſsimi octaui, cõmitia decreuerunt, & ſtatuerunt quòd non obſtantibus conditionibus quibuſcumque appoſitis in conceſionibus anterioribus, hæc commiſio millionum Regio Rei

Dominicę Senatui agregaretur, pro vt agregata fuit, & hodiè extat, erecta, & separata in eo aula cum eadem authoritate preæminentia, & Iurisdictione Suprema, qua reliquę decorantur. In qua Præses Patrimonij cum tribus Consiliarijs ex quatuor, quos ad eius propositionem D. Rex eligit, & deputat in initio anni, simùl cum quatuor Regni Commissarijs, & Regio Fiscali, cuius munus, licèt immeritus, ad præsens exerceo, omnes causas spectantes ad rectam administrationem, beneficium, & exactionem harum concessionum expedirent, cum Prælatione Præsidis, & eo non assistẽte, antiquioris ex dictis quatuor Senatoribus, tàm primę aulæ; id est, *de capa y espada*, quàm Togatorum secundę aulę, qui diebus Martis, Iouis, & Sabathi Vespere cum eis cõueniunt ad decisionem causarum Iustitię. Ità vt Præses, vel Primus ex Senatoribus, qui Regiam Maiestatem repræsentat, habeat Primum locum, & tintinabulum, & post eum occupet sinistrũ latus Commissarius Regni, qui intèr eos sit præferendus in sesione, & voto post eum, qui Præsidet, vt patet ex dicto Decreto, seù acordio, quod est *in noua compilatione seruitiorum concessorum in Curijs conuocatis anno 1660. fol. 209.*

53 Quæ Iurisdictio à D. Nostro Rege ex Suprema sua Regalia, & potestate, & in vim contractuũ, & conditionũ super tot concesionibus, & seruitijs appositarũ, Regno, & huic aulæ commisionis millionum demandata, omnimoda, & priuatiua est in omnibus rebus quomodòcumque administrationem, & benefitiũ horum seruitiorum attinentibus, & ab eis dependentibus, talitèr quòd constitutũ sit Tribunal Supremum ad instàr ipsius Consilij, & reliquorum huius Curiæ, vt dictum est, in quo prædictæ causæ in omnibus instãtijs decidendæ, & terminandæ sunt, nullo recursu dato, nequè ad Supremũ Castellę Senatum (cuius authoritas adeò præcellit) nequè ad alia Tribunalia Superiora huius Curiæ, Regias Granatensem, & Pincianam Chancellarias, Regalia Hispalis, & Galleciæ, auditoria. Quibus omnibus cognitio, & admissio præcluditur, nèc per viam appellationis, excesus, competentiæ, nèc alia qualibet forma, vt liquidò patet *in ipsis conditionibus, quę sunt 29. 30. & 31. del 2. genero*, & præcipuè *in vltima earum*, quę cũ sit essentia, & fundamentũ huius specialis, & priuatiuæ Iurisdictionis, non àbs re erit eius verba referre, quæ hæc sunt. *Es condicion, que el Reyno estando junto en Cortes, y su comision en sus ausencias, han de tener la dicha Iurisdicion pleuamente, cobrãça, administraciõ, y distribucion del presente seruicio, sin dependencia de otro ningun Tribunal, ni Persona, y ha de conocer, y ordenar, y distribuir todo lo tocãte à las dichas materias priuatiuamẽte. Y despachar los Iuezes, comisiones, librãças, ordenes, instrucciones, despachos, y los demàs recados q̃ fueren necessarios para la dicha cobrã-*

ça,

ça, distribucion, y administracion, y beneficio de ella, y para execucion, y cumplimiento de qualquiera de las demàs condiciones del dicho seruicio, y contrato, insiriendo el tenor de la condicion, de cuya obseruancia se tratare, en las dichas comisiones, mandamientos, instrucciones, y despachos, y se han de obedecer, y cumplir inuiolablemente por las Iusticias, Ciudades, Villas, y Lugares, y otras Personas con quien hablaren, sin dilacion, escusa, ni impedimento, ni replica ninguna: Y que si algunas Iusticias, ò Iuezes inferiores, Ciudades, Villas, y Lugares, ò Personas acudieren al Consejo Supremo, ò al de Hazienda, ò otros qualesquier Consejos, Tribunales, Chancillerias, y Audiencias, procurando escusarse de obedecer, y cumplir las dichas ordenes, y despachos tocantes à la cobrança, administracion, y distribucion, beneficio, y buen cobro de este seruicio, no sean oidas sus peticiones, ni admitidas sus apelaciones, aunque sea por via de exceſſo, ni competencia, ni en otra qualquiera forma, ni manera, y se remitan al Reyno estando junto en Cortes, y à su comision de millones, para que puedan conocer de las causas, que representaren, y apelaciones que interpusieren, en orden à que toda via se executen las comisiones, y despachos, que huuieren embiado, y proueer lo que les parezca conueniente, y proceder contra los que huuieren sido inobedientes; quę repetita est in omnibus concesionibus seqq.

54 Hac vnione, & incorporatione Regio Patrimonij Senatui exequuta, Regna, & Ciuitates eo prætextu, quòd in aliquibus rebus, seu causis conditiones, & qualitates, sub quibus agregatio conuenta fuit, non obseruabantur, ab ea reclamarunt, & in Regio Supremo Senatu in Aula de 1500. *iuxtà conditionem suprà notatam num.* 47. petierunt declarari hanc commissionem millionum debere ad illum redire, nulla, & irrita decreta vnione. Quę lis hodie indecisa pendet, & ideò non licèt in hoc vlterius progredi. Et finis imponitur huic Quæstioni.

QVÆSTIO III.

In qua proponitur cauſa erectionis Tribunalis Decoctionum huius Curiæ, & Delegationis ſpecialis in cauſis talium decoctorum, & refertur eius introductio, & ſeries Iudicum, & Miniſtrorum pro eius exercitio, & amplificatione deputatorum.

Summarium Quæſtionis Tertiæ.

Num.1. Senatui Regij Patrimonij, cum eius amplitudine, & negotiorum ocurrentium molle premeretur, & plura fallimenta euenirent, conueniens viſum fuit Iudicem delegare, qui de cauſis decoctionum cogноſceret.

Iudicum conſtituendorum facultas, & eorum diſtinctio in libera Principis poteſtate reſidet.

2 *Referuntur Iudices qui nominati ſunt, ab Anno 1606. & Iuriſdictio eis aſsignata, & Miniſtri pro eius exercitio deputati vſquè ad annum 1663. & num.3. & ſeqq. ad num.6.*

Iudicibus Decoctionum conceſſa fuit Iuriſdictio omnimoda, & priuatiua, vt in prædictis cauſis procederent ciuiliter, & criminaliter, reſeruatis ſolùm appellationibus Regio Auditorum Patrimonij Tribunali, cum inhibitione reliquorum Iudicum, Senatuum, & Tribunalium, in dictis numeris.

7 *Author anno 1663. iuſſu, & conſultatione Illuſtriſsimi D. D. Michaelis de Salamanca Præſidis Conſilij Patrimonij nominatus fuit.*

8 *Titulus Regius ei expeditus ponitur pro maiori Iuriſdictionis comprobatione, & dies in quo eius virtute iuramentum in Senatu preſtitit num.9.*

10 *Iuriſdictionis huius exercitium cum multum proficeret Regio Patrimonio, commiſsio honoribus, & prærogatiuis amplificata fuit, & erectum Tribunal de per ſe, nominatis à D. Rege pluribus Miniſtris pro maiori expeditione negotiorum, qui recenſentur.*

Reipublicæ nerui in recta adminiſtratione, & conſeruatione Regij Patrimonij conſiſtunt.

11 *Præ eſſe dignis, & electis à Rege, magnæ excellentiæ, & authoritatis reputatur in Iure.*

1 QVA Iuriſdictione ſuppoſita, cum ſucceſu temporum, & amplitudine Regij Patrimonij, negotiorum occurrentia, & molle, Senatus premeretur, vt innuit *l.4. tit.2. lib.9.Recopil.in principio*, ibi: *Pero porque los pleytos Fiſcales ſon muchos, &c.* Et quàm plura fallimenta Theſaurariorum, ſeû Receptorum redituum Regalium, & euerſiones Regij Patrimonij euenirent, vt exprimitur *in l.14. §.1. tit.18.lib.5.Recopil.* cuius verba poſuimus *ſuprà hoc tit.quæſt.1. nu.43.* conueniens viſum fuit Iudicem delegare, cui ſpecialitêr Iuriſdictio mandaretur. Vt in cauſis taliũ decoctionum, & omnibus ab eis dependentibus, & connexitatem cum eis habentibus, priuatiuè procederet, tàm ciuilitêr, quàm criminalitêr. Iudicum enim conſtituendorum facultas, & eorum diſtinctio ad faciliorem litium expeditionem, ſecundum negotiorum qualitatem, in libera, & abſoluta Principis poteſtate reſidet, vt conſtat *ex Authentico de Prætor. Trac. §.At cum. Authentico de Comite Iſaur. & ſeqq. de Moderatore Heleſponti, & Prætore Paphlagoniæ, l.1. C.Vbi Senatores, vel clariſsimi.* Ariſtoteles *lib.4.Politicorũ, cap.16.* Adam Contzen *lib.9. polit. cap.22. §.2.* Petrus Gregor. *lib.47. Syntagmat. cap.37. num.1.* Ponte *de Poteſtate Proregis, tit.7. §.7. num.29.* D. Valençuela *conſ.200. à num.49.* Dom.D.Petrus de Salçedo *ad l.63.tit.4 lib.2. Recopilat.num.12.& 13.* Carleual *de Iuditijs, tom.1.diſputat.2.quæſt.8. ſect.4.num.1187.* Vbi quòd publicè interſt Iuriſdictiones eſſe diuiſas ſeorſim ad rectiorem Reipublicę gubernationem, & nè cauſæ, & proceſſus confundantur, *& num.* 1194. & ideò per Conſilium, Regia Schedula expedita, conſtituti fuerunt diuerſi Iudices, ut de prædictis cauſis eorum, qui foro ceſſerant, & ex hac cauſa Regio Patrimonio debitores extiterant, cognoſcerent.

2 Inter quos Primus, ſeû ex primis anno 1606. nominatus fuit Licenciatus Hieronymus de la Puebla Orejo, & per prouiſionem Regiam Senatus, datam die 17. menſis Auguſti eiuſdem anni cõmiſſa fuit ei liquidatio rationis reddendę per D. Ioanem de Alcoçer, & Ioanem Lopez de Vitoria, quibus conducti fuere reditus prouenientes à Decimis Maris Caſtellæ, vulgò, *la renta de los diezmos de la Mar de Caſtilla*, & exactio reliquationis indè prouenientis, vltrà ſuppoſitum debiti 12.qs.294||607. marapetinorum, quod tùnc fiebat, cum ampla Iuriſdictione, & facultate deferendi virgam, & inhibitione omnium Iudicum, & Tribunalium Regni. Et poſteâ conſtito debitum eſſe vltrà centum computa, & plures fraudes in adminiſtratione, & exactione prædictorũ reddituum interueniſſe. Amplata

fuit

fuit commiſsio, vt cognoſceret de eis quomodòcumque interueniẽtibus in decoctione prædictorum conductorum, quod cum exequeretur carceribus mancipando reos, & contrà eorum bona, ſideiuſſores, & reliquos obligatos procedendo. Illi, id ægrè ferentes, adierunt Supremum Caſtellę Senatum ibi de hoc conquærentes, aſſerendo commiſsionis terminos excedere, & non poſſe in talibus negotijs, quorum plura pendebant in Tribunalibus Prætorũ huius Curiæ procedere. Sèd quòd Regius Fiſcalis ibi debebat compare.e ſi aliquod intereſſe vellet deducere, & quìa non erat ex numero viginti quatuor, ſeù triginta Iudicum, deputato, & ſtatuto per Dominum Regem pro Iudicibus commiſsionum Curię, de quibus, & eorum ſalarijs, & forma ea exigendi agũt *decreta prouiſa per Senatum* 144 & 148. *vulgò, Autos acordados*, quod cum agnouiſſet D.D. Melchior de Molina, meritiſsimus Supremi Conſilij, & Camerę Senator (qui tùnc erat Fiſcalis Senatus Regij Patrimonij) expoſuit Dom. Noſtro Regi, & præjudicium, quod Regio Patrimonio ex hoc redundabat. Quo cognito die 6. Aprilis anni 1607. expedita fuit Schedula Regia, per quàm tales commiſsiones approbatę ſunt, & itẽm alię contrâ plures conductores Reditũ Regiorum, qui in eorum adminiſtratione malè, & doloſè verſati fuerunt, & magnas quantitates debebant, iniunctę ſunt eidem Iudici, vt in omnibus procederet ciuilitèr, & criminalitèr cum omnimoda, & priuatiua Iuriſdictione, reſeruatis ſolùm appellationibus Regio Auditotum Patrimonij Tribunali, & cum inhibitione reliquorum Senatuum, Tribunalium, & Iudicum, his verbis: *Que à todos los demàs mis Conſejos, y Tribunales los inhibo, y è por inhibidos del conocimiento de todo lo ſuſodicho, para que por via de apelacion, agrauio, ni exceſſo, ni por otra ninguna via, ni forma, no ſe entrometan en ello, ni puedan conocer, ni conozcan de lo ſuſodicho, ni coſa, ni parte dello. Y lo que ante ellos eſtuuiere pendiente, con todo lo demàs à ello annexo, y concerniente, os lo remitan en el eſtado en que eſtuuiere. Para que vos ſolo conozcais dello. Y de vos ſe acuda al dicho Tribunal de Oydores de mi Contaduria, como eſtà dicho, &c.*

3 Et poſteà cum exercitium prædictę commiſsionis, & cura in ea adhibita per Iudicem valdè proficeret, per aliam Schedulam Regio nomine ſubſcriptam die 12. Septembris anni 1609. hoc roboratum fuit, & de nouo conceſſum, vbi talis clauſula extat: *Y aora el Licenciado Gilimon de la Mota, mi Fiſcal, me ha hecho relacion, que en virtud de la dicha Cedula, aueis procedido criminalmente contra los que ſe han hallado culpados; y que la experiencia ha moſtrado auer ſido eſto en mucho beneficio de mi Real Hazienda: y que deſpues acà ſe os han dado otras comiſsiones por mi Conſejo, y Contaduria Mayor de Hazienda, para diferen-*

diferentes cobranças, y efetos, & proſequitur denuò iniungens ei mandatũ procedendi criminaliter contrà quoſcumque, quos inuenerit culpę reos.

4 Et hoc Iudice Promoto ad Regiam Chancellariam Granatenſem, commiſſa fuere prædicta negotia D. Thomę Carleual, ut ipſe refert ea exercuiſſe, *tom. 1. diſput. 2. num. 703.* ibi: *Et memini ſæpiſsimè, dùm eſſem delegatus in Curia Regia Conſilij Regij Patrimonij in cauſis decoctorum Fiſci debitorum, & alijs eiuſcèmodi*, & ſtatim ſubdit anno 1611. ex Regia delegatione vendidiſſe totum territorium Villę de Hornachos cum omnibus prædijs, quę quondàm fuerant Moriſcorum, & ob eorum expulſionem, confiſcata fuerunt.

5 Cui ſucceſſerunt in prædicta commiſsione alij Iudices, & tandèm die 28. menſis Martij anno 1621. nominatus fuit in ea D. Iñigo de Arguello Carbajal, cui iam aſsignatum fuit ſalarium millè morapetinorum pro omnibus diebus quibus eam exerceret, & Deputati fuere duo ex Tabellionibus, ſeù Receptoribus Numerarijs huius Curię, vt acta conſcriberent cum ſalario 250. morapetinorum quotidiè, præter Directus ſcripturę. Et itèm nominatus fuit Alguacelus, qui eius mandata exequeretur cum ſalario 500. marapet. Et luſſum fuit Iudici, vt prædicta ſalaria diſtribueret pro rata intèr omnes perſonas, & reos contrà quos procederet.

6 Et poſteà dictę cauſę commiſſæ fuerunt Licenc. Didaco Garcia Maldonado eadem forma, ſalarijs, & Miniſtris deputatis, per Senatus Regiam Prouiſionem die 27. Iulij anni 1623. & poſt alios Licenc. D. Ioanni Bueno de Rojas poſteà huius Supremę Curiæ Prætori, cui ſucceſsit magni nominis Iuriſconſultus D. Michaël de Monſalve, ex primarijs huius Curię Aduocatis nulli ſecundus, qui ideò huius Regij Patrimonij Senatus Fiſcalis creatus fuit. Et poſt eum D. D. Ferdinandus de Gueuara Altamirano eques Diui Iacobi, huius Tribunalis maximum decus. Nam cum maioris Salmanticenſis Collegij, qui dicitur del Arçobiſpo, eſſet Alumnus, & in litteraria illa paleſtra omnium Principe, diù inſudaſſet, & ſumma cum gloria in ea progreſſus feciſſet, hoc munere remuneratus Domini noſtri Regis obſequio allectus fuit, qui poſt, ob eius eximiam Iuris ſcientiam, & morum probitatem poſt alios honores, omnium complementum in Supremo Iuſtitię Senatu aſſequutus fuit, & heù tandem immaturo fatò extinctus obijt. Cui ſucceſſere D. Didacus de Morales Polo, eques Calatrauenſis Ordinis, & poſteà in Regia Pinciana Chancellaria Curię Prætor, & D. Didacus de Aguilera, & Villalta, Diui Iacobi Stemmate Condecoratus, qui dùm munus ſumma intelligentia, & cura exequeretur, mortè præuentus eſt. Sicùt etiàm D. Didacus de Truxillo, anteceſſor meus. Qui-

7 Quibus & alijs doctiſsimis viris, quos vt breuitati conſulam nòn recenſeo, ego quamuis immeritus ſucceſsi, non tamèn ambitione, ſeù elatione mea eductus, licèt per ſpatium 28. annorum in Supremis huius Curię Tribunalibus cauſarũ Patroni munere fungens, aliquo nomine, & decore Grauiſſimas, & difficiles cauſas enixè tractaſſem, Sed iuſſu, & arbitrio litteratiſsimi, vigilantiſsimi, & integerrimi rei Dominicę, & eius Conſilij Præſidis. D.D. Michaëlis de Salamanca mihi multis titulis in ſumma veneratione ſempèr habendi, cuius eximias dotes omnibus ſatis notas, inueni fidelitèr decantatas à Scaibano Iuniore *Centur. 1. reſolut. 100. num. 140. & ſeqq. & centur. 2. reſolut. 179. à num. 44.* & ideò non repeto. Huius ergò conſultationi pro me cum magno honore factę, Dominus Rex noſter Philippus Quartus (qui ex hoc Regno ad Cœleſte translatus fuit) annuit die 5. menſis Nouembris anni 1663. & expeditus fuit mihi Regius titulus, cuius tenorẽ, pro comprobatione huius Iuriſdictionis, non abs re erit inſerere, talis enim eſt.

8 EL REY. *Por quanto por muerte de Don Diego de Truxillo, Iuez de Quiebras de mis Rentas Reales, ha quedado vaco el dicho Oficio. Y porque conuiene nombrar Perſona para eſta ocupacion de las partes neceſſarias para ella. Atendiendo à las que concurren en vos el Licencia o Don Diego Bolero, Abogado de mis Reales Conſejos, y à vueſtra buena opinion, credito, y letras, è reſuelto (à conſulta de cinco de eſte preſente mes) hazeros merced de elegiros, y nombraros, como por la preſente os elijo, y nombro por tal Iuez de Quiebras de mi Conſejo, y Contaduria Mayor de Hazienda, para que lo vſeis, y exerçais, en la miſma forma, y manera que lo vsò, y exerciò el dicho D. Diego de Truxillo, por Cedula mia de catorze de Abril del año paſſado de mil y ſeiſcientos y ſeſenta y dos, deſpachada por el dicho mi Conſejo de Hazienda, y comiſiones dadas por èl, y con el miſmo ſalario de mil marauedis al dia, que èl gozaua. Y tengo por bien. y os mando, que proſigais en las comiſiones que à èl le eſtaban dadas, tocantes à la cobrança de lo que ſe debe por quiebras de diferentes Arrendadores, y Teſoreros que han ſido de mis Rentas Reales, y de otras qualeſquier Perſonas, tomando las dichas comiſiones en el ſer, y eſtado que oy tuuieren: Y mando al Gouernador, y los del mi Conſejo de Hazienda, y Contaduria Mayor della, que en caſo neceſſario os dèn, y deſpachen nueuas comiſiones para ello, ſegun, y como ſe hizo con el dicho vueſtro Anteceſſor, para que vſeis de ellas, junto con eſta mi Cedula; Y es mi voluntad que tengais eſta ocupacion en propiedad, ſin que podais ſer, ni ſeais remouido della, por el dicho mi Gouernador de Hazienda, ni por otro qualquiera que lo ſea, mientras no fueredes promouido à otra mayor ocupacion. Y mando à D. Miguel de Salamanca, Gouernador del dicho mi Conſejo de Hazienda, y ſus Tri-*

Tribunales, y à los que ſucedieren en el dicho Pueſto, que llenen en vos todas las comiſiones de Quiebras que al preſente eſtuuieren pendientes, de que conociò el dicho D. Diego de Truxillo, y tuuieron ſus anteceſſores. Y en todas las otras que de aqui adelante ſucedieren, que aſsi es mi voluntad: Y que de eſta mi Cedula tomen la razon mis Contadores de Relaciones. Y declaro, que de los ciento y ochenta y dos mil y quinientos marauedis que tocan al derecho de la media anata deſta merced, aueis dado ſatisfacion de los nouenta y vn mil docientos y cinquenta marauedis de la primera paga de contado, y dexado ſeguridad para los otros nouenta y vn mil docientos y cinquenta marauedis reſtantes de la ſegunda paga. Fecha en Madrid à diez y ſeis de Nouiembre de mil y ſeiſciẽtos y ſeſenta y tres. YO EL REY. Por mandado del Rey nueſtro ſeñor. Andrès de Villaràn.

9 Cuius Tituli virtute in Supremo Patrimonij Senatu, & in manu dicti D. Andræę de Villarân, Equitis Ordinis Diui Iacobi, eius antiquioris Grapharij, & iàm ob ſingularem Regij Patrimonij comprehenſionem, & in omnibus rebus gerendis peritiam inter eius Conſiliarios cooptati, forma ordinaria iuramentum aſſuetum preſtiti die decima ſeptima eiuſdem menſis Nouembris, & muneris exercitium incepi.

10 A principio ergò talibus Iudicibus Iuriſdictio conceſſa fuit, vt cognoſcerent de Decoctionib⁹ conductorum, Theſaurariorũ, ſeû Receptorũ redituũ Regaliũ, vt viſum eſt, & cum experimento compertum eſſet Summè expedire, Regium Patrimonium, quod prædictis euerſionibus, magnam patiebatur ruinam, hac forma reparari, & protegi. Quod tantoperè ad Reipublicæ incolumitatem confert, cum in eo, eius nerui conſiſtant, vt ait Conſ. *in l.1. §. In cauſa, ff. de Quæſtionibus*, ibi: *In cauſa tributorum, in quibus eſſe Reipublicæ neruos nemini dubiũ eſt, Authentico, vt Iudices ſinè quoquo ſuffragio, §. Oportet quoque collat.2.* & Cicero *pro lege Manilia*, ibi: *Etenim ſi Vectigalia Reipublicæ neruos ſempèr duximus*: Cornelius Tacitus *lib.20. Annalium*, ibi: *Nequè quies gentium ſinè armis, nequè arma ſinè ſtipendijs, nequè ſtipendia, ſine tributis haberi queunt, l.6. tit.24. melior. l.11. in fin. tit.28. part.3.* cum latè traditis à Bobadilla *in Polit. lib.4. cap. 2. num.23. & lib.5. cap.4 à num.1.* D.D.Ioanne de Solorç. *de Indiar. Iure, tom.2. lib.1. cap.13. num.31.* & latiûs *cap.18. à num 4. & in Polit. Indian. lib.2. cap.15. verſic. Porque es doctrina legal, fol.144.* D.D.Ioanne de Larrea *alleg.1. num.3. & allegat. 59. num.10. & ſeqq. tom.1. Allegat. Fiſcal.* Kloc *de Contributionibus, cap. 12. nu.160.* & in noſtro caſu Iuriſdictionis huius Tribunalis Taſſo *ad Pragmat. de antefato, verſ.3. obſ.3. num.138.* ibi: *Cumque expediens ſit Reipublicæ, Regis Patrimonium conſeruari, nè Rex ex neceſsitate ad iniquitates manus imponat, &c.* Indies honoribus, & prærogatiuis com-

commiſsio amplicata fuit, & erectum, & formatum fuit Tribunal de per sè, conſtitutis, & nominatis à D. Rege, pluribus Miniſtris, qui ad id viſi fuerũt neceſſarij, Primò dictis Tabellionibus, ſeù Receptoribus huius Curiæ, ut per eos cauſæ actitarentur, & Satellite, ſeù Alguacelo qui mãdata exequeretur, & deinde Aduocato Fiſcali, qui cauſas Regij Fiſci nomine moueret, & proponeret, & in omnibus pro eius intereſſe aſsiſteret. Qui, pòſt aliquos à Iudicibus primis nominatos, anno 1647. nominatus fuit per eximium virum, & omnî æuo celebrandum D. D. Franciſcum Antoniũ de Alarcon, Meritiſsimum huius Regij Patrimonij Senatus Præſidem. D. Gabriẽl Caſtellanos, & per D. Noſtrũ Regem aprobatus per Regiam Schedulam expeditam die 7. menſis Iunij prædicti anni, vbi talia verba habentur. *Por conuenir à mi ſeruicio, y buen cobro de mi Real Hazienda, que aya Fiſcal que ſiga las cauſas, y negocios que ſe ofrecieren, y paſſaren en el Iuzgado de Quiebras, como le ha auido haſta aora*, & deinde in deciſione. *Por tanto, por la preſente apruebo el dicho nombramiento, hecho por el dicho Licenciado D. Franciſco Antonio de Alarcon, en el dicho Licenciado Don Gabriel Caſtellanos, para el dicho Oficio de Abogado Fiſcal del dicho Iuzgado de Quiebras, &c.* Qui quidem ab eo tempore, vſquè adhùc ſumma cũ expeditione, & aprobatione muneri ſatisfecit, & tandèm per Illuſtriſsimum, & omni ſcientiarum genere ornatiſsimũ Dominum D. Ioannem de Gongora Præſidem eiuſdem Conſilij, cum Regio aſſenſu deputatus fuit Adminiſtrator Generalis omnium pecuniarũ, & redituum dicti Tribunalis.

11 Ex quibus eius dignitas, & prærogatiua, & Iudicis in eo reſidentis ſatis dignoſcitur. Nàm dignis, & electis à D. Rege præeſſe magnę excellentię, & authoritatis reputatur in Iure, vt ſingularitèr probatur *in authentico de defenſoribus Ciuitatum, §. 1. in fin.* ibi: *Et ex hoc honeſtior præcedentium apparere, quantò enim quilibet præeſt melioribus, tanto maior ipſe, & honeſtior eſt. Bona gloſſa in authentico conſtitutio quæ dignitatibus, §. Propterea, verb. & nobiliores*, ibi: *Nota nobilitari patrem per filium, magiſtrũ per Scholarem, & Præſidem per ſubiectos.* Calaneus *in Catalogo gloriæ mundi, par. 7. conſid. 40. in fin.* iuncta *conſiderat. 39. antecedenti.* Vbi quòd officiales creati, & dati à Principe ſunt digniores, Gamma *deciſ. 1. nu. 52. & 53.* & pluribus exornant D. D. Ferdinan. Menchaca *lib. 1. quæſt. illuſtr. in præfat. num. 26. & nu. 126.* & D. D. Ioannes de Larrea *allegat. 52. num. 2. tom. 1. Allegat. Fiſcal.* Bobadilla *in Polit. lib. 3. cap. 1. num. 22.* pro quo facit: *Singularis gloſſa, in l. Reſtituendæ 25. §. Licentiam in fin. verb. Iudicati ſunt, C. de Aduocatis diuerſorum Iudicorum, quæ aliàs in pandectis florentinis eſt 6. C. de Aduocatis diuerſorum Iudicum, l. Nemo 5. in fin. C. de Dignitat. lib. 12.* Et ſimilitèr

militèr prô fallimentis, & decoctionibus Theſaurariorum, Suſceptorum, ſeù conductorum ſeruitiorum millionum, erectum fuit ſimile Tribunal cum Miniſtris, & eadem Iuriſdictione, ad procedendum contrà decoctum, & inquirendum eius bona, & ea conſeruanda, & protegenda, prô ſatiſfactione Regij Patrimonij, & creditorum ab eo Ius habentium, vt in hoc opere continetur. Et in eo nominatus fuit Lic. D. Ferdinandus Viuas de Contreras, quo vita functo, per Schedulam Regiam expeditam die 16. Martij 1647. eius loco deputatus fuit eximius vir, & in legali ſcientia, & omnigena eruditione preſtantiſsimus D. Andræas de Riaño Eques Ordinis Diui Iacobi, & in hoc Rei Dominicę Senatu Cõſiliarius, qui primò in hoc ſeruitiorum millionum Patrocinio fuit meus anteceſſor, & in eo, mirùm in modum inuigilauit, & eruditiſsimis ſcriptis has conceſiones defendit, & illuſtrauit.

QVÆSTIO IV.

In qua declaratur Iuriſdictio Iudicis decoctionum Reddituum Regalium, tàm ad cognoſcendum, quàm ad ſubdelegandum cauſas in toto Regno, & auocandum ad ſuum Tribunal omnes pendentes coràm Iudicibus ordinarijs. Et praxis huius auocationis accuratè expenditur.

Summarium Quæſtionis Quartæ.

Num. 1. Iudex decoctionum eſt delegatus, & vices Supremi Senatus Patrimonij delegantis gerit, & in his cauſis eſt maior ordinario.

2 *Iuriſdictio Iudicis decoctionum eſt ordinaria, ſicùt Senatus cuius vice fungitur.*

3 *Idem comprobatur, & declaratur forma delegationis factæ ad vniuerſitatem cauſarum.*

4 *Iuriſdictio locum tenentium Correctorũ huius Regni eſt ordinaria.*

5 *Delegatus Principis, ſeù Senatus, poteſt ſubdelegare cauſas in toto Regno, quibuſcumque Iudicibus, ſeù perſonis.*

6 *Et citare omnes exiſtentes in eo, & eius diuerſis territorijs, per curſores ſuos, & referuntur, & conciliantur opiniones, quæ circà hoc ſunt de Iure.*

7 *Iudex, qui habet generalem Iuriſdictio-*

dictionem, & territorium subiectiuè in tota Prouintia etiàm in varia territoria distincta, potest citare quemcumque per suos officiales, sicùt faciunt Suprema Consilia Regij Patrimonij, & Sanctæ Cruciatæ, & num. 8.

9 *Iudex decoctionum hanc citationem potest facere, vt testatur D. Thomàs Carleual se eo tempore, quo prædictam Iurisdictionẽ exercuit, expediuisse mandata citatoria in omnia loca Regiæ Coronæ Castellæ, sinè Iudicũ ordinario rũ repugnantia, & notat formam expediendi ea in alia Regna.*

10 *Iudex decoctionum potest aduocare ad suum Tribunal omnes causas, in quibus Fiscus quodcumque interesse habeat, & num. 11.*

12 *Refertur praxis, quæ seruatur in hac auocationẽ causarum pendentium coram Iudicibus ordinarijs huius Curiæ, vel cuiuscumque Ciuitatis, Villæ, vel Oppidi totius Regni. Et num. 13.*

14 *Inter Iudices Ordinarios, seù æqualis Iurisdictionis, qui preuenit, potest inhibere secundo, nè in causa procedat.*

15 *Sola exceptio, nè continentia causæ diuidatur, locum facit vnioni, & cumulationi actorum.*

16 *Exceptio, nè continentia causæ diuidatur, est diuersa, ab exceptione litis pendentiæ, & declaratur.*

17 *Iudex coràm quo formatur concursus creditorũ, ex exceptione, nè continentia causæ diuidatur, est cõpetens priuatiuè, & potest trahere ad se omnes causas, & acta,*

18 *Iudex maior, seù dignior potest inhibere minori, seù inferiori.*

19 *Iudex decoctionum, tamquàm maior quocumque ordinario in his causis, & habens priuatiuam Iurisdictionem, potest inhibere quibuscumque Iudicibus.*

20 *Iudex inhibitus, etiàm æqualis Iurisdictionis, sentiens primum Iudicem Iurisdictionem habere, rectè faciet si inhibitioni pareat.*

21 *Iudex inhibitus si nollit acquiescere inhibitioni, si sint æquales, tùnc Superior eorum adeundus est, vt iubeat causam remitti ad Iudicem competentem, quod declaratur, & quid si sint duo Ordinarij Ecclesiastici? Et num. 22.*

23 *Et in sententia Arbitri, Superior Arbitri appellandus est, non Iudex actoris, vel rei.*

24 *Si Iudex alter ex contendentibus sit dignior, Superior Iudicis dignioris adeundus est, vt controuersiam dirimat.*

25 *Refertur praxis Auocationis causarum pendentium coram Tribunalibus Superioribus huius Curiæ, vel in Chancellarijs, seù Supremis Auditorijs. Vel quandò prædicta Tribunalia se intromittunt in causis coràm Iudice decoctionum pendentibus.*

26 *Adducuntur Authores, qui egerunt de iuncta, seù Prætorio competentiarum.*

27 *Contentio orta, tàm inter quæstores criminum, seù Prætores, & Auditores, seù Consiliarios de causa, àn sit ciuilis, vel criminalis? quomodò decidenda sit.*

28 Re-

28 *Refertur cauſa agitata coràm Authore, dùm eſſet Iudex decoctionum, in qua Regia Chancellaria Granatenſis ſe intromiſsit ad impediendum Iudicem ab eo ſubdelegatum, & fuit inhibita.*

29 *Ponitur Schedula Regia, qua inhibiti fuerunt Auditores Chancellariæ.*

30 *Iudex decoctionum eſt priuatiuus in cauſis decoctorum, in quorũ bonis Fiſcus habet aliquod intereſſe, & ideò eas poteſt aduocare.*

31 *Aduocatis actis, in quibus concurrant proceſſus priuatorum cum cauſa fiſci, hæc prius diſcuti, & terminari debet, propter ſpeciale priuilegium. Et in ea nemine poſtulante debet proferri ſententia.*

32 *Iuriſdictio prædicta procedit, non ſolùm quandò Fiſcus eſt actor, vel reus, ſed etiàm cùm vertitur eius intereſſe certum, & formatum, de quo conſtet.*

33 *Sed ſi dubitetur, an ex lite inter partes pendente oriri poſsit intereſſe Fiſci, vel ratione commodi, vel damni futuri, manet cauſa apùd Iudicem competentem, data Regio Fiſcali facultate aſsiſtendi.*

34 L. Venditor, ff. de Iudicijs *explicatur, iuxtà quam Clericus, vel alius priuilegiatus, non poteſt declinare forum emptoris, à quo citatur de euictione.*

35 *An hæc reſolutio procedat etiàm in Fiſco citato de euictione pro venditione à ſe facta? Et referuntur opiniones Doctorum de Iure communi, vſquè ad num. 38.*

39 *Sed praxi apud nos obtinuit, vt omnes lites, in quibus interuenire debet Regius Fiſci Patronus, remittantur ad Iudices Regios, vel per eos auocentur, quandò conſtat verè de fiſci intereſſe. Et declaratur quomodo hoc ſit intelligendum in ſpecie* dict. l. Venditor, ff. de Iudicijs.

40 *Auocatio prædicta quotiès locum habet, cauſæ diſcuſsio, & protelatio fit ſeruato Iuris ordine, niſi in his, in quibus ſpecialitèr eſt prouiſum.*

41 *Fiſci cauſa ſub bono Principe multotiès habetur mala.*

42 L. Non puto ff. de Iure Fiſci *declaratur. Principes niſi iuſtũ, & certũ lucrũ Fiſci appetere non debent.*

43 *Refertur pro hoc celebre dictum Dom. Noſtri Regis Philippi II.*

44 *Et item aurea decreta expedita per Dom. Noſtrum Regem Philippum Quartum verè magnum.*

45 *Quorum ſententia exornatur.*

1 ET cum hæc ſpecialis cõmiſsio, de qua agimus, detur Iudici decoctionem ab ipſo Principe, & eius Supremo Patrimonij Senatu, non habenti aliàs Iuriſdictionem, hæc propiè eſt delegata, & talis Iudex delegatus vices delegantis, id eſt Senatus, gerit, & eadem Iuriſdictione vtitur, *l. 1. §. Qui mandatam, ff. de Officio eius, cui mand. eſt Iuriſd.* quem ad hoc allegat Maranta *in Praxi, 4. parte, diſtinct. 5. num.* 4. quam diſinitionem declara

cum Alexandro *in Rubric. dict. tit. de Officio eius, numer.* 4. & Angelo *in l. More, ff. de Iuriſdict. omn. Iud.* Azeued. *in Summario, tit.* 9. *lib.* 3. *Recop. nu.* 7. *& ſeqq.* & tali commiſſione derogatur Iuriſdictioni ordinarię, in his cauſis, *cap. Studuiſti de Officio legati*, vbi omnes Scribentes notant, & in eis eſt maior quolibet ordinario, *cap. Paſtoralis, cap. Sanè de Officio deleg. Gloſſ. in cap. Studuiſti* 2. *de Officio legati, verbo, non poteſt.* Decius *in rubric. illius tit. ſub num.* 6. Scacia *de ſent. & re Iudic. gloſſ.* 4. *cap.* 1. *quæſt.* 6. D. D. Ioannes de Larrea *alleg.* 52. *num* 4. *tom.* 1. *Alleg. Fiſcal.* Bobadilla *in Politica, lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 59. Paz *in Praxi, tom.* 1. 5. *part. cap.* 3. §. 3. *num.* 14. D. Petrus Noguer *allegat.* 19. *num.* 91. vbi & quòd ideò poteſt ei inhibere. Thomàs del Benè *de Immunit. & Iuriſd. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 14. *ſect.* 11. *num.* 5.

2 Et eius Iuriſdictio eſt ordinaria, ſicut Senatus cuius vice fungitur, vt probauimus *ſuprà ex l.* 1. *cap.* 3. *tit.* 2. *lib.* 9. *Recop.* & item quia datus eſt ad Vniuerſitatem cauſarum, vt probat Gloſſ. *in cap. Cum cauſam* 62. verbo, *Delegatus in fin. de appellat. & gloſſ. in cap. Statutum,* §. *inſuper, verbo, moderatas, de reſcriptis in* 6. *& gloſſ.* 1. *in l. fin. C. de Iudicijs*, quià cum habeat Iuriſdictionem à Principe, qui eſt lex animata, rectè dicitur habere Iuriſdictionem à lege, & proindè ordinarius exiſtimatur, *l. More, ff. de Iuriſdict.* Ioannes de Nenizanis *conſ.* 35. *num.* 11. Surdus *conſil.* 280. *num.* 18. & 19. *tom.* 2. D. Michaël Moez *in Commentarijs ad cap. Is cui* 12. *de reſcriptis, lib.* 6. *numer.* 9. & poteſt exornari ex traditis ab Azeued. *in l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 3. *Recopilat. à num.* 6.

3 Eraſmus Chokier *de Iuriſdictione in exemptos, part.* 2. *quæſt.* 16. *ſubalterna num.* 3. vbi *num.* 10. benè conſtituit differentiam inter delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, ſcilicèt, cui committitur pluralitas cauſarum reſpectu territorij, puta cauſæ, quę vertuntur in tali Caſtro, Villa, ſeu Quarterio, & delegatum ad generalitatem cauſarum, ſcilicèt, cui committuntur plures cauſæ, non reſpectu territorij, ſed certarum perſonarum, vt cauſæ viduarum, pupillorum, ſcholarium, & ſimilium, de quo videndus eſt Pater Thomàs Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *diſputat.* 31. *num.* 4. vbi benè, vt moris eſt, declarat. Singulariter in noſtro caſu D. D. Ioannes de Larrea *allegat.* 52. *num.* 28. *tom.* 1. *Allegat. Fiſcal.* ibi: *Non verò quando eſt ad vniuerſitatem cauſarum, quia tùnc pro ordinario habetur, maximè in tam ampla, & excellenti Iuriſdictione, circà adminiſtrationem Regij Patrimonij.* Tondutus *de Præuent. Iudit. par.* 2. *cap.* 59. *num.* 32. Moneta *de Conſeruatoribus Iudicibus, cap.* 7. *num.* 38. *& ſeqq.* nouiſsimè Marinis *allegat.* 94. *num.* 52. & 53. Rebuffo *in Tractatu de Fiſco, & bonorum confiſcation. numer.* 97. vbi ex Gloſſa *in l. fin. C. de ſportulis*, probat delegatum ad vniuerſitatem cauſarum poſſe

poſſe mulctare, licèt delegatus non poſsit. Carleual *de Iudicijs diſputat. 7. num. 29. tom. 1.* Vbi ex multis probat delegatum ad vniuerſitatem cauſarum poſſe reſtituere aduerſus ſuam ſententiam, tàm definitiuã, quàm interloquutoriam, & melius *diſput. 4. nu. 28. & 29. & num. 32.* probat, quòd eſt inſtâr ordinarij Iudicis ferè quòad omnia. D. Michaël de Cortiada *in Praxi contentionum Regni Aragonũ, deciſ. 8. nu. 26. tom. 1.* Gracianus *lib 1. diſcept. forenſ. cap. 167. num. 56.* vbi ex hoc comprobat Notarium deputatum ad ſcribendum acta ordinariorum debere ſcribere acta delegatorum.

4 Et probatur in ſimili in correctoribus, ſeù Prætoribus huius Regni, qui virtute *l. 10. tit. 16. lib. 2. ordin.* quę hodiè eſt *l. 6. tit. 5. lib. 3. Recopil. & l. 4. tit. 6. eodem lib. 3.* poſſunt nominare ſubſtitutos, ſeù locumtenentes. Nàm ille locumtenens authoritate Regia deputatus à Correctore, eſt Iudex ordinarius, ſicut ipſe Corrector *l. 1. & 2. C. de Offic. eius, qui vicem alicui. Iud. vel Præſid. obtinet*, & probat Bart. *in l. 1. §. 1. in fin. ff. Quis, & à quo appelletur*, & Iaſſon, qui plures refert *in Rubric. ff. de Offic. eius cui mand. eſt Iur.* & Paulus *in l. Mandata, ff. Eodem.* Baldus *in l. Placet, C. de Pedan. Iudic. & in l. 1. §. à Præfectis ff. de leg. 3.* Auendaño *in Capit. Prætor. 1. part. cap. 3. num. 2.* latè Azeuedo *in l. 1. tit. 9. lib. 3. Recopil. à num. 6.* D. Molina *de Primog. lib. 1. cap. 25. num. 11. & 12.* Bobadilla *in Polit. lib. 1. cap. 16. num. 44.* & cum Rebuffo, & alijs Ioannes Franciſcus de Ponte *conſ. 133. num. 6. tom. 2.* Ergô à fortiori Iudex nominatus ab ipſo Rege.

5 Ex quo ſequitur quôd poteſt cauſas ſubdelegare in toto Regno quibuſcumque Iudicibus, ſeù perſonis, vt expreſsè probant *l. à Iudice 5. C. de Iudicijs*, his verbis: *A Iudice Iudex delegatus, Iudicis dandi poteſtatem non habet, cum ipſe Iudiciario munere fungatur, niſi à Principe Iudex datus fuerit, l. Vnica, C. Qui pro ſua Iuriſdictione Iud. dare dari ve poſſ.* vbi & Gothofred. *litt. F.* & faciunt notata per Ioan. Franciſcum Ponte *deciſ. 36. nu. 9. & 10. cap. Super quæſtionum, §. Si verò de Offic. delegati, cap. fin. de officio delegati, cap. Cum cauſam de appellat. lex. 19. tit. 4. part. 3.* ibi: *Cà los que ſon pueſtos por mandado del Rey, pueden poner otros en ſus logares, que oyan, è libren aquellos pleytos ſeñalados, que el Rey les encomendare, & l. 21. tit. 23. eadem part. 3.* vbi Gregorius *gloſſ. 1.* Ioannes Oroſcius *in l. Mandatam 5. ff. de Officio eius, cui mand. eſt Iuriſdictio, in princip.* latè Pater Thomàs Sanchez *de Matrim. lib. 3. diſput. 31. num. 1. & ſeqq.* Zeuallos *Comm. contr. comm. quaſt. 387. circà medium.* Vbi per totam quærit an talis delegatus Principis poſſit ſubdelegare cauſas meri Imperij? Couarrub. *lib. 3. variar. cap. 20. num. 11.* Ioannes Valerus *de Differentijs inter Vtrumque forum, verbo, Iuriſdictio, differ. 3. num. 1.* Pacianus *de Probat. lib. 1. cap. 65. num. 96.* Vbi

quòd poteſt delegare Audientiam cauſę, reſeruata ſibi ſententia, & Franciſcus Calletus *ibi in addit.* diſtinguit ad hoc inter Ius ciuile, & Canonicum.

6 Et ſimilitèr poterit quaſcumque perſonas in toto Regno, & eius diuerſis territorijs exiſtentes, verbo citare, mittendo ad eas apparitorem, & curſorem ſuum, vt eas citet. Nàm licèt in hoc, de Iure communi fuerit ingens controuerſia intèr Doctores, quibuſdam aſſerentibus extra territorium nullum poſſe alium facere citari, ex *Text.* & eius materia, *in l. fin. ff. de Iuriſd. omn. Iudic & l. 7. tit. 4. part. 3. l. 9. tit. 9. part. 1.* & quòd ideò debet requiri Iudex territorij vbi citandus habitat, vt eum citari faciat, & citet per Nuntios, & Curſores ſuos, quę fuit conſtans ſententia Speculatoris *lib. 2. tit. de compet. Iudic. adit. §. Generalitèr 1. nu. 5. & lib. 3. tit. de acuſat. §. Qualitèr. nu. 12.* & omnium Canoniſtarum per Text. *in Clementina Paſtoralis, de Re Iudic.* teſte Claro *lib 5. ſentent. §. fin. quæſt. 31. num. 20.* & D. Couarrub. *in Practicis, cap. 10. num. 7.* vbi teſtatur de praxi, & vſu huius Regni. Alijs verò, & communitèr legiſtis tenentibus cum Bart. *in l. 1. §. 1. num. 3. ff. de Requirendis reis, & in extrauaganti ad reprimendum, verbo, per edictum, num. 9.* quòd talis citatio verbalis etiàm in alieno territorio poſsit fieri. Maximè ſi duo illa territoria ſubſint vni Principi, quem ſequuntur Angelus, & Cynus *in l. fin. ff. de Iuriſdict. omn. Iud.* & reliqui Doctores, per Text. *in l. Omnes 33. §. Executoribus, verſ. Verùm ſi Apparitor. C. de Epiſcop. & Clericis,* vbi etiàm Bart. & reliqui, quę iam videtur ſopita, & deciſa de Iure Regio, *ex l. 7. tit. 4. partit. 3.* in illis verbis: *E aun deben mucho guardar que no juzguen en otra tierra que no ſea de ſu Juzgado, ni prendan, ni apremien home ninguno,* quã, & alia ad hoc expendit Azeuedo *in l. 3. tit. 3. lib. 4. Recopilat. num. 32. circ. med. verſic. Item hæc mea opinio. vbi à num. 29.* benè quæſtionem agitat, reſoluens tandèm per eam inhiberi etiàm citationem verbalem extra territorium, niſi mediantibus litteris requiſitorijs. Hoc ſolùm procedit in Iudicibus inferioribus reſpectu quorum diuiſa ſunt dominia, & territoria etiàm ſub vno Principe exiſtentia. Non verò in Supremis Iudicibus, qui ſub Regio nomine in toto Regno citant cum Curſoribus, & apparitoribus, Alguacelliſque ſuis, vel per Ciuitatum, & locorum Tabelliones quibus committunt, Rex enim omnium Prouinciarum ſui Regni, & Dominij Dominus, & ordinarius eſt. Quam vt veram intelligẽtiam, & concordiam prędictarum opinionum obſeruat rectè Azeuedo *dict. num. 32. in fin.*

7 Sed quæſtione ad partes agitata per D. Thomam Carleual *de Iudicijs tom. 1. diſput. 2. à num. 16. num. 27.* Iudicium ſuum interponens, cenſet opinionem Bart. de Iure eſſe veriorem, & maiori frequẽtiorique authoritate fulcitam.

Secun-

Secundam verò ſpeculatoris tutiorem, & ab omnibus incommodis liberam, & ideò vſu, & practica Prætualuiſſe. Sed *num.*28.hanc ſecundam ſententiá, limitat Primò, & principalitèr cum Iudex aliquis habet generalem Iuriſdictionem in tota Prouincia. Nam tùnc dicit quòd poterit per ſuos officiales citare in tota Prouincia, quamuis ratione Iuriſdictionis ſit diuiſa in diuerſa territoria, & probat ex Text. *in dict. l. Omnes* 33. *verſ. Verùm ſi Apparitor, C. de Epiſcop. & Cleric.* vbi Salycetus *num.*1. & ex Bart. & alijs *ibi relatis*, & à Petro Barboſa *in l. Hæres abſens, §. fin. num.*87. *ff. de Iudicijs*, vndè infert Carleual *in fin. dicti num.*28. Quòd ob hanc rationem Iure Caſtellę Conſilium Regij Patrimonij, ſicùt etiàm Cõſilium Sanctę Cruciatę citant in toto Regno, & eius Prouincijs. Quia habent generalem Iuriſdictionem in omnes, his verbis: *Et ob eam rationem Iure Caſtellæ Conſilium Regij Patrimonij citat in toto Regno, & eius Prouincijs, quia habet generalem Iuriſdictionem in omnes, & ob eandem, Conſilium Santæ Cruciatæ citat in toto Regno immò in omnibus Regnis Regiæ Coronæ ad quæ ſe extendit gratia Cruciatę.*

8 Et eandem quæſtionem poſt alios, & poſt Gratioſum Vbertum *de citationibus, cap.*6. *ex nu.*48. reaſumens collega noſter quondam, D. Gabriël de Pareja *de Vniu. inſtrum. edit. tit.*2. *reſolut.*9. *à num.* 42. *vſquè ad* 59. non ineptè diſtinguit citationem verbalem per Iudicem expeditam ad citandum reum ſibi aliàs ſubditum ratione domicilij, & extra territorium moram facientem, vt probat *dict. l. Omnes, verſic. Verùm ſi Apparitor*, & expreſsè de Iure Regio, *l.*7. *tit.*3. *lib.*4. *Recopil.* quam ità etiàm intelligit Carleual *dict. diſput.*2. *ex nu.* 31. *vſquè ad* 37. à citatione Iudicis, qui eſt Iudex ex accidenti, & præcipuè ratione contractus, quòd non poſsit niſi mediantibus litteris requiſitorijs, ad quod adducit *l.*20. *tit.*21. *lib* 4. *Recopilat & num.* 54 refert caſum iuxta hãc diſtinctionem deciſum per Supremum Senatum. Sed tandèm *num.* 55. dicit non procedere quandò tractatur de territorio in lata ſignificatione, & quatenùs ipſum inhæret adminiſtrationi Iuriſdictionis, & conueniens cum Carleual, & ab eo adductis, ità ait: *In hac enim ſpecie licèt alias Prouincia ſit diuiſa in varia territoria circumſcriptiuè ſumpta, nihilominus Iudex, qui generalem habet Iuriſdictionem, & territorium ſubiectiuè in tota Prouintia, ad Tribunal ſuum vocare poterit per ſe, aut per Nuntium ſuum, vt videmus in Conſilio Regij Patrimonij, Santæ Cruciatæ, & aliorum, qui ratione cauſarum ad ſe pertinentium, generalitèr citationes verbales decernũt per diuerſa territoria, & illæ exequũtur abſque requiſitione Iudicis territorij.*

9 Et ideô cum Iudex decoctionũ eadem Senat⁹ Iuriſdictione (ſibi modo prædicto demandata, & per D. Regem communicata) vta-

tur,

tur, nil mirum quòd poſsit quoſcumque in toto Regno citare, vt ipſemet D. Thom. Carleual teſtatur de facto proprio in noſtris terminis, *dict. diſputat.* 2. vbi cum *num.* 28. depoſuiſſet de eadem praxi Conſilij Regij Patrimonij citandi in toto Regno, & eius Prouintijs, *num.* 29. ſubiungit: *Secundò limita vbi Iuriſdictio citantis nulli territorio cohæret, vt contingit in Iudice delegato à Papa, vel Rege, qui exiſtens in vno loco citat exiſtentes in alijs territorijs. Quoniàm eius Iuriſdictio ſe extendit ad omnia loca, ad quæ ſe extendit Iuriſdictio delegantis, ità Felinus in dict. cap. fin. num.* 1. *verſic. fallit.* 3. *Rebuffus tom.* 2. *in Conſtit. Regias tract. de litteris requiſit. artic. vnico, gloſſ.* 3. *num.* 19. *Atquè ità praxi receptum eſt, & id ego ſæpiſsimè ſum expertus, qui dùm munere delegati fungebar, quo multis annis functus ſum extrà, & intrà Curiam, exped ui mandata citatoria in omnia loca Regiæ Coronæ Caſtellæ ſinè vlla Iudicum Ordinariorum repugnantia.* notans quòd quandò ſe offert ocaſio expediendi mandata in Regna Nauarrę, & vtriuſque Sicilię, impetrantur Regia reſcripta, & expediuntur per Conſilia Caſtellę, & Italię, quibus iubentur ſeruari talia mandata. Sicùt etiàm in mandatis expeditis per Iudices Caſtellę exequendis in Regnis Indiarum impetratur Regium reſcriptum in Supremo Indiarum Conſilio, vt executioni mandentur, quod etiàm teſtatur, & declarat Pareja *dict. reſolut.* 9. *proximè citata num.* 57. & 58.

10 Et ex eodem principio procedit, quòd poſsit auocare cauſas, expediendo mandata inhibitoria quibuſcumque Tabellionibus, & litteras hortatorias directas ad quoſcumque Iudices, à quibus petit, vt cauſas ad ſe remittant, vt teſtatur feciſſe tempore, quo hoc munere functus fuit D. Thomàs Carleual *dict. diſputat.* 2. *num.* 703. his verbis: *Et memini ſæpiſsimè dùm eſſem delegatus in Curia Regia Conſilij Regij Patrimonij in cauſis decoctorum Fiſci debitorum, & alijs eiuſcèmodi, quoties intereſſe quodcumque Fiſci vertebatur, expediſſe me mandata inhibitoria quibuſcumque Tabellionibus, & Hortatorias directas ad quoſuis Iudices, à quibus petebam, vt cauſas ad me remitterent. Qui ſempèr obſequebantur, & ſi quandoquè contentio orta ſit, delata re ad Supremos Iudices competentiarum, ſemper obtinui, vt cauſæ ad me remitterentur, &c.* Et probatur *in l.* 1. *C. de Officio Comitis Sacri Palatij*, ibi: *Ad Palatinorum curam, & rationalium officia omnium rerum noſtrarum, & totius perpetuarij luris exactio, reuertatur*, iunctis his, quæ notauit Dom. D. Ioannes de Larrea *deciſ.* 3. *num.* 17. *part.* 1. *deciſ. Granatenſ, & l.* 1. *C. de Officio Comitis rerum priuatarum*, ibi: *Si quid negotiorum actitatum fuerit, in quibus aliquid commodi fiſcalis appareat, ad officium rei priuatæ tua gratitas acta tranſmittat.* Ex quibus id notat dictus D. Rea *allegat.* 53. *num.* 3. *tom.* 1. *allegat. Fiſcal.* & ſic obſeruatum refert, his verbis: *Et ita ad*

noſtrum

noſtrum Senatum Regalis Patrimonij quotidiè plures cauſæ remiſſæ, quæ ab hinc plùs quàm triginta anni in alijs Tribunalibus pendebant. Zeuallos *tom.1.Comm contr.comm. quæſt. 822. numer. 106.* ibi: *Et in alia cauſa cum Epiſcopo Placentino fuit remiſſa per Supremum Conſilium al Conſejo, y Contaduria Mayor de Hazienda 23. menſis Nouembris anno 1604.* Et loquitur in cauſis tertiarum, quę cùm ex cóceſione Apoſtolica effectę ſint iam proprię Regum Hiſpanię, & de ipſius patrimonio, ideò Regij Iudices huius Supremi Conſilij poſſunt de illis cognoſcere, etiâm contrà Perſonas Eccleſiaſticas, quemadmodũ & de reliquis bonis ad Regium Patrimoniũ pertinentibus, vt ibi cóprobat â num.101. ſicut etiâm D.Ioannes del Caſtillo, & D.Rea adducti *ſuprà q.2.num.39.*

11 D.Gaſpar de Eſcalona *in Gazophilacio Regio, lib.1. part.2. cap.6. num.3.* ibi: *Eſta Iuriſdicion, por ſer priuatiua y eſpecial, y priuilegiada, arraſtra à ſi las cauſas, y proceſſos pendientes ante otros Iuezes, ſiendo por alguna parte, ò razon intereſada la Real Hazienda, & ibi in margine,* plures refert D. D Ioannes de Solorçano *in Polit. Indiana, lib.6. cap.15. verſic.Y tambien fue de mucha importancia, fol.1026.* vbi ponit declarationem factam à Prorege anno 1605. hac forma. *Y mandò, que por ſer, como era, ſu Iuriſdicion priuatiua para cobrar la Real Hazienda, pudieſſen lleuar, y lleuaſſen à ſu Tribunal todos los pleytos de los deudores della, en que ſu Mageſtad fueſſe tambien acreedor, aunque eſtuuieſſen ya pendientes antè otros Iuezes ordinarios, y acumularlos al que ante ellos pendieſſe, y ſe fulminaſſe.* Et refert ſuo tempore prouiſionem ad id expeditam, eo conſulto, per Proregem, & anteà dixerat *lib.5.cap.7.* vbi agens de Iuriſdictione priuatiua Iudicis bonorum, quę relinquit defunctus apud Indos *verſic. Però ſi ſucedieſſe,* limitat in cauſis concernentibus Fiſci, vel Regij Patrimonij intereſſe, nàm in his ait: *Porque por muy fauorecido que ſea ſu conocimiento, y juridicion, es mas fauorable la cauſa del Fiſco, que tambien goza del meſmo priuilegio de tener Iuezes particulares para las ſuyas, y de que puedan traer ante ſi las que pendieren ante otros, &c.* D. Epiſcopus Fermoſinus *allegat. 4. num.6. part.1. allegat.fiſcal.* Carraſco *ad Leges Regias tract.1.de caſibus Curiæ, nu.168.* vbi quòd ità praxi ſæpè obtinuit dùm fuit Fiſcalis in Tribunali Limenſi Sanctę Cruciatæ. Maximilianus Fauſtus *in Conſil. pro Ærario claſſi 9. conſ.43. verſic.3.ampliat. tom.2.* & hoc tamquàm conſtans, & indubitatũ Præcipitur in commiſsionibus, vt patet ex dictis *ſuprà q.3.n.2.in verbis finalibus, verſic. Y lo que ante ellos eſtuuiere pendiente, &c.*

12 Circà quod, quìa quotidianum, praxis, quę meo tempore inoleuit, & quam ſeruaui, vt Iuri congruam, ea eſt.

13 Quòd ſi cauſa ſimilis in qua

qua Regij Fiſci vertitur intereſſe, tractatur coràm Iudicibus ordinarijs huius Curię, vel cuiuſcumque Ciuitatis, Villę, vel Opidi totius Regni. Conſtito de hoc, per mandatum factum Tabellioni, ſi negotium tractetur in hac Curia, vt veniat cum actis ad relationem faciendam, quòd ſi facere rennuat, compelendo eũ vel per mulctam, vel adductione perſonę facienda per Apparitorem, & ſi ſit extrà Curiam per aliquod legitimum teſtimonium, vel aliam juſtificationem, expedibit mandatum inhibitorium, vt non procedat in cauſa, & remittat eam ad ſuum Tribunal, diſponens executionem talis decreti omnibus medijs neceſſarijs, talitèr, quòd ſi Iudex inhibitus ſentiat ſe grauatum, ipſe imploret auxilium Iudicum Superiorum, vel vtatur alio recurſu ſibi competenti, vt benè hanc praxim exponit. D. Epiſcopus Fermoſinus *allegat.* 3. *num.* 15. *& ſeqq. part.* 1. *Allegat. Fiſcal.*

14 In quo notandum eſt, attento Iure, quòd inter Iudices ordinarios competentes, ſeũ æqualis Iuriſdictionis, ille, qui prævenit poteſt inhibere ſecundo, nè ad vlteriora procedat ſub vitio nullitatis, & iubere vt cumulatio actorum fiat, quandò inter eos eſt contentio, & agitur de inhibitione (non verò de exceptione declinatoria per partem oppoſita, in quo caſu Iudex, cuius Iuriſdictio declinatur, cognoſcit, an ſua ſit Iuriſdictio? ex iuribus vulgatibus, de quo nunc nó agimus) vt probant Alexander *conſil* 9 *lib* 4. Auguſtin. Beroius *conſ.* 117. *num.* 4. *lib.* 3. & cum eis Robertus Lancelotus *de attentatis*, 2. *part. cap.* 20. *num.* 100. quod quidem procedit ex ratione litis pendentię, & nè continentia cauſæ diuidatur iuxtà *l. Nulli, C. de Iudicijs*, vbi notant DD. & præcipuè Paulus de Caſtro *num.* 2. *in fin.* qui ita ait: *Dicitur etiam iſta exceptio litis pendentiæ, & eam non ſolùm tu potes obijcere: Sed primus Iudex ad inſtantiam tui, poteſt præcipere ſecundo Iudici, vt de cauſa ſe non impediat, quià ipſe prævenit, ad quod ſufficit ſola citatio facta per eum, vt l. Siquis poſtèà, ff. Eodem, quæ quidèm exceptio magna nititur ratione, quià non debet quis ſuper eodem coram diuerſis Iudicibus trahi: tùm quià eſſet laborioſum: tùm quià poſſent ferri contrariæ ſententiæ, ut Paulus ibidèm cum Innocentio in cap. Cum M. circà fin. de conſtitut. conſiderauit.* D. Nicolaus Fermoſinus *allegat.* 4 *nu.* 14. vbi loquitur in duobus priuilegiatis. Oſſualdus ad Donelum *lib.* 17. *comment. Iur. cap.* 18. *litt. C.* vbi benè declarat, & diſtinguit præventionem, à litis pendentia.

15 Et vt materia clarè pateat licèt Parladorus *lib.* 2. *rerum quotid. cap.* 9. *num.* 1. tradat, cummulationem iſtam actorum, & proceſſuũ tribus ex cauſis fieri debere *ad l.* 1. *ff. de quibus rebus ad eund. Iud. eatur.* Prima, ratione exceptionis rei Iudicatę, *vt in l. Et an eadem, ff. de Except. rei Iud. & in cap.* 1. *de litis conteſt.* Secunda, ratione exceptionis

litis

litis pendentię, *ex l. Vbi acceptum, ff. de Iudicijs.* Tertia, ratione exceptionis, nè continentia cauſæ diuidatur, *iuxt. l. Nulli, C. de Iudicijs,* quem ſequuntur Villadiego *in Politic. cap. 1. ex num. 13.* Cancer. *lib. 3. Variar. cap. 1. num. 51.* D. D. Franciſc. Salgado *in Labyrintho, part. 1. cap. 4. §. 1. num. 43.* & hæc ſententia vera ſit. Tamèn rectiùs dicetur, ex vna ſola cauſa cumulationem actorum fieri debere, quę ſub ſe omnes alias comprehendit, ſcilicèt cùm non facta cumulatione continentia cauſę diuideretur. Ideòque ſola exceptio nè continentia cauſæ diuidatur locum facit vnioni, & cumulationi actorum, vt rectè ſentit Carleual *de Iudicijs, tom. 2. lib. 1. tit. 2. diſput. 2. num. 2. & 3. vbi num. ſeqq.* materiam proſequitur, de qua, & quibus modis continentia cauſæ dicatur, latè agunt Aflictis *deciſ. 354. num. 5. & 13.* Parladorus *vbi ſuprà num. 2.* Cancer *dict. cap. 1. num. 52. verſic. cauſæ.* Menochio *de Arbitrarijs caſu 371.* Trentacinq. *lib. 2. variar. tit. de Iudicijs, reſol. 2. num. 3.* Gail *lib. 1. obſeru. cap. 32. ex num. 3.* Tuſchus *Practic. concluſ. litter. C. concluſ. 975.* Carleual *dict. diſput 3. num. 3.* D. Salgad. *dict. cap 4 §. 1. à num 44.* Franciſc. Tonduti *de Præuent. Iudic. par. 1. cap. 13. ex numer. 4. & part. 2. cap. 14. ex num. 3.*

16 Et hæc exceptio nè continentia cauſæ diuidatur, de qua *in dict. l. Nulli,* eſt omninò diuerſa ab exceptione litis pendentię, de qua *in l. Vbi acceptum, ff. de Iudicijs,* ſi quidèm in materia *l. Vbi acceptum* agitur de Iudicio mutato, velùti ſi quis pro eadem re coràm alio Iudice reum conuenire vellet, dimiſſo primo Iudice, coràm quo lis cæpta erat. At in materia *legis nulli* agitur de Iudicio diuiſo, nempè quandò non agitur de eadem cauſa, ſed de connexa, quàm quis vult coràm alio Iudice intentare. Ita explicant Iaſon *in dict. l. Nulli, num. 3.* Caſtr. *nu. 2.* Vrſillus ad Affl. *dict. deciſ. 354. num. 3.* Trentacinq *dict. reſolut. 2. num. 2.* Carleual. *dict. diſputat. 2. num. 4.* Tondutus *dict. cap. 13. num. 1. & dict. cap. 14. num. 4.* & cum eis nouiſsimè D. Michaël de Cortiada *in doctis deciſ. pro praxi contentionum Regni Aragonum, deciſ. 36. nu. 49. vbi à nu. 46.* accuratè materiam declarat, *& dict. num. 49. in fin.* cum Nata, Monacho, & Tonduto probat iſtas exceptiones, non ſolùm eſſe diuerſas, ſed etiàm incompatibiles, adeò vt vna aliam impediat, illique aduerſetur.

17 Et indè eſt, quòd in caſu concurſus formati inter creditores, Iudex, coràm quo lis introducta eſt, vel interueniente ipſo debitore, & ad eius inſtantiam, vel finè eius interuentu, intèr eius creditores eſt competens priuatiuè ex continentia cauſæ inſeparabilis, & poteſt trahere ad ſe omnes cauſas, & acta per litteras requiſitorias à ſe expediendas, vt benè more ſuo comprobat D. D. Franciſcus Salgado *in Labyrintho, part. 1. cap. 5. per totũ,* & cum alijs D. D.

Ioannes

Ioannes de Latrea *deciſ.* 82. *num.* 3. *tom.* 2. *deciſ. Granatenſ.*

18 Et licèt Paulus de Caſtro *in dict. l. Nulli num.* 2. *in fin.* ampliet prædictam reſolutionem Iudicis inhibentis, vel auocantis cauſam quìa præuenit, ut procedat etiàm ſi ſecundus Iudex eſſet maior, vel Superior. Hoc nôn eſt verum, Regula enim certa, & indubitata eſt, quòd Iudex maior, vel dignior poteſt, & debet inhibere Iudicibus inferioribus, vel minorem Iuriſdictionem habentibus, vt apertè probat Text. *in l. Iudicium ſoluitur, ff. de Iudicijs*, ibi: *Iudicium ſoluitur vetante eo, qui Iudicare iuſſerat, vel etiàm eo qui maius imperium in eadem Iuriſdictione habet, &c.* Lancelotus *de Attentatis dict. cap.* 20. *num.* 69. his verbis: *Tertiò iuxtà præmiſſum ordinem quæritur, cui ſit inhibendum? Breuitèr dici poteſt, quòd regularitèr quilibet Iudex maior (& maiorem intelligo in illa cauſa, in qua vult inhibere, puta ſi ſit delegatus Principis, qui maior eſt quolibet ordinario, cap. Sanè el* 2. *de Officio deleg. cum ſimilibus) inhibere poſſit omnibus inferioribus, &c.* Sequuntur Farinacius *in Prax. part.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 52. Caualcanus *deciſ.* 4. *num.* 37. & 42. *part.* 2. Giurba *conſ.* 48. *ſub num.* 41. Bobadilla *in Politica, lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 32. Maceratenſis *var. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 17. *num.* 3. & 4. qui addunt quòd Iudex ille qui habet Iuriſdictionem in cauſa, inhibere poteſt etiàm pari. D.D. Franciſcus Salgado *in Labyrintho, part.* 1. *cap.* 5. *num.* 5. Tonduti *de Præuent. par.* 2. *cap.* 57. *num.* 3. D. Michaël Cortiada *in Praxi contentionum, deciſ.* 38. *num.* 59. & meliùs *deciſ.* 34. *nu.* 3. & *eadem deciſ.* 38. *num.* 9. Cancer *lib.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 88.

19 Ex quo, neceſſariò ſequitur, quòd cum Iudex decoctionũ, tamquã delegatus Principis exercens Iuriſdictionem huius Supremi Senatus, habeat omnimodam, & priuatiuam Iuriſdictionem in his cauſis, & ſimûl ſit maior quocũque ordinario, Immò non tàm maior, quàm ſolus in eis, vt ſatis probatum extat, poterit inhibere quibuslibet Iudicibus procedere volentibus, ſeû ſe intromittere in cognitione talium cauſarum.

20 Et quidem, ſi, vt par eſt, recta ratione procedendum ſit, etiàm intèr Iudices æqualis Iuriſdictionis, ſi Iudex inhibitus ſentiat Iudicem primum Iuriſdictionem habere, debet illi parere, & ſuperſedere in negotio, iuxt. *l. à Diuo Pio, § Sententiam Romæ, ff. de Re Iudic. Authent. de exhibend. reis, § Si verò, l.* 2. *tit.* 27. *part.* 3. latè D. Couarr. *in Pract. cap.* 10. *à num.* 3. *verſic. Sed & apud Iudices Sæculares.* Parladorus *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin. part.* 1. *§.* 2. *per totum.* Cancer *lib.* 2. *var. cap.* 15. *num.* 2. D. Salgado *dict. cap.* 5. *num.* 6. & Cortiada *dicta deciſ.* 38. *num.* 61. Tonduti *de Præuent. part.* 2. *cap* 6. *num.* 18.

21 Sèd ſi renuat, quod facilius fit etiàm ſinè cauſa, & nollit ad implere, nèc cum effectu remittere proceſſum. Tûnc, licèt aliqui dicant Superiorem Iudicis

requi-

requiſiti adeundum eſſe, vt eum compellat *ex dict. §. Sententiam Romæ, & optimo text. in cap. Nullus de Iur. Patronatus, l. ſi Tutor pupillo, ff. de Authorit. tut.* cùm pluribus adductis à D. Salgado *dict. cap. 5. num. 9.* & alijs teneant adeundum Superiorem Iudicis requirentis, quià ipſe eſt, qui grauat, vt videre eſt apùd Scacciam *de Appellat. quæſt. 17. limit. 10. num. 68.* D.D. Franciſcum Salgad. *de Reg. Protect. 1. part. cap 4. num. 6. & 4. part. cap. 4. num. 46. & 47.* D.D. Ioanem de Larrea *deciſ. 82. num. 3. tom. 2. deciſ. Granat.* pleniùs notandum eſt, quòd ſi cõtentio ſupèr Iuriſdictione ſit intèr ipſas partes, vel intèr Iudicem, & partem, ipſe Iudex, de cuius Iuriſdictione dubitatur, cognoſcit, an ſua ſit Iuriſdictio? *l. Si quis ex aliena, ff. de Iudicijs,* vbi Barboſa *num. 111.* latè Seſſe *de inhibit. cap. 5. §. 6. à nu. 64.* & latiſsimè Cortiada *dict. deciſ. 38. à princip.* Fermoſino *in Alleg. Fiſcal. part. 2. alleg. 4. à nu. 16.* Sed ſi ſit intèr æquales Iudices contendentes, ſuperior eorum debet adiri, qui de controuerſia cognoſcat, & iubeat cauſam remitti ad Iudicem competentem, *l. de Iure, ff. Ad municipalem.* Angelus cùm pluribus *in l. 2. num. 7. ff. Si quis in Ius voc. non ierit.* Felinus *in cap. ſup. litteris de reſcript.* Iacobus Cancer *lib. 3. var. cap. 10. num. 1.* D. Salgado *vbi prox. dicto cap. 5. nu. 11.* Bobad. *in Polit. lib. 2. cap. 21. nu. 20.* Carraſc. *ad lleg. Reg. cap. 9. num. 292.* D. Valençuela *conſ. 200. num. 57. tom. 2.*

22 D.D. Ioannes de Solorçan. *de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 5. num. 18. & in Politic. Indian. lib. 5. cap. 5. verſ. Y eſſo, & lib. 6. cap. 14. verſ. Los que.* D.D. Laurent. Matheù doctus huius Curię Prætor, & iàm in Supremo Aragonum Conſilio meritiſsimus Senator *in Regim. Reg. Valentiæ, tom. 2. cap. 7. §. 1. ſect. 1. ſub num. 2. & §. 5. num. 29.* & cùm alijs pluribus D. Michaël Cortiad. *dict. deciſ. 38. nu. 17.* Cancer *dict. cap. 10. n. 72. vbi ex cap. Paſtoralis, & ibi Canoniſtis de reſcriptis,* & alijs Iuribus probat, quòd ſi contentio oriatur inter duos ordinarios Eccleſiaſticos, recurrendũ eſt ad electionem arbitrorum. D. Ioſeph de Seſſe *deciſ. 113. tom. 2.* vbi latè de forma dirimendi contentiones, quę oriri ſolent inter Iudices Eccleſiaſticos, & Sæculares ſupèr Iuriſdictione contendentes, in illo Aragonię Regno. Tuſch. *litt. I. concluſ. 414. n. 25.* Carleu. *d. diſput. 2. nu. 905.* nouiſsimè D. Hermen. de Roj. *in docto Tract. de Incomp. Regnorũ, & maioratuũ, par. 2. cap. 5. à nu. 41.* Vbi agit de delicto commiſſo in confinib⁹ vtriuſque territorij, de quo Iudices eodẽ die proceſſerunt, & per litteras requiſitorias vnuſquiſque ſibi competere Iuriſdictionem cõtendebat, & docet quomodò Iudices Superiores ſe in hoc habere debent, pròut in facti contingentia in Chancellaria Granatenſi caſus accidit. Iiçarel. *deciſ. 73. num. 5.* nàm in hoc caſu Iudices, & Tribunalia contendentia ſunt loco partiũ, ad notata pèr Parejam *de Inſtr. edit. tit. 2. reſol. 6. ſpec. 2. n. 227.* Innoc. *in cap.*

in noſtra de Procur. n. 8. Luc. de Pen. *in l. Apparitores, C. de Exactoribus tribut. lib.* 10. Cancer *lib.* 3. *variar. cap.* 10. *n.* 21. *& n.* 24. *& n.* 64. Oliuan. *de Iur. Fiſci. cap.* 11. *à nu.* 20. *& n.* 24. Seſſe *deciſ.* 113. *nu.* 1. *&* 2. & melius *deciſ.* 426. *à n.* 41. Micha. Ferr. 3. *par. obſeru.* 166. vbi latè agit de materia. Et vide Epiſcop. Ferm. *in Alleg. Fiſc. alleg.* 62. *n.* 64. vbi loquitur in contentione orta inter duos Fiſcos æquales, & priuilegiatos, & obſeruat regulas, quibus decidenda eſt, *& à num.* 55. benè de eodem puncto.

23 Et quòd in ſententia arbitri, appellandus ſit Iudex Superior ipſius arbitri, non Iudex actoris, vel rei, Bartolus, & reliqui Doctores *in l.* 1. *C. Vbi & apud quem* Couarr. *lib.* 2. *var. cap.* 12. *numer.* 2. & cũm alijs Parladorus *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 1. *part.* §. 2. *num.* 23.

24 Sed ſi alter Iudex ex contendentibus ſit dignior, tunc regula generalis eſt. Quòd Superior Iudicis dignioris, & maioris ad eundus erit, vt controuerſiam dirimat, vt declarat Paz *in Praxi, tom.* 1. 5. *part. cap.* 3. §. 3. *num.* 13. *&* 14. ibi: *Et tunc adeundus erit Superior illius Iudicis, qui dignior fuerit, vt puta, ſi vnus eſt ordinarius, & alter delegatus Principis, erit recurrendum ad Principem, quia delegatus Principis potentior, & dignior eſt ordinario,* & benè proſequitur. Sicut etiam materiã exornant D. Couar. *in Practicis cap.* 10. *n.* 2. *verſ. Quòd ſi nollit Iudex requiſitus, & n.* 7. & idẽ Paz *dict. tom.* 1. 5. *par. cap.* 2. *à nu.* 10. Carleu. *de Iudicijs, tom.* 1. *diſput.* 2. *num.* 39. & cùm alijs D. D. Ioan de Larr. *deciſ.* 82. *nu.* 2. *tom.* 2. *deciſ. Granat.* Oliuan. *de Iur. Fiſc. cap.* 15. *n.* 75.

25 Si verò cauſa agitetur coràm Tribunalibus Superioribus, velùti in Regijs huius Curię Conſilijs, vel in Supremis Regni Auditorijs, vel Chancellarijs, vel iſtę ſe intromiſſerint in cauſis coràm Iudice decoctorum pendentibus, impediendo Iudices ab ipſo ſubdelegatos in quacumque parte. Tunc licèt poſſet hoc Tribunal aliquam præeminentiam ſibi arrogare ex ſupradictis, & litteras deprætatorias, vel ſupplicatorias expedire, ſi cautiùs vellit procedere, debet auxilio Senatus, aquo Iuriſdictionem habet, ſe iuuare, & illud implorare, facta conſultatione. In qua ſpecificè, & formaliter cauſa referatur, & impedimentum cauſatũ per talia Regia Tribunalia, vel Chancellarias, vel Auditoria, & tunc in noſtra materia. Supremus Senatus Regij Patrimonij, ſi cauſa vertitur in hac Curia, iubet quòd Actuarius illius Conſilij, Iudicis, ſeù Tribunalis, coràm quo vertitur, accedat ad Conſiliũ cum actis, & ſi ſe excuſat, vel aliàs detegitur eius malitia in dilatione relationis, ſeù alijs diligentijs adhibitis ad eam impediendam, compellitur carceratione, & forma ſpecificè in praxi tradita ab Epiſcopo Ferm. *in Alleg. Fiſc. alleg.* 3. *nu.* 15. *& ſeqq.* ex quorũ relatione reſultat, quòd iubeat cauſam retineri in Cõſilio, & quòd actuari⁹ eam dimitat. Quod præbet ocaſionẽ D. Fiſcali illius

illius Cõſilij coràm quo pendebat, vt libelum proponat coràm Dominis Iudicibus contentionũ, ſeù competentiarum, quo formatur competentia, & quieſcunt acta, quoùſque facta relatione per Relatores vtriuſque Senatus, Domini illi decidunt, & declarant, ad quem Senatum pertineat cognitio. Et ſi æqualitèr diſſentiant, facta conſultatione Domino Regi, quod decidit exequitur, remiſſa ſemper cauſa in qua verſatur intereſſe Regij Patrimonij eius Supremo Conſilio, & per il'ud ſi interueniat decoctio, huic Tribunali, vt in eo ventiletur, & decidatur.

26 De quo Tribunali iuncta, ſeù Prætorio competentiarum, & eius inſtitutione facta per Inuictiſsimum, & potentiſsimum Dom. Noſtrum Regem Philippum IV. per Schedulas Regias datas Matriti die 9. Decembris anni 1625. & 29. Iunij anni 1627. & Iuriſdictione ipſius ſpecialitèr egerunt D.D. Ioannes Baptiſta Valençuela *conſ.* 200. *à princip. lib.* 2. Marius Curtel. *in Patrocinio pro Regia Iuriſdictione Inquiſitoribus ſiculis conceſſa, in principio num.* 6. Auguſtinus Barboſa *in Praxi exigendi penſiones, part.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 20. Author *Allegationis Prætorij competentiarum pro Antonio Vaz Brandon numer.* 1. *fol.* 2. Pareja *de Inſtrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſolut.* 6. *ſpetie* 1. *à num.* 119. Epiſcopus D. Nicolaus à Fermoſino *in Rubric. de foro competenti, quæſt.* 1. *num.* 3. *in fin.* & nouiſsimè *allegat.* 5. *num.* 1. *part.* 2. *Allegationum Fiſcal.* & formalitèr exponit D. Michaël Cort. *in dict. Praxi content. deciſ.* 39. *n.* 1. Licèt hodie aliter obſeruetur.

27 Et obitèr notandum eſt, quòd ſi contentio ſit intèr Quæſtores criminum, vèl Prætores, & Auditores, ſeù Cõſiliarios Chancellariarũ de cauſa, àn ſit ciuilis, vèl criminalis? ſpecialitèr prouiſũ eſt per *l.* 20. *ti.* 5. *lib.* 2. *Recop.* quòd vnus ex Auditoribus, & alter ex Quæſtoribus, quos Præſes nominauerit, concurrant cum eo, & quod decident, exequatur, de quo benè agit D. D. Ioannes de Solorçano *de Iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *nu.* 16. *& ſeqq.* Et idèm ſtatuitur in ordinationibus Chancellariç Granatenſis *in notis additis poſt tit.* 1. *lib.* 4. *Recopil.* verſ. *Quando ſe duda, fol.* 318. *B. & verſic. Antecedenti*, inhibetur Præſidi illius Chancellariç, nè ſe intromitat in deciſione competentiç ortæ intèr Quæſtores criminum, & Prætorem Ciuitatis. Sicût etiàm hoc anno 1674. quo hæc ſcripta typis mandantur, inhibitus fuit Præſes Chancellariç Pincianç per Sacrum affatum expeditum ad conſultationem Conſilij Regij Patrimonij in Aula Millionum, nê ſe intromitteret in dirimenda contentione orta inter Auditorem illius Prætorij conſeruatorem ſeruitiorũ millionũ Ciuitatis, & Iudicem maiorem Cantabriç, qui intendebat cognoſcere de cauſa denuntiationis factç cuidam vicino illius Ciuitatis Oriundo è Cantabria, ſu-

pèr introductione vini ſinè regeſto, ſeû profeſsione; Et cùm Præſes iuſiſet acta ad eum transferri, ad decidendum, cui eorum competeret cognitio, & ſimilitèr quòd talis conſeruator ſuperſedêret in negotio, & executione prouiſionum dicti Conſilij in Aula Millionum; Decretum fuit nê vlteriûs procedèret, nèc in poſterûm in ſimilibus cauſis ſe ingerèret; & ratio potiſsima fuit, quià talis Præſidis Iuriſdictio, quę ſe extendit ad dirimendam competentiam excitatam inter Auditores, ſeù Miniſtros ſuæ Chancellarię ſupèr cauſa, vèl re ad eos ſpectante, tamquàm tales Auditores, & Miniſtros ſibi ſubditos intèr ſe, non poteſt habere locum, quandô alter ex eis eſt delegatus alicuius Tribunalis Supremi, cuius Iuriſdictione fungitur.

38 Si verò negotium tractetur in Chancellarijs, vel Regijs Auditorijs. Seù illa ſe intromittant, vt diximus: Tùnc Senatus iubet expediri Schedulam Regiam, quę expeditur Regio nomine ſubſcripta, vt tale negotium referat, vulgo, *informe*, & ſi renuat, expeditur ſecunda, & tertia, ſi opus fuerit, agrauando iuſsionem, & comminationem pœnarum. Et relatione tandèm facta per reſponſionem, vel conſultationem Chancellarię, vel Auditorij, cognito per Senatũ habere dependentiam cùm cauſa, coràm Iudice decoctionum pendente, expedit mandatum Regium directum Præſidi, & Auditoribus Chancellarię, vel Auditorij, quo expreſsè inhibet eis cognitionem cauſæ, & iubet, vt ſtatim eius acta ad Senatum Regij Patrimonij tranſmittant, vt ibi fiat iuſtitia, à quo ad Iudicem remittitur, & quiâ hoc de facto mihi accidit, eodem tempore quo hoc ſcribo in cauſa ſubdelegata in Ciuitate Malacitana cuidam Iudici, vt procederet contrà bona Saluatoris de Baeça fideiuſſoris Michaëlis Fernandez, qui fuit Theſaurarius Gabellarum dictæ Ciuitatis ab anno 637. vſquè ad annum 642. ad exactionem 3ĴĴ. ducatorum, in qua quantitate pro eo fideiuſſerat, quo in cauſa procedente, & ſententia addictionis iam prolata, quidam hæres, vèl ſucceſſor in maioratu poſſeſo per fideiuſſorem, ſe oppoſuit, & ſimilitèr comparuit in Chancellaria Granatenſi, vbi, viſis actis per eius Auditores, declaratum fuit talem Iudicem excedere. Quod cùm ego, conſultatione facta, expoſuiſſem Regio Patrimonij Senatui, expedita fuit Schedula ordinaria, vt cauſam referent, & itèm ſecunda, quià non exequebantur, & cùm iam cauſam retuliſſent. Senatus Regiam Schedulam expediri iuſsit, per quam in cauſa procedere vetuit Chancellariam, quę expedita fuit hoc tenore.

29 EL REY. *Preſidente, y Oydores de mi Real Audiencia, y Chancilleria que reſide en la Ciudad de Granada. Ya ſabeis, que por parte del Lic. Don Diego Bolero y Caxal,*

Iuez

Iuez de Quiebras de mis Rentas Reales, ſe me hizo relacion, que entre las Comiſiones en que eſtaba procediendo, es vna contra Miguel Fernandez, Theſorero que fue de las Alcaualas, y tercias de las Ciudades de Malaga, y Velez Malaga los años de 637. haſta el de 642. que fue alcançado en 20. qs. 426 ℔ 816. marauedis. Y que los mas de los fiadores que diò para ſeguridad de la dicha renta, ſon vezinos de la dicha Ciudad de Malaga, con hypoteca de diferentes bienes, raizes en ella. Y que por el Lic. Don Diego de Truxillo, ſu anteceſſor, auia deſpachado comiſion contra el dicho Theſorero, y ſus fiadores à Don Pedro de Baro Oſſorio, para que puſieſſe cobro en las cantidades que ſe eſtaban debiendo en dicha Ciudad, y proſiguiſſe en las diligencias que ſe auian hecho por otros ſus anteceſſores. Y que vno de ſus fiadores auia ſido Saluador de Baeza, vezino de la dicha Ciudad, en cantidad de 3 ℔. ducados, con hypoteca de ſiete caſas en ella. Y que auiendo proſeguido dicho Iuez, y dado ſentencia de remate por la dicha cantidad, y deſpachado mandamiento de pago, para que en ſu virtud ſe hizieſſe à mi Real Hazienda, con la venta de las dichas caſas. Y que para que no tuuieſſe efeto, por Don Pedro Tomàs de Baeza, vezino, y Regidor de la Ciudad de Cadiz, ſe auia querellado del dicho Don Pedro de Baro Oſſorio, por dezir no auia ſido heredero del dicho fiador, y que auia diferentes nulidades, de que reſultaba exceſſo; y que auiendoſe lleuado los Autos à eſſa Chancilleria, por Auto de 25. de Iunio de 664. declaraſteis, que por entonçes el dicho Iuez excedia de ſu comiſion. Valiendoſe el dicho D. Pedro Thomàs de Baeza, de que vnas caſas de las hypotecadas eran de ſu Maiorazgo, que ſe las auian embargado; ſiendo aſsi, que antes dèl, eſtaban grauadas, como pareciò de los traslados de las prouiſiones, y reſpueſtas à ellas dadas. Y que reſpeto de lo ſuſodicho, ſe auia ceſſado en las diligencias en daño de mi Real Hazienda, mientras no ſe puſieſſe el remedio conueniente: Por mi Cedula de 23. de Agoſto del dicho año de 664. os mandè me informaſſedes de lo que en razon de lo ſuſodicho auia paſſado en eſſa Chancilleria, y el eſtado que tenia, como lo hizieſteis en conſulta de 18. de Mayo deſte año. Y viſto en mi Conſejo de Hazienda, de por la tarde, con aſsiſtencia de los dos del de Iuſticia, que tambien lo ſon del de Hazienda, con lo que en razon dello dixo mi Fiſcal, he tenido por bien de dar la preſente, por la qual os mando, que luego que os ſea preſentada eſta mi Cedula, os inhibais del conocimiento deſta cauſa, y remitais los Autos originales, que en razon dello ſe huuieren cauſado en eſſa Chancilleria, al dicho mi Conſejo de Hazienda, por mano de mi Infrà eſcrito Secretario, para que viſto en èl ſe haga juſticia à las partes. Que Yo por la preſente os inhibo, y è por inhibidos del conocimiento de ella en todas inſtancias. Fecha en Buen-Retiro à 21. de Iunio de 1665. años. YO EL REY. Por mandado del Rey nueſtro ſeñor. Franciſco Carrillo.

30 Vndè omnes cauſæ, in quibus Fiſcus, & Regium Patrimonium habeat intereſſe in bonis decoctorum, coràm eo priuatiuè ſunt agitandę, & decidendę, & poteſt eas auocare ad ſuũ Tribunal, vbicùmque pendeant.

31 In quo debent attendere Iudices Fiſcales, quòd ſi in caſu vnionis actorum concurrant cauſę, ſeù proceſſus priuatorum ſimùl cum cauſa Fiſci. Hæc priùs diſcuti examinari, & terminari debet propter eius particulare priuilegium, vt probatur *in l. Apud Iulianum 35. ff. de Iure Fiſci*, cùm cõcordantibus adductis per Acurſium *in l. fin. verbo, cautione, verſ. Item ei, quod dicit, C. de petit. hæredit.* de quo & concordia, *dict. l. Apud Iulianum cùm l. penult. ff. Si cui plus quam per l. Falcidiam*, latè & benè agit Andræas Capanus *de Iure adhoæ, quæſt. 49. à num. 12.* & itèm quòd in his cauſis nemine poſtulante ſententiam ferre poſſunt per Text. *in l. 2. § Senatus, ff. de Iure Fiſci.* Nam Iudex in caſibus fiſcalibus officium ſuum impartiri debet *l. Si vacantia*, & bi Bart. *C. de Bonis vacantibus, lib. 10. & in l. Si quis intrà, C. de Bonis proſcriptorũ*, & probat Aſinius *de Execut. §. 2. cap. 161. num. 5.*

32 Quę Iuriſdictio non ſolùm procedit, quandò Fiſcus eſt actor, & reus, vel cauſa habet dependentiam à Fiſco, vt probauimus *ſuprà num. 43.* Sed etiàm cùm vertitur eius intereſſe certum, & formatũ, de quo clarè, & in próptu conſtet, *l. 3. C. de Iure Fiſci, lib. 10.* vbi Ioannes de Platea *num. 4.* & Iacobus Rebuffus *numer. 1. in fin.* Paulus de Caſtro *in l. Venditor. ff. de Iudicijs num. 3.* & Barboſa *in eadem leg. num. 140.* vl i plures refert Peregrinus *de Iur. Fiſc. lib. 7. tit. 1. nu 9.* Farinacius *in Fragmentis, litter. F. num. 183.* Cancer *lib. 2. var. cap. 16. num. 44.* Alfaro *de Officio Fiſc. gloſſ. 16. num. 23.* Carleual *de Iudicijs, tom. 1. diſput. 2. num. 703.* Vbi cùm dixiſſet, quòd in Regno Neapolitano ampliatio iſta eſt expreſsè ſtabilita in diuerſis pragmaticis, quas refert, & Rouitum in eis. Addit *Et in Regno Caſtellæ eſt praxi receptum, vt omnes lites, in quibus interuenire debet Fiſcalis Regij Patrimonij, remittantur ad Regij Patrimonij Iudices, & ab eis auocentur à cæteris quibuſcumque Tribunalibus, &c. & num. 704 ſequenti*, hoc ſubampliat de Iure dicti Regni Neapolitani non ſolùm cùm Fiſcus aſsiſtit cauſæ ob intereſſe præteritum, vel præſens, ſed etiàm cũ aſsiſtit ob intereſſe futurum, & quod ipſi poſsit aduenire præciſsè, & infalibilitèr, & ſentit ex eadem ratione idèm ſeruari debere iuxtà Ius commune. Capicius Latro *deciſ. 186. num. 8. tom. 2.* Capanus *de Iure adhoæ, quæſt. 49. num. 10.* Marinis *tom. 1. reſol. 146. num. 4.*

33 Sèd ſi Fiſcus non habeat intereſſe præſens, & formatum, ſèd dubitetur, an, ex lite inter partes pendente, aliquod poſsit oriri intereſſe ipſius, vel ratione commodi, vel damni futuri? tùnc cauſa nõ eſt remittenda ad Iudices Fiſcales, ſed

ſed manere debet apud Iudicem competentem, qui de ea cognoſcit data facultate Aduocato Regij Patrimonij aſsiſtendi cauſæ in illo Tribunali, vt docet Franchis *deciſ.* 117 & deciſum in diuerſis cauſis teſtatur Scipio Rouitus *ad Pragmat.62. de Officio Procurat. Cæſar, num.* 5. & latè probans Capicius Galeota *lib.*1. *controu.*24. *à num.*1. *& per totum.* Carleual *vbi proximè, num.*705. Baldaxar de Angelis *in Prato ſuper Codicem in tit. C. Nè Fiſcus, vel Reſpublica, &c. num.*3. Cauallus *cent.*2. *reſolut.crim. caſu* 168. *num* 7. Capicius Latro *dict. deciſ.* 186. *num.*8. *tom.*2. *& num.*25. Nouarius *de Elect. & variat. fori quæſt.* 40. *ſect.*3. *num.*19. Pellicionius *in illuſtr. QQ. quæſt.*39. *cap.*5. *verſic. vbicùmque.*

34 Ex quo infertur ſingularis explicatio Text. *in l. Venditor, ff. de Iudicijs*, in cuius terminis regularitèr, quandò agitur de euictione rei venditę, attendi debet forus emptoris conuẽti, & non venditoris, etiàm ſi aliquo fori priuilegio potiatur, veluti in Clerico venditore. In quo planũ eſt, quòd non poteſt declinare forum emptoris, quem defendit, vt (præſuppoſita contentione, quę aderat Iure communi, *ex Gloſſa in cap. Clericum nullus* 17. 11. *quæſt.*1. & concordia adducta per Abbatem *in cap. fin. de emption. & vendit. num.*8. de eo, qui venit ſolùm ad aſsiſtendum emptori in tali Iudicio, & defendendũ eum, *vt in l* 1. *C. Vbi in rem actio*, vt hoc caſu non dicatur conueniri coràm Sæculari, quîa ſolùm preſtat authoritatem, & defenſionem emptori, & de eo, qui venit nominatus à Laico poſſeſſore, eius nomine, quià tûnc poterat declinare Iudicium Sæculare, & aduocare eum ad forum ſuum.) Iam de Iure Regio definitum extat *in l.*57. *tit.* 6. *part.*1. in illis verbis: *Eſſo miſmo ſeria quando algun Clerigo vendieſſe alguna coſa al Lego, mueble, ò raiz, cà ſi otro alguno le mouieſſe pleyto ſobre ella, antè aquel Iudgador Seglar, ſe debe reſponder, è redrar à ſanar aquella coſa, antè quien face la demanda al Lego*, vbi Gregorius *gloſſ.*6. & materiam, & reſolutionem latè exornant D. Couarrub. *in Practicis, cap.*8. *num.*3. Ant. Gomez *lib.*2. *var. cap.*2. *num.*39. *col.*6. *verſic. & deciſio illius text. habet locũ in Clerico*, ibi: *Et vide expreſſam, & abſconditam legem decidentem quæſtionem in l.*57. *tit.* 6. *in* 1. *partit.* Zeuallos *Comm. contra comm. quæſt.* 588. *& quæſt.*897. *num.*626. *& tom.* 5. *de cognit. per viam viol. quæſt.*23. *num.*24 *& quæſt.* 40. Guzman *de Euict. quæſt.*7. *à num.*1. *& num.*10. *& ſeqq.* Vbi notandus eſt, quòd cûm hanc reſolutionem quâmpluribus authoritatibus adſtruat, non fecit mentionem legis partitę expreſsè eam decidentis. Capicius *deciſ.*197. Ioannes Ant. Mangilius *de Euiction. quæſt.*6. *per totam.* D. D. Franciſcus Salgad. *de Retent. Bull.* 2. *part. cap.*13. *ex num.*45. Hermoſilla *in notis ad l.*33. *tit.*5. *part.*5. *gloſſ.* 1. *num.*17. Petrus Barboſa *in dict. l. Venditor, de Iudic. nu.*138. *& ſeq.*

Car-

Carleual *de Iudicijs, tom.1. diſput.2. num.666. & ſeqq.* vbi benè diſtinguit, nouiſsimè Ayllon *in Addit. ad Antonium Gomez dict.cap.2.num. 39. verſic.Item adde quòd talis venditor.* Hodierna *ad Surdum deciſ. 110. num.17.* vbi benè, Zeuallos *quæſt.897. num.626.*

35 Sed in Fiſco dubitatur, an ſi vendiderit rem, & moueatur quæſtio de eius euictione, inſpiciendus, & ſequendus ſit forus fiſci vendentis, & non forus emptoris?

36 Et quidèm hoc eſſe ſpeciale in Fiſco, quòd cauſam polsit trahere ad ſuos Iudices propter ſuum priuilegium, videtur probari *in l.3.C.de Iur.Fiſci, lib.10. iuxtà ſecundum intellectum gloſſ.ibi.* & tenent Capicius *dict.deciſ.197.* Peregrinus *de Iure Fiſci, lib.7.tit.1.num. 9.* Alcaro *de Offic.Fiſc. gloſſ.16. priuileg.1. à nu.21.* Caualcanus *deciſ.8. part.1.* vbi dicit communem, Cancer *lib.2.var.cap.16.num.42. & 45.* Guzman *de Euict.quæſt.8. à num.8.* Vbi ità deciſum refert Lara *de Vita Hom cap.21.num.62.* Mangilius *de Euiction.quæſt.7.num.4.* benè D.D. Ioannes de Solorçano *de Iure Indiarum, tom.2. lib.3. cap.2. num.52.* D.D. Chriſtophorus Creſpi *obſeru. 55. num.34. & 38.* Epiſcopus Fermoſino *in Allegat. Fiſc. allegat.11. num.6.* vbi benè declarat, nouiſsimè Leonardus Roderius *in Additionibus ad reſolut. 146. Marinis tom.1.*

37 Sed contrarium, immò quòd in hac ſpecie nihil habeat Fiſcus ſpeciale, ſenſit Bald. *in dict. l.3.C.de Iur.Fiſc.lib.10.num.2.* & ſequuntur Valençuela *ibidèm nu.10. verſic.Verùm tamèn recepta hac.* D. Couarr. *in Practic.dict.cap.8.num.3. verſic.Idem,* & cum Rebuffo, Theſauro, & alijs Petrus Barboſa *in dict.l.Venditor, num.152.* Scaccia *de Appellat. quæſt.7. num.123. verſic. Moueor 2.* qui dicit ſe ità in praxi obtinuiſſe, Cancer *dict.cap.16. nu. 42. & ſeqq.* vbi quòd hoc Iure vtuntur Cathalani. Pereyra *de Manu Regia, 2.part.cap.32.num.5.* Barbatus *in Pragmat. de Aſſiſtentia præſtanda, gloſſ.9. num.8.* Carleual *de Iudicijs, tom.1. dict diſput.2. num. 670. & 671.* Vbi cum propoſuiſſet, & comprobaſſet vtramque ſententiam, ità in fauorem huius concludit: *Et ſecluſis ſpecialibus Regnorum conſtitutionibus, & vſu, & Praxi Tribunalium, ſpectato ſolo Iure communi, foret fortàſsis magis probabilis.* D. Franciſcus de Amaya *in dict.l.3.num.31.* qui ità ait: *Quam ſententiam veriorem ego agnoſco, cùm de tali priuilegio nullum ſit Ius, quod illud inducat, & certum ſit, vbi Fiſcus nõ reperitur ſpecialitèr priuilegiatus, vti priuilegio priuati, &c.* Qui Doctores reſpondent ad *dict. l.Si Minori 3.* quòd ideô ibi Procurator Cæſaris fuit Iudex, quîa ille qui repetebat rem venditam per Fiſcũ, allegabat eam venditionem fuiſſe nullam, vt potè minori pretio factam, per dolum emptoris, vel etiam per gratiam officialium, & ità principalitèr agebatur de nullitate venditionis factę per Fiſcum.

Nam

Nam ſi ea præſuppoſita ex alia cauſa actor conueniret emptores, & Fiſcus compareret ad eum defendendum inducenda eſſet *Regula dict. l. Venditor.* Tondutus *de Præuent. Iudiciali, cap. 20. num. 21.*

38 Alij verò ſic declarant, & diſtinguunt, vt ſi Fiſcus in ſe cauſam aſſumat, tamquàm procurator in rem ſuam, poſsit cauſam ad ſuos Iudices trahere, & ab alijs Iudicibus auocare, ſecùs verò ſi non hoc modo veniat ad Iudicium, vt videre licèt apud Hermoſillam *in notis ad dict. l. 33. gloſſ. 1. num. 20. verſ. Sed in hac controuerſia tenendũ eſt,* & Ayllon *in Addit. ad Antonium Gomez dict. cap. 2. num. 40. verſic. Item adde quòd talis venditor, vel Auctor,* qui adducit D. D. Franciſc. Salgado *de Retent. Bullar. parte 2. cap. 13. num 45. & ſeqq.* Vbi latè agit de tertio in Iudicio comparente ex Iure ſuo proprio, independenti à Iure controuerſo inter actorem, & reum, vel ex Iure dependentiam, & connexitatem habente ab eo, de quo inter eos diſceptatur, & comprobari poteſt ex traditis ab Ancharrano *in cap. ea quæ. 26. quæſt. 17. ſub num. 1. verſic. non obſtat quod notat Speculator,* & cum eo à Ciriaco *tom. 2. controu. 383. num. 13. & 14.* Mangilio *de Euict. quæſt. 7. num. 5.*

39 His ſic neceſſariò de Iure communi præhabitis, apûd nos, de Iure Regio, praxi obtinuit, vt omnes lites, in quibus interuenire debet Regius Fiſci Patronus, remittantur ad Iudices Regios, vel ab eis auocentur, & eximantur à quibuſcumque Iudicibus Ordinarijs, vt teſtis oculatus eſt D. Thomàs Carleual *dict. diſput. 2. numer. 703.* vbi agitata quæſtione, & propoſita reſolutione de Iure communi, & de Iure Neapolitano, ſic concludit: *Et in Regno Caſtellæ eſt praxi receptum, vt omnes lites in quibus interuenire debet Fiſcalis Regij Patrimonij, remittantur ad Regij Patrimonij Iudices, & ab eis auocentur à cæteris quibuſquè Tribunalibus: & memini ſæpiſsimè dùm eßem delegatus in Curia Regia Conſilij Regij Patrimonij in cauſis decoctorum Fiſci debitorum, & alijs eiuſcèmodi, quoties intereſſe quodcumque Fiſci vertebatur, expediſſe me mandata inhibitoria quibuſcumque Tabellionibus, & Hortatorias directas ad quoſuis Iudices, à quibus petebam, vt cauſas ad me remitterent, qui ſemper obſequebantur, & ſi quandòque contentio orta ſit, delata re ad Supremos Iudices competentiarum, ſemper obtinui, vt cauſæ ad me remitterentur, &c.* Et cum Peregrino, Alfaro, & alijs. D. Epiſcopus Fermoſinus *allegat. 3. num. 6. part. 1. Allegat. Fiſc.* D. D. Ioannes de Solorçano *de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 6. numer. 28.* vbi alios citat, ſed hoc videtur intelligendum, & ſequendum cùm grano ſalis, ſcilicèt, quandò clarè conſtat Fiſcum teneri de euictione, vt iuxtâ pragmaticas Neapolis idem ſtatuentes, benè obſeruat Rouitus *ad Pragmat. 13. §. Item cùm de Iure,* ibi: *Quod intelligas cùm grano ſalis, Nempè quando Fiſcus re vera*

vera tenetur de euictione, ſecùs ſi non conſtaret in promptu de intereſſe Fiſci, &c. Et dicit ità obtinuiſſe, & eum ſequitur Cæſar Gallupus *in Praxi, part. 2. cap. 6. num. 80.* & faciunt deciſiones huius Supremi Conſilij Regij Patrimonij, quas refert Guzman *dict. quæſt. 8. nu. 19. & à principio* benè hanc reſolutionem comprobat, vt ſuprà dixi. Carleual *de Iudicijs dict. diſput. 2. num. 700.* quem ſequitur Hodierna *ad Surdum deciſ. 110. num. 17.*

40 Quod tamèn ita accipiendum eſt, vt quotiès in Fiſco, & eius Iudicibus hæc auocatio locum habeat, cauſæ diſcuſio, & protelatio fiat, & tractetur ſeruato ordine Iuris, niſi in his, in quibus ſpecialitèr ſit prouiſum, *l. 1. vbi* Bart. *& alij DD. C. de Conduct. & Procurat. prædio. fiſc. lib. 11.* Iaſſon *in l. Re coniuncti num. 120. ff. de legat. 3.* Baldus *in l. Properandum, C. de Iudicijs.* Lancelotus Conrado *in Templo Iudicum, lib. 1. cap. 8. num. 19.* D. Molina *de Primog. lib. 4. cap. 3. num. 46.* Parladorus *lib. 2. rer. quotid. cap fin. 4. part. §. 13. num. 1.* Berart. *in Specul. viſit. cap. 15. num. 30.* Eſcalona *in Gazophilacio Regio, lib. 1. part. 2. cap. 6. in margine litt. D.* circà quod notanda eſt *l. 5. tit. 7. lib. 9. Recopilat.* vbi aliqua ſpecialia in hoc ſtatuuntur.

41 Immò & ſub bono Principe Fiſci cauſa multotiès habetur mala, *l. 2. C. de Aduocato Fiſci in C. Theodoſiano.* Plinius *in Panegyr. ad Trajanum*, his elegantibus verbis: *Eodem foro vtuntur principatus, & libertas, quæ præcipua tua gloria eſt, ſæpiùs vincitur fiſcus, cuius mala cauſa numquàm eſt niſi ſub bono Principe*, cuius meminère D. Couarr. *lib. 1. variar. cap. 16. in princip.* & Andræas Faquineus *lib. 10. controu. cap. 37.* & cùm Caſiodoro *in diuerſis Epiſtolis* D. Valençuela Velazquez *conſ. 155. num. 2. tom. 2.* Iacobus Simancas *de Catholicis inſtit. tit. 9. num. 53. & 54.*

42 Et Couarr. agit *ibidèm* de celebri illa deciſione Tex. *in l. Non puto 10. ff. de Iure Fiſci*, & eius vero intellectu, ſcilicèt, quòd quotiès dubia fuerit Fiſci probatio, & de illius certo Iure non liqueat, tûnc contrà Fiſcum iudicandũ ſit, quaſi Principes, niſi iuſtum, & certum lucrũ fiſci appetere non debeant, vt cum Peregrino *de Iur. Fiſc. lib. 6. tit. 6. num. 22. & 23.* tenent etiâm D. D. Ioan. de Larrea *tom. 1. Allegat. Fiſc. in proœmio, num. 8. & 9.* Carleual *de Iudicijs, tom. 2. diſput. 1. nu. 34.* D. Gregor. Ganauerro *deciſ. 1. num. 120.* & nouiſsimè Faria *in Addit. ad Couarr. lib. 1. dict. cap. 16. num. 6.* qui alios referũt. & notari debet quod dixit Bald. *in l. Magis puto, §. Itemque Synopſim, ff. de Rebus eorum.* In eo fundari iuſtitiam Franciæ, quòd ſi pauper habeat litem cum Rege, & non habeat vndè faciat expenſas litis, quôd Rex adminiſtrat ei aduocatum, vt veritas cauſæ eruatur, & cum eo tenet Renatus Chopinus *de Demanio Franciæ, lib. 3. tit. 24. num. 5.* conueniunt Tuſchus *litter. F. concluſ. 399.* Hodierna ad Surdum *deciſ. 13. n. 9.* vbi cùm alijs intelli-

intelligit Text. *in dict. l. Non puto*, quandò Fiſcus tractat de lucro captando, & priuatus de damno euitando, & quòd Fiſcus in multis ſit deterioris conditionis, quàm priuatus *ex gloſſ. fin. in l. Quotiès, C. de Exactor. tribut. lib.* 10. quam dicit ſingularem Ioannes Faber. *in §. Item aduerſus inſtit. de actionibus*, tenet etiâm Surdus *deciſ.* 18. *nu.* 13. & latiùs Tuſchus *litter. F. concluſ.* 400. Amaya *in l.* 1. *C. de Iure Fiſci, lib.* 10. *num.* 44. Guacinus *de defenſ. reorum defenſ.* 35. *cap.* 19. Menoch. *de Præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 72. Ganauerro ſuprà citatus, qui benè declarant.

43 Et D.D. Ioannes de Larrea *dict. tom.* 1. *Allegat. Fiſc. in proœmio, num.* 9. Faria *in Addit. ad dictum caput.* 16. *Couarr. num.* 5. ex Porreno *de dictis, & factis Philippi II. cap.* 10. referunt ſententiam, ſimilem ei, quam Trajanus dictauit, Domini Noſtri Regis Philippi Secundi, qui Hiſpanorum ſecundus Trajanus, virtute, iuſtitia, & prudentia, verè extitit. Nàm cùm anno 1570. eſſet in Villa del Eſcorial, & illum adiſſet Doctor Velaſco Supremi Conſilij, & Camerę Senator, vt conſuleret de cauſa, ex qua maximum compendium Fiſco poterat ſequi; Reſpondit Rex ſapientiſsimus, & iuſtus: *Doctor ſemper in Cura habe, & renuntia Senatui, in dubiò ſemper contrà me iudicandum*, quod efert etiàm Cabrera *in eius Hiſtoria lib.* 10. *cap.* 5. *circà finem*, meritò extollens hoc dictum, & auidè cupiens D. Rea quòd Principes imitentur.

44 Quod non deſideraret, ſi tempora Imperij Domini Noſtri Regis Philippi IV. verè magni, & prudentis, & verè iuſtitię, & Religioni, & recto Regnorum, & ſubditorum moderamini ex animi affectu dediti, à principio attentè intueretur, & poſteriora aſſequutus fuiſſet, qui die decima ſeptima menſis Septembris anni 1665. Summo totius Regni dolore, hanc mortalem, & tot calamitatibus expoſitam lucis vſuram cum æterna, & perenni (vt ex ſingularibus animi virtutibus, quas ſempèr coluit, coniectari poſſumus) commutauit. Is enim eidem ſententię arridens, eam, in cauſa graui ad Regiam Cameram ſpectante, ſequutus fuit, vt teſtatur D. Didacus de Saauedra *in Schemate politico, cui titulus Regit, & corrigit in finè*, & primis dominationis ſuę annis, Supremis huius Curię Tribunalibus ipſi immediatis, ex quibus omnes Iuriſdictiones, tamquàm riui emanant, & profluunt, animũ rectę, & ſincerę adminiſtrationis Iuſtitię, & Regiminis, & in Dei obſequium, ſummè commendauit & enixè teſtatus eſt, Regio Decreto ad illa expedito die 14. Auguſti anni 1627. cuius verba refert D. Ioanes de Tapia *in illuſtratione cognominis Magni*, quod iuſtiſsimè aſſequutus fuit, *in elogio* 1. *verſ. ha promulgado, fol. mihi* 12. & tandèm geminatê hûc etiàm reſpiciens, die 24. menſis Ianuarij anni 1643. aliud eis expediri fecit, quod ad litteram tranſcribit eruditiſsimus

D.D.

D.D.Ioanes de Solorçano *in ſuis Aureis Emblematibus in Epiſtola dedicatoria ad prædictum Regem Philippum IV.* cuius ocaſione, & eius verborũ efficacia, & ſummo zelo accenſus, illud talibus commentarijs illuſtrare decreuit. Et ſimilitèr extollit eruditiſſimus Conſiliarius D.Laurẽtius Matheù *in eorum Emblematum traductione, quam vulgari idiomate fecit, in præludio.* Sicùt etiã Excelentᵍ. Dom.D.Chriſtophorus Creſpi, Supremi Regni Aragon. Conſilij doctus, & vigilantiſsimus Vicecancellarius, & nũnc Regni ſimul cùm aliis Gubernator, ſeù veriùs Conſultor, ſubmiſus Imperio, & Dominationi Auguſtiſsimæ, & cunctis Naturę, & fortunæ donibus affluentis, D. D.Marianæ Auſtriacę Noſtræ Reginæ, Tutricis D.Noſtri, Præcoci, & immatura ętate Regis, Caroli Secundi eius filij, à Prædicto D. Noſtro Rege in vltimo ſuo elogio nominatus, *in ſuis obſeruationibus, initio operis in admonitione ad lectores, numer.* 30. vbi ex eo hæc aurea verba meritò commendat. *Mandoos con toda preciſion, que ſiempre me trateis verdad liſamente, aunque os parezca que ſea en coſa contra mi guſto. Y aunque eſtoy cierto, que ſi Dios no me dexa de ſu mano, Yo no le tendrè en nada, que ſea contra lo que os digo, como hombre puede ſer que yerre; Y para en eſte caſo es quando mas he meneſter que mis Miniſtros hablen claro, y no me dexen errar. Y mirad, que os pedirè eſtrecha cuenta à todos, ſi auiendo Yo declarado en eſta forma mi voluntad, voſotros no cumplis con ella.*

45 Pro qua enixa intimatione, quæ eternis digna eſt monumentis, & cordibus Regum, & Miniſtrorum, eius obſeruantia debet eſſe infixa, benè facit celebre aliud dicterium D.Regis Alphonſi, relatum à Ioane Franciſco de Ponte *de Poteſt. Proregis, tit.4. de Regalibus impoſit, §.8. num.41.* his verbis: *Sic Regalem dignitatem cùm munere, officioque deuinctam, habent Reges ſuos Conſiliarios, & in magna copia, Deus faxit, vt Conſilium ſit ſemper fidum, & rectum: Hinc Alphonſus ille inter Reges maximus, & memorandus ſciſcitatus, qui eſſent optimi Conſiliarij? Mortui, reſpondit, libros, ſcilicèt, qui nihil blandientes, nihil celantes, puram, meramque propinant veritatem,* quod poteſt exornari ex his, quę adducunt D. D. Ioanes Baptiſta Velazquez Valençuela *conſ.162. à nu.68.* Antonius de Vallis *in Tractatibus varijs, lib. 2.quæſt.10. à num.48.*

QVÆSTIO V.

An hæc Iuriſdictio locum habeat, etiàm contrà Eccleſiaſticas Perſonas cuiuſcumque dignitatis, quę ſe incõductione, adminiſtratione, aùt alia qualibet re concernente Regios reditus, & eorum exactionem intromiſſerint? Quod ſingularitèr demonſtratur, & exornatur.

Summarium Quæſtionis Quintæ.

Num. 1. *Iuriſdictio Iudicis decoctionum, & aliorum Iudicum Fiſcalium adeò eſt priuatiua, vt poſsit exerceri etiàm contrà Eccleſiaſticos, qui ſe in conductione, adminiſtratione, aùt alia qualibèt re concernente Regios reditus, & eorum exactionem intromiſſerint.*

2 *Clericus conuenitur coràm Iudice Sæculari prò gabella debita ex negotiatione, & ſic pluriès in praxi declaratum eſt.*

3 *Quod intelligitur quòad bona non quoad perſonam.*

4 *Clericus conuenitur coràm Iudice Sæculari pro adminiſtratione rei profanæ, depoſito, tutela, ſeù cura ab eo illi iniuncta, & num.* 5. *Vbi àn eo caſu executio contrà eius bona temporalia debeat fieri pèr ipſum Iudicem laicum, vèl per Eccleſiaſticum?*

6 *Epiſcopus, cui lex dat diſtributionem bonorũ relictorum ad opus pium, coràm Iudice Sæculari tenetur rationem reddere.*

7 *Clericus Gabellarum Regiarum, ſeù Vectigalium conductor, àn ſubjiciatur Iuriſdictioni Regiorum, & Fiſcalium Iudicùm?*

8 *Referuntur Authores prò opinione affirmatiua facientes.*

9 *Adducitur D. Menchaca, qui hanc reſolutionẽ admittit in caſu, quo Clericus tẽpore cõductionis, vt laicus incederet, & ſe laicũ mentitus eſſet.*

10 *Clericus regularitèr, vt gaudeat ſua immunitate, nèc poſsit eius perſona à Iudice Sæculari tangi, debet incedere in habitu, & tonſura Clericali, & idem in Clerico in minoribus conſtituto, & in coniugato, qui à Gabellis, & collectis non eſt immunis.*

11 *Religio Catholica, prò qua ſumma ratio facit, in Hiſpaniæ Regnis ſempèr ſplenduit, & floruit. Et maximè Potentiſsimi eorum Monarchæi deferunt. Quæ principalis, àc ferè vnica cauſa amplitudinis, & firmitatis huius Monarchiæ eſſe conijcitur.*

12 *In Hiſpania miraculosè tres Soles apparuerunt die Natiuitatis Domini, quàſi in ſignum confeſsionis Trinitatis, qua inſignis futura erat, & quòd Hiſpania fuit melioratio data Chriſto Domino à Patre Eterno.*

13 *Reſoluitur, Clericum etiàm conductorem Regiorum redituum non poſſe per Iudicem Secularem capi, nèc carcere detineri, ſed ſolùm bona negotiationi, & commertio Seculari expoſita.*

14 *Reſolutio eadem ſequenda eſt, in Clerico prò tributis Regi debitis.*

15 *Idem comprobatur ex deciſione Grauiſsimorum Senatorũ, & Præſidum Supremorum huius Curiæ Tribunalium, & Decreto iuxtà eam expedito die 27. menſis Ianuarij anni 1598. quæ refertur.*

16 *Idem procedit, & tenendum eſt in Epiſcopo, qui de facto fideiuſsit prò conductoribus Regiorum reddituum, vèl adminiſtrauit bona Principis laici, & num. 17 & 18.*

19 *Epiſcopus, his caſibus, non poteſt cõpelli prò ratione reddenda pèr Iudicem laicũ, ſed ſolùm per ſuũ Metropolitanũ, niſi eſſet in fuga, vèl ſuſpectus de ea, quo caſu poteſt detineri, vt præſentetur Papæ, vèl Superiori.*

20 *Reſpondetur fundamentis contrariæ opinionis, & probatur veriùs eſſe non teneri Clericum reddere rationem adminiſtrationis, ſeù rei ſibi iniunctæ pèr Iudicem Secularem, coràm eo.*

21 *Ponderatur prò hoc* Rouitus dec. 20. & alij Authores, & n. 22.

22 L. 5. tit. 10. part. 6. *difficilis ſanè, explicatur vſquè ad numer.* 26.

27 *Clerici, & Eccleſiaſtici, qui ſe immiſcent cum conductoribus Regiorum reddituum, opem eis ferentes contrà fiſcum, & creditores, ſeù eorum exactionem impedientes, àn ſubdantur Iuriſdictioni Iudicum Regiorum?*

28 *Clerici, & Eccleſiaſtici ligantur legibus Regni, quæ diſponunt circà reditus Regios, eorum adminiſtrationem, ſeù exactionem, & nè defraudentur, & in omnibus id attinentibus illum forum ſortiuntur, ſcilicèt, ſi velint aliquod petere à Theſaurarijs Regijs, vel contentio ſit de Iuribus Regalibus, ſeù de valore, vèl interpretatione donationum, vèl priuilegiorum Principalium. Et num.* 29.

30 *Clerici, & Eccleſiaſtici habentes donationes, Priuilegia, ſeù Iura Regalia à Rege, ſi prò eorum exactione, ſeù interpretatione, quouis prætextu compareant coràm Iudicibus Eccleſiaſticis, ipſo facto ea amittunt.*

31 *Conductores, Suſceptores, ſeù fideiuſſores reddituum Regalium, ſi ſupèr qualibet re ad eos ſpectante, Iudices Eccleſiaſticos pulſauerint, & ad eos recurrerint, omnia bona ſua amittunt, prætèr priuationem terræ, vel quitantiæ habitæ à Rege, ad quod ſufficit ſola citatio.*

32 *Princeps Secularis poteſt lege, vel ſtatuto prohibere, nè bona immobilia in Eccleſiam, ſeù Eccleſiaſticas Perſonas alienentur, vèl quocumque titulo poſsint tranſire, quod pluribus legibus, ordinationibus,*

nibus, & ſtatutis diuerſarum Prouinciarum ſtabilitum eſt.

33 Princeps poteſt donare, ſeù alias concedere Iura ſua, reditus, vel alia bona, adiecto eo pacto, & conditione, vt non poſsint tranſire, ſeù alienari in Eccleſiam, vel Perſonas Eccleſiaſticas.

34 Clerici, & Eccleſiaſtici non poſſunt fidem ſuam acommodare laicis, qui fictitias, & ſimulatas donationes, ſeù ceſsiones ipſis faciunt, animo Iura Regia, & contributiones defraudandi, & tales donationes, ſeù ceſsiones ſunt nullæ, & ſic declarari debet per Iudices Seculares, & Regios, ad quos ſpectat hæc cognitio.

35 Concluſio ſupradicta comprobatur de Iure Regio, & reſolutionibus Grauiſsimorum Authorum, & num. 36. quòd procedit etiam in foro conſcientiæ, nèc Eccleſiaſticæ immunitati aduerſatur.

37 Simulatio donationis, ſeù ceſsionis factæ per laicum Clericis, & exemptis, in fraudem contributionum, & Iurium Regi debitorum, quomodò probetur?

38 Clerici, & Eccleſiaſtici prohibentur Iuriſdictioni Regiæ, & Iudicũ laicorum, ſe opponere, & eam turbare, vel impedire, & quomodò eorum Iuriſdictioni ſubdantur?

39 Princeps, & eius Iudices Regij procedere poſſunt contrà Eccleſiaſticos, qui turbant, vel impediũt exactionem Iurium Regiorum, vel ea vſurpant.

40 Epiſcopi antè adeptionem poſſeſsionis Epiſcopatus, Iuramentum præſtant, de que no iràn contra el Patronazgo Real, ni la percepcion de los dos nouenos, que en los diezmos ſe reſeruan à ſu Mageſtad, ni otra alguna cobrança de los derechos, y Rentas Reales, quod excludit, & interrumpit quamlibèt præſcriptionem, quam Epiſcopi allegare poſſent, in præjudicium cuiuſque Iuris Regalis.

41 Eccleſiaſtici Regia Vectigalia ſubtrahentes, vel ſubtrahentibus opem ferentes, tenentur in foro animæ ad reſtitutionem vectigalis fraudati.

42 Senatus Regij Patrimonij expedit litteras Regias contrà Iudices Eccleſiaſticos protegentes eos, qui ſubtrahunt Regia Vectigalia, vel ſubtrahentibus auxiliantur, & referuntur Authores de hac praxi deponentes, & exemplaria vſquè ad num. 46.

47 Reprehenditur Gironda dùm ait, quòd ſi per Iudices Eccleſiaſticos vis fiat in cauſis gabellarũ, implorandum eſt auxilium Regiarum Chancellariarum.

48 D. D. Ioannes de Larrea adducitur benè hanc praxim exponens, & comprobans.

49 Decoctio grauis refertur, in qua Author criminalitèr proceſsit cùm magno beneficio Regij Patrimonij, & creditorum, & Index Ordinarius Eccleſiaſticus huius Curiæ, voluit eum cenſuris impedire.

50 Schedula Regia ponitur directa huic Iudici, vt ſe inhiberet, vt exequutus eſt, num. 51.

1 IVriſdictio Iudicis decoctionum,& reliquorũ Iudicum Fiſcalium,de qua egimus *in quæſtione præcedenti* concernens cauſas fiſcales, in quibus Regium Patrimonium habet intereſſe, adeò eſt priuatiua,& fauorabilis, vt etiàm poſsit exerceri in caſu quo Perſona quælibet Eccleſiaſtica, ſiuè in maiori,ſiuè minori dignitate conſtituta cõduxerit, vel adminiſtrauerit Regios reditus, ſeù quotcumque dirictus, vel prò conductoribus interceſſerit, iuxtà traddita *ſuprà Titulo* 1. *quæſtione* 9. *num.* 10. *& ſeqq.* vel alio modo ſe in eorum adminiſtratione,vel ſubtractione intromiſſerit, impediendo quomodòlibet exactionem,vel conductoribus decoctis, vel fallitis, in damnum fiſci,& creditorum, opem, ſeû auxilium ferendo. Circà quod, quià in eo cautè procedẽdũ eſt,&ſunt aliqua ſpecialia,licet animaduertere.

2 Quòd in eo, qui conduxit Regia Vectigalia, vel prò conductoribus fideiuſsit, dicendum videtur coràm Iudice Seculari conueniri poſſe, ſicùt etiàm conuenitur pro gabella debita ex negotiatione, vt cùm Andræa Tiraquello *de Retractu tit.* 1. §. 32. *gloſſ.* 1. *num.* 80. & Aufrerio, & Gulielmo Bened. *in locis ibi relatis*, probat Mexia *ad Pragm. taxæ panis concl.* 5. *nu.* 23. & cum eo,& alijs Laſart. *de Gabellis, cap.* 19. *nu.* 84. vbi tàm in actione reali, quàm in perſonali idem probat,& reddit rationem in hunc modum: *Et quidèm coràm Iudice Seculari: Quià cum proptèr negotiationis delictum lure laici cenſeatur, & eum à ſeculari iuriſdictione Eccleſia nõ defendat, vt tradit Text. in cap. fin. de Vita, & honeſt. Cleric. & dict. l.* 7. *Recopilationis, & l.* 3. *in quaterno gabellarum*, ibi: *Como ſi fueſſen legos. Non poterit fori priuilegium allegare*, idem tenent Gregorius Lopez *in l.* 49. *tit.* 6. *part.* 1. *gloſſ.* 3. & Humada *in eius Scholijs, in gloſſ. verbo, Las franquezas nu.* 2. Girond. *de Gabellis, part.* 7. *in princip. num.* 25. *& ſeqq.* vbi latè comprobat, & tandèm *num.* 29. ità ait: *Et hanc opinionem in praxi iàm receptam vidi in mea Ciuitate Ronda, me pro quodam Gabellario Patrocinante, & in Granatenſi Prætorio, & in Supremo Contatorum, & Calculatorum, prò Iuriſdictione Seculari fuit pronuntiatum: & ſemèl, atquè iterùm in dicto Granatenſi prætorio declaratum fuit Iudicem Eccleſiaſticum, qui cenſuris contrà Secularem procedebat, vim inferre, liſque fuit intèr Regios Auditores, & Conſiliarios maturo Conſilio animaduerſa, & tandèm Gabellarius obtinuit, & cauſa ad ſecularem Iudicem remiſſa fuit, eique competere fuit declaratũ*, quem refert, & ſequitur Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 124. Azeu. *in l.* 7. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recop. n.* 13. & 14. vbi quòd in praxi hæc opinio recepta eſt. Gutier. *de Gabellis, q.* 94. *n.* 6. & 7. Torrebl. *de Iur. Spiritua. lib.* 15. *c.* 14. *n.* 22. *& ſeqq.* Ripol

de

de Regalijs, cap.7. à nu.69. Peteyra *de Manu Regia, cap.38.numer.5.* Sanchez *de Matrimonio, lib.7.diſput. 46. num.16.& lib.2. conſil.mor. cap. 4. dubio 51. num 6. & dubio 52.* & iterùm *dubio 55. num.30.& nu.31.* vbi latè declarat Parladorus *lib. 1. rerum quotid.cap.3.§.1.num.4.* Paulus Comitolus *lib.1. reſponſ. moral. quæſtion. 53.* & cûm alijs Fagundez *lib.5. de Iuſtit. cap.11. num.9.* & Carolus Cala *in Peculiari tract. de Contrabannis Clericorũ à nu.220.* vbi latè comprobat Fontan. *deciſ. 518. à n.7.tom.2.* benè exornans, & quã plures referens Carol.de Graſ. *de Effect.Cleric.effect.3.n.176.*

3 Qui, & omnes Authores prædicti hoc intelligunt,& declarant quòad bona,& facultates Clerici, non verò quôad perſonam, *ex dict.cap.fin. de Vita, & honeſt. Cleric.* ibi: *De ſuis facultatibus,* & ſic Clericus in hac ſpecie, captis pignoribus, poterit adſtringi ad ſolutionem gabellę, caſu quo eam debeat, ſecundùm Azeuedo *vbi ſup. & in l.11.tit.3.lib.1.Recopil.num.5. ad finem,* & reliquos ſuprâ poſitos, benè Flores de Mena *lib.2. variar. quæſ.21.§.4 n.131.& 132.* vbi quòd licèt in Clerico negotiatore requiratur trina monitio, in gabellis non eſt neceſſaria. D.D.Franciſco Salgado *de Reg.Protect.part.4. cap. 14.num.303.* Roſella, & Angelus relati à Thoma del Benè *de Parlamentis dubit.26. ſect.3. num 5.& 6. & de Immunitate Eccleſ.tom.1. cap. 5. dub.4.* D. Epiſcopus Petrus de Tapia *in ſua Catena moralis doctrinæ, lib.4.de legibus, quæſt.11.art.22.* Cuteli *de Immun.lib.2.quæſt.42. ex nu.7.* Zeuallos *Comm. contrà comm. quæſt.897. à nu.620. tom.4.* Paz *in dict. l.118.ſtyli num.4.* Vbi quòad capturam non aſſentitur legis deciſioni cùm multis Carleu. *de Iudicijs, tom.1.diſp.2.quæſt.3. nu.159.* Gabriel Berart. *de Viſitat. cap.3. nu. 45.*& benè Cala *vbi proximè, num. 223.& ſeqq.& à nu.228.* conuenit eũ Flor.de Mena,& benè declarat.

4 Et eodem modo, quo Clericus etiàm conuenitur coràm Iudice Sæculari prò adminiſtratione rei profanę, vt tutela, ſeù cura, vel alia ſimili ab eo illi iniuncta, vt eſt Text. *in cap.Sacerdotibus, Nè Clerici, vel Monachi,* quià eo caſu videtur nudari priuilegio Clericali, vt tradit Gulielmus Benedictus *in cap.Rainuntius, verbo,& vxorem deciſ.2. num.127.& 128.* & facit *l.fin. C.de Iuriſd.omn. Iud.* vbi aliquas profeſiones, vel negotiationes exercentes, Iudicũ, ad quos earum cura pertinet, Iuriſdictionem declinare non poſſunt, etiàm prætextu prærogatiuę, militię, cinguli, vel dignitatis. Baldus *in l. Acceptam, C. de vſuris,* vbi quòd Clericus, qui depoſitum accepit de manu Iudicis Secularis, pèr eum cogendus eſt illud reddere. Petrus Rebuffus *ad Conſtitutiones Galliæ, tom.3.tit.de Sequæſtr. artic.7. gloſſa vnica, num.3.* Camillus Borrelus *in Summa deciſionum, titulo 43. de foro competenti num.91.* Narbon. *in l.20.tit.1.lib.4. Recopil.gloſſa 20. num.21.* Zeuallos *de cognitione per*

viam violentiæ, 2. par. quæſt. 64. num. 15. & tom. 4. commun. contrà communes, quæſt. 897. num. 610. & 611. Eſcouar *de Ratiocinijs cap. 7. à num. 7.* vbi latè, & benè explicat, & adducit *l. 45. tit. 6. part. 1. & l. 14. tit. 16. part. 6.* & tandèm *num. 24.* diſtinguit Clericum tutelam, ſeũ curam alicuius perſonę miſerabilis, miſericordia motum, ſuſcipientem, vt hoc caſu non amittat priuilegium fori, ab eo, qui alteri adminiſtrationi lucrifaciendi cauſa ſe immiſceat, vt tùnc amittat, de qua reſolutione dubitat Marinis *lib. 1. reſolut. quotid. cap. 53. num. 19.* Bobadilla *in Politica lib. 2. cap. 18. num. 226. & 227.* Gutierrez *de Tutelis part. 1. cap. 1. num. 26. & part. 3. cap. 1. num. 9.* Graſsis *de Effectibus Clericatus effectu 1. num. 984.* Marcabrunus *conſ. 44. num 49.* D.D. Franciſcus de Salgado *de Regia Protect. part. 4. cap. 14. num. 9. & ſequentibus.* D. Franciſcus de Torreblanca *de Iure Spirituali dict. lib. 15. cap. 14. num. 5. & 6.* vbi benè comprobat Paz *ad dict. l. 118. ſtyli num. 2.* Parlador. *in ſexquicenturia, differentia 9. §. 4. num. 17.* Sarauia *de Iuriſdict. adiunctorum quæſt. 30. nu. 2.*

5 Ioanes Franciſcus Tondutus *de Præuent. Iudiciali part. 2. cap. 29. num. 45. & ſequentibus, & num. 52.* vbi cum Barboſa *de Vniuerſo Iure Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 124.* agit de Clerico depoſitario, & ait ex veriori ſententia ſolùm poſſe cogi ad reſtitutionem depoſiti per Iudicem Eccleſiaſticum, ſed cùm Doctoribus prædictis contrarium tenentibus conuenit etiâm Surdus *conſ. 280. à nu. 10.* & latiſsimè quæſtionem exornat D. Michaël de Cortiada *in Praxi content. deciſ. 10. numer. 114.* & alij adducti à Pareja *de Vniu. inſtr. edit. tom. 2. tit. 6. reſolut. 9. num. 54.* qui quidèm *num. 31. & 37. cùm ſeqq.* nititur probare in omnibus caſibus, in quibus permiſſum eſt à Iure Iudici laico ſententiam ferre contrà Clericum, non poſſe per eundem exequi contrà eius bona temporalia, ſed executionem realem faciendam eſſe per Iudicem Eccleſiaſticum, cuius contrarium, ſcilicèt, hoc caſu eundem Iudicem laicum, qui protulit ſententiam contrà Clericum, poſſe eam exequi in eius bonis, defendunt, & probant D. D. Franciſcus Salgado *de Regia Protect. par. 4. cap. 14. num. 89.* & Thomàs Carleual *de Iudicijs, tom. 1. diſput. 2. num. 927.* Fontanela *deciſ. 515. num. 7. tom. 2.* & videndus eſt etiam Meſſa *lib. 2. var. cap. 35. nu. 10. & ſeqq.* & D. Ioſeph Vela *diſertat. 45. num. 85. & ſeqq. tom. 2.* vbi latè agit de materia, & eam declarat.

6 Immò & in Epiſcopo, cui lex ciuilis dat diſtributionem bonorum relictorum ad opus pium, quòd coràm Iudice Seculari debeat reddere rationem probatur *in l. Nulli, C. de Epiſcop. & Clericis,* & eſt expreſſa *l. 5. tit. 10. partita 6.* ibi: *Pero deſpues que ſea paſſado vn año que recibiò los marauedis, para eſto fazer, tenudo es el Obiſpo de dar*

cuenta

cuenta por ſi, ò por otro al Iuez Ordinario, vbi Gregorius Lopez *gloſſa 6.* ità ait: *Habes hic caſum, in quo Epiſcopus efficitur de foro Iudicis Secularis: & mirùm quià ex quo lex ei dedit illam diſtributionem, quòd ipſe ſimilitèr teneatur reddere rationem coràm Iudice Seculari*, & notat Eſcouar *vbi ſuprà num.* 13. D. D. Ioannes Baptiſta de Larrea *allegat.* 27. *num.* 20. *tom.* 1. *allegat. fiſcal.* & expreſiùs Pater Molina *de Iuſtitia, & Iur. tom.* 1. *tract.* 2. *diſput.* 247. *verſic. excipitur*, vbi conuenit cum Gregorio Lopez, & idem tenet Vuadingus *de contr. diſput.* 4. *dubio* 13. §. 6. *num.* 3. Gabriel Berart. *in Speculo Viſitat. cap.* 23. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi idem probat in Summo Pontifice, & in Imperatore, quod etiàm ſequitur cûm Damauderio, Beroio, & Ioſepho Ludouico Marinis *in obſeruation. ad deciſionem* 29. *Reuerterij.*

7 Et ità in noſtra quæſtione principali Clerici, qui de facto conduxit Regia Vectigalia, tenet etiam Baeça *de Inop. debit. cap.* 17. *num.* 15. vbi cûm in principio poſuiſſet *dict. l.* 18 *ſtyli*, & ſtatim referat opinionem Caſtelli *in dict. l.* 66. *Taur. verb. de ſe arraygar, col.* 9. *verſ. niſi dicas*, ſuprà relatam, ità ait: *Deindè dicit quòd illa lex ſtyli hodiè non ſeruabitur, quoniàm per l.* 57. *del Quaderno de las Alcaualas, Clerici prohibentur conducere Regia Vectigalia, & fideiubere pro conductoribus. Sed reſpondè, quòd ſi de facto conducit, vel fideiubet? Vtique ſeruabitur lex ſtyli.*

8 Et concinit etiam Mexia *dict. conclu.* 5. *num.* 24. vbi cùm *num. anteced.* egiſſet de Clerico negotiatore, *vt proximè notauimus*, & obſeruaſſet ad hoc, quòd tales non vice Clericorum, ſed laicorum vti videantur, laicorumque perſonas repreſentent, àc ſuo priuilegio renuntiaſſe cenſeantur, in argumentum *l.* 4. *tit.* 2. *lib.* 4. *ordin.* hodiè *l.* 4. *tit.* 2. *lib.* 6. *Recopilat.* quę loquuntur in nobili conductore, in quo eas adduxi *ſuprà tit.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 9. & illa verba: *Porque en tal caſo è l meſmo quebranta ſu libertad.* Proſequitur *num.* 24 *Quo in caſu non eſſet ponere os in Cœlum dicere, quòd ſi Clericus eſſet Gabellarum Regiarum, aùt vectigalium conductor, poſſe in vinculis ob earum ſolutionem à Iudice laico detineri, quaſi Clericus ille ſuo fori priuilegio renuntiaſſe intelligatur à ſimili dict. l.* 4. *& dict. cap. fin.* & prò motiuo quæſtionis adducit, quòd id tolerabile quodammodò habeatur vbi vſu inueterato receptum eſſet, cum Baldo, & Ioan. Fabro intelligentibus vix tolerabile eſſe, laudabile autèm minimê. Et facit Rip. *Var. cap.* 1. *nu.* 183. vbi quòd Clericus ſubijcitur Iuriſdictioni Dominorum Deputatorum Generalis Cathalonię, ratione arrendamentorum, & aliorum Iurium dependentium ex Bolla, & ſic per eos capitur. In quo ſingularitèr ratiocinatur D. Marius Curtelus *de priſca, & recenti Eccleſ. Immunit. lib.* 2. *quæſt.* 19. *à princip. & à num.* 8. vbi agens de Clericis in Sacris Conſtitutis, qui conueniun-

tur

tur pro adminiſtratione publicarum pecuniarum *num.*111.ità concludit: *Ergò dicendum eſt, poſſe Principem ſinè violatione exemptionis priuato iure Clericos ad redditionem rationum pèr ſuos rationarios, & procuratores de facto compellere, & pèr facti retentionem bonis inſiſtere, àc reliquatum exigere, &c.* D.Michaël Cortiada *in Praxi contentionum deciſ.*10. *num.*112. *&* 113. *tom.*1. ibi: *Quinimò Magiſtèr Rationalis cognoſcit de Iuribus impoſitionum contrà Perſonas Eccleſiaſticas, prò quibus in ſuo officio conueniuntur ad reddendũ de illis Iuribus rationem*, & latiùs *num.*149. vbi plures noſtri Regni Authores ad id refert. Idem probat Thomàs del Benê *de Immunit. & Iuriſd. Eccleſ. cap.*9. *dubitat.*35. *ſect.*1. *num.*14.

9 Sed cùm iâm controuerſiam excitaret D.D.Ferdinandus Menchaca *de Succeſſ.creation.lib.*1 §.10. *num.*648. *verſ. quo caſu*, dicit non poſſe corâm laico cõueniri, quem refert, & ſequitur Amędeus de Ponte *in quæſtionibus laudemialibus quæſt.*51. & cũm eis ità tenet Graſſis *de Effectibus Clericat. effectu* 1. *num.*277. his verbis: *Ampliatur* 42. *vt habeat locum etiàm in Clerico, qui facto conduxit vectigalia, quià nèc pro pretio illorum poterit cõueniri coràm Procuratore Cæſaris, pròut cæteri debitores Fiſcales, ſed coràm ſuo Iudice Eccleſiaſtico, &c.* Tamèn ipſe D.Menchaca *in verſ. Quod tamèn* teſtatur ſe ſolùm in vno caſu hanc reſolutionem admiſurum, nempê, quo Clericus tempore conductionis vt laicus incederet, & ſe laicum mentitus eſſet, argumento *per totum, C.Si minor ſe maior dix. & argum.l.*1. *C.de Teſtam. & l.Barbarius, ff.de Offic.Prætor.* cùm alitêr per Regios Summos Rationales non admitteretur ad taliũ Vectigaliũ conductionem, qua in ſpecie ſecundũ eum procedere videntur *l.* 16. *&* 17. *tit.*3. *lib.*1. *ordin.Reg.* Mexia *dict. nu.*24. eum adducens videtur cùm eo ſentire, vt aſſentitur etiàm eos referens, & notans Mexiam non feciſſe mentionem *legis ſtyli* Laſarte *de Gabellis, cap.*18. *num.*7. ſentiens contrarium vix tolerabile eſſe, & minimè laudabile, & idem tenet Graſis *dicto effectu* 1. *num.* 1252. Bobadilla *in Polit.lib.*2. *cap.* 18. *num.*126.

10 Pro quo adducit ipſe D. D.Ferdinand. de Menchaca, quôd in terminis Iuris communis Clericus coniugatus non alitèr videtur gaudere priuilegio fori, quàm ſi in habitu, & tonſura incedat ex Lapo *alleg.*118. Quod expreſsê probatur *in cap.*1. *de Cleric.coniugat in* 6. *& in cap.*6. *Seſſion* 23. *Concilij Tridentini*, vbi exprimuntur qualitates, quę debent interuenire, vt Clerici in minoribus ordinibus conſtituti, & coniugati, poſsint gaudere fori priuilegio, & ibi Auguſtinus Barboſa *in Collectanea*, diffuſè exornat, & declarat; *Et gloſſa Magiſtralis in dict. cap.*1. *& vnico de Cleric.coniug.in* 6. *verbo, in cæteris* ait, tales Clericos coniugatos ab exactionibus, & collectis non eſſe immunes, quam ſequuntur

tur Couarrub. *in Practicis, cap.* 31. *à num.*7. Sanchez *de Matrimon. lib.*7. *diſputat.*46. *nu.*16. Graſis *de Effect. Cleric. effect.* 3. *num.*44. Barboſa *de Offic. & Poteſtat. Epiſcop. part.*2. *allegat.*13. *in princip. & in Collectan. ad dictum cap. vnicum, de Cleric. coniung. num.* 11. & latè in puncto exemptionis in dictis Clericis loquitur Thomàs del Bene *de Immunitat. Eccleſiaſt. cap.* 4. *dubitat.* 8. 9. 10. & 11. Franciſcus Rocchus *in Reſponſ. deciſ.* 58. *num.* 8. & *ſeqq. part.* 2. vbi cùm multis probat à gabellis, indictionibus, collectis, alijs vè muneribus Secularibus nó eſſe immunes Balmaſeda *de Collectis, quæſt.*19 *num.*29. & quòd regularitèr Clericus, vt gaudeat ſua Immunitate, & non poſsint Seculares Iudices eius perſonam tangere, nèc in aliquo offendere, debet incedere in habitu, & tonſura clericali: argument. Text. *in cap. Si Iudex Laicus, de Sentent. excommun. lib.*6. ità Gloſſ. verb. *Non negotiandi, in Clementin. Si decentia*, & Dominicus *in cap. Quamquàm, de Cenſibus, lib.*6. quam Gloſſ. dicit ſolemnem Iaſon *in l. Cætera, §. Sed, & ſi quis ad opus, ff. de Legat.* 1. *num.*9. & ſequitur Gregor. Lopez *in l.* 5. *tit.*7. *part.*5. Gloſſ. verb. *Clerigo*, & verb. *Para ſi miſmo*, & eſt Text. de Iure Regio *in l.*1. *tit.*4. *lib.*1. *Recopilationis*, & *in Concilio Tridentin. in dict. cap.*6. *Seſsione* 23. & ibi Barboſa *in Collectan. num.*21. & *ſeqq.* cùm multis Auilès *in capit. Prætor. cap.*3. verb. *En la tierra, num.*18. Gutierrez *de Gabellis, quæſt.*94. *nu.* 18. *in fin.* de quo videndus cùm multis, quos citat Diana *part.* 1. *Reſolut. Moral. tract.* 1. *reſolut.*23 & Gutierrez *lib.* 1. *Pract. quæſt.*5 *num.*1.

11 Sed nihilominûs cùm ſumma ratio ſit, quæ pro Religione facit *l. Sunt Perſonæ, ff. de Religiſ. & ſumpt. fun. & bona l.*50. *tit.*6. *part.*1. Maximè in his Hiſpanię Regnis, in quibus ſempèr ſplenduit, & floruit eius cultus, & tantùm ei omnes deferunt, & præcipuè Potentiſsimi eorum Monarchæ, quę quidem principalis, àc ferè vnica cauſa amplitudinis, & firmitatis iſtius Hiſpanię Monarchię conijcitur, & âb eruditioribus Authoribus notatur, vt, eis omnibus relatis, optimè comprobat Cæſar Carena *de Officio Santę Inquiſitionis in anteludio à num.*47. *vſquè ad fin. & num.*52. *vbi num.*63. ponit ad litteram clauſulas Teſtamẽti, & codicilli Inuictiſsimi Caroli V. Romanorum Imper. quibus Sereniſsimo Principi Philippo II. eius chariſsimo filio idem commendat, quę quidèm dignę ſunt tanto Monarcha. Pro quo benè facit *l.*22. *tit.*2. *lib.*8. *Recopilat. in princip.* in illis verbis: *Y cumpliendo con la obligacion que tenemos de conſeruar, y mantener en nueſtros Reynos la Santa Fè Catolica Romana, y la ſeguridad, paz, y repoſo dellos*; & cum Redin. Borrelo, & D. Valençuela, D. D. Ioannes de Solorçano *de Indiar. Iur. tom.*1. *lib.*2. *cap.*25. *à num.*21. *& tom.*2. *lib.*1. *cap.*13. *num.* 21. & nouiſsimè benè extollit, & com-

comprobat Franciſcus Maria Prato *in Addit. ad Philippum Paſchalũ de Patr. poteſt. cap. 7. in addit. ad num.* 15. Idem Borrelus latè *de Hiſpanica ad Sum. Pontif. legat. cap.* 3. *à num.* 39. Greg. Lopez *in l. 2. tit.* 18. *par.* 2. *gloſſ.* 1. Fermoſino *in Allegat. Fiſcal. in Epiſtola dedicatoria à num.* 75. *vſquè ad* 80.

12 Nam vt docet D. Thomàs *part.* 3. *quæſt.* 36. *art.* 3. miraculosè tres Soles in Hiſpania apparuerunt die Natiuitatis Domini, quaſi in ſignum confeſsionis Trinitatis, qua Hiſpania inſignis futura erat. Quippè Hiſpania, fuit melioratio hæreditatis datę Chriſto Domino, à Patre Eterno, iuxtà *Pſalm.* 2. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſionem tuam terminos terræ*, vt obſeruat, & probat D. Franciſ. Torreblanca *de Iur. Spiritua. lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 34. & 35. Valdès *de Dignitate Regum Hiſpaniæ, cap.* 6. *num.* 4. D. Ioannes de Tapia *in illuſtratione cognominis Magni D. Noſtri Regis Philippi IV. in notis num.* 46. Hermoſilla *in notis ad gloſſ.* 2. *prolog. part.* 5. *num.* 36. vbi ex eodem Valdès *cap.* 9. *num.* 1. ait, ideò Hiſpaniam cæteras nationes pręcedere, quòd in ea Chriſti Domini vera fides, & dogmata integra intacta inuiolataque permanent. Et quòd in hac fidei integritate permanſura erat, Sacratiſsima Virgo Maria Beato Iacobo ſempèr pollicita fuit Saauedra *in Schemate Politico, immobilis ad immobile lumen, circà principium.* Vbi quod Diuus Iſidorus tempore mortis ità prædixit, & facit ſingularis gloſſ. Gregorij Lopez *in l. 2. tit.* 18. *part.* 2. *gloſſ.* 1. *verbo, Los Eſpañoles.*

13 Certior, & ſecurior ſententia eſt, etiàm in hoc caſu conductionis Vectigaliũ, vel Regiorum reddituum, non poſſe eius perſonam capi, nèc carcere detineri, ſed ſolùm bona negotiationi, & commertio ſeculari expoſita, & alia quælibet, vt ſupradicti DD. generalitèr admittunt, ſed in puncto ità reſoluunt, Azeuedo *in l. 8. tit.* 10. *lib.* 9. *Recopil. num.* 6. vbi relata limitatione ſuprà traddita Clerici dolosè atteſtantis ſe laicũ, ità ait: *Sed & adhùc, tùnc non credo verùm quòd incarcerari poſsit, nequè exequi per laicum Iudicem. Quoniàm ſi ſuo expreſso conſenſu Clericus id non poſſet permitere ex cap. Significatum de Iudicijs, quantò minus ex præſumpto. In fructibus tamèn ſui beneficij, & patrimonij bonis poterit executio fieri, ex cap.* 2. *de fideiuſs.* & alijs quos adducit. Quod comprobatur *ex cap. At ſi Clerici de Iudicijs*, & plurib us authoritatibus adductis à Graſsis *de Effectibus Clericatus effectu* 1. *num.* 327. ad hoc vt Clericus non poſsit conueniri coràm Iudice laico, etiàm ſi coràm eo confiteretur, & aſſereret ſe eſſe laicum, & non Clericum.

14 Et cùm Azeuedo idem tenet Gutierrez *de Gabellis, quæſt.* 132. *num.* 14. vbi appoſita dicta declaratione Menchacę, Mexię, & Laſarte proſequitur: *Sèd nequè in alijs tributis procedere poteſt, nequè in praxi admittenda, vt Perſona Cleri-*

Clerici prò Regijs tributis in carcerem laicum immuti vllo modo poſsit. Procedi igitùr contrà eum in hac ſpecie poterit, captis pignoribus prò ſolutione reditus Regalis: perſona autèm Clerici à Iudice Seculari ob hoc minimè incarceranda eſt, & ad comprobationem põderat *dict. l.*8. dùm prohibens eis talem conductionem, niſi ſub fideiuſſorib⁹ laicis, in quorum bonis poſsit fieri executio, & ſolutio, Innuit, cóntrà Perſonam Clerici procedi non poſſe, *& num.* 15. ibi: *Quod verius puto quòad Perſonam Clerici capiendam per Iudicem Secularem, hoc enim fieri non poteſt, &c.* Thom. del Benê *de Parlament. dubitat.*27. *ſect.*8. *ſubſect.*1. vbi probat, quòd non valet conſuetudo quòd Clerici conueniantur in Curia Seculari pro debitis Regalibus. Pareja *de Vniuerſa inſtrum. edit. tom.* 2. *tit.*6. *reſolut.*9. *num.*76. *&* 77. vbi latè comprobat Marta *de Iuriſdict. part.*4. *centur.*2. *caſu* 144. vbi reprehendit Stephanum Aufrerium *de Poteſt. Secular. in Eccleſ. regul.*2. *fallent.*24. dùm tenuit Clericum debitorem Regis poſſe capi per Iudices Seculares, deindè remittendum ad Eccleſiaſticũ, & huic inhibere nè relaxet Clericum à carceribus, donèc ſoluat, & latiſsimê cùm multis Carleual *de Iudicijs, tom.*1. *diſput.*2. *quæſt.*3. *num.*159. vbi teſtatur de hac practica in Hiſpania.

15 Et prò maiori comprobatione videtur mihi ſingularitèr facere *l.*45. *titul.*6. *part.*1. ibi: *Pero ſi ellos entraren en algunas de eſtas fiaduras, que les ſon defendidas, valdrà la fiadura quanto en los bienes que les fallaren; mas non que ſus Perſonas, nin ſus Egleſias finquen obligadas por ellos.* Et reuerâ fortitèr etiã vrget deciſio Grauiſsimorum Senatorum, & Præſidum Supremorũ huius Curię Tribunalium, ſumma deliberatione emanata, & contenta in Decreto expedito die 27. menſis Ianuarij, anni milleſsimi quingenteſsimi nonageſsimi octaui. Nâm, cùm occaſione litis tùnc pendentis, & admodûm ventilatę in Supremo Conſilio, inter Priores, & Clericos Ciuitatis, quę dicitur *Xerez de la Frontera* ex vna parte, & Iudices Ordinarios, tàm Eccleſiaſticos, quàm Seculares illius; Quorum vnuſquiſque intendebat procedere contra Clericos negotiatores, & mercimonijs ſecularibus intendentes, ad exactionem Gabellę, & aliorum diricTuum; In qua varię ſententię probatę fuerunt in diuerſis Tribunalibus; Et itèm occaſione querelæ expoſitę per Conuentum Eccleſiaſticorum, qui pro ſuis Eccleſijs illo anno adderant congregati in hac Curia. D. Noſter Rex Philippus II. cupiens veram reſolutionem in re tam ardua amplecti, commiſsit determinationem congreſſui diuerſorum Dominorum Præſidentium in ſuis Supremis Tribunalibus, & Doctiorum Senatorum, qui omnes, ſcientię, & Prudentię culmen, aditu quidèm difficile, iam attigerant, & cùm ſtatuiſſent dicto Decreto, quod Admi-

Adminiſtratores, & Iudices Regij, apùd quos erat cura exactionis Gabellarum, & Regiorum redituũ, non exigerent ea iura à Clericis, de his rebus, quę prouenirent â ſuis proprijs bonis, ſeù beneficijs, ſed ſolùm de fructibus procedentibus à poſſeſſionibus, quas cõduxiſſent, vèl dè quibuſcumque rebus procedentibus à negotiatione, & quæſtu, & quòd ſi non ſoluerent, eos compellerent, Addit. *deteniendo, ò exceptando los dichos bienes, ò frutos, que ayan vendido, ò contratado, y los demàs bienes, que tuuieren propios, ò de ſus beneficios, dexando reſeruadas ſus Perſonas*, quod refert ponens ad litteram hanc reſolutionem Gutierrez *de Gabellis dict. quæſt. 94. num. 14.* tamquàm teſtis, & pars formalis, qui illo anno pro Eccleſia Ciuitatenſi, vulgò, *de Ciudad-Rodrigo*, in qua erat Canonicus Doctoralis, interueniebat in congregatione, ſicùt etiàm eam ponit Zeuallos *de Cognit. per viam violent. quæſt. 64. num. 10.*

16 Et idem à fortiori dicendum erit in Epiſcopis (qui licèt tali excellant, & præfulgeant dignitate, *cap. Et ſi ſententia fin. de ſent. & re iudic. in 6.* ibi: *Epiſcopo tamèn, quem propter dignitatis prærogatiuam ampliori conuenit honore fulgere.* Surgentus *de Neapoli illuſtr. cap. 27. num. 21.* & in ſtatu magnę perfectionis ſint, cûm ſucceſerint loco Apoſtolorũ, *vt in cap. In nouo 21. diſt. cap. Quorum vices 68. diſt. cap. Acuſatio 2. quæſt. 7.* & notant Azeuedo *de Præcellent. Epiſcop. dignitat. cap. 8. num. 3. §. Sunt enim*, Barboſa *in Paſtorali part. 1. tit. 1. num. 29. §. Sed inſurget.* Suarez *tom. 4 de pœnit. ſect. 1. nu. 12.* Villaroel *en el Gouierno Eccleſiaſtico, part. 1. quæſt. 1. art. 1.* Et nouiſsimè D. Gabriel Diaz Vara Calderon *en el Libro de las Grandezas, y marauillas de la Ciudad de Roma, lib. 3. cap. 3. §. 1.* vbi latè, & elegantèr huius dignitatis excellentias exponit.) Non tamèn eos Iura in hoc prætermiſerunt.

17 Nàm priûs *l. 6. tit. 18. lib. 3. fori Regij*, ità ſtatuit: *Ningun Arçobiſpo, ni Obiſpo, ni otro Prelado, ni Clerigo Seglar, no faga fiadura ninguna por otre, è ſi la fiziere la Igleſia, ni ſus bienes no ſea tenida por tal fiadura. Mas los bienes de ſu Patrimonio, que ouiere, ò de otra qualquier, ſean tenudos por la fiadura q̃ fiziere*, vbi Montaluus *gloſſ. 1.* notat, quòd ſi contrà prohibitionem fideiuſſerit, fideiuſio tamèn facta tenebit.

18 Et poſteà *l. 2. tit. 12. part. 5.* cûm prohibuiſſet militibus exiſtentibus in expeditione, vel in ſeruitio Regis, *vt in l. 6. tit. 5. par. 3.* fideiubere prò conductoribus, ſeù Receptoribus Regiorum reddituum, his verbis: *Eſeñaladamente defiende la ley, que los Caualleros no pueden ſer fiadores por aquellos, que arriendan, ò tienen en fieldad los Almojarifazgos, è las Rentas del Rey, è los otros derechos del Rey*, ſtatîm ſubiungit: *Eſſo miſmo dezimos de los Obiſpos, è de los Clerigos Reglares, è de los Religioſos*, & Gregor.

ibi

*ibi gloſſ.*3.loquens in Epiſcopis, & præſentiens, quòd licèt in Clericis, ſi de facto fideiubeant, tenet fideiuſio, *vt in cap.*1.*de fideiuſſ. & in cap.Te quidem* 29.11.*quæſt.*1. *vbi gloſſa*,verb.*Nè fideiuſſor in fin.*videbatur in illa lege, ex çquiparatione facta cùm Militibus, & Religioſis, irritari Epiſcoporum fideiuſsiones,tandêm concludit:*Credò tamẽ,quòd in practica ſeruaretur opinio gloſſ.in d.cap.Te quidem,& Mõtalui,in d.l.Fori,vt de bonis Patrimonialibus, & reditibus Epiſcopatus, Epiſcopus obligaretur ex fideiuſsione*, quod etiàm tenet Bertachinus *de Epiſcopis,lib* 4.*part.*1.*num.*29.

19 Et hoc caſu, nullo modò poteſt per Iudicem laicum carcerari prò ratione reddenda ſecundũ Gloſſ.& DD. *in cap.Dilectis de appellat.* ſed ſolũm per ſuum Metropolitanũ coràm quo conueniri debet,prô tali redditione rationis, quam nullo modo poteſt euitare, (etiàm, ſi eſſet Summus Pontifex, vt cum Boerio IoſephoLudouico, Romano, & Decio probat D.D. Franciſcus Salgad. *de Reg. Protect. part.*2.*cap.*11. *num.*15.)niſi eſſet in fuga,vel ſuſpectus de ea,nàm tunc poterit detineri per Iudicem Regiũ,vt præſentetur Papę,vel Superiori, vt trãddit Innocent. *in cap. Vt famæ de ſentent.excomm.* Ioan. Andræas *in cap. Nullus de pignor.* Gregor. Lop. *in l.*23. *tit.*6. *part.*1. *gloſſ.*5. *verſ.Si tamèn*, & in noſtris terminis ità tenent Bertach.*d.lib* 4. *part.*1.*nu.*21.vbi loquitur de Epiſcopo adminiſtrante bona Principis laici,&ait quòd ſi ab ipſo Principe,ſponte ſua,bona adminiſtrãda ſuſcepit, tunc apud Iudicem Eccleſiaſticum ad reddendam rationem conueniendus erit,& eum ſequitur Parlador. *dict. different.*9. §.4.*nu.*19. Eſcou.*de Ratiocin. dict. cap.*7.*num.*13. Alzedo *de Exempt. Epiſc.dignit.cap.*7.& cum eo Villaroel *en el Gouierno Eccleſiaſt.par.*1. *quæſt.*1.*art.*8.*nu.*48.his verbis: *No es pequeña ſeñal de Iuridicion poder detener vn Obiſpo. Y digo detener por dezir con algun reuozo, lo que Alzedo dixo claro, Epiſcopus, dize, qui Principis laici bona adminiſtrat non poteſt ab eo carcerari (y noteſe lo que ſe ſigue) niſi fuerit ſuſpectus de fuga,ſed à Metropolitano,& coràm eo conueniri debet.* Epiſcop.Fermoſin. *in cap.Qualitèr, & quandò de Iudicijs, quæſt.*7.*num.*5.

20 Et nè fundamenta contraria obſiſtant,eo modo intelligenda,&tẽperanda eſt reſolutio ſupra poſita,*in principio quæſtionis num.*4. & 5. Nâm licèt ex authoritatibus ibi adductis, deducatur quòd delatio tutelę, vel depoſitio pecuniæ poſsit fieri à Iudice Sæculari, de quo precipuè agunt DD. & maximè Boba.qui eſt ex noſtris *n.*226. cùm multis quos citat *litter.H.* & *n.*277.*litt.A.* Non tamèn probant conſequentiam, quam indè inferunt,circà redditionem computorũ coràm Iudice laico.Et notandũ eſt quod maior pars Doctorum illam ſententiam ſequentium loquuntur de conſuetudine Regni Francię, & proinde eorum dictũ,

& Marcabruni,& Graſis, qui illos ſimplicitêr allegant ita intelligendi ſunt. Sed circumſcripta conſuetudine, veritas eſt in contrarium de Iure, pròut illam fundat Surdus *conſ.*396. *vol.*3. & relati â Thoma del Benè *de Parlamentis, dub.*26.*ſect.*4.*n.*6. & cũ alijs Diana *p.*1. *tract.*1. *de Immun.Eccleſ. reſol.* 21.& Curtelus *ad eum lib.*2.*q.*22.

21 Et eſt ſingularis deciſio duarum Aularum Regij Collateralis Neapolitani Conſilij relata per Regentem Scipionem Rouit. *deciſ.*20.*per tot.*qua,optimè ex profeſſo agitata quæſtione, hæc ſententia Canonizata eſt, & ibi Rouitus ſigillàtim reſpondet authoritatibus in contrarium adductis, tàm circà aſſumptum delationis tutelę, vel Curę iniunctæ Clerico per Iudicem Secularem,quàm circà reſtitutionem depoſiti facti in eo, authoritate ipſius, in quo ſatisfacit etiàm *à n.*13.*& à n.*16. impugnat diſtinctionẽ, quàm excogitauit Eſcou.& retulimus *ſup.n.*4. ſicût etiàm cum Zeuall. D.Ioſeph Vela *diſſert.*45. *num.*86.*tom.*2.

22 Et itèm Cæſar Gallupus *in Praxi part.*2.*cap.*6.*nu.*63. ait de opinione,nèc diſtinctione Eſcou. non eſſe in praxi curandum, & benè reſolutionẽ cõfirmat,Carpi. *de Execut.teſtam.lib.*3.*cap.*10.*n.*32. *& ſeq.*& eo ad litterã relato nouiſſimè Dian. *tom.*8.*reſol.mor.tract.*5. *reſo.*44.verſ.*Nec ſuſtineri etiã poteſt.*

23 Maius negotium facere videtur *d.l.*5. *tit.*10. *part.*6. in verbis relatis *ſuprà n.*6. In quibus videtur expreſſum, quòd Epiſcopus, cui à teſtatore, vel à lege commiſſa fuit diſtributio bonorum relictoũ ad opus piũ, tenetur reddere rationẽ Iudici Seculari,vtDoctores *ibi relati* innunt. Sed reuerà Genuinus, & legalis intellectus legis non ità ſe habet,&vt percipiatur,notãdũ eſt.

24 Primò quòd nec lex, nêc Gregor.Lop. *d.gloſſ.*6. loquuntur de Clerico Tutore,neque Curatore,ſeù depoſitario, & ideò eis accomodari non poſſunt, vt benê aduertit Rouit. *dict.deciſ.*20. *n.*12.

25 Et ſecundò quod licet lex loquatur in Epiſcopo, qui in illo caſu ſuſtinet onus executoris legatorũ prô redemptioneCaptiuorũ, ſolũ diſponit,quòd rationem reddat Iudici ordinario, qui quidêm non eſt, nec intelligi poteſt Iudex Sæcularis, ſed Metropolitanus, vt apertê declarat Tex.*in Authent. de Eccleſiaſt.tit.*§.*Si quis autèm pro redemptioneCaptiuorũ infin.*in illis verbis:*Si autèmSanctiſsimus Locorũ Epiſcopus reliquerit aliquid horũ,quæ à nobis dicta ſunt, liceat Sãctiſsimo eius Metropolitę hæc omnia exigere, & complere.iuncta gloſſ.verb. reliquerit.*

26 Et Gregor. Lop. *in fin.dict. gloſſ.*6. ità etiàm intelligit. Vndè mirũ eſt, quòd Pat Molina *diſput.* 247. *ſuprà relata* cum eo in prima parte ſentiat contrarium, & hunc intellectũ latè comprobantEſcou. *de Ratiocinijs, cap.*3.*n.*19. Spino *in Speculo Teſtament.gloſſ.*28. *num.*42. Carpio *de Execut. teſtam.lib.*4.*cap.* 2.*n.*2. Berart.*in Speculo viſitationis, cap.*23.*nu.*30.Scipio Rouit.*d.deciſ.*

20.

20.n.12. Pater Diana *tom.8. Reſol. Moral. tract.5. reſolut.42.*

27 Hæc procedunt in Eccleſiaſtico, qui conduxit Regia vectigalia, vèl quocumquè modo percipit reditus Regales, ſeù fideiubet pro percipientibus. At verò in eo, qui, licèt non conduxerit, percepit, nèc ſit obligatus pro eis, tamèn ſe intromiſerit, & immiſcuerit cùm conductoribus, opẽ, ſeù auxilium eis ferendo cõtra Fiſcum, & creditores, ſeù quomodocumquè impediendo exactionem redituum Regiorũ, quid obſeruandum ſit? Iura etiã ſtatuerunt, & pro materię aſſequutione notandum eſt.

28 Quòd Clerici, & Eccleſiaſtici ligãtur legibus Regni, quę diſponũt circà reditus Regales, eorum adminiſtrationẽ, ſeù exactionem, & nè defraudẽtur. Et in omnibus id attinentibus illum forũ fortiuntur, ratione enim ſubiectę materię, Regij Patrimonij iudiciũ illud nõ poſſunt effugere. Ex quo prouenit, quòd ſi velint exigere à quibuſcumquè Theſaurarijs, ſeù Receptoribus, reditus, cenſus, annuas eleemoſynas, aliavè Iura Regia, quę, vèl titulo donationis, vèl alio quolibèt poſſideant, vèl contentio ſit de bonis, & Iuribus Regalibus, ſeù de Viribus, valore, vèl interpretatione donationum, ſeù priuilegiorum Principaliũ, tenentur Iudices Regios adire, *cap. Cæterùm, cap. Cùm veniſſent, de Iudic. cap. Ex tranſmiſſa, de For. competen. l. Ex facto, ff. de Vulg. l. Proximè, ff. de His, qui in teſtam. delentur, l.57. tit.6. p.1. l.2. tit.1. p.2. l.27. tit.18. p.3. l.6. tit.1. lib.4. l.10. tit.7. lib.9. nouæ Recopilat.* Gloſſ. verb. *Aliquos, in cap. Quòd Clericus, de For. compet.* Ant. de Butr. *in Rubric. de Conſuetud. nu.7.* DD. *in d. cap. Ex tranſmiſſa, & in cap. Verũ, de For. compet.* Alex *conſ.210.n.2. lib.2.* latè Alderan. Maſcard. *de Stat. nt. interpret. concl.1.n.94.* Aufrer. *de Poteſt. Secular. ſup. Eccleſ. reg.2. limit.1. n.2. & ſeq.* Gail. *lib.1. obſeru.30.n.5. & ſeqq.* Eraſm. Cokiër *de Iuriſd. Ordin. in exemptos, p.4. q.85. n.3.* Boër. *deciſ.245. poſt n.3.* & cùm eo & Tiraquel. *de Retract. §.32. n.8.* Pereir. *de Man. Reg. lib.2. cap.38. n.14.* Carol. Cala *de Cõtrabanis Cleric. n.170. & 171.* Bob. *in Polit. lib.2. cap.18. n.172.* Cald. Pereir. *conſ.5. n.13. & 18.*

29 Oliuano *de Iur. Fiſc. cap.15. n.14. & c.14. n.20.* vbi, quòd quotiès agitur de cauſa ciuili inter Fiſcum, & Clericũ, & quæſtio eſt de bonis, & Iuribus Regij Patrimonij, & de Regalijs, vèl controuerſijs eorum occaſione naſcentibus de his in Regijs Tribunalibus tãtum cognoſcitur, Azeu. *in d.l.6. tit.1. lib.4. Recop. nu.1. & in l.7. tit.18. lib.9. nu.14.* vbi refert concordiam Regiam factã cùm Commendatorib⁹ Militię Diui Iacobi, Zeuall. *Comm. contr. comm. q.822. à nu.70. cũ ſeqq. tom.3. & q.897. n.638. to.4.* latè Caſtillo *de Tertijs, cap.12. num.14. & ſeqq.* vbi plures refert *& cap. 41. num.192.* D. D. Ioannes de Solorçano *de Iure Indiar. tom.2. lib.3. cap.1. num.31. & cap.6. num.32.* D. D. Franciſcus Salgado *de Reg.*

Protect. 3. part. cap. 10. num. 188. & 190. & de Retent. Bullar. 1. part. cap. 1. num. 134. & 135. D. Petrus Noguerol. *allegat. 19. num. 144.* Acoſta *de Priuileg. creditor. regul. 2. ampliat. 7. num. 216.* Pareja *de Vniuerſa inſtrum. edition. tom. 1. tit. 5. reſolut. 9. à num. 62. vſque ad 105.* D. Frãciſcus Antonius Coſta *conſ. 2. num. 38. & 39.* Gironda *de Gabellis, 7. part. num. 34.* D. Menchaca *de Succeſſ. creat. lib. 3. §. 21. num. 9.* verſ. *Stat ergò, in fin.* & expreſsius §. 26. *num. 66.* vbi ad id adducit *l. 127. in Quaterno Gabellarum*, & eum ſequitur Laſarte *de Gabellis, cap. 18. num. 9.* D. D. Ioannes de la Rea *allegat. 27. num. 16. & antecedentibus, & ſubſequentibus*, vbi pluribus comprobat, & ad id refert ordinationes factas per Inuictiſsimum Dom. Carolum V. Imperatorem, Chancellariis Pincianę, *lib 1. tit. 1.* & Granatenſi, *lib. 1. tit. 7. reſcript. 6. §. 1.* quarum verba adducit, & eas etiàm citat Gutierrez *de Gabellis, quæſt. 94. num. 9. & 10. & lib. 3. Practicar. quæſt. 28.* D. Franciſcus de Amaya *in l. 1. C. de Iure Fiſci, lib. 10. num. 37.* Ripol. *Variarum, cap. 1. de Iuriſdictione, num. 17. & num. 18.* vbi de ſolutione cenſus Regi debiti, Diana *tom. 4. Reſolut. Moral. Tractat. 1. reſolut. 66.* Graſis *de Effect. lib. Clericat effect. 1. num. 874.* vbi de Clerico ſuccedente in prædio debitis tributorum, ſeù Gabellarũ affecto, D. D. Petr. de Salçedo *de Lege Politic. lib. 2. cap. 13. num. 44.* Guzman *de Euict. q. 7 nu 41.* vbi de Clerico, Eccleſia, ſeù Monaſterio ſuccedente in Domo Hoſpitationi Regię ſubiecta, vel in feudo, ſeù fundo realengo. Eſcobar *de Pontific. & Regia Iuriſdictione, cap. 50. §. 2. num. 31.* vbi benè, declarat in ſtudioſis, ſeù Scholaſticis, tàm actoribus, quàm reis, *& num. 32.* probat Scholaſticum in his cauſis coràm Scholę Magiſtro conueniendum eſſe, & conuenire poſſe, quia eſt Iudex Regius, & ſic limitat leges Regni.

30 Quod adeò verum eſt, vt ſi pro qualibet earum rerũ, priuilegiorum, ſeù iurium exactione, vèl interpretatione compareant coràm Iucibus Eccleſiaſticis, ipſo facto, ea amittant, & à talibus Iuribus cadant, vt apertè probant *d. l. 6. tit. 1. lib. 4. Recop.* in illis verbis: *Que por el miſmo hecho ayan perdido, y pierdã las dichas mercedes, y derechos, y priuilegios, que de Nos han, y tienen, en qualquiera manera.* Et *l. 10. tit. 7. lib. 9. Recop.* ibi: *Que por el miſmo hecho ayan perdido, y pierdan los tales marauedis, y doblas, y florines, y otras qualeſquier coſas que de Nos ayan, y tienẽ.* Gutierr. *lib. 3. Pract. q. 9. n. 7.* & meliùs *de Gabell. q. 160. n. 4.* his verbis *Quinimò & l. 10. tit 7. lib 9. nouæ Collect. Regni, punit Eccleſias, Monaſteria, & Clericos, Perſonas Ordinũ, & Eccleſiaſticas quaſcumque exigẽtes reditus Regios, quocũque modo ad ſe ſpectantes, coram Iudicibus Eccleſiaſticis, & Cõſeruatoribus à conductoribus, & alijs Regijs Exactoribus, & Theſaurarijs, ſub pœna amiſsionis reditus, &c.* Et *n. 5. ſeq.* diſcedit à Laſart. *dict. cap. 18. n. 9.* dùm voluit

quòd

quòd ad incurrendam dictam pœnam ſæculare forum declinauerit pèr ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici, & quòd eam euitaret, ſi antè ſententiam pœnituerit, & ſe Iudici Sæculari ſubiecerit, probans ex ipſis verbis legis ſufficere citationẽ, & vocationẽ Iudicis Eccleſiaſtici, & ex ea ſola incurri pęnã, nèc requiri ſententiam, & principalem concluſionem probant Bobadilla *dict. cap.* 18. *num.* 172. & Villadiego *in Politic. cap.* 5. §. 20. *num.* 101. *fol. mihi* 132.

31 Et hæc ſententia mirè cõfirmatur ex deciſione *l.* 3. *tit* 4. *lib.* 6. *Ordinament.* quę hodiè eſt *l.* 14. *tit.* 16. *lib.* 9. *Recopilationis*, & ità diſponit: *Otroſi, ordenamos, y mandamos, que qualquier nueſtro Arrendador, ò fiador, ò cojedor, ò fiador de las nueſtras Rentas, que ſe llamare, ò dixere Clerigo de Corona, ſobre las coſas tocantes à los nueſtros marauedis, y à las nueſtras Rentas, y ſe recurriere al Iuez Eccleſiaſtico, que por el miſmo hecho aya perdido, y pierda todos ſus bienes, aſsi muebles, como raizes, la mitad para la nueſtra Camara, y la otra mitad para el acuſador.* Cui conuenit *l.* 4. *tit.* 4. *lib.* 1. *Recopilationis*, amiſsionem terrę, ſeu quitantię habitę à Rege in eodem caſu ſtatuens, D. Couarrubias *in Practicis, cap.* 33. *num.* 6. verſ. *Hinc etiàm deducitur.* Gutierrez *lib.* 1. *Practic. quæſt.* 10. & *quæſt.* 11. vbi latè de huius legis intelligentia, & exornatione agit, Azeuedo *in dict. l.* 4. extendens ad Clericos habentes priuilegia, & ſtipendia à Rege, vt ſunt eius Capellani, & ſimiles, & ſentiens hanc pœnam incurri pèr ſolam citationem, quàmuis vlteriùs non procedatur, vt diximus *num. antecedent.* cùm Gutierrez *de Gabell. dict. quæſt.* 160. *num.* 5. qui idem tenet, *dict. quæſt.* 11.

32 Et quàmuis valdè controuerſum fuerit apùd omnes Doctores, an Princeps Sæcularis poſsit lege, vel ſtatuto prohibere, nè bona immobilia in Eccleſiam, ſeù Eccleſiaſticas Perſonas alienentur, vel quocumque titulo poſsint tranſire? Verior reſolutio eſt, & ordinationibus, legibus, & ſtatutis diuerſarum Prouintiarum approbata, hoc, Iure, fieri poſſe ſinè violatione immunitatis Eccleſiaſticę, ratione publicę vtilitatis, vt probant Tiraquellus *de Retractu Lignag. gloſs.* 13. §. 1. *num.* 5. Petrus Gregorius *lib.* 13. *Syntagmat. cap.* 16. & 17. Camillus Borrelus *de Præſtant. Reg. Cathol. cap.* 63. *ex num.* 35. vbi adducit plura ſtatuta multarum Ciuitatum Italię in idem tendentia. Adam Contzen *lib.* 6. *Politic. cap.* 63. Gabriel Pereyra *de Manu Regia* 2. *part. cap.* 67. *à num.* 9. vbi ordinationem Luſitanię ità diſponentem ſolidè defendit. Doctiſsimus D. D. Ioannes de Solorçan. *de Iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 32. & *ſeqq.* qui refert Schedulas Regias ad Indiarum Regna, & ditiones ad id expeditas, & ſic reſoluit: *Nihilominus tamèn, certum eſt nullam ferè eſſe Rempublicam, cui conueniens viſum non fuerit, aliquem modum præfigere acquiſitionibus*

bus Eccleſiaſticorum, & præſertim Religioſorum, eo quòd, & ipſis immoderatæ diuitiæ quas acquirunt incommodant, & Reipublicæ functionibus officiunt, & deficiunt. Et elegantèr comprobat pro quibus faciunt ſingularia verba Baldi *conſ. 246. volum. 3. in principio*, ibi: *Antiqua querela Laicorum eſt: quià Eccleſiæ de die in diem ditantur, & Laici ab oneribus ſtrangulantur cum Eccleſiæ non ſubeant onera perſonalia, nèc mixta, nèc aliqua extraordinaria, C. de Sacroſanct. Eccleſi. l. Placet, de Epiſcop. & Cleric. authenth. itèm nulla communitas, &c.* Excelentiſsimus D. D. Chriſtophorus Creſpi *obſeru. 91. num. 11.* ibi: *Aliud tamèn dicendum eſt de his bonis, quæ à principio Principis Secularis fuerunt, & certis conditionibus poſteà in Eccleſiam transferuntur, vt apud nos, iàm pridem obſeruantia antiquiſsima notorium eſt, foriſque ſancitũ legibus etenim noſtris quibus à Regno capto vtimur, cauetur vt bona quæcumque temporalia, quæ realenca, dicimus ad Eccleſiam nequeunt peruenire, abſquè Regis licentia, vel fiſco cedant,* & proſequitur *num. ſeqq.*

33 Cui reſolutioni concinit extrà dubium eſſe Principem poſſe donare, ſeù aliàs concedere Iura ſua, reditus, vel alia bona, adiecto eo pacto, & conditione, vt non poſsint tranſire, ſeù alienari in Eccleſiam, vel Perſonas Eccleſiaſticas, vt argumento *l. fin. C. de Pactis intèr empt. & venditorem, l. In traditionibus, ff. de Contrab. empt.* & aliorum Iurium probant Petrus Belluga *in Speculo Principum, §. 13. in verſic. reſtat. num. 6. & 7. & rubr. 14. in §. Veniamus à num. 31. & num. 36.* D. Franciſcus Hieronymus de Leon *deciſ. 3. num. 18. & 19. tom. 1.* Caldas Pereyra *de Empt. & Vendit. cap. 8. num. 35.* & Gabriel Pereyra *de Manu Regia, tom. 2. dict. cap. 67. per totum,* & maximè *à num. 9.* eruditiſsimus D. D. Ioannes de Solorçano *de Iure Indiar. tom. 2. dict. lib. 3. cap. 21. num. 44 & ſeqq.* Vbi quòd hæc prohibitio bonis ineſt, & velùti coijnata eſſe videtur, & ponderat in argumentũ *l. 2. ff. de rebus eorum*, ibi: *Quod cùm dominio pignus quæſitum eſt, & ab initio obligatio in hæſit.* Marius Curtelus *ad leges ſiculas Fiderici nota 26.* Suarez *contrà Regem Angliæ, lib 4. cap. 14. num. 13.* cuius authoritas tanti ponderis eſt, vt Diana vir ſanè doctus, ſed vt Eccleſiaſticus nimis, ſempèr accerrimus Immunitatis Eccleſiaſticę defenſor, ea adductus *tom. 4. reſolut. moral. tractatu 1. reſolut. 66. in fin.* dixerit non audere illam improbare, & ſic reſoluit quod quando conceduntur Clericis bona Regalia, ſub hac conditione conceſſa cenſentur, nàm talis conditio non eſt per ſe mala, & voluntariè potuit apponi, & ideò ſeruanda erit, *ex cap. Verùm de foro compet. & cap. Verùm de condit. appoſit.* & ibi Doctoribus. D. D. Chriſtophorus Creſpi *dict. obſeruat. 91. num. 11. & num. 58.* vbi ad id rectè expendit Text. *in dict. l. fin. C. de Pactis intèr empt. & vendit.*

34 Et ex eadem radice proue-

nit,

uenit, quòd non ſolùm leges periculum, & damnum Regij Patrimonij, in vera, & reali oppoſitione, & impedimento Clericorum, & Eccleſiaſticorum appoſito exactioni, ſeù adminiſtrationi Iurium, & redituum Regalium, vt ſtatim dicemus, præcauere voluerunt, ſed etiàm quandò ſimulatè fidem ſuam accomodant laicis, qui fictitias, & apparentes donationes, ſeù ceſsiones ipſis faciunt animo, prędicta Iura, & contributiones defraudandi, nàm eo caſu nullos, & irritos tales actus declarant, & declarari per Iudices Regios iubent. Et vt à Iure communi incipiamus quo iâm hæc fraus præuiſa fuit, ità ſtatuitur *in l. Id ab vnaquaque fin. C. de Annonis, & tributis, lib.* 10. *in finalibus, verbis: Nèc externorum grauamine tributorum Rempublicam Eccleſiaſtici nominis abuſione lædendam*, in qua notat Lucas de Penna quòd frater Clericus prætextu cõmunionis nõ poterit facere immune totum Patrimonium. Singularis Text. *in l.* 1. *C. Vt nemò ad ſuũ patroc. ſuſcip. lib.* 11. ibi: *Si quis in fraudẽ circũſcriptionemque publicæ functionis ad patrocinium cuiuſcumque conditionis confugerit, id quod huius rei gratia ſub prætextu donationis venditionis, ſeù conductionis, aùt cuiuslibet alterius contractus, nullam habeat firmitatem, l. In fraudem, ff. de Iure Fiſci, l. Si aliquis, ff. de Donationibus cauſa mortis.* Bartolus, & Doctores *in lege poſt contractũ, ff. de Donationibus.* Apertus Textus *in l. Ordine* 15. *§.* 2. *ff. de Muneribus, & honoribus*, his verbis: *In fraudem ciuilium munerum per tacitam fidem prædia translata fiſco vindicantur, tantumquè alterum interdictæ rei miniſter de ſuis bonis cogitur ſoluere.* Boſius *in Praxi titul. de publicatione num.* 44. Moccius *de Contractibus, tit. de donat. num.* 27. Dueñas *regula* 226. *limitatione* 1. *& ſeqq.* Carolus de Graſis *de Effectibus Clericatus, effectu* 3. *num.* 190. Capiblanco *de Baronibus tom.* 1. *pragmat.* 8. *part.* 3. *num.* 87. Marius Curtelus *de Immunitate lib.* 2. *quæſt.* 72. *num.* 6. *&* 7. Squillante *de Priuileg. Clericorum, cap.* 8. *num.* 47. vbi cum Speculatore *in tit. de Clericis coniug. verſic. Quod ſi fratres*, tenet hanc fraudis præſumptionem deſumi attenta, & conſiderata qualitate perſonę donantis, & donatarij. Ioannes Baptiſta Bentriglia *in Prax. rerum notabil. annotat.* 14. *§. vnico, num.* 32.

35 Et de Iure Regio apertè definitum extat primo per *l.* 212. *ſtylli*, quę ità ſtatuit: *Que ſi alguno dà todo quanto hà à ſu fijo Clerigo, entiendeſe, que lo faze malicioſamente, por eſcuſar los pechos, è no ſe debe eſcuſar que no peche, ni vale la donacion*, & poſt *in l.* 59. *tit.* 5. *part.* 5. ità diſponitur: *Que haziendoſe encubierta, y con engaño la venta de los bienes por hombre que ſea pechero, ò deudor del Rey, por hazerle perder ſus pechos, ò rentas, ò la deuda que ſe le huuiere de pagar, que la tal venta ſea ninguna*, & ibi Gregor. Lop. *Gloſſa* 1. plura adducit, quod tandèm confirmatum fuit *in l.* 6. *tit.* 9. *lib.* 5. *Ordinamenti Regij*, quę hodiè

eſt

eſt *l.* 11. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopilationis*, & agens de his donationibus factis à Parentibus filijs Clericis, vèl Scholaſticis, vèl ſi ipſi filij faciant inter ſe, eas irritas, & inanes declarat, his verbis: *Porque el Derecho preſume que lo hizo cauteloſamente, à fin de no pechar, ni contribuir; que la tal donacion, ò traſpaſſamiento ſea ninguno de Derecho*, ubi Azeuedo, & Matienço *in Commentarijs*, latè materiam exornant, Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordinamenti, verſicul. Quid autèm, fol.* 56. Hermoſilla *in dict. l.* 59. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 1. *à num.* 3. vbi latè de materia, & nouiſsimè Balmaſeda *de Collectis, quæſt.* 19. *num.* 32. & 33. Capiblancus *in ſingularibus poſt tom.* 1. *de de Varonibus, ſingular.* 47. *num.* 90. Ioannes Antonius de Nigris *in Extrauagant. de Vita, & honeſtat. Clericorum, num.* 108. ibi: *Quòd ſi quis alienaret fraudulenter̀ bona ſua in Clericum, vel alium, vt propterea poſſet collectas, vel alia ciuilia munera euitare, perdit bona, quæ alienauit, & ſunt Fiſco aplicanda*, Bobadilla *in Politic. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 289. & melius *num.* 132. Vbi, quòd hoc caſu Iudex Sæcularis poteſt exigere tributum ex talibus rebus donatis, & idem tenent Gregorius Lopez *in l.* 51. *tit.* 6. *part.* 1. *gloſſ.* 4. verſ. *Sèd àn eo caſu*, Zeuallos *Commun. contrà commun. quæſt.* 56. *num.* 18. & 19. Gutierrez *lib.* 2. *Practic. quæſt.* 132. *num.* 9. & *de Gabellis, quæſt.* 94. *num.* 3. & Capiblancus *in dict. Pragmatic.* 8. *part.* 3. *num.* 87. adducens ad id *l. Qui ſub prætextu, C. de Sacroſanct. Eccleſi.* ibi: *Quòd ſi Laicus, in fraudem onerum, ſimulatè donet Clerico, vt quotidiè fieri ſolet, Iudex Sæcularis cognoſcit dè ſimulatione contrà Laicum, l. Qui ſub prætextu, C. de Sacroſanct. Eccleſi.* Benè Parladorus *different.* 9 §. 4. *num.* 20. ibi: *Æquè etiàm ſi Clericus acceperit prædium, aùt merces à Laico in fraudem Regij vectigalis, poteſtas datur Iudici Laico, prædium, aùt merces diſtrahendo, exigere vectigal.*

36 Et prædictam reſolutionem, & deciſionem *dict. l.* 11. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopilationis*, extollit, & debere obſeruari in foro conſcientię, nèc Immunitati Eccleſiaſticę aduerſari defendit Pater Gabriël Vazquez *in tit. de Reſtitutione, cap.* 6. §. 1. *dub.* 2. *num.* 34. his ſingularibus verbis: *Vltimò notandũ, quòd l.* 11. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopilation. efficitur nulla, ipſo iure, donatio facta à Parentibus omnium bonorum alicui filio exempto, vt potè Clerico, qui hoc gaudet priuilegio, vel Scholaſtico, quià præſumitur, quòd fiat in fraudem tributi Regij, ſcilicèt, del pecho, & exiſtimo in conſcientia eſſe nullã donationem, nèc id eſt cõtrà immunitatem Eccleſiaſticam, & eſt nulla donatio, etiàm ſi hoc intuitu non fieret, quià vniuerſalitèr lex vult, quòd non fiat in detrimentum Regij tributi omnium bonorum donatio*, Didacus Perez *in dict. l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordinam.* verſ. *Quid autèm.* Vbi probat, quòd Clericus cõſentiens ſcripturæ donationis ſimulatę ſibi factę, tenetur in foro animę ad reſtitutionem Fiſco, vèl eius nomine collecto,

lectori, quemadmòdum principalis Dominus, & quòd ſolutione alterius, alter à reſtitutione liberabitur, quem referunt, & ſequuntur Matienço *in dict. l.* 11. *gloſſ.* 5. *num.* 6. Gutierrez *dict. lib.* 2. *pract. quæſt.* 132. *num.* 8. Alexander Sperelus *deciſ.* 35. *num.* 44. & faciunt tradita *infrà num.* 41.

37 Et quoad probationem fraudis, & ſimulationis, quę influit in nullitatem actus, vt diſtinctè procedamus, ſuppoſito, quòd ſimulatio coniecturis, & præſumptionibus poteſt verificari, ex traditis ab Hermoſill. *vbi proximè dict. gloſſ.* 1. *num.* 5. & latiùs *in l.* 2. *tit.* 4. *part.* 5. *gloſs.* 6. & 7. *num.* 16. & 17. Noguerol *allegat.* 10. *num.* 69. Pegas *Reſolut. forenſ. cap.* 5. *nu.* 158. aliqui caſus diſtinguendi ſunt. Primus erit in donatione omnium bonorum facta per Laicum Clerico, ſeù aliàs Perſonę exemptę à contributionibus. Nàm hoc caſu *dicta l.* 11. hanc probationem tamquàm Iuris, & de Iure admittit, & approbat pro plena verificatione, ibi: *Donacion, y traſpaſſacion de todos ſus bienes.* Et ibi: *Porque el derecho preſume que lo hizo cauteloſamente, à fin de no pechar, ni contribuir, que la tal donacion, ò traſpaſſamiento ſea ninguno de Derecho,* & idem in donatione maioris partis bonorum, pro quo adducunt Doctores *l. Omnes, §. Lucius, ff. Quæ in fraud. credit.* & ſic dictam l. Regni accipiunt Azeued. *in eius Commentari, num.* 1. & 3. vbi cùm Baldo, Auendaño, & Gregorio Lopez, ità ait: *Immò, & idem dicendum, & ſi maiorem partem bonorum donarent ſecundùm Baldum relatum, & ſecutum per Auendaño, cap.* 14. *Prætorum, num.* 30. *verſic. Item alij limitant, lib.* 2. *Et Gloſs. Dieſſe, in medio, in l.* 7. *tit. fin. part.* 5. *& per eundem Auendaño, in tit. de las Exceptiones, num.* 57. *in limitat.* 5. Matienç. *in eadem l.* 11. *gloſs.* 3. *& gloſs.* 5. *num.* 6. Flores de Mœna *lib.* 2. *Variarum quæſt.* 21. §. 1. *num.* 70. & 71. Paz *in dict. l.* 212. *ſtyli num.* 3. per Textum ibi, in verbis iàm relatis *num.* 35. Gutierrez *lib.* 2. *Practicarum quæſt.* 132. *num.* 5. *in fin. & ſeqq.* Marinis *lib.* 1. *Reſolut. quotid. cap.* 47. *num.* 14. Bobadill. *in Politic. lib.* 2. *dict. cap.* 18. *num.* 132. Hermoſilla *in dict. gloſſ.* 1. *num.* 6. *& dict. gloſſ.* 6. *numer.* 18. benè Riccius *in Prax. Variarum reſolut. reſolut.* 431. Secundus in donatione, ſeù ceſsione certę partis bonorum, ſcilicèt, prædij, ſeù alicuius poſſeſſionis, & tùnc, ſi ob eam poſteà efficiatur impotens ad ſoluẽdùm tributa, recurrẽdum eſt ad probationem fraudis, vèl apertam, vèl quæ ex legitimis, & vrgentibus coniecturis, attentis circunſtantijs donationis, & Perſonarum donantis, ſeù cedentis, & donatarij, reſultet, vt ſi teſtibus comprobetur talis animus, vèl donans, ſeù cedens poſt talem actum reperiatur in poſſeſsioue rei ceſſę, ſeù perceptione reditus, vèl fructuum prædij vineę, ſeù poſſeſsionis donatę, *l Sicuti, §. Superuacuum, ff. Quibus modis pignus, vèl hypotheca ſoluitur,*

uitur, & ibi Bartolus *& in l. Pèst contractum, ff. de Donationibus*, & dè Iure Regio eſt Text. apertus *in l. 6. tit. 33. lib. 9. Recopilationis*, quæ ità diſponit: *Por quanto algunos hazen ventas, ò donaciones de ſus bienes à ſus hijos, ò à otras Perſonas, por no pagar las monedas; ſi ſe probare que lo hazen en fraude, y ſe probare con dos teſtigos de buena fama, ò que eſtos que hizieren las tales ventas, ò donaciones, ſe mantienen de los tales bienes, y los poſſeen, y lleuan los frutos, y rentas dellos, que la tal venta, ò donacion no vale, y que paguen la moneda, valiendo la quantia para lo pagar, ſegun dicho es; y que los tales bienes ſean para nueſtra Camara, pues los hizieron vendidos, ò donados doloſamente, por no pechar.* Dinus *in l. Omnes, §. Lucius, ff. de His, quæ in fraudem creditorum*, Cynus *in l. 2. C. de Repudianda hæreditate.* Facit *l. Si is qui, ff. de Adquir. hæredit.* Riccius *dict. reſolut. 431. num. 2.* Graſſis *de Effect. Cleric. effectu 3. num. 192.* Donatus Ant. de Marinis *dict. reſol. 47. num. 14.* & latiùs comprobans *in Addit. ad deciſ. 529. Reuerterij, num. 1.* Capiblancus *de Baronibus dict. pragm. 8. part. 3. num. 88.* vbi addit pro legitima præſumptione, quòd donans, & donatarius ſint coniuncti, vt notant etiam Hermoſilla *in dictis locis.* Octauius Gloritius ſingularitèr in materia, *reſponſo 5. num 15. vſquè ad 17.* Balmaſeda *de collectis dicta quæſt. 19. num. 34.* Et de cautione prò euitatione fraudis donationum, quæ fiunt à Parentibus filijs Scholaſticis, agit *l. 18. tit. 7. lib. 1. Recopilationis, cap. 1.* & de eius materia, & exornatione videndi ſunt Carleual *de Iudicijs, tom 1. diſputat. 2. num. 499.* D. D. Franciſcus Salgado *in Labyrint. part. 1. cap. 7. num. 98.* Eſcobar *de Pontifi. & Reg. Iuriſd. cap. 52.* D. D. Alphonſus de Olea *de Ceſſ. Iur. & act. tit. 2. quæſt. 4. num. 52. & ſeqq.* Ex quibus liquidò patet, donationes veras, legitimas, & fraudis ſuſpitione carentes, tàm filijs, coniunctis, quàm alijs quibuſcumquè, & ex quibus non reſultet præiudicium Fiſco in ſuis Iuribus, & contributionibus, vèl tertio in Iure ſibi quæſito, valere, & effectum ſortiri. Eas verò, quę ſimulationem, & fictionem, re ipſa, vèl ex legitimis coniecturis deductam, iuxtà prædictas regulas contineant, vèl in præiudicium Iuris tertio adquiſiti ſint, omninò irritari, prò quo notanda eſt etiàm *reſolutio 123.* Riccij *in dict. Prax. variar. reſolut.* in quo omnes ſuprà dicti Doctores conueniunt, quibus ad hoc addendus D. D. Ioſeph. Fernandez de Retes *lib. 5. Opuſcul. cap. 2. num. 17. in fin.* qui de abuſu harum donationum in Ciuitate Salmantica meritò Conqueritur. Sèd ego, qui in praxi, & negotiorum expeditione quotidiè in Cõſilio occurrentium, talem corruptelam experior, De toto Regno poſſum conqueri.

38 Ità ſimilitèr Eccleſiaſtici prohibentur quoquo modo Iuriſdictioni Regię, & Iudicum Laicorum ſe opponere, & eam turbare,

re, vel impedire ex regula *cap.1. de Offic. & Poteſt.Iudic.deleg.cap.ex litteris, cap.Prætereà eodem tit. l.1. ff.Si quis Ius dicenti non obtemper.* aliàs ſubduntur eorum coercitioni, iuxtà modum, & formam traditam per Doctores in dictis Iuribus, & Auguſtinum Barboſam *in Collectan.ad dictum cap.1.num.3. & num.12.* & de Iure Regio ſunt *leges 3.& 14. tit.1. lib.4. Recopilat.* vbi Azeuedo maximè *in dict. l.3. num.2 & 3.& l.5.tit.3.lib.1. Recopilat.* Humada *in l.13.tit.13.part.2. num.7.* Zeuallos *Comm.contrà commun.quæſt.897.tom.4.* vbi benè de materia, Bobadilla *in Polit. lib.2. cap.18.num.84.* vbi declarat, Eſcouar *de Pontif.& Reg.Iuriſd. cap.56. num.14.* Parladorus *differentia 9. §.4.num.16.* D.Michaël de Cortiada *tom.1.deciſ.28. num.15.& num.20.in prax.content.Regn.Aragon.*

39 Ex quibus infertur, quòd poſsit Princeps, & eius Iudices Regij in noſtra ſpecie procedere contrà Eccleſiaſticos, qui turbant, vel impediunt exactionem taliũ redituum, vel eos vſurpant, vt tenent Innocentius *in dict.cap.1. de Offic.deleg. num.2.* Igneus *in l.Neceſſarios, §.Non aliàs, num.617.ff.ad Syllanian,* ibi: *Similitèr ſi in exercitio Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis malè verſantur, vel negligunt ſubditis Regis Iuſtitiam miniſtrare, vel abuſum circà exercitium eius committunt, & maximè vbi Iura Regia vſurpant, in his, Iure, poteſt Rex, aut Supremi eius Magiſtratus appellari, vel eorum officium, ſeù authoritas implorari, & imploratum impartiri, præſertim ſi Eccleſiaſtici Iudices Regis Iuriſdictionem interuertant, vel intercipiant.* Renatus Chopinus *de Sacra Politia lib.2.tit.3. num.13.* his verbis: *Si quandò enim Eccleſiaſtici Præfecti molliantur aliquid, quo diſciplinæ Canonicæ neruus elidatur, aut profani Imperij partes vſurpentur, tunc Principali authoritate cohiberi poſſunt, & intrà ſuas metas, ſeptaque reuocari,* & in puncto.D.D.Ioanes de Larr. *allegat.25.num.26.tom.1.Alleg.Fiſc.* ibi: *Et dubium non eſt poſſe Regem procedere contrà Eccleſiaſticos, qui turbant, vel impediunt exactionem redituum, vel eos vſurpant,* & ad id quàm plures deciſiones refert D. Ioanes del Caſtillo *tom.7.de tertijs, dict.cap.12.num.26.*

40 Eruditiſsimus D. D.Ioanes de Solorçano *de Iure Indiar. dicto lib.3.cap.6.num.52.* vbi ponit formam iuramenti præſtandi ab Epiſcopis antè adeptionem poſſeſsionis, quę eſt. *Que no iràn contra el Patronazgo Real, ni la percepcion de los dos nouenos, que en los diezmos ſe reſeruan à ſu Mageſtad, ni otra alguna cobrança de los derechos, y Rẽtas Reales,* ex quo; deducit n.63. vnum ſatis ſingulare, & à Regijs Fiſcalibus ſummè obſeruandum, ibi: *Et quòd magis eſt habet vim litis conteſtationis, atquè adeò excludit, & interrumpit quamcumque præſcriptionem, quam Epiſcopi allegare poſſent, & prætenderent in præjudicium Iuris Patronatus, vel alterius cuiuslibet Iuris Regalis, quibus ſe non Contrauenturos in forma dicti iura-*

menti

menti promitunt, & poſt comprobationem addit. *Quæ doctrima mihi vſui, & honori fuit in aliquibus litibus, quas defendi, dùmrei Dominicæ Senatus Fiſcalem Procuratorem agerem, contrà aliquos Epiſcopos, qui in materia tertiarum ſe volebant præſcriptione munire, cuius miror mentionem non feciſſe diligentiſsimum pariter, ac doctiſsimum D. Ioannem del Caſtillo in ſuo tractatu de tertijs, vbi cap. 35. per totum, plura de modis interrumpendæ præſcriptionis adducit.*

41 Et contra Eccleſiaſticos Regia Vectigalia ſubtrahentes, vel ſubtrahentibus opem ferentes, cum admiratione acritêr inuehit. D. D. Ferdinandus Menchaca *de Succeſſ. creat. lib. 1. in repetit. legis Quoniam in prioribus, C. de in Offic. teſt. §. 10. num. 648. verſic. illud*, his verbis: *Illud autèm mirandum eſt, quâ fronte Clerici (vt ſæpè vidimus) ſtudeant Vectigalia Regia ſubtrahere modo, modo autèm ſubtrahentibus opem ferrè, exiſtimantes fortè in foro animæ non teneri ad pœnas talibus fraudatoribus impoſitas, quod licet verùm eſſet, tamèn non idcò minus tenebuntur in foro animæ, ad reſtitutionem Vectigalis fraudati, non ſecus quam fur tenetur ad rei ſubtractæ reſtitutionem dicet, non ſic ad pœnam legalem*, quem refert, & ſequitur, alijs comprobans, Mexia *ad Pragmat. taxæ panis concluſ. 5. num. 42.* Carolus Cala *de Contrabanis Cleric. num. 238. & 239.* & benè facit pro hoc Bartolus *in l. fin. C. de Annonis, & tributis l. b. 10. num. 1.* vbi illam legem inducit contra Clericos, & Scholares, qui ſub prætextu ſuorũ priuilegiorum, defraudant gabellas, quem notauit Gutierrez *de Gabelis, quæſt. 94. num. 9.* & conducunt, quę diximus *ſuprà num. 36.*

42 Et ideò ſi Supremus Regij Patrimonij Senatus, vel Iudices, eius Iuriſdictionem exercentes, procedant cõtra quoſcumque debitores Regios, in cauſis ad illam ſpectantibus, vt dictũ eſt, & quilibet Eccleſiaſticus tali prætextu, declinet eius tribunal, vel iuuetur auxilio Iudicum ordinariorũ Eccleſiaſticorum, qui velint eos impedire, vel inhibere, tunc per Senatum illum expediuntur litterę Regię eis directę, per quas talia procedimenta inhibentur, & eis præcipitur quòd non impediant Iuriſdictionem Regiam, & Iudices eam exercentes, nêc exactionem Iurium Regalium, Nèc in illis cauſis procedant, aut vllo modo ſe intromittant, vt expreſſum eſt *in l. 1. tit. 2. lib. 9. Recopilat. § 9.* his verbis: *Otroſi, en quanto toca à los Iuezes Eccleſiaſticos, que impiden, y embaraçan las cobranças de las nueſtras rentas, queriendo eximir, ò exceptar alguna, ò algunas Perſonas de la paga de ellas, ò en otra alguna manera; ò que ſe entrometen à conocer de lo que toca à las dichas rentas, no les perteneciendo, y proceden contra los nueſtros Iuezes de rentas, En la dicha Contaduria Mayor ſe darán, y deſpacharán las Cedulas nueſtras que ſe acoſtumbran, para que no conozcan, ni procedan, ni embaraçen la dicha cobrança, ni ſe entrometã en lo à eſto tocante.*

Et

43 Et ità in praxi obſeruari, teſtantur Bobadilla *in Polit. lib.2. cap.18. num.171.* ibi: *Que en eſtos caſos podran deſpacharſe en la Contaduria Mayor Cedulas Reales, para que los tales Iuezes Eccleſiaſticos no conozcan, ni procedan, ni embaraçen la dicha cobrança, ni ſe entrometan en lo à eſto tocante, &c.* Gutierrez *de Gabellis quæſt.94. num.7.* verſ. *Quæ etiam probatur,* & cum eis Zeuallos *de Cognit.per viam viol.2.par. quæſt.64.nu.9.* & 10.qui,& Gutier. ponunt ad litteram decretum, ſeù deciſionem Grauiſsimorum Præſidum,& Senatorum, quam *ſuprà proximè*, notauimus, cuius vltima verba hoc probant, ibi: *E no conſientan, que los Iuezes Eccleſiaſticos, de qualquier calidad que ſean,conozcan, traten,ni pongan en coſa alguna de lo ſuſodicho impedimiento,ni eſtorno alguno,* & ait Zeuallos, illa determinatione cauſam eſſe planã, & deciſam pro omnibus caſibus ſimilibus, & ponit exemplaria, quorum primum fuit cuiuſdam debitoris Regij ex fideiuſsione facta prò conductore dirictuum, qui ſoluuntur in portubus, vulgò *de los Puertos*, incarcerati pêr Iudicem Secularem prò delicto homicidij, ei imputati, quem cùm Licenc. Ioannes Velazquez, Gabellarum Ciuitatis Toletanę adminiſtrator,recomendaret prò debito Regio, Iudex Ordinarius Eccleſiaſticus contrâ eum cenſuris procedebat, prò reſtitutione talis rei ad Eccleſiam, ex qua aſſerebat fuiſſe extractũ per Miniſtros, & cùm Licenc.Velazquez caſumSupremo rei Dominicę Conſilio retuliſſet, eius iuſſu expedita fuit Schedula Regio nomine ſubſcripta in Oppido de Fuentidueña,die trigeſsima,menſis Septẽbris, anni milleſimi ſexenteſsimi decimi ſeptimi, cuius tenorem refert. In qua IudiciEccleſiaſtico ordinario Toletano, qui prò Immunitate inſtabat,tale mandatum iniungebatur: *Por la qual os mando,no impidais al dicho Lic.Iuan Velazquez la cobrança de los dichos quatrocientos y cincuenta mil marauedis que debe el dicho Iuan de Vibar, como tal fiador. Y os ruego, y encargo, que haziendoſe por el dicho Lic.Iuan Velazquez caucion juratoria, de que no procederà contra el dicho Iuan de Vibar à pena criminal, ni corporal, le abſoluais in totum, y à todas las demàs perſonas que por la dicha razon huuieredes excomulgado, de las ſentencias, y excomuniones que contra ellos huuieredes diſcernido,ò diſcernieredes.* Inqua prætêr noſtram praxim, nota dignum eſt,Iudicem Regium,iuſſum eſſe,non impediri,& procedere ad exactionem debiti Gabellarũ,non obſtante prætenſa Eccleſię immunitate, iuxtà ea,quę notauimus *ſuprà Titulo 1.quæſt.12. num.7.* vt ibi etiàm notat Zeuall. *verſ. Y aduiertaſe*, dicens eſſe caſum nouum.

44 Ipſemet Zeuallos *1.part. eiuſdem tractatus de cognit. pèr viam violentiæ, gloſſa 6. numer.129.* comprobat, & ſolidis munit fundamentis praxim Senatuum, & Superiorum Tribunalium rogandi,

& obſecrandi Iudices Eccleſiaſticos, qui contrà laicos anathematis gladio in re profana procedunt, vel contrà Clericos poſt appellationem interpoſitam, vel in tempore quo potuit interponi, vel alijs cauſis de quibus *in l. 30. tit. 9. part. 1.* vt eos à cenſuris abſoluant. Quod verbum, *Ruego, y encargo*, in ſimilibus iuſsionibus, vel prouiſionibus directis nomine Regio, id eſt, *ſub D. Carlos Segundo, &c.* Iudicibus Eccleſiaſticis, æquiualet iuſsioni expreſſę, id eſt *verbo, Mando*, & eſt eius æquipolens, cum illo vellamento, vt obſeruant Bobadilla *in Politic. lib. 2. cap. 10. num. 63.* vbi plurib⁹ comprobatur *in margine litt. F. & cap. 18. num. 63.* D. D. Ioannes de Solorçano *de Indiarum Iure tom. 2. lib. 4. cap. 12. num. 78.* quem refert, & ſequitur Epiſcopus Villaroel *en el Gouierno Eccleſiaſtico, part. 2. quæſt. 12. art. 5. num. 76. & ſeqq.* Catalanus *de Indulto, cap. 2. num. 41.* vbi quòd verbum *Rogo*, aliquandò ſecundùm ſubiectam materiam ponitur præceptiuè, quod confirmatur ex deciſione Text. *in l. 8. tit. 10. lib. 9. Recopilat in fin* cuius verba retulimus *ſuprà Titulo 1. quæſt. 9. num. 13.* & prædicta formula vtitur Regius Patrimonij Senatus in litteris expeditis contrà Iudices, & Perſonas Eccleſiaſticas exactionem, ſeù adminiſtrationem Regiorũ redituum impedientes.

Idem Bobad. lib. 2 cap 18. n. 151.

45 Idem probat Petrus Rebuffus *in Tract. de decimis quæſt. 10. num. 39.* vbi loquens de decimis conceſsis Laicis à Pontifice, & ſpecificè de decimis Francię, ità ait: *Et hodiè ex priuilegio conceſſo Philippo Regi Franciæ, vt quidam aiunt (quod Philippinam vocant) Iudices laici de decimis feudalibus cognoſcũt, & ſi laici inquietantur, coràm Iudicibus Eccleſiaſticis ſuper huiuſmodi decimis, ſic infeudatis antè Concilium Lateranenſe, ſolent impetrare litteras à Rege, ad inhibendum Iudibus Eccleſiaſticis, nè de his cognoſcant, cauſaſque ad Iudices Sæculares remittant &c.* & cum eo, & alijs pluribus D. Ioanes del Caſtillo *tom. 7. de tertijs cap. 12. num. 20. & ſeqq. vſque ad 26.* Villadiego *in Politic. cap. 5. §. 20. num. 100. in fin.* vbi de hac praxi teſtatur, *& num. 124.* hoc generalitèr probat in omnibus caſibus in quibus datur contributio.

46 Thomàs Valaſcus *allegat. 28. num. 73.* vbi de eadem praxi in Regno Portugallię deponit, ibi: *Si ſe intromittant, vim faciunt, & eſt locus querellæ ad Regem, vèl ad Iudicem Coronæ, &c.*

47 Gironda *de Gabellis part. 6. in princip. num. 31.* qui dùm ex dicta lege Regia, iàm relata, vult ſingularitèr, vt dicit, probare, quòd ſi per Iudices Eccleſiaſticos vis fiat in cauſis gabellarũ, et it auxiliũ implorandũ in Regijs Chancellarijs, & non in Contatorũ, vèl Calculatorũ Prętorio, manifeſto errore labitur. Nàm diſpoſitio, & verba legis expreſsè, & generalitèr loquũtur de impedimento appoſito in executione redituum Regalium, ibi: *Que impiden, y embaraçan*

las

las cobranças de las nueſtras rentas, quorum præcipua, & potiſsima pars conſiſtit in gabellis, vt luce clariùs patet, & in ſeruitijs, & conceſsionibus millionum, vt ex Regia atteſtatione conſtat, *in principio conditionis 29. ſecundi generis*, in earum compilatione. Ergò eas comprehendit, & exceptio in calce legis appoſita loquitur de alijs cauſis Eccleſiaſticis diuerſę naturę, & qualitatis, vt ex illis verbis patet: *Pero por eſto no ſe entienda, que en los otros proceſſos Eccleſiaſticos que à eſto no tocan, ſe han de proueer, ni tratar en la dicha Contaduria Mayor por via de fuerça, ni para que otorguen: Porque eſto tan ſolamente toca, y ſe ha de conocer dello en el nueſtro Conſejo, y en las nueſtras Audiencias, como ſe ha haſta aqui vſado*, & ideò de eis nullo modo poteſt intelligi, nèc obſeruantia ſubſequuta intellexit, vt patet ex prædicta praxi.

48 Quam mirè refert, & declarat (vt formalis pars Senatus, qui illam obſeruat) D.D. Ioannes de la Rea *allegat. 27. num. 32. tom. 1. allegat. fiſc.* his verbis: *Ex quibus inducta praxis Senatus Regalis Patrimonij circà Iudices, & Perſonas Eccleſiaſticas impedientes exactionem tributorum, vèl adminiſtrationem patrimonij, nàm quotiès executores Senatus Iudices Eccleſiaſtici inhibere intendunt, & contrà illos cenſuris procedunt, vt ab executione delegata, vèl exactione tributorum deſiſtant, expeditur Regium reſcriptum, quo Iudicibus Eccleſiaſticis iniungitur, & ab illis rogatur, vt abſoluant excommunicatos pèr certum tempus, & iubetur Notarijs laicis, coràm quibus acta Iudicialia expedita, vt illa remittant ad Senatum, in quo extraordinariè ſinè cauſæ cognitione, nulla copia partibus data, relatione facta, attenditur, àn cauſa pertineat ad Iudicem Eccleſiaſticum, & iuſtè procederet contrà executorem patrimonij? ſi executor excederet delegationem, vèl in iuriſdictione Eccleſiæ ſe introduceret, tùnc acta, Decreto Senatus, ad Iudicem Eccleſiaſticum remittuntur, vt procedat in cauſa, & executori iubetur, vt ab illa ſe inhibeat. Sin verò non iuſtè Iudex Eccleſiaſticus exactionem Vectigalium, vel adminiſtrationem Regalis Patrimonij impedierit, acta in Senatu retinentur, nulla alia declaratione facta, quàſi omnia, quæ ad Vectigalia Regia, & Patrimonij Principis pertineant, pèr Iudices Fiſcales expedienda, &c. & à num. 33.* hunc ſtylum Senatus octo fundamentis doctè, & elegantèr comprobat.

49 Quod & ego etiàm de facto habui, & expertus ſum. Nàm cùm accidiſſet grauis, & pernitioſa decoctio conductoris ſalinarũ, qui, cùm deberet ex tali conductione pluſquàm centum computa ſoluenda quàm pluribus miſeris, & pauperibus creditoribus Iuriũ Regalium ſupêr eis impoſitorum, & alijs habentibus Regiam Ceſſionem, foro ceſsit, cùm primum, talium decoctorum veſtigijs inhærens, omnia bona.

amouiſſet, & occultaſſet. Et ego ex ſpeciali commiſsione Senatus, qua excitata fuit mea Iuriſdictio, continuaſſem acta incepta per doctum, & eruditum virum D. Antonium de Caſtro (qui poſt emenſa magno honore aduocationis curricula, priùs hoc munus meum exercuit, & hæc ſeruitia millionum voce, & ſcriptis accuratiſsimè defendit, & tùnc in eodem Rei Dominicę Conſilio erat Fiſci Patronus, nûnc verò in Regio Indiarũ conſeſſu, eſt conſummatiſsimus Conſiliarius) tali occultatione aliquibus vagis allocutionibus mihi inſinuata, ſtatim diluculò, Miniſtris Tribunalis, & alijs, quos conuocaui, viſitaui domum cuiuſdam agentis negotia cõductionis, in qua inueni quàm plurima bona, & pecunias ex amotis. Et cauſa, & informatione ſummaria proſequuta, breuiſsimo tempore ex octo hominibus, qui aſportationi bonorum, & pecuniarum, & traductioni ex domo, & cuſtodia vulgo, *caxa*, dictę adminiſtrationis in talem domum, interfuerunt, ſeptem eorum depoſitiones (quod vix credi poteſt) ſuſcepi, ex quo liquidò apparuit, & comprobata fuit fraus, & dolus, & cùm hunc Agentem carceri, & ſtrictiori Camerę mancipaſſem, prætèr capſerium, & alios, ob delictum, & vt reliqua bona manifeſtarentur, hac ocaſione Præsbiter quidam conſanguineus conductoris, qui, vt ex depoſitionibus teſtium conſtabat, fuerat factor, & promotor talis tranſportationis bonorum, & pecuniarum, & illi interfuerat, comparuit coràm ordinario Eccleſiaſtico huius Curię exponens, me contrà eum indebitè, & nullitèr, ſinè Iuriſdictione procedere, & obtinuit litteras inhibitionis contrà me. Quibus cùm reſpondiſſem, me ſolum procedere in illa cauſa decoctionis legitimè, & cùm Iuriſdictione priuatiua, quòad omnia ei connexa, & dependentia, & à cenſuris appellaſem, & reliquâ legum remedia proteſtaſſem, aſſerens ex informatione occultationis reſultare illam interuentionem, & nihilominûs agrauaſſet cenſuras. Cõſultatione à me facta Regio Patrimonij Conſilio, illicò per illud iuſſum fuit expediri Schedulam Regiam iuxtà prædictam praxim, quę (ut clariùs pateat, & eius viridis obſeruãtia manifeſta fiat, nàm aliquibus, non leuis notę, extranea viſa fuit) hunc tenorem continet.

50 EL REY. *Vicario de la Villa de Madrid, y ſu Partido, Iuez Eccleſiaſtico que os dezis ſer del negocio, y cauſa, que adelante irà declarado, y otro qualquier Iuez Eccleſiaſtico, que della aya conocido, y conozca. Por parte de Don Diego Bolero, Iuez de Quiebras de mi Conſejo de Hazienda, ſe me ha hecho relacion, que auiendo proſeguido en los Autos, y diligencias empeçadas por mi Fiſcal dèl, en la quiebra, y alçamiento de F. Arrendador de las ſalinas de Eſpartinas, Atiença, y Cuenca. Y*

poner

poner cobro en ſus bienes, y efectos, el Fiſcal de aquel Iuzgado diò querella del dicho Arrendador, ſu Caxero, Hermanos, y Oficiales de la Caſa; y que ſe le auian notificado vueſtras letras, inhibiendole, para que no proceda contra N. y ſus bienes (que era el Eccleſiaſtico) *mandando, que ſe le bueluan, con los papeles que ſe le embargaron, y quitaron, embaraçandole las demàs diligencias, que conuiene ſe hagan al buen cobro de la dicha mi Real Hazienda. Suplicòme, fueſſe ſeruido de mandar deſpachar Cedula mia, inhibiendoos del conocimiento deſta cauſa. Y viſto en el dicho mi Conſejo de Hazienda, con lo que en razon dello dixo el dicho mi Fiſcal dèl, he tenido por bien de dar la preſente; Por la qual os mando, no impidais, ni embaraçeis al dicho Don Diego Bolero las diligencias en que eſtà entendiendo, en razon de la aueriguacion de la quiebra, y efectos de las dichas Salinas. Y ſi pretendieredes que os toca el conocimiento de la dicha cauſa, embiareis al dicho mi Conſejo de Hazienda el proceſſo original, y autos cauſados en el dicho negocio, por mano de mi infraeſcrito Secretario, para que viſto en èl, ſe prouea lo que conuenga, y ſea juſticia. Y en el entretanto, os ruego, y encargo abſoluais al dicho Don Diego Bolero, y à las demàs Perſonas, ſi por eſta razon tuuieredes à algunos excomulgados, de las cenſuras, y excomuniones, que contra ellas huuieredes diſcernido, ò diſcernieredes por termino de ochenta dias. Y mando à qualquier mi Eſcriuano, ò Notario, os notifique eſta mi Cedula, y de teſtimonio de vueſtra reſpueſta, ſo pena de la mi merced, y de diez mil marauedis para mi Camara. Y aſsimiſmo, mando al Notario, ò Perſona en cuyo poder eſtuuieren los dichos Autos, los remita al dicho mi Conſejo de Hazienda para el dicho efecto. Fecha en Buen-Retiro à ocho de Iulio de mil y ſeiſcientos y ſeſenta y quatro años. YO EL REY. Por mandado del Rey nueſtro ſeñor. Franciſco Carrillo.*

51 Quę Schedula, & iuſio cùm notoria facta fuiſſet Iudici Eccleſiaſtico per Tabellionem Receptorem Tribunalis, coràm quo cauſam actitabam, cûm aſsiſtentia Fiſcalis, ipſe, iuſtam obedientiam præſtans, ſtatîm iuſsit, vt Notatius acta originalia remitteret, ad Senatum, & quôd abſolutio concederetur prò termino in Schedula contento, vt factum eſt. Quo viſo, & diligentijs in cauſa ſedulò adhibitis, partes cùm Fiſco concordiam inire procurarunt, & cùm effectu inierunt, pèr quam conductionis capitale ſaluum, & incolume prę ſtiterunt, & in pecunia numerata ex eo 24. qs. marapetinorum Regio Theſaurario tradiderũt, vt in cauſa ſuperſederem, quod, his præhabitis, mihi iuſſum fuit per aliam Regiam Schedulam, & libentèr ſuperſedi, animaduertens laborem, & curam in cauſa adhibitam hoc commodũ, tàm Regio Patrimonio, quàm cõmuni vtilitati creditorum attuliſſe, vt Senatus agnouit, & mihi tàm verbis, quàm extraordinaria

remuneratione gratulatus eſt. Ex quo colligitur, ſummè expedire (vt in principio huius Iuriſdictionis expertum eſt, & notauimus *ſuprà hoc tit. quæſt.3. num.3.*) criminalitèr contrà tales decoctores, vt Ius ſtatuit, procedere, & experientia compertum eſt decoctiones in plurimum ceſáſſe. Quibus ſecundo Titulo finis imponitur, & ſimûl huic Quæſtioni, in qua, recto iuſtitię zelo hæc concinnata ſunt, quià Protectio, & tuitio Iurium ad Regiam Cameram ſpectantium magnoperê Religionis defenſioni deſeruit, & præſtat, & obteſtor, me ea omnia, & quidquid in hoc opere ſcriptum eſt, Eccleſię, & Summi eius Præſulis cenſurę libentiſsimê ex animo, ſubijcere.



TRAC-



TRACTATVS
DE DECOCTIONE DEBITORVM FISCALIVM.

TITVLVS TERTIVS,

IN QVINQVE QVÆSTIONES DIVISVS.

De Sequeſtratione, & Tuitione bonorum decocti.

EPITOME QVÆSTIONVM,

TITVLI TERTII.

Quæſt. I. Decoctione ſequuta, perſona debitoris quærenda, & capienda eſt, & eius bona ſequeſtranda, & manifeſtanda, librique, & ſcripturę diſquirendę ſunt, & omnia in tuto per Iudicem collocanda, & quomodò hoc exequendum ſit?

II. Curator bonorum creandus eſt, qui ea defendat, & ſequeſter ſeù adminiſtrator, qui ea inquirat, conſeruet, & fidelitèr curet, de cuius officio agitur, & in quo differant ſequeſter voluntarius, & neceſſarius. Et quòd hoc in cauſis, in quibus Fiſcus interuenit, non procedit. Nàm habet ſuos Theſaurarios, & Adminiſtratores.

III. An debitor decoctus, pendente Iudicio concurſus, & antè quàm bona ſint diſtracta, vel creditoribus addicta, retineat eorum dominium? & qui effectus ex hoc reſultent?

IV. An in debitoribus Fiſci, eius priui-

priuilegium aliquid operetur circà hanc bonorum ſequeſtrationem? & ſpecialitèr diſcutitur in ſequeſtro corporis debitoris Fiſcalis defuncti.

V. Adminiſtrator iſte, ſeù ſequeſter quomodò debeat eſſe indemnis, & nihil de ſuo impendere? & àn ex bonis ſequeſtratis debeant alimenta decocto miniſtrari?

QVÆSTIO I.

Decoctione ſequuta, perſona debitoris quærenda eſt, & capienda, & eius bona ſequeſtranda, & manifeſtanda, librique, & ſcripturę diſquirendæ ſunt, & omnia in tuto per Iudicem collocanda, & quomodò hoc exequendum ſit?

Summarium Quæſtionis Primæ.

Num. 1. Decoctione ſequuta, tàm in bitore particulari, quàm Fiſcali, vel publico, Iudex debet ſtatim procedere ad aprehenſionem perſonæ, & omnium bonorum.

2 *Diſtinguitur forma procedendi ad prædicta, in debitore particulari, & in debitore Fiſcali, & publico.*

3 *Iudex Decoctionis, adhibitis diligentijs ad aprehenſionem perſonę, & manifeſtationem bonorum, ſiuè decoctus ſit carceratus, ſiuè defunctus, ſiuè latitet, antè omnia procedit ad ſequeſtrum omnium bonorum illius. Refertur origo, & fundamentum huius praxis.*

4 *Sequeſtrationis bonorum decocti, praxis, & forma exponitur, & exornatur in noſtro Regno, & in alijs Tribunalibus.*

5 *Et in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis.*

6 *Sequeſtrationis bonorum ratio eſt nè bona ęlentur, aùt occultentur in damnum Fiſci, vèl creditorum, ſeù ipſius decocti, & in bonis immobilibus, loco ſequeſtri, datur inhibitio de non alienando.*

7 *Fiſcus in caſu Publicationis bonorum rei, vel occupationis bonorum vacantium non tenetur vltrà vires bonorum aprehenſorum, nèc facere inuentarium.*

8 *Sequeſtrandi ſunt etiàm libri, & ſcripturæ, ſeù chirografa decocti, facta deſcriptione, ſeù ſolemni eorum inuentario, & omnia ponenda ſunt ſub fida cuſtodia, nè partes poſſint ea conturbare. Et num. 9. & 10.*

Decocti

11 *Decocti ſolent rationes in libris, & codicibus intricare in necem creditorum.*

12 *Sequeſtratio librorum, & codicum decocti ſummè expedit Fiſco, vt ex eis appareant debitores eorum, & participes in conductionibus, & poſsit Fiſcalis eos conuenire; pròut poteſt, ſicùt principales conductores.*

13 *Nota priuata ſola conductoris decocti, inuenta in libris, non eſt ſufficiens, vt habeatur quis prò Participe, niſi alijs medijs conſtet.*

14 *Libri, & rationes decocti diligentèr ſunt perſcrutandi, ex eis enim dolus, & fraudes eius ſolent apparere.*

15 *Prima figura, quæ ex librorum, & rationum lectione, reſultat, ſummè notari debet, & ſuſpitione caret.*

16 *Rationes etiàm cancellatæ, ſi fortè reperiantur, conſeruandæ ſunt.*

17 *Libri mercatorum, qui, & quales debeant attend.? & quandò faciant plenam fidem? remiſiuè.*

18 *Decocti compellendi ſunt per Iudicem ad manifeſtationem librorum, & declarationem ſpecificam bonorum, Iurium, & effectuum; ſicùt etiàm formans concurſum creditorum debet exhibere coràm Iudice competente liſtam fidelem omnium bonorum.*

19 *Et ſi nollint hanc declarationem facere, poſſunt etiàm tormentis ad id adſtringi; & exiſtentibus Indicijs fraudis, ſeù occultationis, centrà eos criminaliter procedendum eſt.*

20 *Iudex concurſus debet etiàm ordinare generalem proclamationem, qua præcipiatur ſub pœna, vt palàm indicentur bona decocti, & vera eorum credita profiteantur, & poteſt dare præmium his, qui bona occulta eius manifeſtauerint.*

21 *Notatur* lex Regia 2. tit. 19. lib. 5. Recopilationis, *quæ diſponit circà indicationem, & manifeſtationem bonorum decocti.*

1 DEcoctione ſequuta, tâm in debitore particulari, quàm in publico, vel Fiſcali, cum iam debitor, etiàm non occultans, nèc aſportans bona, reus efficiatur, & præſumptio ſit contrà eum, quòd doloſè verſatus ſit, & bona conſumpſerit, vel diſsipauerit, vt probauimus *ſuprà Titulo* 1. *quæſt.* 4. *num.* 3. Et cuiuſcumque rei perſona, & bona regulariter capienda, & ſequeſtranda ſint, *l. fin. ff. de Requirendis reis*, vbi Bart. ponit prò communi practica, & alij, *l.* 1. vbi & Salycetus *num.* 5. *C. Eodem*, *l. Si quis intrà C. de Bonis proſcriptorum*, vbi Bald. & idem Salycetus, & de Iure

Regio

Regio *l.7.tit.8.part.3.* vbi Gregor. *gloſſ.6.& l.3.tit.10.lib.4. Recopilat.* vbi Azeuedo *à num.11.* benè declarat, quandò debeat fieri ſequeſtrum, & quòd differunt ſequeſtrũ bonorum proptèr delictum, & ſequeſtrum proptèr debitum, Afflictis *deciſ.61. num.21. in fin.* Guido Papa *deciſ.351.* Iulius Clarus *lib.5. ſentent. §.final. quæſt.44. num.3.* Antonius Gomez *lib.3.var. cap.9. num.2.* vbi Emmanuel Soarez *in Annotat.litt.A.* adducit Pinelum, & alios, & notat differentiam deſcriptionis bonorum, ab Annotatione bonorum, diſcedens ab Accurſio *in l.1. verb. Annotandus, ff.de Requir.reis.* Paz *in Praxi tom.1.5.part.cap.3.§.2.num.18.* Farinacius *in Praxi tom.1. quæſt.11. num.4.* Scaccia *de Iudicijs, lib.1. cap.97. ex num.16. & cap.98. ex num.20.* & nouiſsimè Ayllon *in Annotat. ad Anton.Gom. dict.cap.9.num.1.& num.3.* Iudex competens iuxtà traddita *Titulo præcedenti*, debet ſtatîm procedere ad aprehenſionem perſonę, & omnium bonorum, quę inueniri poſsint cùm hac diſtinctione.

2 Quòd in debito particulari, ſi creditores ad Iudicem legitimum recurrant decoctionem, ſeù fugam referentes, & inſtantes prò ſatisfactione, tûnc debet ſummariè ſe informare de fuga, vèl eius ſuſpitione, & decoctione, & mutatione ſtatus debitoris, etiàm pêr aliquas coniecturas, quę ipſius Iudicis arbitrio remittuntur. Gloſſ. *in l.Si fideiuſſor, §.fin. ff.Qui ſatiſd.cogantur*, vbi Bald. & Iaſon *num.25.* Alex. *in l.2.ff.Solut.Matr.* cûm traditis *ſuprà Titulo 2.quæſt. 1.num.18.* At in debito Fiſcali, & publico hoc non eſt neceſſarium, ſed cùm primum Decretum Supremi Conſilij, quo declaratus eſt conductor, vel Adminiſtrator redituum Regalium prò decocto, præhabita ſufficiente Inquiſitione, notorium fit Iudici decoctionum pêr Tabellarium maiorem Regiorum redituum, vt notaui *ſuprà Titulo 2.quæſt.2.nu.1.* Debet ad prædicta procedere, quam quidem cognitionem magiſtralitêr decernit Conſultus *in l.Si creditores 31. ff.de Priuileg.credit.* his verbis: *Cuius rei gratia cognoſcere Prætorem oportet, nèc ſtatim eum ſatiſdationis neceſsitati ſubijcere debet, niſi, cauſa cognita, conſtiterit proſpici debere his, qui ſuſpectum eum poſtulauerunt.* Et in cauſa fiſcali maiori ratione, debet hæc cautio prouideri. Nàm licèt in ciuilibus regularitèr Inquiſitio locum non habeat, id fallit in cauſa fiſci, in qua debet fieri, *ex l.Si vacantia in fin. C.de Bon.vacant. lib.10.* ibi: *Præſes Prouinciæ præſente Fiſci Patrono diligentèr inquirat*, vbi Angelus, & Bartol. Baldus *in cap.1. §.Si titius de controu. intèr Dom.& Vaſa.* Lucanus *de Fiſco part.1. num.8.* Peregrin. cùm alijs *de Iure Fiſci, lib.7. tit.3. num.8.* vbi, & pèr tormenta huiuſmodi indagationem fieri poſſe exiſtimat, & ad id adducit *l. Defenſionis facultas 7. C.de Iure Fiſci lib.10.* Quemada *in Quæſtion Fiſcal*

*Fiscal.quæst.*15. Alfaro *de Offic.Fisc. gloss.*16.*priuileg.*12. *num.*62. & 63.

3 Tùnc ergò vterque Iudex, seù quilibet eorum in suo casu, diligentèr perscrutatis circumstantijs decoctionis, & adhibitis diligentijs necessarijs ad aprehensionem personę, & manifestationem rei familiaris, vel patrimonij, siuè procedatur in decoctùm incarceratum, siuè contrà defunctum, seù absentem, & latitantem, antè omnia procedit ad sequestrũ omnium bonorum debitoris decocti, quę quidem salubertima praxis non fuit oscitantèr introducta. Sed habuit ortum ex Text. *in l.Fulcinius in princip. vers.Prætor ait, & in §.1.per totum, ff.Quibus ex caus.in possess.eatur.* Vbi statuitur, bona eius, qui, fraudandi causa suos creditores, latitat, & copiam sui non facit, debere possideri, & vendi per creditores. Immò *ex eodem §.*1. constat etiàm tempore Iurisconsulti hanc praxim fuisse frequentissimam, & in viridi obseruantia, ibi: *Et est frequentissima hæc causa possessionis.* Et quòd non requiratur ordo Iudiciarius, sed sufficiat, vt summariè constet de debito, voluit *gloss.in verb. constat in l.Cum proponas, C. de Bon. auth. Iud.possid. & in dict.l.Fulciniu, §.*1. *verb.opportet,* & benè probat Strac. *de decoctor.part.*7. *& vltim.num.*14. & declarat Guido Foianus *de Sequestro regul.*2. *à num.*13. & melius Matheus Colerus *de Process.execut. ca.*2.*p.*1.*à n.*100. vbi notat in nostris terminis debitoris fugitiui, vel latitãtis, vel suspecti de fuga, quomodò, & ex quibus inditijs, & præsumptionibus, debeat saltim summariè fides fieri, apud Iudicem, vt procedat ad sequestrationem, tàm personę, quàm rerum. Gonçalez *ad regul.*8. *Chancell. §.*7. *proœmiali, n.*27. vbi ex Bart. *in l.Imperatores, §. fin.n.*3. *ff.de Appellat.* & alijs, probat generalitèr, quòd Iudex ex iusta causa, sibi benè visa, potest ex officio apponere sequestrum in omnibus casibus, in quibus sequestratio ad instantiam partis fieri non possit. Latè D. Ioannes del Castillo *tom.*8. *de aliment.cap.*13. *nu.*14. D.D. Franciscus Salgado *de Regia Protect. part.*2.*cap.*16.*num.*13. Camilus de Laratha *cons.*81.*à num.*1. Censal. *in Addit. ad Peregrin. de fideicom. art.*31.*ad num.*71.*fol.*331.

4 Er ità practicari in Regno Neapolitano, & eius Supremis Tribunalibus testatur Scipio Rouitus *ad Pragmat.*3. *de cessione bonorum num.*12. his verbis: *Inoleuit frequentissima praxis in hoc Regno, eiusque Supremis Tribunalibus, vt quotièscumque, quispiam foro cedit, seù solum vertit, statim ad instantiam creditorum proceditur ad sequestrationem omnium bonorum,* quem sequuntur Marius Muta *decis.*24.*nu.*1. *in fin.* Gallup. *in tractatu de Concursu, & Prælat.credit.part.*4.*cap.*1. *num.*2. Franciscus Roccus *Responso* 10.*num.*11. *tom.*1. *responsorum legalium, & in tract.de Decoctione mercatorum, qui est post dictum tom.*1. *nota* 6. *numer.*19. qui hanc reddunt rationem, quòd iste debitor de-

decoctus iàm mutauit ſtatum, & detecta eſt eius paupertas ex Marta *voto* 48.*nu.*8.& Gratiano *diſcept. forenſ.cap.*708.*num.*24.Gaſpar Anton.Theſaur. *lib.*2.*quæſt. for.quæſt.* 16.*nu.*14. ibi: *Et illis addo* 5.*caſum, quandò debitor eſt argentarius, & vt vulgò dicitur,Bancharius,aut mercator, qui multorum pecunia ad negotiandam accepta,decoxit; quod intelligentes creditores hypothecarij,& non hypothecarij ſequeſtrationes bonorum obtinent,& omnes petunt ſolui,&c.* D.Petrus Noguerol *alleg.* 19.*num.*131. ibi: *Idem,& à fortiori procedit in concurſu creditorũ,quandò per decoctionem bona ſequeſtrantur, & comparent creditores ſuper exactione ſuorũ creditorũ,&c.*qui loquitur de practica noſtri Regni, & expreſius D.D.Franciſcus Salgad. *in Labyrint.credit.part.*1.*cap.*1.*nu.* 42. vbi quod licèt decocti, & falliti non poſsint bonis cedere, tamèn concurſus non impeditur,& ideò concludit: *Tamèn apud nos concurſus hoc Iudicium non impeditur,quia debitoris decocti fuga habetur pro dimiſsione bonorum facta creditoribus,quæ à Iudice ſequeſtrantur, & apud adminiſtratorem deponuntur, & curator ad litem abſenti, & fugitiuo nominatur, cum quo acta geruntur,& creditores certi citantur, & quòad incertos publica proclamata fiunt, & inter omnes, el pleyto de acreedores,formatur, & vſque ad finem proſequitur, ac ſi fallitus præſens foret, pròut communitèr,& quotidiè practicatur,&c. & p.*4. *cap.*1. *nu.*3. vbi loquitur in eo qui ceſsit bonis.

5 Et de eadem praxi contra reum Sanctę Inquiſitionis, deponit D.Epiſcopus Fermoſin.*allegat.* 1.*num.*17.*& nu.*20. vbi quôd hoc ſequeſtrum debet continere ſpecialiſsimè, & minutatim genera, bonitatem, ſpeciem,& æſtimationem quorumlibet bonorum, vt ſic omni tẽpore conſtet de quantitate, & de qualitate eorum, vt tàm reus, & eius hæredes, quàm Inquiſitores, & Fiſcus Sanctę Inquiſitionis accipiant integram ſatisfactionem de ſingulis partitis, & repetit *alleg.*12. *num.*46.

6 Quę ratio eſt huius præuentionis,& nê bona pereant *authent.vt cum de appellat.cognoſcitur, §.Si vnum,* ibi: *Nequid ex eius facultatibus pereat,* vel nè celentur, vel occultentur,in damnum Fiſci, & creditorum,vt traddunt Doctores relati *ſuprà num.*1.& benè Antonius Pichardo *in Manuduct. ad prax.part.*3.*§.*3.*num.*4.*&* 5.qui loquitur de fugiente, ſeû latitante, ibi: *Ne pereant vel occultentur,quod maximè procedit,quandò reus latitat, & fugit.* Carrocius *de Sequeſtro, part.*4. *quæſt.*15. *verſ.Deſcriptio,& verſ.Inhibitio de non alienando, vbi ex l.de Pollicitationibus,* & Bart. *ibi ff.de Pollicit.*& Bald.& Corraſio,& alijs notat, in immobilibus loco ſequeſtri,dari talem inhibitionem de non alienando, & anteà dixerat *part.*2. *quæſt.*2. *num.*7.& 8. & *quæſt.*9.Villalobos *in Ærario commun.opinio. litt.H. nu.*86. Azeuedo *in dict.l.*3.*tit.*10.*lib.*4.*Recop.nu.*16. Anton.Gomez *in l.*66.*Tauri nu.*2.

Vbi

vbi dicit prædictum Text.vnicũ, & ſingularem ad hoc. D.Ioannes del Caſtillo *dict. cap.*13. *num.*21. *verſ. Addiderim ego*, vel vt abſenti, & non culpabili tandèm reſtituantur. Bart. *in l.Poſt contractum circà fin.ff de Donat.* Salycet. *in l.*1. *C de Requir.reis.* Anton.Columba *de Controu.credit.art.& num.*68.

7 Et itèm vt in caſu confiſcationis, fiſco adiudicentur, & tùnc non teneatur vltrà vires bonorum aprehenſorum iuxtà doctrinam Bart. *in l.*1.*§.An bona nu.*2. *ff de Iure Fiſci.*D.Fermoſinus *alleg.* 36. *num.*19. *part.*1. *Allegat. Fiſcal.* Licêt Fiſcus ſuccedens in bonis vacantibus non teneatur facere inuenctarium eorum,vt benè diſtinguens hos caſus, & materiam comprobat, & declarat Hieronymus de Zeuallos *tom.*3. *Comm.contrà comm.quæſt.*822.*à num.*1. *vſquè ad* 19. benè Roſenthal. *de Feudis, cap.*5.*concluſ.*53.*& ibi addit.litt.C.* Faquineus *lib.* 8. *controu. cap.* 55. Clarus *in §.fin. quæſt.*78. *num.*29. latè Heringius *de Fideiuſſ. cap.*20. §.14.*à num.*8.Maximilianus Fauſtus *in Conſil.prò Ærario,tom.*2.*claſſ.* 8.*conſ.*8. Guacinus *de Confiſcat.bonor. concluſ.*13. *ampliat.* 21. *num.*5. Thomàs Pellicionius *in Illuſtr. Quæſt. quæſt.*21. *cap.*4. *verſ. contrà tamèn,&ſeqq.*Onufrius Donadeus *de Renunt.cap.*3.*num.*80.& alij relati à D.Olea *de Ceſſ.Iur.& action. tit.*3. *quæſt.*9. *num.*27. *& ſequentib. & num.*32. & latiùs Farinacius *in Prax. tom.* 1. *quæſt.* 25. *num.*183. *& in fragment. verb. Fiſcus, num.* 119. Ripol *var.reſol. cap.*10. *num.* 479. Peregrin. *de Iur. Fiſc. lib.*4. *tit.*3.*num* 25. Fuluius Conſtantius *in l.*1. *C.Pœnis Fiſcal. lib.*10.*nu.*157. Amaya *in l.*5. *C.de Bonis vacantib. lib.*10. *num* 11. *&* 12. Guido Papa *in Commentarijs ad ſtatutum del phinali. §.Fiſci num.*9.

8 Et eodem modo procedendum eſt ad ſequeſtrum librorum, & ſcripturarum decocti, quas ſimùl cùm omnibus bonis penès tutam perſonam deponet Iudex, vt cautum ſit creditoribus circà eorum conſeruationem, *vt in dict. l.Fulcinius in princip.* §.1. Franciſc. Roccus *dict.nota* 6.*num.*19. Baldus *conſ.*282. *num.*14. *lib.* 5. vbi quòd optimum Conſilium in ſimilibus erit ex eorum manibus libros eripere, Stracca *dict. part.*7. *num.*14. ibi : *Nèc permittant in manu Deplorati permanere,&c.*

9 Et de dictis libris, & ſcripturis deſcriptio, & ſolemne inuentarium fieri debet, *l.fin.in princip.ff.de Requirend.reis, l.*1 *§.penul. ff. de Ventre in poſſeſ. mitten.* Bart. *in l.vnica, C. de Probib. ſequeſtrat. pecun.* Iaſſon *in l.Si fideiuſſor. §.Si ſatisfactum, num.*27. *ff.Qui ſatisdat. cog.* Stracca *de Decoctor. dict.par.*7. *& vltim.num.*24. Roccus *vbi ſuprà num.*20.

10 Et quòd opporteat, prædictos libros, & ſcripturas decocti eſſe ſub fida cuſtodia, probatur *in cap. Ad Audientiam de præſcription.* quià ſunt communes omnibus creditoribus, & intereſſe habentibus, *l. Si ità, §. Miniſter*

Villæ, ff. Familiæ erciſcundæ. Nèc debent partibus conſignari, qui poſſent eos conturbare, *l. Quidam, ff. de in rem verſo*, nê fortè de facili fierent raſuræ, vel ſupêradditiones, *l. 1. ff. de his, quæ in teſtam. delen. l. 1. §. Qui rationibus, ff. de Falſis, l. Si vnus, C. de Teſtam.*

11 Et quòad ipſos Decoctores maiori cura, quià frequentèr ſolent rationes in Codicibus intricare in necem creditorum, ex quo dolus malus præſumitur, *l. Summa cùm ratione, ff. de Peculio, l. Quidam, ff. de in rem verſo.* Iaſon *in §. Itèm ſi quis in fraudem num. 37. inſtit. de actionibus* illaſque adulterare, & turbare, *l. 1. § fin. ff. de Seruo corrupt.* vndè de fide eorum librorũ, & rationum, meritò dubitari poteſt, *l. Siquis ex argentarijs, §. Cogentur, ff. de Edendo*, benê Marcheſanus *de Commiſſ. part. 3. de commiſſ. admiſſ. ad bonor. ceſſ. §. 1. num. 101.* ibi: *Talis autèm deſcriptio ſempèr concedenda venit, l. fin. in princ. ff. de Requir. reis, & in ſpecie creditores admonendo, vt cauti ſint curam maximam habere in libris, àc ſcripturis in tuto reducendis, nè iſti decocti faciles ad fraudandum in ipſis rationibus cancellando, addendo, inducendo, àc ſupèrinducendo eſſe poſsint, ideò optimum in ſimilibus erit ex eorum manibus libros eripere*, & ibi comprobat. Nouiſsimê Emanuel Aluar. Pegas *in reſolut. forenſ. cap. 3. n. 717.* vbi ex hoc infert hos libros habere præſumptionem contrà ſe.

12 Et benê ad noſtrũ caſum id commendat ad fauorem Fiſci, ſcilicêt, vt ex eis appareant, & manifeſtentur debitores eorum, & participes in conductionibus, ſeù alijs negotiationibus, & poſsit Fiſcalis ex hoc eos conuenire vti tales, vt verè poteſt. Regens Ioannes Franciſcus de Ponte *de Poteſt. Proregis, tit. 4. de Regalibus impoſit. §. 8. num. 23.* vbi ità ait: *Sed cùm his Arrendatoribus, & ſimilibus, maximè erit aduertendum, nàm dùm in malam deueniunt fortunam, adnotant multa in eorum libris, & ſchedulis, in quibus, vel faciunt multos ſui debitores, vel participes in ipſorum arrendamentis, ſeù negotiationibus, & vidi Fiſcales ex hoc illos conuenire vti tales, qui benè poſſunt, quandò verè ſunt participes, ſeù Caratarij, vt vulgò dicimus, & contrà eos agere poteſt directa actione fiſcus, ſicùt contrà principalem Arrendatorem, deciſio eſt Synodalis Angeli, in l. 1. ff. de Loco publ. fruendo*, quam deciſionem comprobant, & exornant Laudenſis *de Fiſco quæſt. 113.* Auendaño *de Exeq. man. 2. part. cap. 12. num. 16.* Peregrinus *de Iure Fiſci, lib. 6. tit. 5. num. 37.* & cùm alijs Carleual *de Iudicijs tom. 2. diſputat. 10. num. 4. & 5.* Gratianus *tom. 2. diſputat. forenſ. cap. 336. numer. 41. & ſequentibus.* Capicius Galeota *Reſponſo fiſc. 22. à num. 39.* D. D. Ioannes Baptiſta de Larrea *alleg. 33. num. 6. tom. 1. Allegat. Fiſcal.* Ripol *Variarum cap. 12. num. 268*, D. Petrus Noguerol *allegat. 11. numer. 75.* Ioanes Baptiſta Thoro *in Addition. ad Ponte dict. §. 8. num. 24.*

In

13 In quo ipſemet Pōte *n.*24. animaduertit, quòd quādō nō apparet aliud niſi nota priuata eiuſdē Arrēdatoris, tūnc lex Iure reſiſtit, cum non ſit ei credendū ad ſui benefitium, maximè in neceſsitate, & egeſtate forſan conſtituto, pro quo adducit Text. *in l. fin. C. de Conuen. Fiſc. debitor. lib.* 10. *& in l. Exemplo, C. de prob. & alia*, vndè & alijs medijs hoc conſtare debet.

14 Rectè igitur Iudex ſtatīm poſt decoctionem, libros exhiberi, & rationes diligentēr rimari faciet. Ex his enim fraudes, ex his dolum, & decoctoris, & aliorum ſubtili Inquiſitione poterit perſpicere, earū enim quę præcedunt, vel quę ſequuntur ſummarū, ſcripta ſpectanda ſunt, ex præcedentibus namque ſequentia declarantur prout ait Text. *in l. Si ſeruus plurium, § fin. ff. de leg.* 1. *l. penult. C. de Inſtit. & ſubſtitution.* Stracca *de Decoctor. part.* 3. *num.* 24. *&* 25.

15 In quo ſummè notari debet, quod ea, quæ ex ipſarum rationum prima lectione apparet, ſpectanda ſunt, nàm prima figura ſuſpitione caret, *l. fin. C. de Ædict. Diu. Adrian. toll.* facies enim ſcripturę occulata fide oſtendit legalitatem, & quod patet expreſsè, non eſt probare neceſsè, *l. Comparationes, C. de fide inſtrum. l. Si irruptione, § Ad officium, ff finium regundorum.* Stracca *vbi ſup.* 2. *p. vltim. part. n.* 30.

16 Et etiàm rationes Cancellatę, ſi fortè repertę ſint, conſeruari debent, & communes ſunt, quia per eas probatur debitum hinc indè proceſsiſſe, vndè interſt vtriuſque partis, eas aprobare, textus notabilis *in l. Falſo* 82. *§ fin. ff. de Furtis, l. Diſſolutæ, C. de condict. fin. cauſ. l. Si plures apochis, C. de Fideiuſ.* cum alijs adductis per Straccam *d. tract. part.* 2. *nu.* 30. & ideò dixit Salycet. *in l. Filius familias in fin, ff. Ad Macedon.* vbi agit de fide, quę adhiberi debet libris mercatoris decocti, recurrendū eſſe ad libros falliti, ad videndum Nùm ex eis cognoſci poſsit, àn ipſe fallitus ſoluat nec nè, & quandō ſoluat. Ità quod libri mercatorū, etiàm quod ſint falliti, probent factū inter aliàs perſonas, tenet Rota Genuę *dec.* 10. *n.* 6. & ità dicit practicari quotidiè de cōſuetudine Genuę.

17 Et quòd illi libri, de quorum legalitate, & cuſtodia cōſtat, magis probent, & debeāt attendi, quàm omnes alij libri mercatoris decocti, in propia materia conſiderat Surd. *deciſ.* 312. *nu.* 5. *ad medū*, & cōſiderata etiàm qualitate perſonę, quę libros confecit, vel ſcripſit, adhibenda eſt fides, vt per Rot. Roman. bis deciſum refert Gratia. *diſcept. forenſ. cap.* 391. *nu.* 32. & de qualitatibus, quę requiruntur, & debent interuenire, vt tales libri mercatorū faciant plenam fidem, latè agunt, & exornant Nicol. Genua *de Script. priu. lib.* 4. *tit. de Libris mercat. à n.* 47. *cum ſeqq.* & Gaito *de Credit. cap.* 2. *tit.* 3. *per totū.* Eſcou. *de Ratiocin. cap.* 10. *à nu.* 34. *& latiùs, cap.* 11. *per tot.* & alij tradditi à D. Valenç. *conſ.* 140. *nu.* 4. *& ſeqq. to.* 2. Berat. *in Spec. viſit. c.* 13. *n.* 110. *& ſeq.*

18 Quibus conſequens eſt quòd Iudex poteſt, & debet ad inſtantiam creditorum compellere decoctos ad declarandum, & manifeſtandum eorum bona, Iura, & effectus, quos habent, & ad exhibendum libros, ſcripturas, & notas creditorum, & debitorum, & cauſas decoctionis, & quantitatum per eos exactarum antè decoctionem, & quantitatum deperditarũ, & quę bona teneant ſub nomine aliorum, quod, ſtatim àc eius perſona aprehenditur, fit, capiendo ab eis talem declarationem ſupèr qualibet harum rerum ſpecificè, mediante vinculo iuramenti, quod prędcedit, & quòd hoc teneantur facere decocti & ſingulas cauſas exprimere probat Gloſſ. *in l. 1. C. Qui bon. ced. poſſ.* Paris de Puteo *de Syndicatu, verſic. in cauſa pecuniaria*, nec non declarare pecunias ipſis datas ad mercandum, quas poſteà negant habere, vel dicunt illas perdidiſſe, Marſilis *in l. Eos, C. de falſis, & in l. Diuus, num 6. C. de Quæſtionibus.* Boërius *deciſ. 5. num. 15.* Franciſcus Roccus *dicta nota 12. num. 41.* Sicût etiàm debitor, qui vult formare concurſum ſuorum creditorũ, tenetur corâm Iudice competente exhibere fidelitèr liſtam, ſeû inuentarium omnium bonorum, quę poſsidet vſquè ab obulũ, nihil ſibi reſeruans, aut occultans, vt ex eis integrè ſatisfiant creditores, vt diſponit *l. 1. tit. 15 part. 5.* & latè comprobat D. D. Franc. Salg. *in Labyr. credit. part. 1. cap. 1. num. 7. & ſequentibus*, vt probauimus *ſuprà Tit. 1. q. 3. nu. 2.*

19 Et ſi fortè nollint declarare, & apertè manifeſtare ſuprà-dicta, & adſint contrà eos inditia fraudis, & occultationis, poſſunt etiàm tormentis compelli ad dictas declarationes, & manifeſtationes faciendas, & poteſt contrà eos procedi etiàm criminalitèr, ità ſcripſerunt Boër. *deciſ. 215.* Stracca *de Decoctoribus part. 7. num. 1. & 2.* Maſcardus *de probat. concluſ. 819. nu. 38. lib. 2.* Franc. Beccius *conſ. 67. n. 25.* Farinacius *in Praxi, quæſt. 32. nu. 35.* Eſcouar *de Ratiocin. cap. 20. nu. 10. & 11. Curia Philippica lib. 2. c. 11. n. 31.* & latiùs probauitur (Deo dante) *in 2. p. huius operis Tit. 10.*

20 Immô, & prætèr dictam declarationem, & indagationem, debet Iudex ordinare generalem proclamationem, qua præcipiatur ſub pœna, vt palàm indicentur bona decocti, & vera eorum credita profiteantur, quod fieri valdè expedit creditoribus, tùm ad detegendas fraudes, tùm ad habendam notitiam rerum, & bonorũ, vt ſibi poſsint conſulere, & ſolent etiàm præmium polliceri his, qui fraudes, vel ſcripturas, vel nomina debitorum detegerint, *l. Idem, §. Si tibi inditium, ff. de Condict. ob turpem cauſ. l. Solent, ff. de Præſcrip. verbis*, ità ſcribit Iaſon *conſ. 46. Pro fiſco num. 4. volum. 3.* Stracca *de Decoctor. part. 7. & vltim. num. 15.* vbi quòd Iudex poteſt dare præmium omnibus ijs, qui res occultas decocti manifeſtauerint, & ſequitur Curia Philippica *dicto*

cap.

*cap.*11. *num.*31. & de his proclamationibus, & qui excuſentur à pœna earum? & alijs quæſtionibus ad eas ſpectantibus, agunt. Speculator *tit. de Sententia*, §. 2. *verſic. Quòd ſit præconiçatum.* Bart. *in l.*2. *ff. de Orig. Iur.* vbi Cagnolus *num.*77. Decius *conſ.*227. Grammaticus *conſil.* 95. *Redemptoris*, Atflictis *deciſ.*290. & ibi Vrſillus quos, & alios refert Stracca *dicta part.* 7. *num.* 15. *in fin.* Henricus Kinſchoti *reſponſo* 104. *num.*8. & 9. vbi benè de materia.

21 Prò quo notanda eſt *leg. Regia* 2. *tit.*19. *lib.*5. *Recopilationis*, vbi generalitèr Præcipitur omnibus, quòd intrà 30. dies à die notitię fallimenti indicent, & manifeſta faciant Iudicibus quæcumque debita, vèl bona ad decoctos, qui fidem fregerunt, ſpectantia, his verbis: *Y dentro de treinta dias deſpues que en qualquier manera viniere à ſu noticia, que el tal Mercader, ò cambiador, ò factor ſe ha alçado, vengan à manifeſtar lo que tienen ſuyo, y les deben, ante las nueſtras luſticias, &c.* vbi Azeuedo *num.*7. & 8. prò maiori cautela conſulit creditoribus, quòd ex mandato Iudicis præconicari faciant in publico, quòd nullus receptet talem Mercatorem decoctum, & fractum, & indicet vbi ſit, & bona habeat, & quę debita ſibi debentur, & per quas perſonas, & quòd nullus eius debitor ei, vel alij, ſoluat debita, ſub dictę legis pœna, quę ea eſt *Que lo que les pagaren, ſe aya por no pagado, y lo tornen à pagar otra vez, y pierdan otro tanto de ſus bienes, como encubrierèn, ò no deſcubrieren, ſabiendo que lo tiene, para la nueſtra Camara, y Fiſco, y otro tanto para pagar los acreedores del que aſsi eſtuuiere alçado*, hoc enim modo dicit Azeuedo, quòd nullus poterit allegare ignorantiam, & ſi alleget, tenebitur eam legitimè probare, vt ibi comprobat.

QVÆSTIO II.

De Curatore, vel Adminiſtratore bonorum creando, qui ea defendat, inquirat, conſeruet, & fidelitèr curet, de cuius munere agitur, & in quo differant ſequeſter neceſſarius, & voluntarius? & quòd hoc in cauſis, inquibus Fiſcus interuenit, non procedat. Nàm habet ſuos Theſaurarios, & Adminiſtratores.

Summarium Quæſtionis Secundæ.

Num. 1. Decoctis interdicitur à Iure adminiſtratio ſuorum bonorum, & ideò neceſſaria eſt perſona, quæ illa tueatur, & adminiſtret.

2 *Curator ſeù Adminiſtrator bonorum decocti, debet ea, ſumma cura, cuſtodire, curare, & defendere, nè, interim dùm lis pendet intèr creditores, diſsipentur, aùt amittantur, & verè dicitur ſequeſter, ſeù depoſitarius.*

3 *Adminiſtrator iſte datus bonis, debet de ipſis, & eorũ fructibus plenam, & debitam curam gerere, & omnia facere, quæ diligens Pater familias in rebus ſuis faceret. Et tenetur de dolo, & lata culpa.*

4 *Curator iſte, ſeù ſequeſter non habet poſſeſſionem bonorum, ſed ſolùm cuſtodiam, & curam, quod ſecùs eſt in ſequeſtro voluntario, quæ differentia comprobatur, & referuntur Authores, qui agunt de ea, & alijs, quæ intèr ſequeſtrum, ſeù depoſitarium neceſſarium, & voluntarium verſantur, num. 5.*

6 *Idem procedit in curatore, ſeù ſequeſtro electo à partibus, ſeù creditoribus, de mandato Iudicis.*

7 *Sequeſtrationis bonorum remedium, mitiùs eſt remedio miſsionis in eorum poſſeſionem, & in quo differant miſsio in poſſeſionem ex primo decreto, vèl ex ſecundo.*

8 *Poſſeſio bonorum licèt regularitèr non tranſeat in ſequeſtrum neceſſarium, ſed ſolùm in voluntarium, hoc intelligitur, niſi contrarium actum ſit, tàm in ſequeſtro, aut depoſito facto pèr Iudicem, quàm pèr partes, & num. 9.*

10 *Debitor formans concurſum, vel decoctus, cuius bona ſequeſtrantur, non priuatur eorum poſſeſione, ſed ſequeſter eius nomine poſsidet, & ſolùm habet cuſtodiam, & adminiſtrationem.*

11 *Iudex concurſus, ſeù decoctionis, poteſt quemlibet compellere, pròut*

ſibi

ſibi videbitur, ad hoc onus curationis, vel adminiſtrationis bonorum ſuſcipiendum.

12 *Sequeſtri, ſeù depoſitarij conſtituti de publico, qui appellantur iuſtitiæ, ſeù generales, tenentur reſtituere depoſitum eodem modo quò apùd eos factum eſt, & ſi non faciant, poſſunt carcerari, etiàm ſi ſint nobiles.*

13 *In depoſitarium generalem, ſeù deputatum de publico non tranſit dominium rei, nèc pecuniæ etiàm ad numerum depoſitæ, & ideò debet eam ſempèr habere promptam, nèc poteſt ea vti.*

14 *Apùd Depoſitarium Generalem, in loco vbi nominatus eſt, debent fieri omnia depoſita, & non apùd aliam perſonam.*

15 *Sequeſtrationes, vel depoſita quãtitatum, ſeù rerum ſpectantium ad Regium Patrimonium, facienda ſunt, apùd Theſaurarium Conſilij, vel Adminiſtratorem Tribunalis decoctionum.*

1 CVM ſequeſtratio bonorum decocti, de qua in capite præcedenti, fiat ex rationibus ibi perpenſis, quę præcipuè reſpiciunt curam bonorum, & ſatisfactionem creditorum ex eis faciendam. Ideò ſequitur, quòd ſit neceſſaria eorũ bonorum conſeruatio, tuitio, & adminiſtratio, maximè cùm hæc à Iure interdicatur talibus decoctis, *l. Item ſi vnus, ff. de Receptis arbitris.* Baldus *conſ.* 400. *vol.* 5. Franchis *deciſ.* 55. *num.* 2. & 3. D. Valençuela Velazquez *conſ.* 189. *num.* 14. vbi alios citat.

2 Vndè debet eligi perſona quę cuſtodiat, & conſeruet bona, & credita exigat, & diſsipantibus reſiſtat, qui curator vocatur, vt ex Baldo *in l. Cum cognatos, ff. de Captiui.* Stracca Phæbo, & alijs diximus *ſuprà Titulo* 1. *quæſt.* 11. *num.* 7. & probatur *in l. Venditione, §. Si vnus, l. penult. & l. fin. ff. de Bonis Authorit. Iud. poſsiden. l.* 2. *ff. de Curatore bonis dan. l. Si quis inſtituatur, §. Sùb conditione, ff. de Hered. inſtit.* & de Iure Regio eſt Text. *in l.* 7. *tit.* 19. *lib.* 5. *Recopilat.* ibi: *Todo lo qual ſe depoſite luego en perſona legallana, y abonada, que beneficie los dichos bienes, y cobre las deudas que le debieren, &c.* benè declarat Matthæus Colerus *de Proceſſ. execut. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 5. ibi: *Et ſic pendente lite, prædicta ſequeſtratio in effectu nihil aliud creditoribus tribuit, niſi pleniorem debiti aſſecurationem, quo magis certi ſint, in euentũ victoriæ, de recipiendis ſuis creditis, nè fortè lite durante bona debitoris eorumque fructus diſsipentur, & peſsum eant in fraudem, & pernitiem creditorum, quod fieri nequit rebus debitoris apùd ſequeſtrum exiſtentibus, &c.* Garcia *de Expenſis cap.* 20. *num.* 4. *verſic. deniquè,* Andreas Gail *lib.* 2. *obſeruat.* 130. *num.* 12. Vbi loquitur de Curatore conſtituendo bonis

bonis debitoris fugitiui, vèl fraudulentèr latitantis, & in creditorũ fraudem, ſolum vertentis, vulgò, falliti, & Bancaroti, D. Valençuela Velazquez *conſ.* 189. *num.* 14. *tom.* 2. D.D. Franciſcus Salgado *in Labyrinth. credit. part.* 1. *cap.* 13. *nu.* 7. ibi: *Per neceſſe à Iudice concurſus, creandus erit Adminiſtrator, apùd quem deponantur, ſequeſtrentur, & maxima cura cuſtodiãtur, & diligentèr adminſtrentur, interim quòdlite pendente, diſceptatur intèr creditores, & etiàm ſi debitorem ipſum ſupèr luribus cuiuslibet, & ſupèr Prælatione, & Graduatione, & quo ordine ſit cuilibet ex bonis ipſis ſoluendum? Nè lite pendente diſsipentur, & amittantur, &c. & num.* 8. loquitur de prædictis fallitis, & *in §.* 1. *num.* 20. *eiuſdem cap.* 13. latè probat hunc propriè eſſe ſequeſtrum, & depoſitarium, quod repetit etiàm *cap.* 41. *num.* 18. & benè anteâ dixerat *in Tractatu de Reg. Protect. part.* 2. *cap.* 16. *num.* 55. *& ſeqq.*

3 Qui quidèm ſuſcipit in ſe rei tenutam, & plenam illius cuſtodiam, *Clementina vnica de ſequeſt. poſſeſion. & fruct.* ibi: *Per loci ordinarium apùd aliquam perſonam idoneam ſequeſtretur, quæ plenam de ipſo, & debitam curam gerens, id, quod de fructibus ipſius (debitis eiuſdem ſupportatis oneribus) ſupereſſe contigerit, illi reſtituat, qui finalem in cauſa victoriam obtinebit, l. propiè 6. l. Licèt, §. Rei depoſitæ, ff. Depoſiti, l. intereſſe puto* 39. *ff. de Adquir. poſſ. l. Sequeſter* 109. *ff. de Verbor. ſignifi.* Matthæus Colerus *dict. cap.* 11. *nu.* 1. Foianus *de Sequeſtro part.* 1. *reg.* 3. *ſub num.* 1. Andræas Cludius *in eodem tract. cap.* 2. *num.* 31. *& cap.* 11. *ſub num.* 1. & æquiparatur depoſitario Cardinalis Tuſchus *litt. S. concluſ.* 205. *num.* 5. Ioſeph. Ludouicus *deciſ. lucenſe* 51. *num.* 16. atquè eſt inſtàr Curatoris bonorum, vt diximus, qui medio tempore adminiſtrat bona, dùm lis pendet intèr ſequeſtratum, & ſequeſtrari facientem. Matthæus Colerus *de Proceſſ. execut. part.* 1. *cap.* 2. *ſub numer.* 158. *& num.* 186. & ideò rem ipſam cuſtodire, fructus colligere, & deductis expenſis ſuperfluos reponere, & conſeruare tenetur *dicta Clementina vnica, de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* & ſi qui ſunt perituri, illos Iudicis authoritate vendere debet *l. Si oleum* 10. vbi Doctores *ff. de Dolo malo*, ità traddunt Colerus *vbi ſuprà dict. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 187. *& part.* 3. *cap.* 11. *num.* 4. *& ſeqq.* Veſtrius *in ſua praxi lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 4. vbi quòd debet facere in re ſequeſtrata quod faceret diligens Pater familias in ſua, quod traddit & Foianus *de Sequeſtro part.* 1. *reg.* 3. *num.* 15. Andręas Cludius *in eodem Tract. cap.* 11. *ſub num.* 1. vbi inquit quòd in ſumma, ſequeſter debet in re ſequeſtrata ea omnia facere, quę in rebus propijs cuſtodiendis facere ſolet, & ità ſe gerere, nê res, vel eius fructus aliquid incommodi patiantur, quod repetit etiàm, *num.* 12. Franciſc. Niger Ciriacus *tom.* 2. *controu.* 358. Vbi pèr totam agit de obligatione ſequeſtri, & probat teneri tantùm de dolo, &

lata

lata culpa, loquens de ſequeſtro apûd quem Vaccę matrices ſequeſtratę fuerunt, qui concludit, fuiſſe obligatũ procurare fœtus earum, & prò illis teneri reficere damnũ, quod etiâm nouiſsimè probat Emanuel Aluatez Pegas *in reſolut. forenſ. cap. 3. num. 104. & ſeqq.* vbi benè materiam explicat.

4 Et talis ſequeſter, Curator, ſeù Depoſitarius nominatus à Iudice non poſsidet, ſed ſolùm habet cuſtodiam, & curam rerum ſequeſtratarum, forma dicta, vt ait Text. *in l. 3. §. fin. ff. de Adquir. poſſeſ.* ibi: *Non poſſeſsionem, ſed cuſtodiam rerum, & obſeruationem concedit*, ad differentiam ſequeſtri voluntarij, id eſt, electi à partibus, ſolùm voluntate ſua, iuxt. *dict. ll. Sequeſter 110. ff. de V.S. l. Intereſſe puto, ff. de Adquir. poſſeſ. l. Licet, ff. depoſiti, l. Proptèr, l. Propiè, C. Eodem*, in quem transfertur poſſeſsio, vt in dictis Iuribus. Gregor. Lopez *in l. 1. tit. 9. part. 3. gloſſ. 2.* & de Iure Regio expreſsè probat Text. *in l. 11. tit. 10. part. 7.* ibi: *Porque ninguno deſtos que ſon aſsi apoderados en los bienes de otro, non han verdadera poſſeſsion en las coſas de que ſon entregados, como quier que ayan la tenencia de ellas*, vt notat Villalobos *in Ærario comm. opin. litt. P. num. 196. & litt. S. num. 88.* Azeuedo *in Rubric. tit. 12. lib. 4. Recopil. à num. 5. Et nu. 8.* reddit rationem differentię, ſcilicêt, quòd in voluntaria ſequeſtratione partes ipſæ, conſenſu ſuo, & conuentione, ſequeſtrant, & deponunt rem, ideò nil mirùm, ſi poſsidere deſinant, niſi aliud exprimant; In neceſsaria verò contrarium ſit, Quia Rex, aût eius Miniſter, cuius iuſſu fit ſequeſtratio, in dubio non intẽdit aliquem priuare ſua poſſeſsione, vt ex dictis Iuribus, & pluribus authoritatibus comprobat. Foianus *de Sequeſtro reg. 1. num. 15.* Carrocius *in eodem tract. part. 1. quæſt. 3. & part. 2. quæſt. 7.* vbi ex hoc infert cum Fabro *in §. Retinendæ inſtit. de interdictis num. 3. & in l. 1. C. de Prohib. ſequeſt. pecun.* quòd in ſequeſtro neceſsario, ſi aliquo caſu contingat poſſeſsionem turbari, tùnc Domino competit interdictum vti poſsidetis; At in voluntario competit ipſi ſequeſtro, Gutierrez *de Tutelis part. 3. cap. 7. num. 7.* Hermoſilla *ad l. 51. tit. 3. part. 5. gloſſ. 4. num. 7.* qui probant in hos ſequeſtros, ſeù depoſitarios non tranſire propietatem, nèc poſſeſsionem bonorum, ſed ſolùm cuſtodiam, & adminiſtrationem, vt eis venditis ſatisfiant creditores, vt benè declarat Franciſc. Roccus *de Decoction. mercat. nota 52. num 155. & nota 98. num. 290.* D. D. Franciſcus Salgado *de Regia Protect. part. 2. dict. cap. 16. num. 34. & in Labyrint. credit. dict. part. 1. cap. 13. §. 1. nu. 29. & cap. 14. num. 40. & num 72. & ſeqq.* Auguſt. Barboſa *in Collectan. ad cap. Examinata de Iudicijs, num. 10. & ad cap. 1. de ſequeſt. poſſ. nu. 5.* Faria *in Addit. ad Couar. lib. 1. cap. 16. nu. 55.* Matth. Coler. *de Proceſſ. execut. cap. 2. par. 1. à nu. 62. & p. 3. cap. 11. à n. 1.* Gama *deciſ. 332. nu. 3.*

Quam

5 Quam & alias differentias inter hos ſequeſtros, ſeù Curatores, aut Commiſſarios, & Depoſitarios, ponunt, & declarant Rebuſus *in dict. l. Sequeſter, & tom. 3. Ordinat. Franciæ, tit. de Sequeſtris, ſeù Commiſſarijs rei captæ, gloſſ. 1. à num. 5. & ſeqq.* Corraſius *lib. 3. Miſcellanearum, cap. 2. num. 12.* Vincentius Carrocius *de Sequeſtro p. 1. quæſt. 3.* Guido Foianus *in eodem Tractat. reg. 1.* Gothofredus *in dict. l. Licèt, ff. Depoſiti, litt. L. & in dict. l. Intereſſe puto, litt. V.* Carraſco *ad Leges Regias, tit. de Nobilibus non carcerandis pro debitis ciuil à num. 36.* D. Salgado *dict. cap. 13. §. 1. per totũ*, & Barboſa, Hermoſilla, & reliqui proximè citati. Pater Molina *de Iuſt. & Iur. tract. 2. diſput. 522.* Tuſchus *litt. S. concluſ. 206.* Poſtio *de Manutent. obſeruat. 60. num. 13.* Oſſualdus *lib. 5. comment. cap. 13. litt. F.* & nouiſsimè Ioannes Hieronymus de Iranzo *de Proteſt. conſiderat. 59* Rodriguez *de concurſ. & priuileg. credit. part. 1. art. 6. num. 10. & ſeqq.* Caldas Pereyra *lib. 1. receptarum ſentent. quæſt. 21. à num. 2.* Caſtillo *lib. 3. controu. cap. 16. nu. 15. & ſeqq.* Pichardo *in §. Præterea inſtit. quib. mod. re contrah. obligat. num. 20. & ſeqq.*

6 Et idem procedit in eo, qui hoc caſu ſequeſtri facti per Iudicem, vel de eius mandato, eligitur à partibus, ſeù creditoribus, vt in terminis debitoris, qui foro ceſsit loquitur, *l. fin. ff. de Curat. bon. dan.* vbi Gloſſ. verb. *Vnum*, dicit quôd debet approbari à Iudice, & expreſsius *l. 2. ff. eodem Tit.* ibi: *De Curatore conſtituendo, hoc Iure vtimur, vt Prætor adeatur, iſque Curatorem, Curatoreſque conſtituat ex conſenſu maioris partis creditorum*, & declarat Gothofredus *in Notis ad dict. l. Intereſſe puto, dict. litt. V.* his verbis: *Partium conſenſu facta ſequeſtratio voluntaria, quæ imminente Iudice coacta, & inuita, ſeù in inuitũ, ideòque hac non amittitur poſſeſſio, l. 3. §. vltim. ſuprà eodem*, & facit *l. Nouiſsimè, ff. Quod falſo tut. auth.* cum alijs in puncto adductis à Roco *de Decoct. mercat. nota 52. num. 156.*

7 Et hoc reſpectu Alexander, eius nominis Põtifex III. ſcriptum reliquit *in cap. 2. de dolo, & contum.* mitius eſſe remedium ſequeſtrationis, quàm miſsionis in poſſeſsionem, quod eſt rigoroſius, in illis verbis: *Vos, licet Monachi eſſent ob contumaciam aduerſæ partis, in poſſeſsionem rerum petitarum mittendi, intuitu tamen Religionis, cum eis mitius agere volentes, poſſeſsionem ſequeſtrari feciſtis, vt ſic ſaltim Canonici affecti tædio ſtare Iudicio cogerentur, &c.* vbi Gloſſ. verb. *Sequeſtrari notat*, ibi: *Sed de gratia hoc fecerunt, cum debuiſſent Monachos miſiſſe in poſſeſsionẽ cauſa rei ſeruandæ, ſuprà vt lite non conteſtata tuæ, &c. cap. Quoniam, §. in alijs. Sed hic nolluerunt ſeruare talem rigorem*, & ità obſeruat Bald. *in l. 1. num. 2. verſ. in hoc tamèn differt, C. de Prohib. ſequeſt. pec.* Tuſchus *litt. S. concluſ. 206. num. 5.* Rodriguez *de Concurſ. & priuileg. credit. par. 1. art. 6. nu. 14.* Matthæus Colerus *dict. part. 3. cap. 11. num. 3.*

&

& cap.2. par.1.nu.85. de qua poſſeſſione tradita ex primo Decreto ſcilicèt, rei ſeruandę cauſa, quæ non operatur ſatisfactionem, nèc priuat poſſeſſorem, niſi ſequatur ſecundum Decretum, vèl bona dentur in ſolutum, vt docet Bart. *in l.Cum proponas, C.de bon Author. Iud.poſsid.* Seraphinus *deciſ.1107. num.2.* & in quo differat à poſſeſſione tradita ex ſecundo Decreto prò explicatione *l. Si finita, §.Iulianus, & ſeqq. ff.de damno infecto, & cap.Quoniàm frequentèr, in fin. vt lite non conteſtata,* latè agunt Guido Pape, & Odofredus *in tractatibus de 1. & 2.Decreto.* Menoch. *de Arbitrar. lib.2. caſu 6. & de retinenda poſſeſ. remedio 3. num.164. & ſeqq.* Sigiſmundus Scacia *de Iudicijs, lib.1.cap.96. à num.4.per totum.* Petrus Barboſa *de Iudicijs in l.Hæres abſenſ.§.1. à num.127.* Tuſchus *litt.D. concluſ.112. & 113.* Queſada *quæſt.15.* Poſtio *de Manutent. obſeruat.12. à num. 167.* Peregrino *de Fideicomm. art.40. à num. 100.* Villadiego *in Polit. cap.1. Inſtruct. num.57.* Tonduti *de Præuent.Iudic. cap.10.num.55.* Guido Foianus *de Sequeſtro reg.6.num.27.* Matthæus Colerus *de Proceſs.exec.cap.2.par.1. à num.9. cùm pluribus ſeqq.*

8 Quę omnia procedunt, & habent locum, niſi aliud appareat de voluntate Iudicis, vel partium, nàm benè verùm eſt quòd regulariter in ſequeſtro voluntario intelligitur factum à partibus ommitendę poſſeſionis cauſa; niſi contrarium probetur, & cuſtodię cauſa ſolùm depoſitum factum eſſe, vt probatur *in dict. l.Intereſſe puto, ff.de Adquir.poſſ.* ibi: *Nàm ſi ommitendæ poſſeſionis cauſa, & hoc apertè fuerit aprobatũ, iuncta gloſſ. verb.Aprobatum ibi, quod eſt eo ipſo quòd non probatur contrarium, &c. & in eadem lege inferiùs,* ibi: *At ſi cuſtodiæ cauſa deponatur vbi gloſſ. verb.deponatur,* ait: *Quià hoc agitur expreſsè, dict. l.Propriè 4.ff.Depoſiti,* ibi: *Certa conditione cuſtodiendum, reddendumque traditur.*

9 Et idem in Iudice, vt probat Text. *in dict.cap.1.de ſequeſtrat. poſſ.& fruct. vbi gloſſ. verb. ſequeſtrari,* ibi: *Niſi hoc dictum ſit in ſequeſtratione, vt tantum cauſa cuſtodiæ de ponat apùd ſequeſtrum,* Gloſſ. *in cap. Examinata 15. verb.Poſidebat de Iudicijs,* declarat Bart. *in dict. l.Intereſſe, num.4.* & Alex. ibidem *eodem numero,* addit, ità intelligi iſtam legem per omnes D.D. cõmunitèr. Vueſembequius *de Iure ſequeſtr.conſ.7.nu.3.* Cynus, & alij *in l.vnic.C.de Prohib.ſequeſtr.pecun.* & notant Canoniſtę *in dict.cap.1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* Foianus *de Sequeſtro reg.1.num.15.* Rodrig. *de Priuileg. credit. 1.part. art.6. ex num.10.cùm ſeqq.* Trentacinquius *lib.3.var. tit.de Solution. reſolut.12. verſ.in hoc ſequeſtro, & ſequentibus,* vbi dicit, quòd ex ſequeſtro Iudiciali non perditur poſſeſio, niſi Iudex hac intentione apponat ſequeſtrum, vt vellit eam transferre. Rota per Ludouiſium *deciſ.9.* Paz *de Tenuta, cap.10. num.41.* vbi ex Mandello Albens *conſ.75. num.2.*

&

& a'ijs ità ait: *Quòd quàmuis regulariter per ſequeſtrationem, quæ fit à Iudice non interueniente conſenſu partium, non transferatur poſſeſio ad ſequeſtrum, vt in l. Intereſſe, ff. de Adquir. poſſ. transfertur tamèn ſi aliquo modo dignoſcitur Iudicem voluiſſe id facere, &c.* D. Petrus Noguer. *alleg. 25. num. 199.* Emanuel Aluar. Pegas *dict. cap. 3. reſol. forenſ. num. 111.* D. Franciſc. de Amaya *in l. 2. C. de Decurionibus, lib. 10. nu. 50.* vbi hanc concluſionem applicat difficili quæſtioni excitatę *à num. 36.* ſcilicèt, electionis officialium ſuſpenſæ pèr controuerſiam motam ſuper electione, qua lite durante, officia apûd ſequeſtrum manſerunt, & *à nu. 38.* in caſu, quo electio infirmetur, reſoluit debere electionem deuolui ad eos, qui priùs electionem fecerunt, & non poſſe Depoſitarios, ſeù ſequeſtros eam facere, quià non poſsident, nèc priuant litigantes ſua poſſeſſione. Cuiacius *lib. 3. obſeru. cap. 33.* Duarenus *lib. 3. de var. Eccleſ. Miniſtr.* Donelus *lib. 5. cap. 13.* vbi Oſſualdus *litt. D. & F.* & latè exornans D. D. Franciſcus Salgado *in Labyrinth. credit. dict. part. 1. cap. 13. §. 1. num. 29. & 30.* ibi: *Et inſuper quòd in hac ſequeſtri ſpecie, àn poſſeſſio rei depoſitæ tranſeat, vel non tranſeat in ſequeſtrum? totum pendet à voluntate Iudicis deponentis, & ſequeſtrantis rem litigioſam, ità vt, ad hoc vt tranſeat, debeat conſtare de mente, & animo Iudicis ſequeſtrantis, & ibi à num. 12.* prò comprehenſione materię, tres ſpecies ſequeſtri diſtinguit, vnum voluntarium in quo tranſit poſſeſio in ſequeſtrem; aliud neceſſarium, quod prouenit ex officio Iudicis ad petitionem partis ſuper re, de qua controuertitur in Iudicio, quod priuat poſſidentem ſua poſſeſione, & transfert eam in ſequeſtrem; tertium mixtum, quod fit Magiſtratus Imperio, & legis authoritate ad partis petitionem, vel ſinê illa, quandò ſcilicèt bona conſumi, & deſtrui timentur in detrimentum alicuius, quod, ait, magis conuenire, & conſonare noſtrę concurſus creditorum adminiſtrationi.

10 Et in hoc caſu concurſus formati, vel pèr debitorem cedentem bonis, vel pèr ipſos creditores concurrentes ad exigendum ex eius bonis, non eſt dubium quod non priuatur debitor poſſeſione, nec transfertur in ſequeſtrem, ſeû Adminiſtratorem â Iudice nominatum, vt ex prædictis Iuribus tenent Tuſchus *lit. S. concluſ. 206. num. 7. & ſeqq.* Grammaticus *deciſ. 61. num. 2.* Menoch. *de Retin. remed. 3. num. 87.* D. Petrus Noguerol *dict. alleg. 27. num. 50.* Pater Molina *de Iuſt. & Iur. tract. 2. diſputat. 523. §. Quod verò ad vltimum, verſic. cæterùm,* & benè ex eis comprobat D. Salgado *dict. cap. 13. §. 1. num. 31.* ibi: *Dicentes quòd quandò vnus poſsidet, & propter debita, Iudex bona eius appoſuit in ſequeſtrum, non priuatur debitor poſſeſſione, & inferiùs,* ex verbis Patris Molinę ibi: *Tùnc non tranſit*

poſſe-

poſſeſsio in ſequeſtrum, ſed manet apùd antiquum poſſeſſorem, qui per ſe poſsidet ciuilitèr, & per ſequeſtrum naturalitèr, ſequeſterque ſolam habet rationem detentionis, & hoc ad effectum, vt cuſtodiat, & adminiſtret bona, vt lite finita, vel fiſco, vel creditoribus reſtituat, aùt ipſi debitori, ſi nihil debeat, vt tenet Gloſſ. in cap. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. verb. ſequeſtrari ibi, & ſic poſſeſsio poſteà reſtituitur illi, qui obtinet in proprietate, & optimè declarat Matthæus Colerus *de Proceſſ. execut. part. 3. cap. 11. num. 3. & 4.* his verbis: *Etiàm ſi tempore motæ litis, & dominus, & poſſeſſor reum ſequeſtratarum maneat reus, tamèn hæc lura, fictione quadam legis potiùs, quàm verè, apùd eum exiſtere, proùt videlicèt euentus litis docuerit. Si namquè cadent in probatione ſui debiti creditores, res ſequeſtratæ redibunt ſaluæ debitori, etiàm cum lucro fructuum intermedij temporis, deductis ſolùm impenſis in rem ipſam factis, l. Si in Aſia in princip. Depoſiti, l. Planè de Petit. hæred. adeò quòd ſequeſter, vel curator bonorum medio tempore intelligitur debitoris nomine poſſediſſe argum. legis quod meo de Adquir. poſſeſſ. Sin autèm creditores probent de debito ſuo, ac alitèr ipſis non ſatisfiat per debitorem, tùnc non tantùm in bonis ſequeſtratis, ſed etiàm in fructib⁹ eorũdem expeditur executio, vſquè ad legitimam quãtitatem debiti, qua de conſtat ex actis,* & in noſtris terminis decocti, idem probat, & confirmat ex eiſdem rationib⁹, & authoritatibus Franc. Roc. *de Decoctione mercatorũ, d. nota 52. n. 155. & ſeqq. & nota 98. num. 289. & 290.*

11 Et quòd Iudex poſsit quemlibet, proùt ſibi videbitur, ad tale onus ſuſcipiendũ cõpellere, tenent Bald. *in l. 1. ff. Vbi pupillus educ. deb.* quem refert, & ſequitur Curtius *de Sequeſtro q. 2. n. 26. ſub litt. C.* Guido Fcian. *in eod. Tract. reg. 3. n. 3.* Azeu. *in l. 1. tit. 12. lib. 4. Recop. n. 16.* Floridus Mauſon. *de Cauſis execut. lib. 1. q. 6. ampliat. 37. nu. 42.* vbi quòd ità in praxi ſeruatur, & de hoc latè D. D. Franciſc. Salg. *in Labyrintho credit. p. 1. cap. 13. & melùs cap. 15.*

12 Ex quo fortè emanat alia differentia intèr hos ſequeſtros ſummè vtilis, & quę quotidiè in praxi, & palatijs occurrit, ſcilicèt, hos ſequeſtros, ſeù Depoſitarios conſtitutos de publico, vel authoritate judiciali per Iudices in cauſis, de quibus cognoſcunt (qui à Pragmaticis appellãtur Depoſitarij Iuſtitię, vt notat Rebuff. *in dict. tract. de ſequeſt. gloſ. 1. n. 11.*) teneri reſtituere depoſitũ, ſeù ſequeſtrationẽ, ſiuè rei extãtis, ſiuè pecunię, vel alterius generis traditi, quod in genere ſuo recipiat functionẽ, eodẽ modo quo accepit, & ſi non faciat, carcerabitur quãtumuis nobilis, & Fidalgus ſit. Cũ ſecûs ſit in ſequeſtro, ſeù depoſito irregulari, quod fit à partib⁹, vt defendit, & cõ probat Carraſc *ad leges Regias tit. de Nobil. bus non carcerãdis pro debitis ciuil. à n. 35. vbi n. 36.* ità ait: *Prædicta limitabis in depoſitario, vel ſequeſtro, qui de publico eſt cõſtitutus, & officiũ publicũ exercet, adhibita obligatione reſti-*

reſtituendi, quæ receperit, & datis fideiuſſoribus, &c. & num. 38. loquens de Depoſitario Iuſtitię, id eſt, *Depoſitario General*, quod officium ait eſſe venale, & à Domino Rege poſſe vendi (vt his diebus me interueniente venditum fuit officium Depoſitarij Generalis huius Curię, quod, inquirens bona vnius decoctionis antiquę inueni vacans, & multo tempore deſertum, & facta conſultatione Regio Patrimonij Senatui, iuſſum fuit mihi, quòd licitationi exponerem, vt feci, & venditum, & ſubhaſtatum fuit pro pretio decem computorum marapetinorum, ex quo, præter hoc beneficium Regij Patrimonij, reſultauit maius publicę vtilitati, nàm ceſſauerunt priuata depoſita, & ſequeſtrationes, quę fiebant à Iudicibus, arbitrio ſuo, in diuerſis mercatoribus, & perſonis, ex quibus magna incommoda, & euerſiones patrimoniorũ reſultarunt, & obſeruatę ſunt leges Regni, ſcilicèt, *l.* 22. *tit.* 1. *lib.* 3. *& l.* 13. *tit.* 9. *eodem lib.* 3. *nouę Recopil.* quibus iubetur, quòd ad hæc depoſita recipienda, deputetur perſona publica idonea, & aprobata) & proſequitur: *Itaquè hic depoſitarius Iuſtitiæ ius ex propria vi, & natura conceſsionis à Principe, & Rege facta habet, vt depoſita, & ſequeſtrationes ei, & non alij traddantur, ſi iuſſu Iudicum fiant, quòd obtineat in quibuscumque Iudicibus, à quibus fieri mandentur, non verò in depoſitis, & ſequeſtris à partibus voluntariè factis, &c.*

13 Hermoſilla *in Notis ad l.* 2. *tit.* 3. *part.* 5. *gloſſ.* 3. *&* 4. vbi latè agit de depoſitis regularibus, & irregularibus, *& num.* 9. loquitur de Depoſitario Generali, & probat non tranſire in eum dominium rei, neque pecuniæ, etiàm ad numerum depoſitę, his verbis: *Ităm, quandò depoſitum fit apùd Depoſitarium Generalem, & ſi pecuniæ ad numerum deponantur, cenſentur depoſitæ, vt ſpecies. Nàm hoc officium creatum eſt in Hiſpania, vt præſtet ſolum officium gratuitæ cuſtodiæ, & res apùd ipſum depoſitas in eſſe conſeruet, &c.* ex quo infert etiàm in caſu diminutionis valoris monetę, damnum ad deponentes ſpectare. D. D. Franciſcus Salgado *in Labyrinth. creditor. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 23. *&* 24. vbi cum eo idem tenet, *& part.* 1. *cap.* 41. *à num.* 1. *per totum, & num.* 24. *&* 46. vbi ità concludit: *Quià in eum fit depoſitum, & ſequeſtrum authoritate Iudicis, & ideò ſemper vno, eodemque animo, vt depoſitarius habeat pecunias, ſibi in depoſitum numeratas, de promptu, & de manifeſto ad finem, & effectum ſoluendi creditoribus, non autèm, vt eis aliquomodo vtatur, quià numeratio fit, vt quantitas ſciatur dumtaxàt, & propterea ſemper conſeruat, & retinet ſuam propiam naturam depoſiti, & conſideratur talis pecunia numerata tamquàm ſpecies, &c.*

14 Bobadilla *in Polit. lib.* 3. *cap.* 14. *nu.* 52. vbi quòd in loco, vbi eſt

Depo-

Depoſitarius Generalis, non debent fieri depoſita apûd aliam perſonam. Antonius de Leon *in Tract. Confirmationum Regalium, part.2.cap.2.nu.19.* vbi refert ſchedulas expeditas, ut hæc officia, quę anteà, vel per Dominum Regem, vel per Iudices nominabantur, venderentur in Regnis Indiarum. D. Valençuela Velazquez *conſ. 179. num.90.& ſequentibus*, vbi ex hac deputatione Regia, & aprobatione Supremi Conſilij, quę debet præcedere, ſicùt etiàm in nominatione publicorum campſorum, vt probauimus *ſuprà tit. 2. quæſt. 1. num.42.* Infert liberati tutores, curatores, & reliquos apûd eos pecunias, ſeù alia bona deponentes, in caſu decoctionis eorum, & cum Hermoſilla, & D.Salgado conuenit D.Hieronymus de Molina *in Veritatibus Iuris, veritate 25 nu.23. verſ.Prima limitatio eſt.*

15 In quo obſeruandum eſt prò noſtra materia, quòd adeò eſt priuilegiata cauſa fiſci, vt in Regio Titulo expedito D.Franciſco Portero de Vargas Equiti Miliç Diui Iacobi, & huius Imperialis Villę Decurioni (qui fuit emptor prædicti Officij) ſolùm excepta fuerunt depoſita, & ſequeſtrationes quantitatum, ſeù rerum ſpectantium ad Regium Patrimonium, nàm hæ faciendę ſunt, vel apûd Theſaurarios Cóſilij in omnibus procedentibus à conductionibus, vel adminiſtrationibus Regiorum redituum, ſeruitiorum, vel aliarum contributionum, ſecundûm ſtationes ſuas, vel in concernentibus adminiſtrationem rerum dependentium ex cauſis, vel litibus actitatibus in hoc Tribunali decoctionum, apûd Adminiſtratorem Generalem in eo à D. Rege nominatum, *vt retulimus ſuprà tit. 2.quæſt.3.num.10.in fin.* Nàm licèt in conſequentiam Iuriſdictionis conceſſæ Iudicibus anteceſſorib⁹, veniret etiàm conceſsio facultatis nominandi perſonam, quę deberet eſſe depoſitarius, vt omnes Iudices eos nominarunt, & comprobat in indiuiduo Carraſco *vbi ſupr. num.40.* & D.Salgado *in Labyrint. part.1.cap.13.* Hodiè ceſſauit iam in eis hæc facultas, cûm, virtute eiuſdem Supremę Regaliæ, Dominus Rex anno præterito 1663. deputauerit prædictum Adminiſtratorem quantitatum, & rerum ſpectantium ad hoc Tribunal.

QVÆSTIO III.

An debitor decoctus, pendente Iudicio concurſus, & antequàm bona ſint diſtracta, vel creditoribus addicta, retineat eorum dominium? & qui effectus ex hoc reſultent?

Summarium Quæſtionis Tertiæ.

Num. 1. *Decoctus pòſt ſequeſtrum bonorum ſuorũ factum, & formatũ concurſum, non poteſt ſe ingerere in adminiſtratione eorum, & ſi ſecùs faciat grauiter punitur.*

2 *Decoctus per ſequeſtrum bonorum, & Iudicio pendente antequã ſit condemnatus, & virtute ſententiæ bona vendita ſint, vel Regi, aùt creditoribus adjudicata, non amittit eorum dominium, nec poſſeſſionem.*

3 *Cedens bonis, ſeù concurſum bonorum ſuorum formans, re integra poterit pœnitere, & actiones ſuas mouere, ſeù proſequi in Iudicio, hoc eſt, antequàm creditores ceſſionem, ſeù dimiſsionem bonorum acceptauerint.*

4 *Cedens bonis, ſeù concurſum formans, vtrùm amittat actiones actiuas, & paſsiuas? quod declaratur, & conciliãtur opiniones* Dominorum D. Fraciſci Salgado, & D. Alphonſi de Olea.

5 *Decoctus àn, pòſt decoctionem formatèr cauſatam poſsit agere, vèl conueniri?*

Curatoris, ſeù Adminiſtratoris nominatio pèr ſe ſola inducit interdictionem bonorum.

Decoctus poteſt aſsiſtere liti, vèl cauſæ pèr Adminiſtratorem actiuatæ.

6 *Conductor, cui aliquo modo interdicitur exactio fructuum conductionis, id eſt,* ſe le pone interuencion, *poterit aſsiſtere omnibus actibus attinentibus ad talem exactionem, & diſtributionẽ quantitatũ ex conductione procedentium.*

7 *Decoctus poteſt exequi omnes actus honorificos annexos ipſis bonis, vt ſunt nominatio ludicum, præſentatio ad beneficia vacantia Iuris Patronatus, & ſimiles.*

8 *Sequeſtra licèt regulariter ſint odioſa, & à Iure prohibita. Tamèn in caſu decoctionis illicò facienda ſunt, & ratio redditur.*

9 *Dilapidatio ſola, quæ in decoctis præſuponitur, eſt cauſa ſufficiens ad ſequeſtrationem.*

10 L. 1. tit. 9. part. 3. *declaratur, dùm ſequeſtrationem ſtatuit in caſu appellationis, vt procedat quandò reus ſoluendo eſſet, non verò quando propter decoctionem bona aprehenſa ſunt.*

1 SEquitur ex dictis in quęſtione præcedenti, quòd licèt poſt ſequeſtrum, & expeditum Decretum prohibitiuũ, non liceat parti ingredi, nêc attingere bona ſequeſtrata, vt traddunt Iaſon *in l. Si ſuper poſſeſſione num. 7. C. de Tranſact.* Baldus *in l. Nullus, num. 2. C. de Summa Trinit.* Felinus *in cap. Cum ſuper num. 11. de Re Iudicata.* Menochius *de Recuper. poſſ. in præludio num. 24.* Bellamera *deciſ. 92.* Rota Romana *deciſ. 5. de reſtitut. ſpoliat. & deciſ. 10. vt lite pendente in nouiſsimis*, cùm alijs adductis à D.D. Franciſc. de Salgado *in Labyrintho credit. part. 1. cap. 14. num. 95. & cap. 40. num. 3.* adeò, vt ſi decoctus ſe ingerat in adminiſtrationem bonorum ſuorum poſt formatam cauſam, & factum ſequeſtrum, exigendo debita, locando fundos, & domus, recipiendo fructus, & penſiones, ſeû alio quolibet modo, falſitatem committat, & grauitèr puniatur proptêr eius dolum, & fraudem, violando ſequeſtrum à Iudice factum in oppoſitum, contemptum, & dedecus Miniſtrorum Iuſtitię, Mohedanum *tit. de Sequeſtr. poſſ. & fruct. deciſ. 1. num. 1. & deciſ. 2. nu. 4.* Petrus Gregor. Tholoſanus *de Beneficijs cap. 25. numer. 14.* Gonçalez *ad regul. 8. Chancellariæ, gloſſ. 15. num. 59.* Lancelotus *de Attentatis, part. 3. cap. 28. numer. 143.* Roccus *de Decoct. mercat. nu 277.* D. Salgado *dict. cap. 14. num. 94. & cap. 40. num. 28.* vbi quòd concurſu pendente, debitori interd ćta eſt prorſus ſuorum bonorũ, tàm adminiſtratio, quàm alienatio in præjudicium creditorum.

2 Tamên pendente Iudicio decoctionis, vel concurſus, & antequàm reus ſit condemnatus, & vitute ſententię bona vendita ſint, vel Regi aùt creditoribus ad Iudicata, & tradita eis poſſeſſio, tàm ea, quâm dominium remanet apùd eum, nec vllo modo id amittit per ſequeſtrum bonorum authoritate Iudicis factum, vt probat *Text. ſingul. in l. Is qui bonis 3. ff. de Ceſſion. bonor.* vbi debitor cedens bonis, dominio, & proprietate ſuorum bonorum non caret, nêc actionibus ad eam competentibus, vt in ea notant Bart. & Angel. *l. Intereſſe puto 39.* vbi idem Bart. & Alex. & Baldus *num. 3. ff. de Adquirend. poſſeſſ.* Caſtrenſ. & Salycetus *in l. 2. C. de Ceſſion. bonor.* Brunus *de Ceſſ. bonor. quæſt. 15. princip. per totam*, Capella Tholoſana *deciſ. 153.* Curtius. *de Sequeſtr. quæſt. 13. num. 77.* Cancer *lib. 2. var. cap. 9. num. 10.* D. Petrus Noguerol *alleg. 27. nu. 50.* Franciſc. Niger *de Laudemio q. 29.* benè Alex. Sperellus *deciſ. 99. num. 1.* vbi probat quòd declarato aliquo decocto, ille non amittit dominium bonorum, nèc transfertur in creditores, quoûſque per Iudicem diſtributio fiat inter eos. Caſpar Mancius *in Patrocin. debitor. decade 2. q. 9. num. 60.*

Balmaſeda *de Collectis quæſt.* 72. *num.* 6. & 7. quià Curator, ſeu Adminiſtrator datus bonis, non adquirit dominium, ſeu poſſeſſionem, nèc perſonam decocti repreſentat, ſed tantùm habetur loco cuſtodis, vt probatum extat *ſuprà hoc Titulo quæſt.* 2. *num.* 3. & 4.

3 Sed circà actiones, tàm actiuas, quàm paſſiuas, & earum exercitium, dicendum eſt, quod ille qui ceſsit bonis, ſeù concurſum bonorum ſuorum formauit, re integra, poterit pœnitere, & actiones ſuas mouere, ſeû proſequi in Iudicio, hoc eſt, antequàm bonorum dimiſionem, ſeù ceſſionem, & concurſum acceptauerint creditores, & Iudex competens manum appoſuerit, & in hoc ſenſu accipiendi ſunt, Text. *in l. Is qui bonis, l. Quem pœnitet, ff. de Ceſsion. bon.* & *l.* 2. *tit.* 15. *part.* 5. ibi: *Pero ſi el deudor que ouieſſe aſsi deſamparado lo ſuyo, dixeſſe antes que fueſſen vendidos todos ſus bienes, que los queria cobrar para fazer paga à ſus deudores, ò para defenderſe luego con derecho contra ellos, eſtonce non deben vender ninguna coſa de lo ſuyo; antè dezimos, que debe ſer oido,* & ità Amatis, Paſchalis, Virgilio, & alij quos adducit, id comprobans, eruditiſsimus D.D. Alphonſus de Olea *de Ceſſ. Iur.* & *act. tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 15. & 16.

4 Sêd poſtquàm iam ceſsio acceptata fuit, & concurſus creditorum legitimè coràm Iudice introductus, quamuis doctiſsimus D.D. Franciſcus Salgado *in Labyrintho creditor. part.* 1. *cap.* 14 *à num.* 22. quæſtionem proponat, & *num.* 29. defendat debitorem cauſantem cõcurſum, & bonis cedentem, nõ amitere actiones actiuas, nec paſſiuas, ſed ei & in eum dirigi, & liberè exerceri, & agi poſſe, àc ſi non ceſſiſſet, quod repetit *cap.* 40. *num.* 1. & *num.* 27. tamèn D. Olea *dict. quæſt.* 1. *à num.* 49. *in Addition. inſertis in hac nouiſsima editione*, clarè & diſtinctè quæſtionem diſcutit aſſerens actiones actiuas transferri in Adminiſtratorem bonorum quòad exercitium, quod amittit debitor, licèt actiones retineat, Adminiſtrator enim eſt qui debet exigere credita, & nomina debitorum ad concurſum ſpectantia, & quòad actiones paſſiuas *num.* 54. probat contrà eum moueri non poſſe, & litem cum eo agitatam nullitatis vitio laborare, nec vllum creditoribus præjudicium generare, & reſpondet fundamentis, & authoritatibus quibus mouetur D. Salgado, declarans *l. Itèm ſi vnus, ff. de Receptis arbitris*, quę eſt principalis materię, & *num.* 57. dictas reſolutiones ità conciliat, quòd ille, qui ceſsit bonis, vel fecit concurſum agere poſſit, ſcilicèt, aſsiſtendo liti, & executioni, quę aduerſus debitores ſuos mouetur per Adminiſtratorem, & ſimilitèr agere etiàm poterit ſupèr aliquo lure, & actione ipſi competenti, vel quę non fuit relata intèr bona, & lura concurſus in liſta, quam dedit, quiâ tùnc

non

non erat certa, vel nondùm ei delata, & in hoc ſenſu eum ſequitur Balmaſeda *dict. quæſt. 72. num. 9. & 10.*

5 Et in decocto loquitur Franciſcus Roccus *tom. 1. reſponſ. legal. reſp. 38. per totum, & maximè à num. 10. & in tract. de Decoctione mercatorum nota 97. num. 279. & nota 98. nu. 287.* vbi probat agere, & conueniri poſſe, & non obſtante fallimento, poſſe liquidare inſtrumentum via ritus, contra ſuos debitores qui ſe obligauerunt, & iurauerunt de facie ad faciem dicto eorũ creditori nunc decocto, vt ibi probat. Sed re vera attentis rationibus ſupradictis, decoctione formitèr cauſata, & declarata, & appoſita manu Iudicis ſupèr bonis, quę iàm debent exiſtere ſub cuſtodia tuitione, & cura Adminiſtratoris, ſeũ Curatoris, vel generalis Tribunalis, vel nominati à Iudice, quę nominatio ſola interdictionem bonorum inducit in decocto, ſinè alia conſideratione, *l. Iulianus, ff. de Curat. furioſ.* D. Olea *dict. quæſt. 1. num. 34.* Paul. Staibanus Senior *conſ. 30. num. 1.* Franc. Maria Prato *tom. 1. diſceptat. forenſ. cap. 39. n. 5. vbi pèr totum cap.* agit, de nullitate actus geſti pèr decoctum, quem citaui *ſuprà Tit. 1. quæſt. 11. nu. 11.* prò eadem concluſione (ſed errore Typografi fuit *quæſt. 29.*) non eſt dubium quòd decoctus ſolus pèr ſe non poterit agere, nèc conueniri, & omnia pèr eum, vel cùm eo actitata erunt nulla. Poterit tamèn iuxtà declarationem poſitam *numer. antecedenti*, ſi non abeſt, ſeũ latitat, (quod non requiritur neceſſe ad decoctionem, vt expoſſuimus *dict. quæſt. 11.*) aſsiſtere liti, & Adminiſtratori, & eum inſtruere, & certiorem facere Iuris ſui, & defenſionum ei competentium.

6 Ex quo etiàm infertur à fortiori, quòd conductores Vectigalium, ſeũ Regiorum redituum, quibus propter ceſſationem, ſeũ moram in ſoluendis quantitatib⁹, quas debent, ſuis temporibus, vel aliquâ eàrum parte, aliquomodò interdicitur exactio fructuum, & emolumentorũ conductionis, id eſt, *ſe les pone interuencion*, poterunt aſſiſtere omnibus actibus attigentibus ad talem exactionem, & rectam adminiſtrationem, & diſtributionem quantitatum ex conductione procedentium.

7 Et ex eodem principio procedit, quod debitor etiàm poſt talem ſequeſtrationem factam poterit exercere omnes actus annexos ipſis bonis, & dependentes ab eis, vt ſunt actus honorifici annexi feudis, & caſtris contrà ipſum ſequeſtratis, & ideò poterit Iuriſdictionem exercere, Iudices nominare, & rectores pupillorum qui ſequeſtrantur, àc etiàm præſentare ad beneficia vacantia Iuris patronatus annexi dictis Villis caſtris, ſeù fortalitijs ſequeſtratis vt benè probat ſic diſtinguens ſequeſtrationem voluntariam à neceſſaria, quę iubente Iudice fit Auguſtinus Barboſa *de Vniuerſ. Iur. Eccleſ.*

Eccleſ. lib. 3. cap. 12. à num. 233. & in Collectan. ad cap. Ex litteris de Iure patronatus num. 8. in fin. & ſic intelligenda eſt Gloſſ. *in Clement. vnic. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. verb. beneficium*, vbi quod Iura beneficij, & beneficiati exercebit ſequeſter, nàm loquitur de ſequeſtro conſtituto à partibus, vt conſtat ex verbo ſtatim ſequenti, qui poſsidet iuxtà diſtinctionem ſuprà traditam *hoc Titulo, quæſt. 2. num. 8. & 9. & ex cap. Examinata*, ad quod ſe remittit, quod procedit in eiſdem terminis, & itêm reſolutio Corraſij *lib. 3. Miſcellaneorum, cap. 2. num. 16. & ſeqq.* vbi hanc gloſſam adducit miratus à nullo Doctorum, qui de materia poſteà egerunt citatam fuiſſe. D.D. Franciſcus Salgado *dict. cap. 14. nu. 89. & 90.* Franciſcus Roccus *de Decoct. mercator. dict. nota 53. num. 158. & 159.* vbi ità concludit: *Sed horum Ius honorificum, dominium poſſeſsio, & exercitium remanet integrè penès ipſos dominos debitores decoctos formantes concurſum intèr creditores, pròut quotidiè experitur, ſinè vlla contradictione, cum Adminiſtrator non poſsideat.*

8 Reſtat ergò quod licêt ſequeſtra regularitêr ſint odioſa, & à Iure prohibita, *l. Vnica, C. de Prohib. ſequeſtrat. pecun. l. 2. C. de Reprobat. l. Sciendum, § fin. ff. Qui ſatisd. cog. cap. 1. & 2. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. cap. 1. vt lite pendente, cap. Volumus 16. quæſt. 4. cap. Non nè 8. quæſt. 4. l. 1. tit. 9. part. 3.* Baldus *in dict. cap. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruct. vbi à nu. 3.* hanc adducit rationem principalem, ſcilicèt, quòd non modò Iuris ratio, ſed & ipſa æquitas ſuadet, vt reus, qui prò ſe habet Iuris præſumptionem, cum poſsideat, aùt cum pecunia poſtulatur, antequàm conuincatur per probationes actoris, nó priuetur emolumento ſuę poſſeſsionis, aùt pecunię, facta ſequeſtratione. Sèd primò audiatur, & conuincatur, poſtmodum autèm cauſa principalis terminetur, quod breuitêr comprehendi *dict. l. 1. C. de Prohib. ſequeſtr. pecun.* in illis verbis: *Oportet enim debitorem primò conuinci, & ſic deindè ad ſolutionem pulſari*, atquê ità ex communi traddunt, latè de materia agentes, Curtius *de Sequeſtro num. 7.* Guido Foianus *in eodem tract. reg. 6. num. 2.* Lancelotus *de Attentatis part. 2. cap. 4. ampliat. 2. per totam, & declarat. 4. eiuſdem cap. 4.* Cancer *lib. 2. variar. cap. 4.* Azeuedo *in l. 1. tit. 12. lib. 4. Recopil.* Mieres *de Maiorat. 3. part. quæſt. 7. per totam.* Gregor. Lopez *in dict. l. 1. tit. 9. part. 3. gloſſ. 7.* D.D. Franciſcus Salgad. *de Reg. Protect. lib. 2. cap. 16. à num. 2. cum ſeqq.* Auguſtinus Barboſa *in Collect. ad dict. cap. 2. de ſequeſtr. poſs. & fruct. nu. 2.* D. Valençuela Velazquez *conſ. 52. num. 76.* D. Ioannes del Caſtillo *tom. 8. de Aliment. cap. 13. à num. 1.* Vbi quam plures refert. Tamèn in caſu decoctionis, illicò decernenda ſunt, tùm propter conſtitutionem decocti in eſſe rei, vt diximus, *in principio huius Titul.* ſiuè talis declaratus ſit, ſiuê latitet, &

contumax ſit legitimè citatus, vel vocatus, vt probat Text. *in cap. Ex litteris de dolo, & contum.* & tenent Corraſius *lib. 3. Miſcelaneor. Iuris, cap. 2. num. 10. verſ. Octauus.* Innocent. *in cap. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* Curtius *de Sequeſtro num. 1. 2. limit.* Foianus *in eod. tract. reg. 6. num. 11.* Caldas Pereyra *lib. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 21. nu. 39.* Auguſt. Barboſa *in Collect. ad cap. 2. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. num. 5.* benè Rodrig. *de Concurſ. & priuileg. credit. part. 1. art. 6. num. 13. & ſeqq.* & etiàm proptêr dilapidationem, quę neceſſario præſuponitur in eo.

9 Quæ quidèm ſola ad hoc ſufficiens cauſa eſſet, *vt in l. Si cum dotem, §. Sin autèm in ſæuiſsimo, verſ. Si verò dotem, ff. Soluto Matrimon.* Gloſſ. verb. *Sequeſtrari, in cap. Dilectus 2. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. verſ. Quandoquè tamèn, l. Imperator. §. fin. ff. de Appellat.* quę vtitur verb. *depopulentur ſicut, cap. fin. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* verb. *Dilapidare dict. l. 1. tit. 9. part. 3.* ibi: *Si fuere home de quien aya ſoſpecha, que la malmeterà, ò deſgaſtarà los fructos della.* Speculator *in tit. de Appellat. §. Nouiſsimè in princip.* Lancelotus *in Inſtit. Canonic. tit. vt lite pendente, §. penult.* Francus *in cap. Cum teneamur de appellat.* Cynus *in l. Vbi adhùc quæſt. 9. C. de Iur. dot.* Craueta *conſ. 272. num. 15.* vbi hanc cauſam appellat iuſtiſsimam, Caualcanus *deciſ. 23. num. 18. & ſeqq.* Franciſc. Marcus *deciſ. 181. par. 1.* Foianus *de Sequeſt. reg. 6. num. 7.* Carrocius *in eodem tract. part. 2. quæſt. 2. à num. 1.* Tuſchus *litt. S. concluſ. 215. num. 2.* Surdus *de Alimentis tit. 8. priuileg. 80. num. 2.* Græueus ad Gail. *lib. 2. concluſ. 147.* Mieres *de Maiorat. part. 3. dict. quæſt. 7. num. 14 & 15.* Caldas Pereyra *lib. 1. quæſt forenſ. quæſt. 21. num. 32. & ſeqq.* Azeuedo *in l. 1. tit. 12. lib. 4. Recopil. num. 1. & ſeqq.* Auguſtin. Barboſa *in Collectan. ad cap. 3. num. 3. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* vbi alios adducit, & *num. 4.* comprobat diſſipationem non præſumi, ſed ab allegante debere probari, Paz *de Tenuta part. 1. cap. 10. num. 25.* Rodriguez *de Concurſu part. 1. art. 6. num. 21.*

10 Sed cum prædicta *l. 1. tit. 9. part. 3.* id ſtatuat in caſu appellationis, iuxta Text. *in l. Imperatores, §. fin. ff. de Appellat, & in cap. fin. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct.* quærunt Doctores, an hoc debeat preciſſe cõcurrere? An verô ſufficiat, quod lis pendeat etiàm in prima inſtantia? vt videre eſt apûd Græueum ad Gail *dict. obſeru. 147. num. 3.* & latiùs apud Caldam Pereyra *dict. quæſt. 21. num. 32. & ſeqq.* vbi ex Ioanne Andræa, Bellamera, & alijs, dicit, quôd ideò in cauſa appellationis, proptêr diſsipationem fit ſequeſtratio fructuum; quoniàm tùnc vrget contrà reum præſumptio, orta ex ſententia, quę non reperitur in cauſa principali prioris inſtantię, & Græueus communem opinionem contrariam amplectitur, & veriorem exiſtimat, vt, ſcilicèt, fructus ſequeſtrari poſsint ob dilapidationis timorem, etiàm prima ſententia non lata, & multò magis

magis ſi ſententia lata fuerit, & ab ea interpoſita appellatio. Verûm his omnibus perpenſis D. Ioannes del Caſtillo *dict. cap.* 13. *num.* 23. licèt eius ſit opinionis, vt lite in prima inſtantia pendente, & antequàm prima ſententia lata eſſet, & appellatio interpoſita, non facilè debeat admiti talis ſequeſtratio ob ſolum timorem, & dilapidationis ſuſpitionem; Tamên hoc intelligit, & declarat hoc modo: *Idque maximè quandò reus conuentus ſoluendo eſſet, eiuſque qualitatis, & conditionis, vt quamuis fructus, & redditus in propios, vel alienos vſus conuerteret, & conſumeret, eos reſtituere poſſet in caſu cõdemnationis, & ideò in caſu noſtro debitoris, qui, vel formauit concurſũ, vel eius bona propter decoctionẽ aprehẽſa ſunt, ſequeſtratio de plano, & ſinè dubio procedit.*

QVÆSTIO IV.

An in debitoribus Fiſci, eius priuilegium aliquid operetur circà hanc bonorum ſequeſtrationem? & ſpecialitèr diſcutitur in ſequeſtro corporis debitoris Fiſcalis defuncti.

Summarium Quæſtionis Quartæ.

Num. 1. *An in debitoribus Fiſcalibus fauor fiſci ſolus ſinè alijs circumſtantijs operetur quòd bona eorum poſsint ſequeſtrari? & reſoluitur quòd non num.* 2. & 3.

4 *Deſcriptio bonorum poteſt fieri lite pendente intèr fiſcum, & priuatum, licèt non ſequeſtratio, & quid ſit hæc deſcriptio.*

5 *Fiſci debitor certus, & liquidus cùm executiuè ſit conueniendus, ideò decocti hoc caſu bona meritò ſequeſtrantur, ſecùs ſi debita non ſint liquida, ſed altiorem indaginem requirant.*

6 *Cadauer debitoris regularitèr non poteſt ſequeſtrari, & detineri nè ſepulturæ traddatur.*

7 *Idem procedit in debitore Fiſcali.*

8 *Mortuorũ cadauera, apùd Egyptios in vſu fuit, vnguentis delibuta creditori oppignorare, & ſuper eis fœnerari, & agitur de more vngendi cadauera.*

1 QVibus conſequens eſt videre, an ſpecialiter in noſtris debitoribus Fiſcalibus fauor, ſeù priuilegium Fiſci a'iquid operetur? taliter quòd etiàm deficientibus reliquis circumſtantijs, ex eo ſolùm quòd ſit creditor Fiſcus, & lis eius nomine ſequatur, poſsint bona ſequeſtrari. Et quidem quòd in qualibet cauſa, etiàm ciuili, ſi lis ſit cum fiſco, & maximè ſi ille agat actione reali, pendente lite, res, de qua controuertitur, ſit ſequeſtranda, videntur tenere Acurſius *in l. Defenſionis facultas, verb. Pendente. C. de Iure Fiſci lib.* 10. & Bart. *ibidem num.* 4. & alijs comprobans Guido Papa *deciſ.* 366. & Franciſcus Marcus *deciſ.* 38. *part.* 1.

2 Sed cùm conſtans ſit in Iure, Fiſcum vti Iure communi, & non ſingulari, & priuilegiato, niſi in caſibus â Iure expreſſis, vt tenent communiter DD. per *l. Placuit* 37. *ff. de Iure Fiſc. l. Idem Iuris* 12. *ff. de Compenſat. l. Cùm vitiosè* 25. *ff. de Pignor. gloſſ. in l. Item veniunt, §. In priuatorum, verb. in publica, ff. de Petit. hæredit. l.* 1. *C. de Conductor. & Procur. lib.* 11. Boſius *in Prax. tit. de Priuileg. Fiſc. num.* 75. Storcia *de Reſtitut. part.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 83. Cyriacus *tom.* 1. *controu. controu.* 13. *num.* 22. & plures referens Faria *in Addit. ad Couarr. lib.* 1. *cap.* 16. *nu.* 8. Verior reſolutio eſt hoc priuilegium ei non cõpetere, & ſequeſtrationem ſolùm ex ea cauſa, & ceſſantibus alijs rationibus eam inducentibus, minimè admittendam, vt probatur expreſsè *in dict. l. Defenſionis facultas, C. de Iur. Fiſc. lib.* 10. ibi: *Cùm facultates eorumdem, adhùc controuerſia pendente, inquietari, deſcribique fas non ſit*, Gloſſ. *in l. Res quæ, ff. de Iur. Fiſci, verbo, res quæ, l. vltim. C. Eodem, l. Litibus, C. de Agricolis, & cenſ.* vbi Bart. *Cap.* 1. *ſi de inueſtit. inter Domin. & Vaſſ. oriatur.* D. Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 16. *num.* 9. vbi ità ait: *Nec opinor hac in re dubitandum eſſe, nullibi etènim à Iure hoc priuilegium Fiſco conceſſum eſſe conſtat.* vbi & Faria *in Addit. num.* 55. Renatus Chopinus *de Demanio Franciæ lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 1. D. Chriſtophorus de Paz *de Tenuta part.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. vbi alios ad id citat. nouiſſimè D. Ioannes del Caſtillo *tom.* 8. *de Alimentis, cap.* 13. *num.* 3. ibi: *Quòd etiàm ſi fiſcus agat in ſubditum quempiam, nequeat illum poſſeſſionis commodo priuare, nec à ſequeſtro incipiendum ſit.*

3 Caldas Pereyra *lib.* 1. *Receptarum ſent. quæſt.* 21. *num.* 13. vbi agens de inhibitione, ſeù proteſtatione, quę Iudicis authoritate fit debitori alicuius, nè ſoluat ei, quæ eſt quædam ſequeſtratio, de qua *in l. Mulier fundos, ff. de Lege commiſſoria*, & an ad eam requiratur veritas debiti, vel quòd inſtrumentũ eius oſtendatur? refert aliquos Doctores aſſerere in eo Tex. valuiſſe inhibitionem non oſten-

ſa

ſa cauſa, vel inſtrumento debiti, quià fiebat ex authoritate publica propter Fiſci officiales, & eius cauſam, ſed tamẽn ait cum Rubeo, & Ripa hunc intellectum eſſe diuinatorium, & non probari in illà lege.

4 Et vt clariùs procedamus, Bart. *in dict. l. Defenſionis facultas, num.* 4. docet, quòd quædam eſt deſcriptio, quę idẽm eſt quòd incorporatio in Patrimonio Fiſci, vt depingere arma Fiſcalia in domibus, & ſimilia, & iſtud prohibetur lite pendente, & quędam eſt deſcriptio, id eſt ſcriptura, quę fit à Tabellione, vt res non perdatur, vel diſtrahatur, & hæc poteſt fieri lite pendente inter fiſcum, & priuatum, licèt ſequeſtratio fieri non poſsit, reputans hoc admòdum notandum. Idem Bart. *per illum Text. in l.* 1. *§. Eligitur, ff. de Ventre in poſſeſſ. mitt. & in l fin. ff. de Requir. reis*, quem refert, & ſequitur Carrocius *de Sequeſtro part.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 1. & 2. & ſic etiàm explicat, & declarat D. Molina *de Primog. lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 32. & alijs D. Franciſcus de Amaya *in dict. l. Defenſionis facultas, nu.* 3. Tonduti *de Præuent. Iudiciali cap.* 30. *num.* 80. vbi loquitur in contumace.

5 Tamẽn in noſtro caſu, cùm cauſa ſit criminalis, & iam per decretum Senatus reus ſit declaratus decoctus, ſiuè ſit abſens, & contumax, ſiuè ſit præſens, & incarceratus, nulla poteſt eſſe ratio dubitandi. Et quidèm ſi in quocumque debitore Fiſci ſtatutum eſt, vt poſsit contrà eum procedi executiuè, tàm ad capturam perſonæ, quàm rerum, vt latè probauimus *ſuprà Titulo* 1. *quæſt.* 5. *num.* 2. *&* 3. nil mirum hoc videri poteſt. Dùm tamẽn hoc intelligatur, vt ibi etiá diximus, in certis, & liquidis debitoribus, iam in numerum Fiſcalium redactis ex contractu, tributo, ſeũ alia qualibet cauſa, ſecùs in cauſis fiſcalibus, quę altiorem indaginem requirunt, & contradictione partis in dubium reuocantur, vt ex Gail. Iſernia, & Afflictis benè explicat etiàm Matthæus Coletus *de Proceſſ. execut. cap.* 2. *part.* 1. *num.* 143. ibi: *Reſtringenda tamẽn, meo quidèm iudicio, hæc limitatio eſt ad debita fiſcalia, ſicùt, & ad ea, quæ Dominis debentur, ac ſunt liquida, & notoria, ità quòd altiorem indaginem non requirunt, procùt de cauſis contributionum, vel collectarũ, ſtatus Imperij Romani exemplum adducit Gailus*, & deindè citato Ioanne de Platea *in l. Vnica num.* 1. *C. de Conductor. & Procur. lib.* 11. *& in l. penult. num.* 2. *C. de Conuen. Fiſc. debitor. lib.* 10. concludit: *Vbi vult, quòd iſtud procedat in certis, ac veris debitoribus, iam in numerum Fiſcalium redacti is ex contractu, vel tributo, ſecùs eſt in cauſis fiſcalibus, quæ altiorem indaginem requirunt, & contradictione partis in dubium reuocantur, &c.*

6 Quibus addenda eſt alia quæſtio ſpecialis, ſcilicèt, præſuppoſito, quòd regularitẽr propter quæcumque debita corpus debitoris defuncti non poteſt ſequeſtrari,

trari, nec detineri, nè sepulturę tradatur, vt ex veriori sententia (reiecta opinione Angeli de Perusio *in Authentico, vt defuncti, seù funera eorum §.1. sub num. 1. vers. Itèm per hanc legem Collatione 5.* vbi in debitore ex instrumento guarentigiato, quod ex forma statuti habet executionem paratam, tenet, hoc Ius guarentigię, etiàm in cadauere operari, & aliquorum eum sequentium) probatur *in l. Cùm sit iniustum, C. de Sepulchro violato, & in dict. authent. vt defuncti, seù fun. eor. §.1. l.15. tit.13. part.1. l.13. tit.6. part.7.* & tenent Ripa *de Peste, cap. de Præseruatiuis remedijs num.101.* Boerius *decis.287.* & est bonus Text. *in l.6. tit.18. lib.4. Recopilat.* Rodericus Suarez *in l. pòst rem Iudicatam in declaratione legis Regni extensione 5. fol. mihi 285.* vbi dictum Angeli terribile appellat, D. Couarr. *lib.2. var. cap.1. num.10.* vbi contrà Angelum, & sequaces, ità ait: *Quórum opinionem falsam profectò esse arbitror, inhumanam quidèm, à Christiana charitate alienam, nèc adhùc Barbaris moribus conuenientem, atque ob id à pluribus improbatam fuisse constat,* & relatis aliquib⁹ ex eis prosequitur: *Impium enim esset, apùd Ethnicos nedùm apùd Christianos, cadauer incpis debitoris insepultum detineri ex ea causa, quòd æs alienum minimè soluatur. Ratio siquidèm naturalis, diuina, & humana Iura, nequaquàm patiuntur defunctorum cadaueribus sepulturam negari, nisi id fiat ob aliquam causam, quę Reipublicæ commodum spectet.* Foianus *de Sequestro 2. part. regul.18.* Carrocius *in eodem tract. 1. part. quæst. 3.* Gracianus *tom.2. cap.243. à num.20.* vbi latè exornat Medices *de Sepulturis cap. 14. num.9.* vbi quòd impediens sepulturam amittit creditum. Rodriguez *de Concursu art.3. 1. part. num.6. vers. Vndè iustè.* Garcia *de Expensis cap.8. num.19.* Azeuedo *in l.6. tit.17 lib.4. Recopilat. num.10.* Spino *in Specul. testament. glos.2. num.11.* Heringius *de Fideiuss. cap. 10. à num.42.* Faria *in Addit. ad Couarr. dict. cap.1. num.73.* vbi alios citat. An hoc idem procedat in debitore Fiscali?

7 Quam quidèm quęstionem vnicè, ex his quos viderim, agitauit Petrus Caualus *in Centuria 3. resolut. crim. casu 203.* vbi cùm à principio posuisset opinionem Angeli, & ex eà argumẽtũ sumpsisset, quòd si priuato habenti executionem paratam prô suo credito contrâ debitorem hoc licèt, vtiquè fisco non denegabitur, qui, si non melioris, saltim non deterioris debet esse conditionis. Tandèm *num.6.* contrariam refert, & comprobat & *num.9.* ità concludit: *Reijcienda est igitùr tamquàm inhumana, & impietate plena, ac à Christiana charitate aliena, opinio contraria, & sequenda hæc æquà quidem, iusta, & omni rationi conueniens, quæ sicùti in creditore priuato loquitur, ità, & in fisco procedit, cùm is, in omnibus casibus, in quibus specialitèr priuilegiatus non appareat, lure priuatorũ vtatur, &c.* & ideò hæc resolutio tenẽda est.

8 Sed antequàm hinc habeamus obſeruandũ eſt, apùd Ægyptios in vſu fuiſſe mortuorum cadauera vnguentis delibuta, ac ſi viui eſſent, creditori oppignorare, & ſuper eis fœnerari, vt obſeruat Petrus Gregor. *lib.* 22. *Syntagmat. Iur. cap.* 6. *num.* 11. & de more vngendi cadauera mentio extat, *in l. Funeris* 37. *ff. de Religioſ. & ſumpt. fun.* ibi: *Veluti vnguentorum erogatum eſt, l. & ideò* 7. *§. Illud, ff. de in rem verſo,* ibi: *Si odores, & vnguenta ſeruus emerit, & ad funus erogauerit,* Seruius *6. Æneidos, verſ.* 219. vbi adducit locum Ænnij.

Tarquini corpus bona fœmina lauit & vnxit.

Propertius *lib.* 3. *elegia* 15.

Affertè huc vnguenta mihi, ſertiſque ſepulcrum.
Ornabit cuſtos, ad mea buſta ſedẽs.

Martialis *lib.* 3. *epigr.* 12.

Qui non cœnat, & vngitur Fabulle,
Hic verè mihi mortuus videtur.

Vbi elegantèr eruditiſſimus D.D. Laurentius Ramirez de Prado, & de hoc ritu vngendi cadauera latè agunt Plinius *lib.* 3. *Hiſtoriæ cap.* 1. alter Plinius *lib.* 5. *epiſt.* 16. Antoni. Muretus *lib.* 3. *var. lect. cap.* 19. Antonius Clarus Siluius *ad Leges Regias cap.* 23. *fol.* 501. & 503. Iulius Lauorius *Variar. Elucubration. tit.* 2. *cap.* 1. *num.* 49. Pater Franciſc. de Mendoza *in ſuo Viridario, lib.* 8. *cap.* 1. & 2. & cum eis Ioanes Hieronymus de Iranço *de Proteſtatione, & pro hærede geſtione, in apparatu ad l.* 14. *§. Plerique, ff. de Relig. & ſumpt. fun. num.* 116. Fr. Antonio de la Natiuidad *in Sylua ſuffragiorum, lib.* 6. *cap.* 10. *numer.* 9. *& ſequentibus.*



QVÆS-

QVÆSTIO V.

Adminiſtrator iſte, ſeù ſequeſter quomodò debeat eſſe indemnis, & nihil de ſuo impendere, & an ex bonis ſequeſtratis, debeant alimenta decocto miniſtrari?

Summarium Quæſtionis Quintæ.

Num. 1. Sequeſter, ſeù Depoſitarius nihil de ſuo in negotio, nec circà res ſequeſtratas impendere debet, nam ſolam operam, & non impenſam aliquam præſtare tenetur.

2 *Sequeſter, ſi faciat aliquam impenſam neceſſariam pro cuſtodia, ſeù conſeruatione rei ſequeſtratæ, repetit eam à ſequeſtrante, & hæc impenſa præfertur omnibus creditoribus.*

3 *Sequeſter poteſt propria authoritate rem retinere, donec, ei de his impenſis neceſſarijs ſatisfiat.*

4 *Sequeſtro, ſeù adminiſtranti hæc bona, an aliquod ſalarium debeatur?*

5 *Sequeſtratione bonorum facta, an ex eis decoctus alimenta percipere debeat?*

6 *Sequeſtratis bonis, eorum Dominus ex eis alidebet, & alij ſumptus neceſſarij etiam ſunt faciendi, donec lis finem accipiat, vel debita ſoluantur.*

7 *Debitor detentus ſi egeat, & non poſsit ſe, & familiam, & bona ſe mouentia ſequeſtrata alere, tunc creditor, ſequeſtrari faciens, tenetur interim prouidere de his alimentis.*

8 *Creditores, ad quorum inſtantiam debitor eſt captus, ſi moniti à Iudice, ei non preſtent alimenta, debet debitor à carceribus relaxari, & declaratur, & exornatur* Gloſſ. verb. agnoſcere in l. fin. C. de Erogat militaris annonę, lib. 12.

9 *Debitori decocto, cuius bona ſunt ſequeſtrata, preſtanda ſunt alimenta, maximè in nobilibus, feudatarijs, & poſſeſſoribus maioratuũ, niſi feudum reperiatur ob ſeruitia, & onera valdè grauatum.*

10 *Alimenta, nec litis expenſæ non debent miniſtrari decocto ex bonis ſequeſtratis, ſi ipſe aliundè habeat, vt ſe alat, nec quando bona ſunt parui momenti, nec quando conſtat bona eſſe furtiua.*

11 *Alimenta non ſemper debentur, nec preſtantur decocto. Sed ſolum, dum lis diſcutitur, & pendente Iudicio venditionis, ſeù adjudicationis bonorum.*

12 *Patre decocto, & ingenti ære alieno grauato, maximè contracto ex dilapidatione, deducenda ſunt etiam cum prælatione, aliment a profilijs.*

1 CIRCA hanc ergò ſequeſtrationem, notandum eſt, quòd ſequeſter, ſeù depoſitarius nil de ſuo in tali negotio, nèc circà res ſequeſtratas impendere debet, nàm ſolam operam, & non impenſam aliquam præſtare tenetur Baldus *in l.1. in fin. ff. Vbi pupil. educ. debeat*, per Text. *in l. fin. ff. de Requir. reis*, nec pati aliquod damnum, vt expreſsè probat Text. *in l. fin. §. fin. C. de Bon. authorit. iudic. poſsid.* Idem Baldus *in l. Si oleum, ff. de Dolo*, Curtius *de Sequeſtro quæſt. 2.* Ioſeph Ludouicus *deciſ. Lucenſ. 51. numer. 11.* Carrocius *de Sequeſtro, part. 1. quæſt. 6. 5. quæſtionis principalis.*

2 Et ſi fortè faciat aliquam impenſam neceſſariam ad cuſtodiam, & conſeruationem rei ſequeſtratę, (Velùti in conductione domus, vel horrei, in quo colligat, & reponat fructus, ſeù res litigioſas, vel alia ſimili, vt notat Salycetus *l. Vnic. C. Etiàm ob chirograf. pecun. pignus retin. poſſe. num. 4. per l. Is cui, §. Qui legatorum, verſ. In cæteris, ff. Vt in poſſeſſ. legatorum ſeruand. cauſa*, ibi: *Habitationem conducat, aùt horreum*, Matthæus Colerus *de Proceſſ. execut. 2. part. partis 1. num. 131.* Franciſcus Roccus *reſponſ. 34. num. 7. tom. 2.* vbi latè probat hanc impenſam præferri omnibus creditoribus. Citiacus *tom. 1. controuerſ. 83. num. 1. & ſequentibus*, vbi quòd hæ impenſę ſunt neceſſarię. Foianus *de Sequeſtro regul. 3. num. 15. circà medium.* Parladorus *in Seſquicent. differ. 130. §. 8.* latè Carrocius *de Locato rubrica, ſeù titulo de ſequeſtro, quæſt. 1. & 2. fol. mihi 125.* Azeuedo *in l. 1. tit. 12. lib. 4. Recopilat. numer. 16.* Amato *tom. 1. reſol. 3. num. 5. & 6.*) eam impenſam repetit à ſequeſtrante, vt diſuſsè probat Surdus *de Aliment. tit. 1. q. 70. num. 6. & 8.*

3 Immò, & poteſt propria authoritate rem retinere, donèc ei de prædictis expenſis ſatisfiat, argumento *legis quod dicitur, ff. de Impenſ. in reb. dota. fact.* ibi: *Manebit igitùr maritus in rerum detentatione, donèc ei ſatisfiat de expenſis, l. Paulus, ff. de Doli except. l. Si in rem, ff. de Adquir. poſſeſſ.* ibi: *Quòd ſi rationabilis ſit cauſa non reddendi.* Albericus, & alij *in l. 1. C. Etiàm ob chirograf. pecun. pignus retineri poſſe. l. In rebus, §. Poſſunt, ff. Commodati*, Gloſſ. & Doctores *in l. Si non ſortem, §. Si centum, ff de Condict. indeb. l. fin. tit. 2. part. 5.* Gregor Lopez *in l. 2. tit. 18. part. 2. gloſſ. 5.* vbi ſingulariter limitat in expenſis factis in cuſtodia caſtri, ſeù arcis, propter quas nó poteſt retineri, quẽ etiàm ſequitur Humad. *ibidèm*, & principalem concluſionem tenent Franciſc. Marcus *deciſ. 861. nu. 1.* Matth. Colerus *de Proceſſ. exec. cap. 2. p. 1. num. 210.* & in noſtro caſu cum Rebuff. *ad l. nõ poteſt 117. ff. de Verb. Signi-*

Significat. verſ. 1. *perdit.* Auguſtin. Barboſ. *in cap. Dilectus* 2. *num.* 9. *de Sequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* Surdus *de Alimentis dict. quæſt.* 70. *num.* 9. Caldas Pereyra *lib.* 1. *recept. ſent. quæſt.* 21. *num.* 21.

4 D. Valençuela Velazquez *conſ.* 179. *à num.* 68. *tom.* 2. vbi probat, quòd licèt, regularitèr, adminiſtranti bona ex cauſa ſequeſtri non debeatur ſalarium, tamèn ſi Iudex videt quòd ſequeſter ex ea damnum, vel tędium pateretur, poſſet ex iuſta cauſa illud ei conſtituere, quod etiàm comprobat Azeuedo *in l.* 1. *tit.* 12. *lib.* 4. *Recopil. num.* 19. & Parladorus *dict. different.* 130. §. 8. *num.* 4. probat nonnumquàm depoſitarij ſalarium recidere in eum, qui malitiosè litem mouerit, & temerè ſequeſtrum petierit.

5 Quibus ſtantibus quæritur, an poſt talem ſequeſtrationem, & adminiſtrationem bonorum, & Iurium, decoctus debeat ex eis alimenta percipere? In quo prò maiori exornatione prędmitendũ eſt.

6 Primo, quòd regularitèr ſequeſtro, ſeù detentione, vel aprehenſione facta, tàm perſonę, quàm bonorum, ſic detentus cogitur de ſuo ſumptus intèrim facere, donèc aùt debitum liquidum ſoluat, aùt prò illiquido, & negato idoneè ſatiſdet, aût concordet cum creditore, vel alitêr lis finem accipiat, vt probat Gloſſ. *Communitèr aprobata, in l. fin. verb. agnoſcere, C. de Erogat. milit. anno. lib.* 12. quam dicit menti tenendam Bart. *in l. Sanctum in fin. ff. de Rerũ diuiſ. & probatur in eodem Text.* exornat Petrus Surdus *de Alimentis tit.* 1. *quæſt.* 71. *&* 72. & expreſiùs *q.* 123. vbi ex *l fin. C. de Ord. cognit.* & alijs Iuribus, probat ſequeſtratis bonis, ſempèr Dominũ rerum poſitarũ ſûb ſequeſtro, alendum eſſe de illis. Menoch. *de Arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 23. Valaſcus *conſult.* 1. *num.* 1. *&* 2. Caſtillo *lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 34. & cum alijs. Auguſt. Barboſa *in dict. cap.* 2. *de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. num.* 10. & D. D. Franciſc. Salgad. *in Labyr. par.* 1. *cap.* 26. *num.* 9. *& ſequentibus.* Carrocius *de Sequeſtr. part.* 3. *quæſt.* 19. *per totam.*

7 Sed ſi detentus ipſe egeat, & non poſsit ſe, & familiam, vel bona ſe mouentia etiâm aprehenſa, quę quotidianam curam, & victum requirunt, alere. Tùnc creditor ſequeſtrari, & carcerari faciens, debet intêrim prouidere ſequeſtrato, & eius bonis, de alimentis, nè fame pereant, *l. Quemadmodum, §. Magiſtratus, l. Pecoribus, ff. Ad legem Aquil.* Antonius de Cordoba *in l. Siquis à liberis, §. Solent, num.* 37. *ff. de Liber. agnoſc.* Matthęus Coler. *de Proceſs. execut. cap.* 2. 1. *part. num.* 87. *& ſeqq.* vbi latè probat, & idem eſſe in cauſa criminali. Iacobus Cancerius *lib.* 1. *Variar. cap.* 16. *num.* 9.

8 Qui probat hoc adeò verum eſſe, vt ſi Iudex mandauerit creditoribus, ad quorum inſtantiam debitor eſt captus, vt ei alimenta preſtent, & id ipſi non faciant, debeat debitorẽ â carcerib⁹ relaxare.

Franciſcus Anton de Iudice Roberto *de Liquidatione inſtrumentor. conſiderat.4 num.72.* Perez de Lara *de Anniuerſ. & Capell. lib.1.cap.22. num.36.* Caſparus Mancius *in Patrocinio debitorum, quæſt.5. decad.1. num.74. & 75.* Vicos *ad Pragmat. Regni Sardiniæ lib.2. tit.47 cap. 4. num.5.* Melchior Phębus *deciſ.3. p.1.* vbi hoc probat,& ſingulariter ampliat deciſionẽ *dictũ gloſſ.verbo, agnoſcere, in l.fin.C.de erogat.militar. annonæ, lib.12.* (ex qua quotidiè iudicatur quòd ſi creditor nolluerit debitorem alere, Iudex requiſitus debet cum è carceribus relaxare) ad nobilem pauperem carceratum in domo ſua. Pro quo notandus eſt Nouarius *de Elect. & variat.fori quæſt.36.num.11.* & Franciſc. Maria Prato *in Reſponſis criminalibus, reſponſo 37. à num.33.* Aluarus Valaſc. *conſult.1.num.8.* vbi hoc probat,& ſequitur ex quadam ratione morali,& authoritate Doctorum ità tenentium, quàmuis dicat non probari *in dict. gloſſ.* nec alijs Iuribus, quę declarat, ſicùt etiàm Gamma *deciſ.261.* qui benè explicat,& diſtinguit, *& num.3.* ait deneganda hæc alimenta debitori, cui, propter dolum commiſſum, fuit denegatum miſerabile remedium ceſſionis bonorum; Ioannes Faber *in § fin.num.6.inſtit.de actionibus,* vbi quòd non aliter talia alimenta ſunt miniſtranda, quàm ſi non poſsint de eleemoſynis alimentari, Caſparus Mancius *dict.quæſt.5. num.105. & quæſt.6. eiuſdem decad. 1.num.44.* vbi loquitur in decoctoribus, & nouiſsimè omnia hæc benè declarat D. Didacus Balmaſeda *in Tractatu de Collectis, quæſt. 76. à principio, & num.15. & 16.* probat deficientibus his alimentis,& eleemoſynis, de publico alimenta præſtari debere,& ad id per communitatem collectam imponi poſſe. Menochius *de Præſump. quæſt.35.num.23.* vbi etiàm extendit ad litis expenſas, ſicùt & Coſta *de Remed.ſubſid. remed.106. illat.4. num.1.2. & 3.* Foianus *de Sequeſtr. regul.7.num.6.* Rodriguez *de Concurſ. & priuileg.credit. part.1. art.6. num.17. & ſeqq.* vbi benè de materia agit.

9 Secundo, quòd in noſtra materia, debitore decocto, & bonis aprehenſis, & adminiſtratis pro ſatisfactione creditorum, præſtanda ſunt ei etiàm alimenta, vt probat Franciſcus Roccus *de Decoctione mercat.nota 18.num.60. & nota 19 ſeq.* loquitur in Feudatario, cui fructus feudi fuerunt ſequeſtrati, vel executi, quòd ſit ei relinquẽda portio, vt de illa poſsit viuere, & militare,& pro hoc citat Camerarium, Afflictum,& Rouitum,& Rodericum *de Priuileg. credit. dict. part.1. artic.6. num.27.* qui agit de poſſeſſore maioratus, quibus addẽdus eſt Cæſar Galupus *de Concurſ. & prælat.credit.part.4.cap.2.nu.12.* qui ità ait: *Cæterùm non eſt hìc omittendum, quòd ſi perſona iſtius decocti eſt nobilis, aùt feudataria aliquo Titulo Ducatus, Marchionatus, vel ſimilitèr decorata, quandò proceditur ad ſequeſtrum, reſeruantur illi alimenta*

iuxtà

iuxtà qualitatem perſonæ, & quantitatem bonorum, ſicùt dicimus in Clerico decocto authoritate Menoch. *lib.2. de arbitr. caſu* 183. *num.8. &* Gutierr. *de Iuram.confir.part.1. cap.* 16. *num.* 11. *cum allegatis per Rodrig. de Concurſ.credit. par.1 num.26.&c.* & idem probat Antonius Maria Bertalus *in Addition. ad dict.art.6. nu.*150. *& ſeqq. vſque ad* 153. Licèt verùm ſit quòd ſi feudum reperiretur ob ſeruitia, & onera valdè obnoxium, & grauatum, non deducentur alimẽta, nèc preſtabuntur etiàm Domino directo ipſius feudi, vt tenent Scraderus *de Feudis part.6.cap.6. num.7* quem adducit Camilus de Laratha *in Teatro feud. tom.2. part.*12. *dilucid.* 15. *num.*14. Roccus *in dict.tit.de Decoct.mercat. notâ* 20. *num.68. in fin.*

10 Sed prędicta concluſio, ſcilicêt, quòd decocto debeãt ſubminiſtrari alimenta, & litis expenſę ex bonis ſequeſtratis, habet aliquas limitationes. Prima, quandò ipſe habet aliundê vt ſe alat, nàm in ſubſidium competit hoc remedium, vt debitor ſit alendus ex bonis ſequeſtratis. Albericus *in l.fin. §. Quòd ſi ei, C.de Ordin.cognit.* Rubinus *deciſ.*121. Riccius *collect.*1425. Secunda, quãdò bona eſſent parui momenti, Riccius *ibidem.* Tertia, quandô conſtaret bona eſſe furtiua, Rubinus in eodem loco, quas recenſet, & comprobat ex Rebuffo Surdus *de Aliment.tit.*1. *quæſt.*123. *nu.5.* vbi quòd in caſu dubio ſemper eſt alendus, nè fame pereat, & eum ſequitur Coſta *dict. remedio* 105. *illat.4.num.2.*

11 Quarta principalis limitatio addenda eſt, vt hæc alimenta non ſempèr debeantur, nec decocto preſtentur, ſed ſolùm pendente Iudicio venditionis, ſeù adjudicationis bonorum ad beneficium creditorum, & dùm hoc diſcutitur, & an bona ſufficiant? vt probatur *in dict.l.fin. §.Quod ſi ei, C.de Ordin. cognit.* ibi: *In eum dem, in quo controuerſia ſopiatur*, & notat Albericus *ibidem*, & in noſtris terminis Franciſcus Roccus *dict. nota* 20. *num.68. verſ.*4. his verbis: *Quarto limita, vt pendente Iudicio venditonis, ſeù adjudicationis bonorum ad beneficium creditorum, debentur tantùm dicta alimenta, & non ſempèr.*

12 Huîc reſolutioni conſentanea eſt alia non vulgaris, ſcilicèt, in caſu captioſæ, & doloſę diſipationis, & dilapidationis bonorum factę per Patrem, vel occupationis eorum proptèr ingens æs alienum ab eo contractum, deduci debere etiàm alimenta prò eius filijs, & quidèm cum prælatione, vt cum Caſtrenſi, Decio, Lupo, & alijs probat Merlinus *de Legitima lib.5. tit.3.quæſt.6.nu.*26. his verbis: *Infert tamèn in hoc, quod vbi Pater ære alieno ingenti detineretur, maximè ſi eſſet contractum ex dilapidatione, ac malè vtendo bonis, quòd ad fauorem filiorum eſſent deducenda alimenta, eo quià onus alendi inhæret bonis, & bona paterna intelliguntur obligata, & conſequentèr ſtante hac obligatione anteriori, filij prò alimentis eſſent creditoribus omninò præferendi, &c.* Quibus abſoluitur Titulus Tertius.

TRAC-

TRACTATVS
DE DECOCTIONE DEBITORVM FISCALIVM.

TITVLVS QVARTVS,
IN DVAS QVÆSTIONES DIVISVS.

De forma procedendi ad Graduationem creditorum, quòad ordinem Iudicialem.

EPITOME QVÆSTIONVM.
TITVLI QVARTI.

Quæſt. I. Bonis debitoris decoc-
ti ſequeſtratis, & in tuto collo-
catis, quomodò creditorum
conuocatio facienda ſit? vt Iura
ſua deducant, & Iudex poſsit
eis gradum, & locum ſuum in
ſententia aſsignare.

II. Graduatione facta per Iudi-
cem, omnes creditores habent
æquale Ius executiuum, & an
illi, qui ſententiam aſsiſtentię
ſuper aliqua re debitoris obti-
nuerant, debeant etiâm con-
currere? & explicantur *leges* 11.
titul. 14. *&* 9. *titul.* 15. *partita*
5.

QVÆSTIO I.

Bonis debitoris decocti sequestratis, & in tuto collocatis, quomodò creditorum conuocatio facienda sit? vt Iura sua deducant, & Iudex possit eis gradum, & locum suum in sententia assignare.

Summarium Quæstionis Primæ.

Num. 1. Citandi sunt ad concursus Iudicium omnes creditores interesse habentes, & quos commodum, vel præjudicium contingere potest.

2 *Iudex, conuocatis omnibus creditoribus, & eis auditis, procedit ad sententiam graduationis, in qua ponit quemlibet in suo loco, attenta prioritate temporis, vel prærogatiua priuilegij, vt ibi in summa declaratur. Et num. 3. fit remissio* ad Titulum 5.

4 *Citatio creditorum si omittatur, nullum erit concursus Iudicium.*

5 *Creditores certi, tàm præsentes, quàm absentes, personaliter citandi sunt.*

6 *Edicta, vel Proclamata non sufficiunt prò creditoribus certis, sed solùm possunt deseruire pro incertis, & ignotis. Et num. 7. quòd ità in praxi seruatur.*

8 *Creditor personaliter citatus, si intrà terminum sibi præfixum non comparet, & sua Iura deducit, amittit gradus priuilegium, & prærogatiuam, non verò suum creditum, & quid seruandum sit quandò tardiùs Ius suum deducit?*

1 BOnis decocti sequestratis, & in tuto collocatis, vt nõ occultentur, deteriorentur, vel perdantur, sed potiùs conseruentur, & vtiliter administrentur, vt dictum est *Titulo antecedenti*, sequitur conuocatio omnium creditorum interesse habentium in tali causa, & quos commodum, vel præjudiciũ contingere potest, ex generali regula *l. De vnoquoque, ff. de Re Iudicata*, ibi: *De vnoquoque negotio, præsentibus omnibus quos causa contingit, Iudicari oportet, l. Nàm ità Diuus, ff. de*

ff. de Adoption. ibi: *Adhibitis etiàm his qui contradicent, id est, qui læderentur confirmatione adoptionis,* singularis Text. *in l. In concedendo 8. ff. de Aqua, & aquæ pluuiæ arcend.* ibi: *Verùm, eorum etiàm ad quos aquæ vsus pertinet, voluntas exquiritur, id est eorum quibus seruitus aquæ debebatur, nec immerito, cum enim minuitur Ius eorum, consequens fuit exquiri, an consentiant, l. 2. C. Si proptèr public. pensitat venditio fuerit celebrata,* ibi: *Quæ omnia tractari conuenit præsente eo, quem emptorem extitisse proponis, l. 4. tit. 16. part. 3. vers. Pero quando estos testigos,* & meliùs *l. 1. tit. 7. eadem part.* cum vulgatis tradditis à Paz *in Praxi tom. 1. 3. tempore 1. part. à num. 1.* Baldus *in l. vlt. num. 2. & 3. C. de Legibus.* & meliùs *cons. 21. num. 1. & 2. vol. 5.* D. Franciscus de Cuenca *de sui defens. lib. 1. cap. 3. n. 16.* Azeued. *in princ. tit. 3. lib. 4. Recopilat.* D. Molina *de Primogen. lib. 1. cap. 8. num. 33.* Curia Philippica *tom. 1. 1. part. § 12. à princip.* Rodriguez *de Forma videndi processum cap. 4.* & cum multis, quos adducit, latê materiam pertractans Franciscus Varonius *in Speciali tractatu de citatione, tom. 1. quæst. 15.*

2 Vt procedatur ad graduationem, & auditis omnibus creditoribus, qui comparuerunt, & Curatore bonorum decocti, Iudex ponat quemlibet in suo loco, & gradu, attenta prioritate temporis, vel prærogatiua priuilegij, secundum formam tradditam ab Imperatore Iustiniano *in l. fin. §. Sin autèm, C. de Bonis authoritat. Iudicis possid. seù venundandis,* vbi Doctores, & à Baldo *in l. Pro debito, C. de Bonis authorit. Iud. possid.* vbi benè de tali graduatione campsoris decocti quæstionem mouet, his verbis: *num. 1. Quæro campsor, qui tenebat tapetum cambij, fidem rupit, & aufugit, qui etiàm erat mercator: modo veniunt deponentes, & petunt deposita, veniunt vendentes, & petunt pannos, aùt pretia: veniunt hypothecarij, & petunt se præferri: veniunt vxores, & nurus pro dotibus. Veniunt quidam pro vsuris extortis, alij veniunt pro furtis sibi factis, & inuasionibus: veniunt, & alij simplices priuilegiati. Quæritur quo ordine, & quibus sit satisfaciendum?* Et eam resoluit vt ibi continetur, traddens regulam generalem, quôd hypothecarij pręferuntur, & inter eos potest esse controuersia super aliquo priuilegio, & quòd chirografarij, & omnes alij, qui habent actionem personalem ponuntur vltimo loco, & inter eos cessat prioritas temporis, & admittuntur per concursum pro rata crediti vniuscuiusque, distributa inter eos pecunia, per æs, & libram, *l. Quod autem, §. Idemque, vers. Elegantèr, ff. de Donat. inter vir. & vxor, l. Si hominem, § fin. ff. Depositi,* & huius vltimę conclusionis rationem reddit, & commendat Baldus *ibi num. 1. in fin. Quià licitum est debitori, per cumulum creditorum, facere deteriorem causam priorum creditorum, neque dominium, neque hypothecam, neque priuilegium habentium, vt ff. de separat. bon. l. 1. §. Ex contrario. Et*

ista

iſta eſt ratio, quia in chirografarijs creditoribus non attenditur tempus, & hanc rationem tenentes, declarant Rouitus *deciſ.45. num.11.* vbi quòd ſic deciſſum fuit in Senatu Neapolitano, & idem in alijs Senatibus traddunt Paponius *lib 18. arreſto 28.* Griuelus *deciſ.dolana 27.* Regens Salernitanus *deciſ.60.* Tuſchus *litt.D. concluſ. 109. num.1.* & *num.2.* agit de ſtatuto Florentiæ, per quod diſponitur, quòd omnes creditores ſint æquales, & concurrant per æs, & libram, non obſtante quocumque priuilegio, hypotheca & anterioritate, exceptis dotibus, & debitis ex cauſa tutelæ, vel curæ, & *num.3.* extendit etiàm ad debitum fiſci, ſeu Reipublicæ, & latiùs proſequitur, *litt.S. concluſ.547.* Franciſc. Roccus *in Tract. de Decoctione mercatorum nota 13. à num.42.* Peguera *deciſ.38.* & cum alijs Thoro *in Addit. ad deciſ.60. Salernitani*, latè Rodriguez *de Concurſ. & priuilegijs creditor. 2. part. art.1. & ſeqq.* D.D. Franciſcus Salgado *in Labyrinth. credit. part.1. cap.1. num.28.* & in puncto benè obſeruat Cæſar Gallupus *in Prax. part.4. de concurſ. & prælat. credit. cap.1. nu.5.* ibi: *Deindè ordinatur formiter graduatio omnium creditorum, &c.* vt ibi proſequitur, & de Iure Regio prædictam formam ponit *l.2. tit.15. partit.5.*

3 Sed quia de hac prælatione, & creditorum competentia cum fiſco, ex profeſſo agendum eſt infrà *Titulo 5.* ideò in hoc non immoramur.

4 Vt ergò validè, & legitimè hic actus ordinetur, & expediatur, hæc citatio neceſſaria eſt, qua admonentur, & prouocantur omnes creditores, vt accedant tamquàm partes formales ad hoc iudicium concurſus vniuerſale, & diuiſoriũ vniuerſi patrimonij debitoris communis, & Iura ſua deducant, ſi quę habent ad bona ceſſa, vel aprehenſa, & eis obligata. Et qui indè creditores appareant, & per ſententiam graduationis qualificati fuerint, ſua debita conſequi, & exigere valeant ex talibus bonis, diſtributa prò rata, iuxtà vniuſcuiuſque quantitatem, priuilegium, & prærogatiuam. Quam praxim, & formam firmant præter Iura relata, quæ generalitèr loquũtur, Tex. *in l. Intèr alios 2. C. Intèr alios acta, vel Iudic. alijs non nocere*, ibi: *Neque enim ſi, te abſente, diuiſionem eius fecerunt, aliquid Iuri tuo derogari potuit, l. Si cum frater 3. C. Eodem, l. Duo fratres, ff. de Adquir. hæred. l.2. ff. Famil. erciſcundæ, l Cohæredibus, C. Eodem.* Paz *in Praxi 1. tom.4 par. cap.5. num.9.* Villadiego *in Politic. cap.2. num.173.* Rodriguez *de Concurſu credit. 1. par. num.25.* & plures ad id adducens D.D. Franciſc. Salgado *in Labyrinth. part.1. cap.1. nu. 37. & ſequentibus*, vbi hoc tamquàm requiſitum formale ponit in principio, his verbis: *Quintum requiſitum, vt noſtrum Iudicium creditorum legitimum dicatur, non omittamus, nempè citatio, ſeu conuocatio omnium creditorum, ſinè qua penitùs informe dicetur, nihili interim profuturum, &c.* Cæſar Gallupus *in Prax.*

Prax. 4. part. de concurſu. & prælat. credit. cap. 1. num. 5. in fin. ibi: *Quod decretum debet fieri cauſa cognita, auditis omnibus intereſſe prætendentibus, quia agitur de intereſſe illorum, qui ſunt priùs in tempore, & ſic ſeruamus quotidiè.*

5 Sed quia plures ſolent eſſe creditores, & ſummè expedit ſecurè cauſam agitari, & inſtrui, ne in vanum partes litis moleſtia, & ſumptibus vexentur, notandum eſt, quòd creditores certi, tàm præſentes, quàm abſentes perſonaliter citandi ſunt, vt tenent Baldus *num. 2. verſ. an iſti creditores*, & reliqui Doctores *in l. Si eo tempore, C. de Remiſſ. pign.* maximè Alexand. ad Bartolum. Idem Baldus expreſſiùs *in l. fin. C. de Edicto Diu. Adrian. toll. num. 41.* & probatur *in l. 1. §. Denuntiari, ff. de Ventre inſpic. cap. licèt 28. de præbendis in 6. cap. Statuimus 3. de ſentent. excommunic. eod. lib. cap. fin. de elect. eodem.* Marantà *in Speculo, in parte quemadmodùm concipiatur citatio num. 2. & ſeqq.* Beccius *conſ. 12. num. 9.* vbi quòd ſi perſona, cuius interſt, certa eſt, citari debet in ſpecie, & nominatim. Guido Pançirolus *conſ. 50. num. 4.* Vantius *de Nullitate ex defectu citationis num. 142.* Aſinius *de Execut. § 6. cap. 35. num. 2.* Guzman *de Euict. quæſt. 34. num 46.* Antonius de Virgilio *de Legitimat perſonæ, cap. 14. num. 10. verſ. Item vbi perſona eſt certa*, vbi adducit Text. *in Authentico, vt nulli Iudicum, §. Si verò quis comprehenſorum, col. 9.* qui loquitur in cauſa criminali. Cancer *lib. 2. var. cap. 7. num. 24.* D.D. Franciſcus Salgado *in Labyrinth. credit. part. 1. cap. 1. num. 37.* D. Michaël Moez *in Comment. ad cap. 1. de elect. in 6. num. 20.* Poſtio *de Subhaſtat. inſpect. 23. num. 25. & ſeqq.* Ioanes Iacobus Laurentius *de Iudice ſuſpecto cap. 13. num. 37.*

6 Vndè prò his non ſufficeret edictum, vel proclama, quiâ hæc ſolum poſſunt deſeruire prò incertis, & ignotis, vt probatur *in cap. fin. in fin. de elect. in 6.* Bart. Baldus, & alij *in dict. l. Si eo tempore.* Surdus *conſ. 181. num. 32. lib. 2.* Maranta *in Speculo in dicta part. quemadmodùm concipiatur citatio, num. 82. & pluribus ſeqq.* vbi benè materiam declarat, & Iacobus Laurentius *dict. cap. 13. num. 43. & 44.* Vivianus *de Iure Patronatus part. 2. lib. 11. cap. 4. num. 2. & 3.* Alexander *conſ. 106. num. 17. lib. 5. & conſ. 107. ſeq.* Guacinus *de treuga, & pace, part. 1. quæſt. 19. num. 2.* vbi quòd clauſula de obtinenda remiſſione partis, inſerta in gratia facta delinquenti, intelligitur, quandò pars eſt certa, non quando ignoratur â quo ſit petenda. Ripa *in l. Rem, quæ nobis à num. 41. vſquè ad 44. ff. de Adquir. poſſeſſ.* vbi ait, quòd talia generalia proclamata certis poſſeſſoribus minoribus, & abſentibus nõ officiunt, ſequitur Bõrguinus Catalcanus *deciſ. 17. num. 37. & 38.* Maſcardus *concluſ. 1173. num. 31. tom. 3.* Cancer *dict. cap. 7. num. 26.* vbi quòd in Regio Senatu, & in vniuerſis Tribunalibus Cathaloniæ, cùm fit graduatio aliquorum bono-

bonorum fiunt proclamata generalia, Capicius Latro, *deciſ. 74. num. 25.* Horatius Carpanus, *ad ſtatuta Mediolani, cap. 1. num. 81. & ſeqq.* benè Mangilius *de euiction. quæſt. 197. num. 9. & 10.* Gratian. *tom. 1. diſcept. Forenſ. cap. 194. num. 9.* latè Franciſc. Baron. *de citat. tom. 1. quæſtion. 8. per tot.* vbi *num. 85.* probat, hæc edicta non nocere Fiſco, ſicut nec minori, & Eccleſiæ, quia læſsi reſtituuntur, Anton. Virgil. *dict. cap. 14. num. 13.* D. Michael. Moez *in Comment. ad cap. fin. de electione in 6. num. 1. & 2.* vbi alios adducit, Rouitus, *ad Pragmat. rubric. de citationib. num. 3.* vbi ponit caſus in quibus poteſt habere locũ hæc citatio.

7 D.D. Franc. Salgad. *in labyrinth. dict. part. 1. capit. 1. à num. 31.* vbi cum quæſtionem propoſuiſſet, ſcilicèt, an citatio creditorum in tali iudicio concurſus ſufficiat per proclamata, aut per ædicta? & pro vtraque parte authoritates adduxiſſet, dicit *n. 34.* de iure verius eſſe, & praxi quotidiana receptius, vt omnes creditores certi nominatim, & ſpecialitèr citentur, vt præiudiciũ eis irrogetur, & quòd non ſufficiet citatio per ædicta, vel proclamata, & tãdem, *num. 40.* Ita concludit ſeruari in praxi: *Et quidem praxis vniuerſalis Tribunalium Hiſpaniæ, hanc amplexa eſt doctrinam, vt Creditores omnes qui, vel indicati ſunt per debitorem cauſantem inter eos iudicium hoc concurſus, vel ij etiam, qui poſtmodum in progreſſu Iudicij creditores apparent, nominatim, & ſpecialiter citẽtur. Immò ad quemlibet actum Iudicij intentatum per vnum ex creditoribus, cæteris omnibus, vel ſaltim ſuis Procuratoribus intimatur, quæ praxis inconcuſa eſt. Ita vt ſimul citatio ſpecialis fiat, quòad certos ædicta, autem publicè affigantur pro notitia incertorum creditorum, atque ita vtraque forma ſimul obſeruatur in hoc Iudicio concurſus,* & eandem reſolutionem, & formam repetit, & comprobat eadem, *part. 1. cap. 8. num. 1. 2. & 3. & per totum caput,* agit de tali citatione, & præiudicio, quod ex ea cauſatur, vel ſequi poteſt creditoribus, non cõparentibus, vel tardiûs iura ſua deducentibus, *& à numer. 24.* reſoluit etiam creditores in diem, vel ſub conditione citari debere.

8 Et circà hoc præiudicium defendit, quòd ſi creditor ſpecialitèr citatus, intrâ terminum ſibi præfixum, non cõparet, & ſua iura deducit, amittit gradus priuilegium, & prærogatiuam, non verô ſuum creditũ principale, *vt num. 15. & 16.* proſequitur, *& à numer. 19. vſque ad 24.* in eo, qui citatus, tardius ius ſuum deducit, concludit, quôd ſi docet de iure ſuo indubitabilitèr per inſtrumentum, vel aliam demoſtrationem clarã, contra quod nihil opponatur, quã docùmque compareat, dum tamen ſit ante ſentẽtiam graduationis, & ante vltimam iudicij controuerſiã, admittendus erit, & conſeruat ſuum ius prælationis, quia re integra, & tempore congruo

docet. Si verò vult docêre pèr teſtes,& probationes, ſiuè etiàm pèr inſtrumenta, quę tamèn controuerſiam patiuntur, & venit antê concluſionem cauſæ, audiendus erit,& lis ſimultaneè, cum eo tractanda, & proſequenda. Sed ſi veniat tardiùs, & concluſa iam cauſa intèr cæteros creditores, ſuam anterioritatem amitet. Thomàs Valaſcus *allegat.13.num.208.* vbi adducit *Ordinationem Luſitanam lib.3. tit.91. §. vltim.* quæ creditoribus menſis terminum præfigit, vt credita ſua petant, & eo elapſo, non habeatur ratio hypothecæ,vel priuilegij, ibi: *Notanda eſt hæc lex, quæ menſis terminum computandum ſtatuit creditoribus à tempore,quo debitor decoxit, vt debita ſua exigant, & vt habeatur locus anterioris hypothecæ, & priuilegij, & eo elapſo, præferatur qui primò fecerit executionem,niſi alitèr doceat, ſe fuiſſe legitimè impeditũ,*de quo,& explicatione Text. *in dict. l.Si eo tempore,C.de Diſtract.pignor.* Latiùs agendũ eſt (Deo Duce)*infrà 2.part.Titulo 6.*

QVÆSTIO II.

Graduatione facta per Iudicem, omnes creditores habent ęquale Ius executiuum. Et an illi,qui ſententiam aſsiſtentię ſupèr aliqua re debitoris obtinuerant, debeant etiàm concurrere? Et explicantur *leges* 11.*tit.*14.& 9.*titulo* 15. *partita* 5.

Summarium Quæſtionis Secundæ.

Num.1. Citatione præcedente Iudex procedit ad Graduationem creditorum.

2 *Graduatione facta, omnes creditores habent æquale Ius executiuum ad inſtàr ſententiæ.*

3 *Creditor, qui obtinuit ſententiam aſsiſtentiæ ſupèr aliqua re decocti, ſi non fuit executioni mandata, formata graduatione, debet concurrere cum alijs creditoribus, nèc ſententia tribuit prælationem,ſicùt tribueret antè graduationem, de Iure communi.*

4 *Sed ſi ſententia fuit exequuta,& creditor immiſsus in poſſeſsionem rei, tùnc creditores anteriores decocti tenentur agere via ordinaria, Iure auocationis contrà eum.*

5 *Et idem erit ſi præuenerit in executione ſententiæ, etiàm pèr appoſitionem horæ.*

6 *Creditor perſonalis, qui priùs obtinuit prò ſe ſententiam,licèt ſit poſterior,rectè exigit creditũ ſuum,& alij nil poſsunt ab eo petere, ſed ſi ſententia prò omnibus feratur, ſi*

bona

bona non sufficiunt, omnes concurrunt pro rata, & explicantur l.11.tit.14.& l.9. tit.15.part.5.

7 *Referuntur Doctores, qui de intellectu dictarum legum partitæ, & de tota materia agunt.*

8 *Creditori, in casu decoctionis, & aprehensionis bonorum factæ per Iudicem, non prodest vigilantia, nèc præocupatio.*

9 *Concursus Iudicium, vel Graduatio non impedit liquidationem instrumenti, via ritus, vel coràm Iudice rei, vel incusationem obligationis penès acta, quandò creditor, qui eam vult facere, non comparuit in Iudicio graduationis, licèt posteà, virtute exequutorialium, debeat in eo comparere, vt ei soluatur.*

10 *In concursu cõtrà decoctũ non potest instrumentũ liquidari, via ritus, & redditur ratio n.11.& 12.*

13 *Debitor ipse decoctus àn possit instrumentum, via ritus, contra suos debitores liquidare? & num. 14. resoluitur quòd potest.*

15 *Cedens bonis voluntarè, de Iure cõmuni, pẽdente discussione causæ, remanet Dominus, & potest actiones exercere, quià antè finem eius potest pœnitere, & cessionẽ reuocare.*

16 *Decoctus licèt non amitat actiones actiuas, nèc passiuas, administrator eas suo nomine exercet, & ipse non habet personam, nèc facultatem cõparendi in Iudicio.*

1 PRæcedente ergò prædicta citatione, tùnc Iudex procedit ad graduationem; & auditis, & accuratè perpensis allegationibus, & Iuribus creditorum liti assistentium, ponit quemque eorum in suo loco, & gradu, iuxtà anterioritatem, seù priuilegium suum, vt diximus *suprà quæst. præcedenti num.2.* & agendum est ex professò *infrà Titulo 5.*

2 Et tali graduatione facta, omnes creditores habent æquale Ius executiuum ad instàr sententiæ Thoro *voto decis.15. numer.35.* vbi refert ità decisum, Capiblancus *de Varon. tom.2. cap.59. num.7.* qui etiàm inquit dictum Iudicium graduationis, esse indiuiduum, & propterea omnes creditores accedere debere ad vnum, eundemque Iudicem, & accumulari forum foro, ibi: *Hinc in practica obseruatur, quod emanauit ex eodem fonte, vt quoties agatur de vna hæreditate, graduatione creditorum, vel fallimento mercatoris, non potest sub diuersis Iudicibus reus conueniri, licèt actiones, & Iudicia sint de diuersis causis, &c.*

3 Circà quod licet animaduertere, quòd si creditores paris priuilegij agant contrà communem debitorem, tùnc concurrent inter eos, secùs si vnus ex eis fuerit in possessione, quià tùnc melior est conditio possidentis, *l. Si debitor, ff. de Pignor.* Franchis *decis.260. num.45. & decis.635. num.2.* Felician. *de Censib. lib.3. cap.5. nu.5.*

D. Franciſc. Antonius Coſta *conſ. 16. num 7. & ſeqq.* Sed ſi aliquis creditor obtinuerit ſententiam aſſiſtentię, ſuper aliqua re debitoris decocti, & ſententia non fuerit executioni mandata, nèc creditor immiſſus in poſſeſsionem, tûnc, formata graduatione, dictus creditor concurrit cum alijs creditoribus, nèc talis ſententia tribuit Ius prælationis, ſicùt tribueret antè graduationem de Iure communi, *ex l. Si quis à multis 14. ff. de Noxalibus act.* ibi: *Et verius eſt, occupantis meliorem eſſe conditionem, ei itàque dedetur, non qui prior egit, ſed qui prior ad ſententiam peruenit, &c. l. Is à quo, ff. de rei vindicat.* melior Tex. *in l. Inter eos 19. ff. de Re ludic.* qui ità ait: *Inter eos, quibus ex eadem cauſa debetur, occupantis melior conditio eſt, nèc deducitur, quod eiuſdem conditionis hominibus debetur, ſicùti fit in de peculio actione, nam hic, occupantis melior eſt cauſa, l. in ludicati 61. ff. Eodem,* & quod ibi notant Accurſius *litt. M.* & Gothofredus *in Pandectis litt. A.* Cuiacius *lib. 9. obſeruat. cap 37.* Bartolus *in l. Quominùs, ff. de Fluminibus num. 10.* & benè declarat more ſuo D. D. Ioſeph de Retes Regius in Supremo Senatu Fiſcalis *lib. 3. Opuſculorum, ſeù in commentario ad librum ſingularem Scabolæ in expoſitione legis Pupillus 24. ff. Quæ in fraudem creditorum nu. 1.* quę fauet creditori vigilanti.

4 Verùm ſi creditor, qui priùs obtinuiſſet ſententiam, fuiſſet immiſſus in poſſeſsionem bonorum, tûnc prædicta non procedunt, & creditores anteriores debitoris decocti tenentur agere via ordinaria, Iure auocationis, contrà dictum tertium poſſeſſorem, ex adductis pèr Giurbam *deciſ. 64. à num. 2. & pèr totam*, vbi benè agit de materia, & pèr dictum Coſtam *conſ. 54. num. 31.* Tuſchus *litt. D. concluſ. 109. num. 4.* Pereyra *deciſ. 23. num. 8.* & declarat etiàm Caſtillo *lib. 2. controu. cap. 9. num. 9.* Bayo *in Præxi lib. 2. quæſt. 35.*

5 Et idem erit, ſi talis creditor, qui ſententiam obtinuit, vel per horam eam, priùs quàm alius, executioni mandauerit, vèl in executione horam adiecerit, vt in terminis *Ordinationis Luſitanæ, lib. 3. tit. 74. §. Penult.* docet Caldas Pereyra *de Empt. & vendit. cap. 4. num. 17.* qui etiàm extendit ad alios actus, & ſequitur D. Didacus de Narbonâ *in horografia Iuris in antelogio num. 103.* de quo latiùs *infrà Tit. 5. quæſt. 16.*

6 Quod de Iure noſtro Regio benè declaratur pèr apertas, & claras *leges 11. tit. 14. & 9. tit. 15. partit. 5.* in prima enim dicitur, quòd inter creditores perſonales, ille, qui priùs obtinuit pro ſe ſententiam contrâ debitorem, licèt ſit poſterior, rectè exigit creditum ſuum, & alij creditores nullo modo poſſunt eum inquietare, nèc aliquid ab eo petere, ſed ſi omnes petunt ſimùl, aut ſentẽtia prò omnib⁹ fertur, ſi bona non ſufficiunt, debent diſtribui inter eos pro rata,

vbi

vbi Gregor. *gloſſ.* 1. 2. & 3. & in ſecunda ſtatuitur, quòd debitor, antequàm bona poſsideantur per creditores, vel ipſe ceſsionem eorum fecerit, rectè ſoluit cuilibèt creditori, qui non tenetur reddere. Sed ſi poſteà ſoluerit, non ſubſiſtit ſolutio, & tenetur cum alijs contribuere, ibi: *Mas ſi la paga fizieſſe deſpues que fueſſe fecha la entrega, ò que deſamparaſſe ſus bienes, quier lo fizieſſe de ſu voluntad, quier por premia del ludgador, eſtonçe bien la podrian demandar los otros debdores al que la ouieſſe recibido, è debe ſer tornada, è ayuntada con los otros bienes, que deſamparò, è de ſi debenlo partir todo entre los debdores en la manera, que diximos, &c.* quod etiàm de Iure erat diſinitũ *in l. Quod autèm 6. §. Sciendum, ff. Quæ in fraudem credit.* his elegantibus verbis: *Sciendum, Iulianum ſcribere, eoque Iure nos vti, vt qui debitam pecuniam recepit, antequàm bona debitoris poſsideantur: quamuis ſciens, prudenſque ſoluendo non eſſe recipiat, non timère hoc edictum, ſibi enim vigilauit. Qui verò poſt bona poſſeſſa debitum ſuum recepit, hunc in portionem vocandum, exæquandumque cæteris creditoribus, neque enim debuit præripere cæteris poſt bona poſſeſſa, cùm iàm par conditio omnium creditorum facta eſſet,* & ſimilitèr *in l. Si non expedierit 6. §. Quid ergò, ff. de Rebus authorit. Iud. poſsid. vel vend.* & notant Gregor. Lopez *in dict. l. 9. tit. 15. part. 5. gloſſ. 1. & ſeqq. & in l. 7. tit. 6. gloſſ. 9.* vbi agit etiàm de hærede, vel executore vniuerſali ſoluente creditoribus primò venientibus ex bonis defuncti, iuxtâ *l fin. §. & ſi præfatam, C. de Iure delib. & dict. l. 7. tit. 6. part. 6.* an creditores anteriores, vel meliùs Ius habentes poſsint reuocare?

7 Et de tota hac materia, & prædictarum legum partitę intellectu benè, & latè agunt Velazquez de Auendaño *ad l. 32. Tauri, gloſſ. 1. à num. 5.* Cephalus *conſ. 4. num. 13. & 14. lib. 1.* Felicianus *decenſ. tom. 1. lib. 3. cap. 5. num. 17.* Petr. Barboſa *in l. 1. 6. part. ſolut. matrim. à num. 18.* omninò videndus. Marcus Antonius Eugenius *conſ. 89. à princip. lib. 1.* Flores de Mena *lib. 1. var. quæſt. 6.* D. D. Franciſc. Salgad. *in Labyrinth. credit. part. 1. cap. 10. præcipuè num. 87.* Nonius Acoſta *de Priuileg. credit. in præfatione ad regul. 5. num. 3.* Caſtillo *lib. 4. controu. cap. 51. num. 68. & 69.*

8 Vndè infertur, quòd in noſtro caſu, cùm iàm bona ſint aprehenſa per Iudicem, cuius partes ſunt in eis diſtribuendis inter creditores, proùt de Iure diſtribui debent, non proderit creditori vigilantia, nec prę̃ocupatio ex ſuprà tradditis Iuribus, & authoritatibus, & videtur etiâm probari *ex dict. l. 2. tit. 19. lib. 5. Recopilat.* quæ præcipiens debitoribus, vel quomodòcumque habentibus bona decoctorum, vel notitiam eorum, vt ea manifeſtent coràm Iudicibus Regijs, vt obſeruabimus *ſuprà Tit. 3. quæſt. 1. num. 21.* addit: *Para que dellos puedan pagar, y paguen los dichos acreedores conforme à derecho.*

vbi Azeuedo *num.6.* intelligit per ordinem, & prærogatiuas, & antiquitatem temporis non verò abſque ordine, reprehendens cum Stracca *de Decoctoribus part.3.num.* 10. ſtatutum Florentię aliud diſponens, & notat Thomàs Valaſcus *dict. allegat.* 13. *num.* 209. vbi cum adduxiſſet ordinationẽ Luſitanam, quę creditoribus decocti concedit terminum menſis à die decoctionis, vt poſint debita ſua exigere, cum ſua prærogatiua aùt priuilegio, & eo elapſo tribuit melius Ius primo facienti executionem, vt retulimus *ſuprà quæſt. antecedenti num.*8. proſequitur: *In terminis l.2. tit.19. lib.5. non ſtatuitur tempus ſed iubetur, vt ſoluantur creditoribus debita ſua ex bonis decocti, quod ibi Azeuedo num.6. intelligit per ordinem prærogatiuas, & antiquitatem temporis non verò abſque ordine, &c.*

9 Et per hanc graduationem non impeditur liquidatio inſtrumenti via ritus, vel coràm Iudice rei, aùt incuſatio obligationis penes acta, quando creditor ille qui vult liquidare inſtrumentum, vel incuſare obligationem, non comparuit penes acta graduationis, & nolluit ſe graduari, quià reſpectu ipſius non dicitur contractus reſciſſus Milanenſis *deciſ.2. num.17. lib.2.* Franciſcus Roccus *nota 17. num.56. & ſeqq.* vbi loquitur de liquidatione via ritus Magnę Curię Vicarię, & ait Sacrum Conſilium, vel Commiſſarium graduationis non poſſe inhibere magnam Curiam, quòd non procedat ad talem liquidationem, & quòd ſolùm poterit prouidere, & ordinare quod poſt expeditionem litterarum exequutorialium vigore inſtrumenti liquidati, vel obligationis incuſatæ, creditor compareat penes acta graduationis, & quòd ità procedit praxis relata à Thoro *voto deciſ.15. num.*30. & ità deciſum fuit per Sacrum Conſilium in cauſa quam ibi refert.

10 Quod quidèm vellim intelligas procedere, quando creditor, qui vult inſtrumentum liquidare, non cõparuit in cõcurſu creditorum. Nàm in ipſo concurſu contra decoctum, quòd non poſſit inſtrumentum, via ritus liquidari probat Camilus de Medices *conſ.*39. ex quo diſpoſitio ritus non habet locum contra furioſum, & prodigum, Bernardinus Pandus *de Præſentat. inſtrum. par.2. concluſ.19.* & quià ceſſat periurium, & contra ipſos non agitur criminalitèr. Marinus Freccia *de Præſent. inſtrumentor. part.11. quæſt.5. & ſeqq.*

11 Et ratio eſt, quiâ talis debitor, cui fuerunt ſequeſtrata omnia bona, non dicitur conſtitutus in mora, & impoſsibilitas ſoluendi eum excuſat, & ſpoliatus omnibus bonis, non eſt moleſtandus â ſuis creditoribus, ex quibus, & alijs refert deciſum, eſſe ſuperſedendũ in liquidatione inſtrumenti. Regens San Fęlicius *deciſ.*370. *part.*3. Franciſcus Roccus *in dict. tract. de Decoct. mercat. nota* 98. *num.*294. vbi refert ſimilem deciſionẽ in cauſa

Vin-

Vincentij de Medices contrà Claudium Albertinum. In qua per Magnam Curiam fuit proceſſum ad liquidationem inſtrumenti cõtra dictum Claudium, & confirmatum decretum per Sacrum Conſilium, & cum dictus Claudius propoſuiſſet nullitates aduerſus dicta decreta, & inter aliàs nullitates dixiſſet, quòd formatus erat concurſus creditorum dicti Claudij in Sacro Conſilio, & facta graduatione, intêr alios creditores erat aſsignatus gradus dicto Vincẽtio, licèt ipſo non inſtante, Sacrum Conſilium habuit pro vero, quòd contractus ſemel reſciſſus per dictam graduationem, non poterat de nouo reſcindi, & quòd virtute eiuſdem graduationis Vincentius poterat obtinere litteras exequutoriales realitêr, & perſonalitêr contra dictum Claudium. Et tandèm quòd Claudius tamquàm decoctus non potuit eſſe in Iudicio liquidationis abſque Curatore, ex dictis per Camilum de Medices *dict. conſ.* 39. & deciſum eſſe nullitates obſtare, & *in fine dicti num.* 294. notat, hoc non repugnare his, quæ dixerat *nota* 17. *num.* 56. & nos retulimus *ſuprà quæſt. antecedenti num.* 9. ſcilicèt, quod poterat inſtrumentum liquidari contra decoctum, quià procedunt quando creditor, qui vult inſtrumentum liquidare, non comparuit in concurſu creditorum.

12 Quod tamèn accipiendum, & in praxi tenendum eſt, ſub obſeruatione facta *ſupr. dict. quæſt.* 1. *num.* 8. circâ præjudicium quod cauſari, & irrogari poteſt tali creditori, ſi poſt citationem factam, vt diximus, omnium creditorum, fuerit negligens in comparendo, & Iura ſua deducendo.

13 Sed in ipſo debitore decocto, an poſsit inſtrumenta via ritus M. Cur. Vic. contra ſuos debitores liquidare? videtur dicendum, non poſſe, quia ſimilitêr furioſus, & mente captus non liquidant inſtrumentum ad formam ritus, niſi cum Curatore eis legitimè â Iudice conſtituto, ità Franciſcus Anton. de Iudice Roberto *de liquidatione inſtrum. conſider.* 3. *num.* 7. *in fin.* Marinus Freccia *de Præſentat. inſtrum. part.* 12. *princip. num.* 7. & 8. Galteri *de Liquidat. inſtrum. in rubr. aduertat creditor ad perſonam ſuam num.* 20.

14 Contraria tamên ſententia eſt magis vera, ſcilicèt, quod decoctus poteſt liquidare inſtrumentũ via ritus contra ſuos debitores, qui ſe obligauerunt, & iurauerunt de facie ad faciem, dicto eorum creditori nunc decocto, & probatur *in l. Is quibonis* 3. *ff. de Ceſſ. bonor.* & *l. Quem pœnitet, ff. Eodem*, vbi tenet Conſultus, quòd decoctus ante venditionem, vel adjudicationem bonorum eius, ad creditorum beneficium retinet dominum, & contra ſuos debitores agere poteſt, & exercere actiones, tàm actiuas, quàm paſsiuas, vt bona exigantur pro præparatione Graduationis, & Iudicij concurſus, vt comprobatum relinquimus

Juprà

ſuprà Tit. 3. quæſt. 3. num. 3. & ſeqq.

15 Quod, quidèm, in terminis Iuris ità ſubintelligendum eſt, vt cedens bonis iuxtâ Tex. *in l. fin. C. Qui bon. ced. poſſ.* remaneat Dominus bonorũ, antequàm ea fuerint vendita, vel creditoribus adjudicata (ſcilicèt, pendente diſcuſſione cauſę, quę eſt materia noſtri capitis) & poſsit actiones exercere, & ratio eſt, quià illo caſu poterat pænitêre, & antè prędictà ceſſionem reuocare, in quibus terminis loquuntur Bartolus *in dict. l. Is, qui bonis. ff. de Ceſſ. bonor. & ipſemet text.* ibi: *Is, qui bonis ceſsit, antè rerum venditionem, vtiquè bonis ſuis non caret, & tex. etiàm in dict. l. Quem pœnitet, ff. Eodem*, ibi: *Quem pœnitet bonis ceſsiſſe, poteſt, defendendo ſe, conſequi nè eius bona veneant, l. 2. tit. 15. part. 5* & Brunus *de Ceſſ. bon. quæſt. 19. princip. num. 6.* & ità concilianda ſunt, *prædictę ll. cum l. Item ſi vnus, §. Ex litigatoribus, ff. de Receptis arbitris*, vt benè declarant Marcus Anton. de Amatis *deciſ. 93. per totam*, & cum eo Philippus Paſchalis *de Viribus patr. poteſt. 2. part. cap. 9. num. 57.* vbi, eo adducto, ſic reſoluit, *& demùm concludit, quod ſi adhùc actus ceſsionis non eſt conſummatus, & bona nondùm ſunt vendita, nequè occupata per creditores, dominium non cenſetur auocatum à debitore cedente, & pèr conſequens non prohibetur intèrim agere, & actiones experiri contrà eius debitores. &c.*

16 At verò cûm in noſtro caſu, non ſit ceſsio voluntaria, ſed preciſſa, & aprehenſio, & occupatio bonorum neceſſaria. In qua non poteſt eſſe locus pœnitentię (proût de Iure licebat) ſed ſtatîm, formato concurſu, vel declarata decoctione, â Iudice aſsignetur Curator, ſequeſter, ſeù adminiſtrator, forma ſuprà poſita; Iſte, ſub nomine decocti (& non decoctus ipſe, qui iàm non habet perſonam, nec facultatem cõparendi in Iudicio) exiget, colet, & adminiſtrabit ad benefitiũ patrimonij, de quo diſceptatur, & creditorum in eo intereſſe habentium, vt eis aſsignetur â Iudice locus, & gradus prò conſequutione ſui crediti, & bonis venditis, eis ſatisfiat, quę conueniunt cum his, quę in puncto notauimus *ſuprà Tit. 3. quæſt. 3. nu. 3. & ſeqq.* vbi relatis ſententijs D. D. Franciſci Salgado *in Labyrintho credit. part. 1. cap. 14. à num. 22.* qui eandem repetit, & confirmat *part. 4. cap. 1. num. 4. & ſeqq.* & D. D. Alphonſi de Olea *de Ceſsion. Iur. & action. Tit. 1. quæſt. 1. à num. 49. in Additionibus inſertis in noua edition.* eas conciliauimus, & ad ſuos terminos, & caſus accomodauimus in his, qui ceſsionem bonorum fecerunt, vel creditorum concurſum formarunt; Et in decoctis hanc eandem reſolutionem comprobauimus, quę verà eſt, & Iuris regulis conformis.

TRAC-



TRACTATVS
DE DECOCTIONE DEBITORVM FISCALIVM.

TITVLVS QVINTVS,
IN TRIGINTA, ET OCTO QVÆSTIONES DIVISVS.

De Gradu, & Prælatione, tàm Fiſco, quàm reliquis creditoribus aſsignandis.

EPITOME QVÆSTIONVM.
TITVLI QVINTI.

Quæſt.I. Materiæ principia, & elementa iaciuntur, & traditur diſtinctio creditorum habentium hypothecam, vel expreſſam, vel tacitam, & priuilegiatam à Iure, vel perſonalium, quibus priuilegia Ius indulſit. In quo, cùm cauſa publica multùm prævaleat, diuiditur hæc in quatuor ſpecies cum Bartolo *in l.1.num.25.ff.Soluto Matrim.* quæ proponuntur.

II. Agitur de prima ſpecie vtilitatis publicæ, quæ conſiſtit in Sacris, Sacerdotibus, & Magiſtratibus, & præferentiam, pro eorum creditis inducit.

III. Agitur de Tertia ſpecie vtilitatis Publicæ, quæ conſiſtit in dotatione fœminarum, & de priuilegijs eis, prò dotibus, in concurſu

ſu creditorum competentibus.

IV. An eadem hypotheca priuilegiata indulta vxori prò dote, cópetat etiàm prò eius augmento, arrhis, antephato, alimentis vxori debitis, & intereſſe dotis non ſolutę?

V. An eadem hypotheca detur vxori in bonis mariti prô ſatisfactione medietatis bonorum ſuperlucratorum, conſtante matrimonio ab eo alienatorum?

VI. An prędicta Priuilegia conceſſa verę doti, procedant etiàm in dote confeſſata?

VII. An dotalis hypotheca competat vxori à tempore promiſſionis dotis, & contracti matrimonij, vel â tempore traditionis ipſius?

VIII. An Priuilegium hoc dotale conceſſum vxori, tranſeat ad hæredes ſiuè ſuos, ſiuê extraneos? Et àn etiàm in eius Ceſsionarios, & particulares ſucceſſores?

IX. An vxor decocti, quę aliqua bona ſuę dotis, vel mariti occultauit, & intercepit, amittat prælationis priuilegium?

X. Vtrùm. Vxor, quę ex eo quòd pomposè, & laſciuè vixerit, vtendo nimis pretioſis, & pompoſis veſtibus, & alijs rebus luxui, & extraordinario cultui deſeruientibus, dedit cauſam decoctioni mariti, poſsit vti priuilegio Prælationis aduerſus eius creditores?

XI. Agitur de quarta ſpecie vtilitatis publicę, conſiſtentis in eo quòd ciues, & ſubditi ſint locupletes, & diuitijs abundent, vt communibus neceſsitatibus poſſint ſubuenire, & tributa Principi debita præſtare.

XII. Eadem ratio expenditur præcipuè in Magnatibus, & nobilibus Regni, qui ſunt velùti nerui, & oſſa corporis politici, & tenentur ad protectionem illius. Et ideò ergà eos Beneficentia, & liberalitas Principis in conceſsione feudorum, dignitatum, & terrarum exerceri oportet.

XIII. Initium ſumit ſecunda ſpecies vtilitatis publicę conſideratę in beneficio, & augmento Camerę Fiſcalis, quæ in tres partes diuitur. Et in hac quæſtione agitur de hypotheca, & priuilegio Fiſci, ratione furium, & tributorum ſibi à priuatis debitorum.

XIV. De hypotheca, & priuilegio Prælationis competente Fiſco contrâ bona eius, qui exigit, vêl adminiſtrat Vectigaliia, vèl quoſcũque Reditus Regios ex nominatione, vèl deputatione publica, vèl contractu ſupèr tali adminiſtratione celebrato, & agitur de cauſa Primipilari.

XV. Agitur de hypotheca inducta in fauorem fiſci ex ſuis contractibus, & latè expenditur, & exornatur Regula *l. 2. C. de Priuilegio Fiſci*, quòd fiſcus, & dos pari paſſu ambulant.

XVI. Vtrùm quandô adeſt dubium, circà anterioritatem contractus, vel facti, ex quo reſultat Ius, & Prælatio, velùti, in duobus inſtrumentis eodem die confectis; Si alterum contineat horam, ſit præfe-

præferendum, tàm in concurſu cum dote, & fiſco, quàm cum reliquis creditoribus?

XVII. An in dubijs cauſis prò fiſco, vel potiùs contrà eum, ſit decidendum, ad declarationem Text. *in l. Non puto, ff. de Iure Fiſci*, & ſimùl enodatur *l. 1. C. de Iure Fiſci lib. 10.* & ceſſante dubio, quod Ius habeat ex hypotheca anteriori, & agitur de materia *l. Si is, qui 28. ff. Eodem.*

XVIII. In lucem deducuntur aliqua ſpecialia priuilegia competentia fiſco exequenti, & ſubhaſtanti bona conductorum Vectigalium, Gabellarum, vel aliorum redituum Regalium, deprompta ex legibus Regni, propter fauorem publicũ exigendi debita fiſcalia, ex quibus, neceſsitatibus ingruentib⁹ ſubueniri queat.

XIX. Diſpoſitio *l. Quoties, C. de Rei vindicat.* limitatur in venditione, ſeù donatione rei facta à Principe duobus; Nàm primus præfertur poſteriori, etiàm exiſtenti in poſſeſsione. Et quid in priuato contrahente ſinè hypotheca expreſſa ſuper eadem re cum priuato, & cum fiſco?

XX. An Fiſcus poſterior creditor rem obligatam poſsit capere, & vendere, & ſatisfactis ex pretio prioribus creditoribus, reſiduum prò ſuo credito retinere?

XXI. Creditores ex cauſa depoſiti quandò, & quomodò præferantur in concurſu cum cæteris, & cum fiſco?

XXII. An hypotheca conſiſtat in mercibus taberne, ſeù apothecæ, obligatis generalitèr à mercatore cum omnibus bonis, fauore creditorum, vèl diſtractis mercibus reſoluatur, ad explicationem Text. *in l. Si tabernam 34. ff. de Pignor.* & an Fiſcus in hoc aliquo ſpeciali Iure vtatur?

XXIII. Fiſcus in bonis delinquentis prò pœnis, ſiuè legalibus, ſiuè arbitrarijs, habet tacitam hypothecam à die ſententiæ. Et latè agitur de eius virtute, & efficatia, & quandò locum habeat contrà cæteros creditores. Vèl non?

XXIV. Agitur de Iure competente fiſco in bonis rei criminoſi, in caſu confiſcationis bonorũ ipſius, quæ diuiditur in ordinariam, & extraordinariam.

XXV. De effectu confiſcationis ordinariæ. In qua ſtatim, commiſſo crimine, incurritur amiſio bonorum, quorum dominium in fiſcum tranſit, quod declaratur.

XXVI. Quod Ius fiſco detur in bonis delinquentis, in caſu confiſcationis extraordinariæ, & quos effectus producat, maximè quòad alienationem bonorum factam à delinquente.

XXVII. Agitur de confiſcatione rerum ſingularium, & non ſegnitèr diſcutitur, an in rebus, quę ceciderunt in commiſſum, velùti in mercibus, quarum fabrica, & introductio in Reg-

num

num prohibita eſt, & dicuntur contrabani, ſeù in bonis, auro, argento, & alijs rebus, extra regeſtum, ab Indiarum ditionibus, vel alibi tranſuectis, detur concurſus, & oppoſitio creditorum?

XXVIII. Quid obſeruandum ſit, quando tàm fiſcus, quàm creditores concurrentes pro pœnis, & condemnationibus, ſunt eiuſdem Tituli?

XXIX. An Fiſcus, parti, & cæteris creditoribus, præferatur pro expenſis factis in perquirendo, vel capiendo reo criminoſo? vbi agitur etiàm de illis quantitatibus, quibus mulctatur contumacia delinquentium non comparentium, vulgò *deſprez, & homecillo*,

XXX. Vtrùm executio condemnationis corporalis rei, debeat fieri ad inſtantiam fiſci, contradicentibus creditoribus, & petentibus in carceribus detineri, donec eis ſoluatur?

XXXI. An Fiſcus occupans bona delinquentis, debeat ſatisfacere illius creditoribus potiora Iura habentibus, ſummariè non expectata ſententia? ad declarationem *l. Si quis poſt hac, C. de Bonis proſcriptorum.*

XXXII. Sermo eſt de vſuris Fiſcalibus, tàm debitis ratione pœnæ, & condemnationis rei, quàm ratione contractus, & accuratè diſpungitur Scebola *in l. Cum quidam* 17. *§. Ex locato, verſ. Fiſcus, ff. de Vſuris*, & comprobatur conductores Regaliũ Iurium, ſpeciali priuilegio, ſi tardius pecuniam inferunt, vſuras præſtare debere

XXXIII. An attento Iure Canonum, licèt non debeantur vſuræ, debeatur tamèn fiſco intereſſe ratione moræ? quod enucleatur.

XXXIV. An & in quibus caſibus, debeat etiàm præſtari intereſſe fiſco ab eius officialibus, quĩ ratione officij, tenentur ad adminiſtrationem, exactionem, & cuſtodiam ærarij, ſeù Regij Patrimonij? & de fide circà hoc ab eis ſeruanda. Et itèm, ſi in rationibus cum eis expenſis, reliquati ſint, debeant reliqua ſoluere cum legitimo intereſſe poſt moram?

XXXV. An ſi tales officiales Regij foro cedant, & creditores ad eorum bona concurrant, Fiſcus ſit eis præferendus pro his creditis reliquationis, & intereſſe, ratione ſui Iuris, & hypothecę? & an hæc retrotrahatur ad principium, in quo incepit officiũ exercere, vel ſolùm ſumat initium à tempore rationum, ſeù in quo malè in eo verſatus eſt?

XXXVI. Vtrùm Fiſcus ex ſuis contractibus vſuras, ſeù intereſſe prętet. Et quomodò, & in quibus caſibus hoc procedat?

XXXVII. Vtrùm regula *l. Qui autèm in principio, ff. Quæ in fraud. creditor.* quòd debitor poteſt non adquirere in prędiudicium creditorũ, limitationem patia-

tur

tur in debitore fiſci, ſpeciali eius priuilegio?

XXXVIII. Gradus, & ſatisfactio Fiſci, & eius Ius habentium, quà forma, & modo aſsignari, & fieri debeat?

QVÆSTIO I.

In qua Principia, & elementa iaciuntur, & traditur diſtinctio creditorum habentium hypothecam, vèl expreſſam, vèl tacitam, & priuilegiatam à Iure, vèl perſonalium, quibus priuilegia Ius indulſit. In quo cùm cauſa publica multùm præualeat: diuiditur hæc in quatuor ſpecies cum Bartolo *in l.* 1. *num.* 25. *ff. Soluto Matrimonio*, quę proponuntur.

Summarium Quæſtionis Primæ.

Num. 1. *Creditor creditori præfertur, vèl quià tempore prior, vèl quià eius conditio à Iure cenſeatur potior conditione alterius, ex aliquà cauſa, quæ adiuuata, publicam augeat vtilitatem, aùt ſummam Religionis rationem, ſeù æquitatem in ſe poſsit habere. Et creditor prior, vèl potior priùs eſt ſatisfaciendus.*

2 *Referuntur Authores, qui de concurſu, & prælatione creditorum ex profeſſò egerunt.*

3 *Author intendit in hoc Titulo proponere, & diſcutere quæſtiones, principaliter ad Fiſcum ſpectantes, vèl in quibus alios creditores præcellit, vèl in quibus eis cedit.*

4 *Principia materiæ breuitèr notantur.*

5 *Creditores concurrentes ad bona decocti poſſunt eſſe intriplici differentia, nàm quidam ſunt reales, alij perſonales, alij verò mixti, quod declaratur.*

6 L. Priuilegia 16. ff. de Priuileg. creditor, *quæ eſt cardo, & tota ſedes materiæ, declaratur, quòd ſolùm loquatur de priuilegijs creditorum perſonalium.*

7 *Priuilegia omnia actionum per-*

ſonalium, hypothecis cedere debent, & inter eas ſilent.

8 *Creditores alij ſunt priuilegiarij, alij qui ſimùl cum priuilegio habent hypothecam, & declaratur quid ſit priuilegium in hac materia?*

9 *Creditor habens hypothecam, vèl ſimplicem, vel priuilegiatam alijs præfertur. Et definitur hypotheca, & diuiditur in expreſſam, & tacitam.*

10 *Hypotheca priuilegiata, vèl ſimplex priuilegium perſonale, potiorem cauſam habet, quià cauſa publica in ea multùm præualet.*

11 *Publica vtilitas, & priuata poteſt ſumi quatuor modis, qui exponuntur cum Bartolo* in leg. 1. num. 25. ff. Soluto Matrim.

1 VM creditor (qui in noſtra materia ille eſt, & dicitur, cui ex quacumque actione, vêl perſecutione, vèl Iure Ciuili, vèl ordinario, vêl extraordinario purè, vèl in diem, vèl ſub conditione debetur, modò non perpetua aliqua exceptione ſubmoueri poſsit, *l. Is cui* 42. *verſic final. ff. de Obligat. & action. l. Creditores* 10. *cum ſequentibus, ff. de Verborum ſignific.* explicant Briſonius *lib.* 3. *de Verborum ſignificat.* Alciatus, & Rebuffus *in dict. l. Creditores.* Vaconius *lib.* 3. *declarat. cap.* 45. Bellonus *lib.* 2. *ſupputat. cap.* 20. Gaſpar Baeça *de Inope debit. in principio, & cap.* 10. & cum multis D. Nicolaus Fermoſinus, Epiſcopus Auſturicenſis *in Allegat. Fiſcal. allegat.* 20. *numer.* 18.) præferatur creditori, vêl quîâ ſit tempore prior, iuxtâ Regulam *cap. Qui prior de regul. Iur. l. Potior, l. Qui balneum, ff. Qui potiores, cum vulgatis*, vêl quià vnius creditoris conditio à Iure cenſeatur potior conditione alterius, ex aliqua cauſa, quæ adiuuata publicam augeat vtilitatem, vèl ſummam religionis rationem in ſe poſsit habere, vèl aliquam æquitatem, aùt in reos pietatem tangat, & quandô vnus creditor eſt anterior, aût habet maius priuilegium altero, ſit illi priùs ſatisfaciendum, *l. Scimus, §. Sin verò hæredes, C. de Iure deliberandi, l. Si debitor, ff. de Pignoribus.* D. Valençuela Velazquez *conſ.* 64. *numer.* 4. *tom.* 1.

2 Ideò operępretium eſt, attingere cauſas, & rationes, propter quas hæc prælatio concedatur, tùm fiſco, tùm alijs creditoribus. Sed cùm hoc vaſtum latiſsimũ, & profundũ totius Iuriſprudẽtię pelagus cõplectatur, quod quidèm *in hoc Tit.* ſi in animo eſſet diuagari

ad

ad extranea, facillimè poſſet tranari; Nè extrà rem progrediamur, neceſſum eſt vella contrahere, & ſolùm materiæ noſtrę, quantùm poſsit, auram, & nauigationis inſtrumenta inclinare, præcipuè cùm de materia generali concurſus, & prælationis creditorum tàm docti eruditi, & graues Authores integros, & copioſos tractatus compilauerint, in quibus omnia, quę circà eam, non ſolùm accedere, ſed excogitari poſſunt, ſumma diligentia, & eruditione diſputata, & matura deliberatione, & ſtudio deciſſa ſunt, vtpotè Ripa, & Angelus *poſt Gloſſam Magnam in l. Priuilegia, ff. de Priuileg. credit.* Neguſantius *de Pignor. part. 2. principali membro 4. & p. 5. membro 2.* Stracca *de Mercatura tit. de Decoct. or. vltim. part. cui titulus, Qui potiores in bonis decoctorum habeantur.* Couart. *lib. 1. var. cap. 7.* & ibi Faria *in Additionibus.* Petrus Pekius *in cap. Qui prior de Regulis lur. in 6.* Vanderanus *in Tractatu de Priuilegijs creditorum per totum*, Hetmanus Meiret *de Pignor. & hypoth. lib. 2. de priuilegijs credit.* Hartmanus Hartmani ab Epingen. *lib. 2. Practic. forenſ. obſeru. tit. 26. obſeruat. 7. 8. & 9.* Matienço *in l. 7. tit. 16. lib. 5. Recopil. gloſſ. 5. & in l. 13. tit. 6. eodem lib. gloſſ. 3.* Caſaneus *in Catalogo gloriæ mundi, part. 12. conſiderat. 99* Felicianus de Solis *de Cenſibus lib. 3. cap. 5. & tom. 2. in Addition. ad eundem locum.* Auendaño *de Cenſibus cap. 111. fin.* Carraſco *ad Leges Regias cap. 11. à num. 174.* Carleual. *de Iudicijs, tom. 2. tit. 3. per totum*, qui ità inſcribitur *de Iudicio executiuo, & concurſu creditorum*, latè; & benè Flores de Mena *lib. 1. variar. cap. 6. artic. 3. per totum*, Nonius Acoſta *de Priuilegijs creditorum, reſolutione, & extinctione Iuris hypothecarum conſtituti in bonis, per communem debitorem legitimè adquiſitis, ſeù poſſeſsis*, Amator Rodriguez *de Concurſu, & priuilegijs creditorum in bonis debitoris, & de prælationibus eorum, atquè de ordine, & gradu, quo ſolutio fieri debet, cùm debitor ſoluendo non eſt, & bona eius publicè venduntur*, quod opus mire illuſtrauit nouiſsimè Antonius Maria Bertolus *in eius doctis Additionibus*; in quibus vniuerſę materię fimbriam luculentèr excutit, Antonius Pichardo *in §. Quædam actiones artic. 5. in explicatione legis Priuilegia 16. ff. de Priuileg. creditorum.* Cæſar Gallupus *in praxi Sac. Conſil. Neapolit. part. 4. in ſpeciali; & aureo tractatu de concurſu, & prælatione creditorum*, Mercurialis Merlinus *de Pignoribus, & hypothecis per totum tractatum, & ſpecialitèr lib 4. tit. 1. quæſt. 1. & ſequentibus*, & alij relati ab Emanuele Aluarez Pegas *in reſolution. forenſibus cap. 5. num. 11.* & tandèm D. D. Franciſcus de Salgado, Regius Supremi Senatus Conſiliarius *in præclaro, & aperto Labyrintho, in quatuor partes diuiſo, creditorum concurrentium ad litem per debitorem communem inter illos cauſatam*, & alij poſteà ſuis locis referendi.

3 Quapropter ſpecialitèr, & maio-

maiori cura agemus de quæstionibus ad fiscum spectantibus (qui precisè debet interuenire, aliàs enim causa in hoc Consilio, vel Tribunali non agitaretur) vel in quibus reliquos creditores præcellit, & vincit, vel in quibus illis cedit, & succumbit. Et iuxtà præceptũ Ciceronis de Orat. sic aientis: *In causa partitio rectè habita, illustrem, & perspicuam totam efficit orationem, & magnoperè ad aperiendam materiam, & controuersias constituendas pertinet*, facilioris expeditionis, & intelligentię gratia, noster assumptus in diuersas quæstiones diuisus, & comprehensus (quod posit) proponetur, & prò fundamento, in hac quæstione, sequentia stabiliuntur.

4 Principia vniuersalia materię, breuitèr his conclusionibus continentur.

5 Prima conclusio est, creditores concurrentes ad bona debitorum, posse esse in triplici differentia, quidam enim sunt, reales, scilicèt qui habent obligationem bonorum specialem, vel generalem tacitam, vel expressam, & cum priuilegio antelationis, vel sinè eo. Alij sunt personales, scilicèt, qui contraxerunt sinè vlla obligatione bonorum speciali, aùt generali, siuè contrahant in scriptis interueniente scriptura publica, aùt priuata, siuè sinè scriptura, quorum aliqui habent priuilegiũ antelationis, alij non. Tertij vero sunt mixti, habentes personam, & bona obligata, & ideò dicuntur reales, & personales, in quibus cõcurrere potest idem priuilegium, & conditio. Vt benè distinguunt Zasius, & reliqui Doctores *in l. Priuilegia, ff. de Priuilegijs creditorum*, vel breuius distinguẽtur sic, quòd alij sunt priuilegiarij, alij hypothecarij, alij, qui neque priuilegium habent, neque hypotheca sibi cõsuluerunt, qui chirografarij dicuntur, & personales creditores non priuilegiarij.

6 Et proclariori enodatione notandũ est, quod *l. Priuilegia 16. ff. de Priuileg. credit.* quę est cardo, & tota sedes materiæ, docet priuilegia non ex tempore, sed ex causa æstimãda esse, quod sequens Acursius *ibidem gloss. verb ex causa, vers. & si ambo*, primo loco ponit priuilegiarios, & deindè hypothecarios. Sed rectius dicendum est, hanc legem solùm loqui de priuilegijs personalibus, quotiès enim dicitur, creditorem habere priuilegium, intelligitur de actione personali priuilegiaria, non verò de hypothecaria, seù actione reali, vt probant verba illa *non ex tempore, sed ex causa*, ideſt omnia priuilegia ex causa, non ex tempore ęstimanda esse, quod non potest procedere in casu, in quo interueniat hypotheca cũ priuilegio, tũnc enim à Iure ex tempore potius debent ęstimari, *l. Qui bahetũ 9. l. Potior 11. ff. Qui potiores in pig. hab. l. Si decreto 2. l. cum Reipub. 3. l. Si fundũ 4. l. Lucèt 7. l. Diuersis 8. C. Eodem, cap. Qui prior 54. de regulis Iuris in 6. l. 27. & l. 29. tit. 13. p. 5.* vt rectè explicat cũ

alijs

alijs Pichardo *in Rep. tit. dict. legis priuilegia num. 5. & ſeqq. vſquè ad num.* 10.

7 Et itèm obſeruandum eſt, quòd cùm hypothecis competat actio realis, vt quæ rem perſequũtur, priuilegijs verò perſonalis, indè eſt vt priuilegia hypothecis cedere debeant, & intèr eas ſileant, *l. Eos 9. C. Qui potiores in pign. hab.* quæ ità docet: *Eos, qui acceperunt pignora, cùm in rem actionem habeant, priuilegijs omnibus, quæ perſonalibus actionibus competunt, præferri conſtat*, cum qua conuenit *l. 9. tit. 4. part. 5.* vbi Gregorius Lopez *gloſſ. 3.* ex ea deducit: *Nàm habens hypothecam præfertur omnibus priuilegijs perſonalibus*, & idem *in l. 11. tit. 14. eadem part. gloſſ. 1 in principio.* Flores de Mena *lib. 1. var. quæſt. 6. §. 2. nu. 17* vbi quòd omnes Theologi ità etiàm concludunt. Acoſta *de Priuileg. credit. regul. 1. ampliat. 12. num.* 10. Pichardus *vbi ſuprà num.* 11.

8 Et ſimilitèr ſciendum eſt, quòd alij creditores ſunt priuilegiarij tantùm, & alij, qui ſimùl cum priuilegio, habent hypothecam, de quo priuilegio, & quòd in noſtra materia ſignificet quandam prærogatiuam, & prælationem in concurſu aliorum creditorum, quàm creditor habet, vt eis, etiàm tempore prioribus, in exactione præferatur, & potiora habeat Iura, pròut accipitur *in Titulo ff. dè Priuilegijs creditorum. Et in tit. C. de Priuilegio fiſci. Et de priuilegio dotis*, benè agit, & declarat Pichardo *in dict. l. Priuilegia num. 2.* & latiùs Rodriguez *de Concurſu creditorum, part. 1. in princip. à num. 27.* & ibi Antonius Maria Bertolus *in Additione num. 70 & ſeqq.*

9 Vt à fortiori incipiamus, quià in ſolutione creditorum prima cauſa eſt habentium hypothecas, tàm ſimplices, quàm priuilegiarias. Prælibandum eſt, quòd hypotheca (quæ eſt rei propriæ ſuppoſitio ad ſaniorem, & certiorem ſolutionem debiti, vt definit Neguſantius *de Pignoribus 1. part. in princip. num. 2.* & cum Balduino, Feliciano, & Rodriguez Carraſco *ad Leges Regias cap. 11. 3. part. num. 216.* Mercurialis Merlinus *de Pignor. & hypothecis lib. 1. tit. 1. quæſt. 2. num. 1.* vbi quòd componitur ex duabus notis Græcis, *Hypos*, & *Theſis*, quarum prima, ſub altera ponere ſignificat, & propterea definitur quòd ſit rei ſuppoſitio) alia eſt expreſſa, alia tacita, expreſſa eſt, quæ partium conuentione contractui adijcitur, tacita, quæ ipſo facto à Iure, ex actu, reſultat.

10 Et cùm intèr hypothecas priuilegiarias creditum, cui â Iure ſimile priuilegium indultum eſt, potiorem, ad prælationem, cauſam habeat, prò maiori materiæ, & cuiuslibet crediti comprehenſione, notari debet, quòd cùm ad præferentiam in his creditis, tàm realibus, quàm perſonalibus, vèl præcipuis eorum, quibus hypotheca priuilegiata, vèl ſimplex priuilegium perſonale à Iure conceſſum eſt, cauſa publica

multùm prævaleat, ac ſubindè priuatę præponenda ſit, non âbs re, erit, ſcire quę iſta vtilitas publica ſit, & quôt modis conſideretur, vt indè clariùs deſcendamus ad prærogatiuam, & priuilegium, eius ratione, prætèr hypothecam, cuilibet competens.

11 Bartolus *in l. 1. num. 25. ff. Solut. Matrim.* magiſtralitèr docet, quòd publica, & priuata vtilitas poteſt ſumi quatuor modis. Prima eſt quædam vtilitas publica, quæ ſuam vtilitatem affert in communi, & in quolibet particulari, quæ conſiſtit in Sacris Sacerdotibus, & Magiſtratibus. Secunda eſt vtilitas publica, quę ſuam affert vtilitatem in communi, & non in particulari, id quod habet Camera Fiſcalis. Tertia eſt quædam vtilitas priuata principalitèr, tamèn dicitur publica ſecundariò, quià reſpectu vniuerſi vtilis eſt, & eſt apta afferre in quolibet actu particulari, vt quòd mulieres ſint dotatę. Quarta eſt vtilitas publica, quę principalitèr eſt priuata, ſed ideò dicitur publica, quià affert vtilitatem ſuam reſpectu vniuerſi; Sed in particulari affert ſuam vtilitatem cuilibet ſeparàtim per ſe ità quòd vni, & non alteri, nec eſt apta afferre in quolibet particulari. Videlicèt quòd homines ſint diuites ſimplicitèr loquendo, ſinè adiectione alicuius cauſę, quià hoc Reipublicę interſt, de quibus ſigillàtim in hoc Titulo erit ſermo.

QVÆSTIO II.

In qua agitur de Prima ſpecie vtilitatis Publicę, quæ conſiſtit in Sacris, Sacerdotibus, & Magiſtratibus, & præferentiam prò eorum creditis inducit.

Summarium Quæſtionis Secundæ.

Num. 1. Religionis cauſa præcipua eſt, & ſumma ratio prò ea facit, & ideò ab ea initium ſumitur.

2 *Parrochus, ſeù Rector Eccleſiæ prò decimis, & primitijs habet hypothecam priuilegiatam, qua præfertur omnibus alijs creditis, & tributis, etiàm expreſſam hypothecam habentibus, & num. 3. vbi & àn eadem prælatio detur Beneficiario in fructibus beneficij?*

4 *Decimæ ſoluuntur non deductis expenſis, mero iure, & non ex priuilegio, & prò eis tertius, & ſingularis poſſeſſor poteſt cogi ad ſolutionem eius temporis, quo poſſedit, & etiàm præteriti, & anterioris, licèt ſecùs ſit in alijs cauſis.*

5 *Eccle-*

5 *Ecclesia habet hypothecam priuilegiatam in bonis Prælati, prò mala administratione bonorum ad eam spectantium.*

6 *Hypotheca priuilegiata àn detur etiàm Ecclesiæ, contrà bona cum ea contrahentis?*

7 *Creditor expendens in funere defuncti, id est, in omnibus rebus necessarijs, vt corpus sepulturæ tradatur, habet tacitam hypothecam priuilegiatam.*

8 *Et præfertur creditoribus alias hypothecas tacitas priuilegiatas anteriores habentibus.*

9 *Et similitèr habentibus expressas hypothecas anteriores.*

10 *Hæredi competit retentio prò expensis funeris contrà omnes, & quoscumque creditores. Et num.* 11. *comprobatur authoritate Doctorum.*

12 *Retentio pro expensis funeris, non solùm datur hæredi cum beneficio inuentarij, sed etiàm cuicumque creditori eas facienti.*

13 *Funeris impensarum Prælatio descendit à prima causa fauoris publici, in Religione consistentis, cuius interst mortuos sepeliri.*

14 *Franchis* decis. 51. *dùm ait decisũ in collaterali consilio, funeris impensas non præferri creditoribus anterioribus etiàm hypothecam expressam habentibus, & aliqui Doctores eum sequentes, refutantur.*

15 *Funeris impensarum appellatione comprehenduntur ea, quæ sunt necessaria, vt funus ducatur, & sinè quibus duci non posset, quæ specificè referuntur.*

16 *Et etiàm alia, quæ solent præcedere, & subsequi mortem, & funus, vt sumptus vltimæ infirmitatis, vestes lugubres, & alia, quæ exponuntur, & ibi de salario medici.*

17 *Et itèm expensæ factę in publicatione testamenti, & confectione inuentarij.*

18 *Funerariæ actionis priuilegium àn competat confessario prò legato, sibi à testatore relicto.*

19 *Expensæ funeris debent fieri, & æstimari per Iudicem, ad prælationem intèr cæteros creditores, secundùm qualitatem defuncti, & vires patrimonij. Et itèm secundũ consuetudinem loci, dummodò sint necessariæ, & non ad pompam.*

20 *Funeris sumptibus, hodiè per leges Regni, modus impositus est, qui debet seruari.*

21 *Creditor, impendens in redemptionem captiui, adquirit in ipso ius pignoris, seù hypothecæ, & prò pretio, in eius bonis, præfertur omnibus creditoribus, ex eadem ratione fauoris Religionis, & pietatis.*

22 *Quæ sententia Iure nostro Hispano rectè admittitur.*

23 *Prælatio hæc negatur à Rodriguez* de Concurs. part. 1. art. 3. num. 16. *sed defenditur ab alijs authoribus, ad instàr funerariæ, & ex maioritate rationis.*

24 *Sententia prædicta confirmatur ex ratione,* l. Interdum, & l. Huius, ff. Qui potiores in pignor. *quæ ostenditur, & declaratur.*

25. *Captiuorum redemptio magnum, atquè*

atquè præclarum Iuſtitiæ munus eſt.

26 Nobilis obligatus prò redemptione à captiuitate, & carceribus detentus, non poteſt relaxari, donèc creditori ſatisfaciat, & idem in muliere.

27 Pater, vèl eius hæredes tenentur ſatisfacere tertio redimenti filium de captiuitate, etiàm emancipatũ, & etiàm ſi mortuus fuerit, antèquàm ad domum reuertatur.

28 Filij tenentur præciſsè Patrem exiſtẽtem in captiuitate redimere, ſub pœna exhæredationis, & ſinè ſpe reſtitutionis contrà hanc omiſsionem, quod exornatur, & extenditur ad extractionem à carceribus. Et etiàm ad vxorem, prò marito.

29 Publica vtilitas ſummòpere verſatur in Populorum Regimine, rectaque totius Regni Iuſtitiæ adminiſtratione. Et ideò in fauore ſtudij, & ſcientiæ, & ſalariorum Magiſtratuum, Iudicum, Scholaſticorum publicè docentium, aduocatorum, & ſimilium.

30 Reipublicæ non minùs interſt, repleri liberis hominibus, quàm gubernari pèr homines doctos, & litteratos, & num. 31.

32 Et etiàm interſt Reipublicæ, quòd ſint plures, nàm fruſtrà Iura condita eſſent deficientibus Miniſtris, qui ea exequerentur.

33 Magiſtratibus, & Iudicibus Rempublicam moderantibus congrua, & competentia ſalaria debent aſſignari, prò ſuſtinendo decenti ſtatu, & laboris premio, vt omnem ſuam operam in Reipublicæ vtilitatem expendant.

34 Salaria Magiſtratuum, & Iudicum ſummè expedit quòd ſint ampliſsima, & quæ ſufficiant prò decenti ſuſtentatione, & quid Princeps conſiderare debeat ad eorum aſsignationem?

35 De ſalarijs Magiſtratuum nihil detrahendum eſt prætextu cuiuſcumque neceſsitatis.

36 Abſurdum, & iniquum eſſet, quòd Magiſtratus, & Iudices, vèl non aſsignatis competentibus ſalarijs, vèl diminutis, pòſt tòt ſtudiorum labores, & vigilias cogerentur officium deſerere, & quodammodò mendicare.

37 Salaria iſtà ſuccedunt loco alimentorum, & eorum priuilegijs debent gaudere.

38 Salaria non poſſunt capi Iudicibus, & Magiſtratibus prò executione rei Iudicatæ, niſi omnibus alijs bonis deficientibus, & tùnc debita, & decurſa, non verò futura.

39 Salaria Magiſtratuum, & Iudicum habent hypothecam tacitam, & priuilegium Prælationis intèr omnes creditores.

40 Prælatio iſta conceditur non ſolùm pro ſalarijs, ſed etiàm prò ſportulis vulgò, propinas, & omnibus gagijs debitis Doctoribus, Scholaribus, Iudicibus, Vicarijs, aduocatis, & alijs, quibus debetur aliquid prò mercede, ex cauſa ſtudij.

41 Prælatio dàtur aduocato pro ſalario, ſeù honorario ſibi debito, maximè in re, eius patrocinio, & opera, ad-qui-

adquisita, seù recuperata, etiàm si sit feudalis, & maioratus.

42 *Prælatio competit Iudicibus, seù Magistratibus, & militibus, in bonis Regij Ærarij, pro suis salarijs, & stipendijs, & redditur ratio.*

43 *Quamuis aliqui Doctores, in puncto Iuris, dubitent de hac sententia, quià nulla lex hanc hypothecam concedat. Tamèn concludunt esse communitèr aprobatam, & ab ea, neque in iudicando, nequè consulendo esse recedendum.*

44 *Prælatio, & priuilegium Magistratibus, studiosis, aduocatis, & similibus, pro salarijs, in concursu, solùm debet dari, respectu creditorum hypothecas tacitas, seù priuilegiatas à Iure pretendentium, non verò eorum, qui habent hypothecas expressas anteriores, & ità decisum refertur.*

45 *Quod intelligendum est, quoad omnia bona debitoris, nàm in re, circà quàm labor, & studium aduocati fuit impensum, seù cura, & industria alterius operarij, seù artificis, versata fuit, & ex eo fuit habita, vel conseruata, præfertur etiàm creditoribus expressam, & anteriorem hypothecam habentibus.*

46 *Famulis, & laboratoribus omnibus absolutè non competit tacita hypotheca cum prælatione, pro mercede seruitij, & laboris, quòad omnes creditores. Sed solùm his, quorum opera, labore, & industria, dominorum patrimonia augentur, vel conseruantur.*

47 *Secundæ vtilitatis publicæ, respicientis Fiscum, & eius Cameram tractatio remittitur* ad quæstionem 13. & sequentes huius Tituli.

---

1 HIS suppositis, vt cum Bartolo, à prima causâ Religionem respiciente, rectè initium sumamus (cùm pro ea summa ratio faciat, *l. Sunt personæ, ff de Religios. & sumpt. fun.* & cæteris sit dignior, & omnibus anteponenda, vt ex *l. Sancimus, C. de Sacros. Eccles.* & alijs Iuribus tenet Bart. *ibidem num. 26.* bona *lex 50. tit. 6. part. 1.* Mastrillo *decis. 280. num. 15. tom. 3.* Menochio *de Præsumptionibus lib 6. præsumpt. 84. nu. 11.* iunctis traditis per Gratianum *discept. forens. tom. 5. cap. 977. nu. 22.*) ad hanc primam classem spectant.

2 Primò Rector Ecclesiæ, seù Parrochus pro decimis, & primitijs, & itêm ipsa Ecclesia contra Prælatum, aùt æconomum, aùt etiâm contra alios debitores, vt in Rectore, seù Curato, qui habet hypothecam pro decimis probatur *in cap. Pastoralis 28. de decimis*, ibi: *Quoniam salua decima, fructus efficiuntur eorum, qui faciunt ipsas expensas, & in l. 6. tit. 20. part. 1. in fin.* ibi: *E non se pueda escusar, por ningun pleyto que faga con el Señor de la heredad, por lo non dar*, vbi Gregor. Lopez

Lopez *gloſſ.4.& in l.5.tit.13.part.5.gloſſ.3.* Baldus *in l.1.C.de fruct.& litium expenſis num.3. verſ. eſt ergò differentia*, vbi quòd in ſolutione decimarum, non deducuntur expenſę propter nimium laborem petentis, vt probatur *in dict.cap. Paſtoralis, & in cap.non eſt 22.cap. Cùm homines 7.& ibi gloſſ.verb. non decimatis eodem.Et num.5.* ait Baldus, quòd decimę ſunt fauorabiliores, quàm gabellę, & tributa, tenent Ioannes Andræas, & Hoſtienſis *in dict.cap. Paſtoralis de decimis.* Abbas *in cap.Cùm homines eodem tit.* quos ſequitur Neguſantius *de Pignoribus part.2. memb.4. num.126.* Gironda *de Gabellis 4.part. §.1. num.8.* Azeuedo *in l.8.tit.18.lib.9. Recopilat.num.14.* Garcia *de expenſis cap.1.num.18.* Gutierrez *de Gabellis, quæſt.53.nu.6.& quæſt.169. num.8.* qui probant quòd ſiuè ager ſit vectigalis, ſiuè emphiteuticarius, ſiuè cenſuarius, antè mercedem, penſionem, vectigal, & cenſum, decima Deo ſoluenda eſt, & antè tributum, & collectam, Felicianus *de Ceuſibus tom.2.lib.3 cap.5. num.6.* & latè comprobat Ioannes Maria Nouarius *lib.1.quæſt.forenſ. quæſt.21.num.8.* his verbis: *His igitur veris exiſtentibus, dubitabatur in facti contingentia, in Curia Epiſcopali Tropeę, ſi Parrochus haberet tacitam hypothecam in prædijs ſitis in eius Parroquia, ex quibus ſibi ſoluebatur decima, & me conſulente, fuit deciſſum affirmatiuè de anno 1620.* & ibi comprobat, & adducit prò eadem ſententia Manticam *de Tacitis, & ambiguis lib.11.tit.14.nu.8. & 9.& eodem lib.tit.18.num.37.* & Riccium *part.7. collect.2741.* Nicolaus Euerardus *in Topicis legalibus, in loco de tributo ad decimam, nu.3.* Velaſco *de Priuileg. miſerab. perſon. part.3. quæſt.8. num.28.* Barboſa *de Officio Parrochi cap.28. §.4. num.11.* Mercurialis Merlinus *de Pignoribus lib.3.tit.1.quæſt.7.nu.2.*

3 Idem probant Flores de Mena *lib.1.Var.quæſt.6.art.3.num.22.* & ex eo Rodriguez *de Concurſu creditor.part.1.artic.5.num.20.* tenet decimas præferri, virtute ſuę tacitę hypothecę, & priuilegij, omnibus alijs creditoribꝰ anteriobus, etiàm expreſſam hypothecam habentibus, & ibi exornat, & agit de materia decimarum, & tertiarum, & refert Authores, qui de eis ſcripſerunt, & Antonius Maria Bertolus *in Additionibus num.60.* adducit alia Iura, & authoritates prò comprobatione huius hypothecæ prædiorum, ex quibus decimæ ſunt ſoluendæ.

4 Alfaro *de Officio Fiſcalis, gloſſ.16.priuilegio 58. num.202.* vbi quòd decimæ ſoluuntur non deductis expenſis, & hoc, mero Iure, & non ex priuilegio, quià debentur de frugibus, qui intelliguntur non deductis expenſis, vt ibi probat, & idem procedere debere in Fiſco ſequitur etiàm Auguſtinus Barboſa *de Parrocho part.3. cap.28. §.1 num.34.& ſeqq.* vbi pluribus comprobat, & benè declarat rationem quarè expenſæ ex his decimis non deducantur, cùm ex *l. Fructus,*

Fructus, ff. Soluto Matrim. intelligantur deductis expenſis. D. Ioſeph Vela *diſſertat. 34. num. 59. tom. 2.* vbi quòd huius cauſę tauore, tacitum pignus à Iure inducitur in prædijs. Et ex hoc infert, in hoc caſu, tertium, àc ſingularem eorum poſſeſſorem cogi poſſe ad ſolutionem decimarum, & Iurium Epiſcopalium, non ſolùm eius temporis, quo poſſedit, ſed etiàm temporis præteriti, & anterioris. Et idem in Tributis Principi debitis, licèt ſecùs ſit in alijs cauſis, in quibus tertius, & ſingularis poſſeſſor ſolùm tenetur prò tempore quo poſſedit, & fructus percepit, quod etiàm probat Garcia *de Expenſis cap. 11. num. 51.* D. Franciſc. de Amaya *in lege 2. C. de Annonis, & tributis lib. 10. num. 10.*

5 Et in Eccleſia, in bonis Prælati, prò mala adminiſtratione bonorum Eccleſię, eandem hypothecam probat Gloſſ. *in cap. Ex litteris, verbo oblata de pignoribus*, & ibi etiàm Abbas *cap. Illud 12. quæſt. 2. cap. Lator 2. quæſt. 3.* Baldus *in l. Si quis presbiter in principio, Cod. de Epiſcopis, & Clericis*, Gregor. Lopez *in l. 23. tit. 13. part. 5. gloſſ. 4. circà fin. verſ. bona etiàm Prælati*, & explicant Felinus *in cap. Cum deputent de Iudicijs num. 10* Neguſantius *de Pignoribus 2. part. membro 4. num. 120.* Mantica *de Tacitis, & ambiguis conuent. lib. 11. tit. 16. num. 21. Et num. 23.* extendit etiàm ad bona Horphanotroſi, vèl Hoſpitalarij *ex l. Orphanotrofos, vbi Baldus C. de Epiſcopis. & Clericis.* Eſcouar *de Ratiocinijs, cap. 39. num. 13.* Nouarius *de Priuilegijs miſerabil. perſonar. priuilegio 107.* vbi quòd hoc caſu non eſt extenſio priuilegij, ſed comprehenſio. D. Petrus Noguer. *allegat. 1. num. 91. & ſeqq.* Vbi *num. 96.* cum Baldo, Trentacinquio, & Gaito ſolùm reſtringit hanc hypothecam contrà bona Prælati, prò debito contracto ex mala adminiſtratione bonorum, & non ex alia cauſa, benè Gratianus *tom. 4. diſceptat. forenſ. cap. 601. num. 16.* vbi quòd hìc caſus eſt ſpecialis, tamquàm adminiſtrator, & æconomus ſit tutor, & loco illius habeatur, & ibi extendit ad bona debitoris Ciuitatis ex cauſa adminiſtrationis bonorum, & non ex alia *ex l. 2. C. de debitor. Ciuitatum lib. 11.* & alijs, quæ adducit, quod benè comprobat, & exornat Eſcouar *de Ratiocinijs dict. cap. 39. num. 6.* prò quo videnda eſt *l. An Reſpublica 2. C. de Iur. Reipubl. lib. 11.* & ibi Platea & Doctores, Mercurialis Merlinus *de Pignorib. lib. 3. tit. 1. quæſt. 2. num. 17. & ſeqq.* Trentacinquius *lib. 3. var. tit. de Pignor. reſolut. 7. num. 6.* Ioanes Dominicus Gaito *de Credito cap. 4. quæſito 11. à num. 2021.* vbi optimè probat, quòd Prælatus, aût Clericus malè adminiſtrans bona Eccleſię reputatur nõ ſolùm quaſi tutor, ſed tamquàm maritus Eccleſiæ, *vt ex cap. Sicùt vir. cap. Sicùt alterius 7. quæſt. 1.* probarunt Palacios Rubios *in Rubric. de donat. §. 66. num. 21.* Eſcouar *vbi proximè num. 13.* & ideò ſumpto argumento de Matrimonio carnali ad ſpiri-

tuale

tuale probat *num.* 2032. quòd eodem modo quo vxor carnalis habet tacitam hypothecam in bonis mariti prò dote reſtituenda (vt ſtatim latè comprobabimus) ità, & Eccleſia vxor ſpiritualis habebit idem priuilegium, vt ibi exornat & declarat. Sicùt etiàm Velaſco *de Priuileg. miſerab. perſon. part.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 36. *& num.* 45. *& ſeqq.* Auguſtinus Barboſa *in Votis deciſiuis lib.* 3. *voto* 28. *num.* 6. *& num.* 69.

6 Et licèt Marcus Antonius Genuenſis *in Practicab. Eccleſiaſt. quæſt.* 472. tentauerit extendere etiàm hanc hypothecam, contrà bona contrahentis cum Eccleſia, abſolutè ad ſimilitudinem fiſci, de quo ſtatim agetur, ex eo quòd gaudeat omnibus fiſci priuilegijs, vt ibi probat. Tamen hoc impugnat, contrariam ſententiam defendens, & amplectens, Stephanus Gratianus *dict. cap.* 601. vbi latè *per totum caput* comprobat, & exornat, & cum eo Velaſco *de Priuileg. miſerab. perſon. dict. part.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 27. vbi alios refert; *Et nu.* 28. limitat cõtrà emphiteutam Eccleſiæ prò deterioratione prædij emphiteutici, & prò dote Eccleſiæ promiſſa, vt ibi probat, & proſequitur *num.* 45. *&* 26. Hartmanus *lib.* 2. *obſeruat. pract. lib.* 2. *tit.* 26. *obſeruat.* 20.

7 Secundò ob eandem rationem habet etiàm tacitam hypothecam priuilegiatam à Iure creditor, qui expendit in funere defuncti, id eſt in omnibus rebus neceſſarijs, vt corpus ſepulturæ traddatur, ſiuè is ſit ipſe hæres, ſiuè quilibet alius, qui hos ſumptus fecerit, vêl ei ad eos faciendos pecuniam mutuauerit, *Gloſſ. vnica in l. Impenſa* 45. *ff. de Religioſ. & ſumpt. fun. l fin. §. fin. ff. Eodem*, ibi: *Et cui veſtimenta legantur, ſi in funus erogata ſint, vtilem actionem in hæredem dandam placuit, & priuilegium funerarium*, & Doctores in dictis Iuribus, *& in l. fin. §. in computatione, C. de Iure deliberandi.* Gregor. Lopez *in l.* 30. *tit.* 13. *part.* 5. *gloſſ.* 6. *in princip.* Velazquez de Auendaño, & reliqui Tauriſtę *in l.* 30. *Tauri*, Azeuedo, Matienço, & Angulo *in l.* 13. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopil.* Flores de Mena *lib.* 1. *var. quæſt.* 6. *art.* 3. *num.* 8. Annius Gomez *in dict. l.* 30. *Tau. num.* 1. Ioannes Gutierrez *in Repetit. l. Nemo poteſt. ff. de leg.* 1. *ex num.* 91. *& lib.* 2. *practic. quæſt.* 72. *num.* 2. Rodriguez *de Priuileg. credit.* 1. *par. art.* 3. *num.* 2. ibi: *Primò ſciendum eſt funeris impenſam priuilegiatam eſſe, & tacitam hypothecam in ſe continere, quæ pro eius repetitione creditori conceditur*, licèt Antonius Maria Bertolus *in Addition. num.* 3. *in fin.* notet hoc ſinè cenſura non procedere. Mercurialis Merlinus *de Pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 18.

8 Et cùm hoc creditum nitatur prima cauſa fauoris publici à Bartulo conſiderata, ſcilicèt in vtilitate publica in communi, & in quolibet particulari, adeò eſt priuilegiatũ, vt eius prælatio procedat, & habeat locum contrà creditores, alias hypothecas tacitas, & priuilegiatas habentes anterio-

res,

res, vt pòst Gloss. *in l. penult. ff. de Religios. & sumpt. fun.* probat Neguſant. *de Pign. part. 5. memb. 2. num. 28. fallent. 13.* vbi cum Bartolo *in dict. l. 1. ff. Solut. Matr. nu. 26.* tenet, expenſam funerariam præferri doti, tacitam anteriorem hypothecam habenti, reprobato Baldo Nouello *de Dote, p. 10. limit. 9. n. 29. & in dict. l. 1. n. 149. ff. Solut. Matr.* qui contrarium voluit defendere, ſcilicèt, nèc præferri doti, nèc fiſco, cùm priuilegiũ prælationis nequaquâm operetur contrà paritêr priuilegiatos, ſicùt etiâm tenuit Mantica *de Tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 23. n. 24.* & prædictam Neguſantij opinionem ſequuntur Surdus *deciſ. 255. num. 18.* Caualcanus *deciſ. 32. lib. 1.* Thomàs Accius *de Infirmit. part. 2. verbo, creditor.* D. Ioannes Franciſcus del Caſtillo *deciſ. 103. num. 2. tom. 1.* Ioanes Dominicus Gaito *de Credito cap. 4. quæſito 11. num. 1915.* & cum alijs Faria *in Addit. ad Couarr. lib. 1. cap. 7. num. 59. in fin.* Gregorius Lopez *in dict. l. 30. tit. 13. part. 5. gloſſ. fin.* Mieres *de Maiorat. 1. part. quæſt. 26. num. 2.* Rodrig. *vbi proximè,* & ibi Anton. Maria Bertol. *in Addit. num. 3. verſ. At verò,* & de hoc nullus Doctor dubitat, vt prędicti notant, & probant omnes ſtatìm citandi.

9 Et ſimilitèr talis prælatio procedit, & habet locũ contrà creditores expreſſas hypothecas anteriores habentes, vt probant aperta Iura *in dict. l. Impenſa 45.* his verbis: *Impenſa funeris ſemper ex hæreditate deducitur, quæ etiàm omne creditum ſolet præcedere, cùm bona ſoluendo non ſunt,* quam, prætèr repetentes *ibi,* ad hoc ponderat Gregor. Lopez *in l. 30. tit. 13. part. 5. gloſſ. 6.* ibi: *Quòd autèm iſta impenſa funeris præferatur etiàm habentibus expreſſas hypothecas, probari videtur in dict. l. penult. cùm dicit omne creditum, & ſic nihil excludit, argum. cap. ſi Romanorum 19. diſt. & quià etiàm in iſto caſu militat ratio Bartoli, de qua in dict. l. 1. quòd iſto caſu publica vtilitas, quæ vertitur in impenſa funeraria, præferatur cuicumque priuatæ,* & prò maiori comprobatione adducit verba *prædictæ l. 30. in fin.* ſic proſequens: *Prò hoc etiàm facit iſtà lex, cùm abſolutè dicit, de alio quocumque debito, & non excipit caſum dotis, nequè alium. Et certè, in inpenſa funeris neceſſaria, ſatìs mihi videtur vt præferatur cuicumque credito, etiàm ſub expreſſa hypotheca,* & ſingularitèr dictiones illas *ſemper, & omne creditum,* expendit Petrus Surdus *deciſ. 255. nu. 6. & 7.* vbi ſic refert deciſum in Senatu Mantuano, & cum eo Ioannes Dominicus Gaito *de Credito, cap. 4. quæſito 11. num. 1925.*

10 Idem confirmat Text. *in l. Nequè ære alieno, l. At ſi quis, §. Si colonus, & §. Sed, & ſi res legata, ff. Eodem de Religios. & ſumpt. funer. l. 1. §. fin. ff. Ad legem falcidiam, l. fin. §. In computatione, C. de Iure delib.* Vbi Iuſtinianus dat hęredi retentionem prò huiuſmodi credito, contrà omnes creditores, his verbis. *Damus ei licentiam excipere, & retinere quidquid in funus expendit, dict. l. 30. tit. 13. partit. 5.* ſuprà pon-

derata, bonus Text. *in l.* 12. *tit.*13. *part.*1. quę ità ait: *Deben ge las dar de los bienes del muerto, antè que paguen ninguna coſa de las n andas que fizieſſen en ſu teſtamento, nin de las deudas que debia, en qualquier manera que las deba*, quę verba, *en qualquier manera*, ponderat ad hoc Gregorius *ibi gloſſ.*7. & verba *dict. l.*30. *ſuprà adducta*, ad quæ ſe remittit.

11 Et hanc reſolutionem ſequuntur, comprobant, & exornant Gloſſ. *in l. In perſona, ff. de Relig. & ſumpt. funer.* aprobata per Bart. & alios DD. *in dict. l.*1. *ſolut. Matrim.* Humada *in dict. l.*12. *tit.*13. *part.*1. *gloſſ.*1. Caſtrenſ. Corneus, & reliqui DD. *in dict. l. Impenſa, & in dict. l. fin. §. in computatione*, Ioanes Garcia *de Expenſis cap.*8. *num.*23. *& ſeqq.* omnes Tauriſtę *in dict. l.*30. *Taur.* Matienço *in l.*13. *tit.*6. *lib.*5. *Recop. gloſſ.*3. Neguſantius *vbi ſuprà.* Stephanus Gracianus *tom.*1. *diſceptat. forenſ. cap.*94. *à principio.* Coſta *de Remed. ſubſid. remed.*83. *& de portione rata, quæſt.*73. *in princip.* dicens, ex receptiſsima opinione, quibuſcumque creditoribus præferri.

12 Et cum eis conuenit Petrus Surdus *deciſ.*112. vbi licèt dicat, hoc procedere in hærede cum beneficio inuentarij, retinente aduerſùs creditores impenſas prò funeribus erogatas, ex clara diſpoſitione *dict. l. fin. §. In computat.* tamèn re meliùs perpenſa poſt multa, *deciſ.*255. ait circà hoc non dari differentiam intèr hæredes, & alios creditores. Et ſic teſtatur deciſum Maſtrillo *deciſ.*10. *lib.*1. & cum alijs notat Hodierna *in Addit. ad dict. deciſ.* 112. *num.*6. *& pèr totam additionem.* materiam exornat, & idem obſeruat Cæſar Gallupus *de Concurſu, & prælat. credit. part.*4. *cap.*3. *num.*27. & Mercurialis Merlinus *de Pignor. & hypoth. dict. lib.*4. *tit.*1. *quæſt.*17. *num.*14. & 15. vbi quòd idem priuilegium competit cuilibet tertio expendenti, *& num.*2. 3. & 4. probat, procedere in concurſu cum dote, & fiſco, & cum credito penſionis domus prò inuectis priuilegiato, in quibus terminis loquitur etiàm Amato *reſolut.*3. *num.*5. *tom.* 1. Gaito *dict. cap.*4. *quæſito* 11. *à nu.* 1910. *cum multis ſeqq. & num.*1932. D. Ioanes Franciſcus del Caſtillo *deciſ.*103. *tom.*1. *à num.*5. *& deciſ.* 191. *tom.*2. vbi latè, *& à num.*21. quòd intelligatur de impenſa neceſſaria, & non voluntaria, vt ibi declarat, Gutierr. *lib.*2. *pract. quæſt.* 72. *num.*3. *& ſeqq.* Flores de Mena *lib.*1. *var. quæſt.*6. *art.*3. *num.*1. Pichardo *in §. fin. inſtit. de lege falcidia num.*8. vbi benè comprobat, & *num.*9. ait cauendum ab Accurſio *in dict. l. Impenſa*, qui in expreſsis hypothecis contrarium videtur defendere, quem, & eum ſequẽtes, refutat, & reſpondet ad Text. *in l. Eos* 9. *C. Qui potiores in pig. hab.* cui innitũtur, quòd ob magnam illam Religionis, & miſericordiæ rationem, & fauorem, ceſſat, & tẽperata eſt, ſicùt etiàm violatur in ſpecie *l. Aſſiduis, C. Eodem*, & idem repetit & exornat *in §. Quædam actiones* 20. *inſtit. de act. in repetitione, l. Priuilegia, ff. de Priuileg. credit. n.*23. *& ſeqq.*

Cancer

Cancer *lib.3. var. cap.2. num.168.* Theſaurus *lib.4.quæſt.forenſ. quæſt.* 24.Fontanel.*de Pactis nuptia. clauſ. 6 gloſſ.2.part.5.num.26.* Rodriguez *de Concurſu 1.part. art.3.num.3.* vbi, propoſita quæſtione,& relata opinione Acurſij *in dict.l.Impenſa*, & eius ſequacium, hanc tamquàm veriorem amplectit,&comprobat, & ſequitur Bertolus *in Addit.num.* 4. Acoſta *de Priuilegijs creditorum, regul.2. ampliat.1. num.5.* Colerus *de Proceſſ.execut. part.1.cap.2.num.* 222.qui loquitur in hoſpite facien te expenſas in infirmitate,vèl exequijs hoſpitati, quôd poteſt retinere eius bona, quoûſque ei ſatisfiat Alexand.Trentacinq.*lib.3.var. tit.de Pignorib. reſol.1. circà princip.* & probatur *in allegat. diuerſorum Iuriſconſultorum poſitis pòſt deciſion. Regentis Salernitani allegat.1.* licêt *alleg.2.* cõtraria ſententia videatur probari; & prædictam reſolutionem benè aſtruit, & comprobat, D.Nicolaus Fermoſino *in Allegat. Fiſcal. alleg.21. per totam.* Ioannes Hieronymus Iranço *de Proteſtat. & prò hærede geſtione in apparatu ad Text.in l.14.§.Plerique, ff.de Religioſ.& ſumptib. fun. num.118. & ſeq.*& à principio latiſsimè agit de materia funerum, & ſepulchrorum.

13 Qui omnes agnoſcunt prærogatiuam, & prælationem hanc deſcendere, & prouenire à prima illa cauſa à Bartolo conſidera, ſcilicèt fauoris publici, cùm interſit Reipublicę mortuos ſepeliri, vt inquit Cagnolus *in l.Inuitus nu.6. ff.de Reg.Iur.* Text.*in l.Si quis ſepulchum 12.§.Hoc edictum, ff.de Religioſ.& ſumpt.fun.* ibi: *Sic enim fieri, nè inſepulta corpora iacerent, l. Nè corpora 38. l.Sunt perſonæ 43. ff.Eodem,* ibi: *Nàm propter publicam vtilitatem, nè inſepulta cadauera iacerent, ſtrictam rationem inſupèr habemus,* & dixit Baldus *in l. fin. C.de Negotijs geſtis,* quòd non minùs expedit Reipublicæ mortuos ſepeliri, quã viuos conſeruare. Sebaſtianus de Medices *de Sepulturis part.2.quæſt. 5.num.4.* Maſtrillo *deciſ.203.nu.10. & ſeq.* & item fauore Religionis innixæ Iuri Diuino, quo ex eo laudatur Thobias, vt patet *cap.1. 2.& 14. Thobiæ, & lib.2. Regum, cap.2.*& ex alijs, quæ congerit Albornoz *lib.1.Artis contractuum tit. 17.cap.3.* D.Ioanes Vela *de Delictis cap.21.num.4.*& ſequuntur, & eruditè exornant Pichardo *in dict. §. fin.de lege falcid. num.5. & ſeqq. & in dict.l.Priuilegia num.24.* Rodriguez *dict.art.3. 1.part. num.4. verſ. Quorum opinio.* Caſtillo *dict. deciſ. 103. num.9.& ſeqq.* Gaito *vbi ſupr. num.1916.* Hodierna *in Addit. ad dictam deciſ.112.num.4.* Mercurialis Merlinus *de Pignor. dict.lib.4. tit.1. quæſt.17.num.15.* vbi agens de prę-rogatiua huius priuilegij, ità ait: *Vtì admuentum propter publicam vtilitatem, nè mortuorum cadauera inſepulta ſint, ludibrio fœteant, & ob id aerem corrumpant, vndè procedunt peſtilentiæ, item propter Religionem,* quæ piè incumbit huic charitatiuo miniſterio. Guillelmus Vernal *in Tract.at. de Sepulturis, &*

exequijs propoſit. 3. Fr. Antonio de la Natiuidad *in Sylua ſuffragiorum lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 2. *& ſeqq.* Angulo *de meliorat. in l.* 13. *gloſſ.* 3. *num.* 13. Bertolus *in Addit. ad Rodriguez vbi proximè num.* 10.

14 Et licèt Vincentius de Franchis *deciſ.* 51. dicat, contrarium fuiſſe deciſum in Regio collaterali Cõſilio, cui adhærent Anna Pater, & filius *ſingul.* 258. & Mantica *de Tacitis, & ambig. lib.* 11. *tit.* 23. *& ſeqq.* Viuius *deciſ.* 307. *nu.* 6. Tamèn non eſt recedendum à prędicta opinione, tamquàm veriori, & cõmuniori, & à prædictis Doctoribus, & alijs quàm plurimis ab illis adductis aprobata. Et ſignantèr dictam collateralis Conſilij reſolutionem à Franchis relatam, impugnant, & conuincunt. Surdus *dict. deciſ.* 255. *à num.* 23. Maſtrillo *deciſ.* 10. *per totam*, vbi contrà eam deciſum refert. Gaſpar Antonius Theſaurus *lib.* 4. *quæſt. for. quæſt.* 24. *in fin.* Vbi quòd in Pedemontana patria non ſeruatur deciſio illa, vt ait etiàm Gaito *vbi ſuprà nu.* 1921. Caſtillo *vbi ſuprà nu.* 20. his verbis: *Quibus omnibus perpenſis, licèt authoritas Vincentij de Franchis apùd me ſit maximæ conſiderationis, proùt apùd omnes, quia fuit vir doctiſſimus, in ſcientia legali eminentiſsimus, & magnus practicus: attamen fuit reſolutum in prædicta cauſa, expenſas funerales eſſe præferendas omnibus creditoribus anterioribus, etiàm habentibus expreſſam, &c.* & Flauius Amendola *in Aureis Addit. ad dictam deciſ. Franchis num.* 2. *& in fin.* videtur ab ea recedere, benè Polydorus Ripa *in ſingularibus obſeruationibus, obſeru.* 174. vbi relatis deciſ. Franchis (licèt non punctualitèr, fortè, errore Typografi) & Surdi *dict. deciſ.* 255. huius reſolutionem aprobat, & ſequitur contrà Franchis; reſpondens *regul. qui prior*, in qua fundatur. Hodierna *in Addit. dict. deciſ.* 112. *num.* 1. Gallupus *dict. part.* 4 *cap.* 3. *num.* 27. Thoro *in Compendio deciſ. Neapol. tom.* 1. *verb. expenſæ infirmitatis*, vbi, cum Viſconto *in Addit. ad dictam deciſ.* Franchis, declarat omnes contrarias procedere in vltima infirmitate, & idem probat contrà Franchis cum multis, quos refert Marinis *in obſeruat. ad deciſ. Reuerterij* 486. *num.* 2. & cum alijs Antonius Maria Bertolus *in Addit. ad Rodriguez de Concurſu dict. art.* 3. 1. *part. num.* 8.

15 Et ſûb hac funerariæ actionis, & impenſarum funeris appellatione, comprehenduntur ea, quæ ſunt neceſſaria, vt funus ducatur, & ſinè quibus funus duci nõ poſſet, vt dicit Conſultus *in l. & ſi quis* 14. *§. Funeris cauſa, ff. de Relig. & ſumpt. fun. l. Funeris ſumptus* 37. *ff. Eodem, l. Si ex re, §. fin. ff. de Stipulat. ſeru. & ibi gloſſ. verb. funeſta*, & Angelus, & reliqui DD. Et Gothofredus *in dict. §. fin. in dict. verb. funeſta, litt. E.* ex Scaligero, & alijs, ponit formam antiquam Romanorũ, humandi, & ſepeliendi corporis, prò bonarũ litterarũ ſtudioſis, de quo etiàm Rodrig. *de Concurſu art.* 3. 1. *part. num.* 5. *& ſeqq.* & ibi Bertolus *in Addit. à num.* 11.

Et

Et exemplificat meliùs *dict. l.12. tit.13.part.1.* his verbis: *Deſpenſas fazen los homes de muchas maneras, en ſoterrar los muertos, cà fazenlas en comprar los monumentos, è aun en fazerlos, è lleuarlos à ſoterrar, è mayormente quando mueren fuera de ſus Logares, è los han de lleuar allà, è para guardarlos de noche, è de dia, quando no los pueden ſoterrar tan ayna, è en candelas, è en mortajas, è en todas las otras deſpenſas, que fazen por razon del cuerpo, antes que ſea ſoterrado, &c.* Gutierrez *dict. quæſt. 72. num.5.* Gamma *deciſ.308.* Menochius *de Arbitrar. caſu 173. num.8. & caſu 387.* Coſta *de Portione ratâ quæſt.73.* Viuius *deciſ.307. lib.2.* Petrus Surdus *dict. deciſ.255. num. 26. & ſeq* & cum eo, & prædictis Hodierna *ad dict. deciſ.112. num.9.* ità ampliat: *Continentur etiàm illæ omnes, quæ, cadauere præſente, in luminibus, cuſtodibus, veſtibuſque ipſius, ac illæ, quæ fiunt in deferendo mortuum ad ſepulturam, in pulſatione campanæ, apertura ſepulturæ, in cera, pane qui diſtribuitur pauperibus, in Miſsis, & Sacris Cæremonijs peragendis, in oblationibus, aliſque obſequijs prò animæ commendatione.*

16 Et continentur etiàm aliæ, quę ſolent præcedere, & ſubſequi mortem, & funus, velùti, expenſę vltimę infirmitatis, quamuis grauis, & longa fuerit, vt tenet Baldus *per text. ibi in l. In reſtituenda, C. de Petit. hæredit.* quæ ità ait: *In reſtituenda hæreditate, compenſatio eius habebitur, quod te in mortui infirmitatem, inque ſumptum funeris, bona fide, ex proprio tuo patrimonio, erogaſſe probaueris.* Idem probat *l. Legatum 3. C. de Relig. & ſumpt. fun. l.5. tit.33. part.7.* quę *in fin.* æquiparat, has impenſas vltimę infirmitatis, alimentis. Palacios Rubios *in l.30. Taur. num.2.* & Anton. Gom. *ibidem eodem num.* ſicùt, & Cifuentes *num.3. verſ. Item eſt notandum.* Rolandus *conſ.14. nu.25. vol.1.* vbi quòd continentur appellatione funeralium, & hanc partem, vtî veriorem, ſequitur Merlinus *de Legitima lib.2. tit.1. quæſt.15. verſ. Sèd contraria*, prò qua etiàm plures citat Gratianus *tom.1. diſcept. for. cap. 94. num.15.* dicens, quòd licèt non detur prò iſtis actio funeraria, tamèn competit petitio, non minùs fauorabilis; quàm ſit illa funeris Gutierrez *dict. quæſt.72. num.5. circà med.* vbi quòd æquiparantur funerum inpenſis. Cancer *lib.2. variar. cap.2. num.168.* Surdus *dict. quæſt. 112. num.7.* & expreſiûs *in dict. deciſ.255.* In qua hæc controuerſia excitata fuit, & Senatus Pedemontanus hanc ſententiam ſequutus fuit, vt patet *ibi num.28. Senatus itàque in eadem cauſa, creditoribus habentibus expreſſam, non modò prætulit hæredem, ſed etiàm eum, qui ceram vendidit prò funere, & medicinalia prò vltima infirmitate, &c.* Sequitur Hodierna *ad dict. deciſ.112. num.8. & numer.11.* extendit priuilegium ad veſtes lugubres, & veſtes famulorum, & familię, intèr perſonas, quæ hæc effugere decentêr non poſſunt, & ibi comprobat, & ad ſalarium Medicorum,

Pharmacopolę,& ſeruorum in firmo miniſtrantium, & etiàm ad expenſas factas in Viaticis prò obtinenda abſolutione âSummo Põtifice ſepeliendi cadauer excommunicati,in Eccleſiaſtica ſepultura, vt refert deciſum Maſtrillo *deciſ.*203.*num.*3. licèt in ſalario medici contrarium probetur *in allegation.*2. *num.*12.*& ſeqq. inter allegationes diuerſorum Iuriſconſult.Neapol.poſt deciſ.Regentis Salernitani*,& eius prælationem etiàm confirmat cum Pichard.& Rodriguez Acoſt. *de Priuileg.credit.regul.*2. *ampliat.*1. *num.* 21. & Bertolus *in Addit. ad Rodriguez dict.art.*3. 1.*part. nu.*23. *& ſeqq.* Coſta *de Remedijs ſubſid. remedio* 83. vbi de expenſis factis in vltima infirmitate, Fontanela *de Pactis nuptial.dict.clauſ.*6.*gloſſ.*2. *part.*5. *num.*27. vbi quòd in cauſa propria expertus fuit, nâm contrà ſe declaratum fuit, die 2. menſis Maij anni 1614. eſſe primo loco graduandas impenſas vltimę infirmitatis,quę longa,& grauis fuerat,non obſtante quòd eius creditum eſſet anterius, & hypothecarium. D.Ioanes Franciſc.del Caſtillo *dict.deciſ.*103. *num.*24. vbi relata prædicta *deciſ.*Surd. 255.inqua prælatio conceſſa fuit tertio, qui vendidit cetam pro funere, & medicinalia pro vltima infirmitate, Addit.*Et ego etiam determinaui,tam quam Auditor Generalis, nouiſsimè in cauſa vertente inter Magiſtrum Marcelum Bernaci, pro expenſis factis in vltima infirmitate Capitanei Laimi ſumier in menſe Iulij* 1613. Idem Merlinus *de Pignor.dict.lib.*4. *tit.* 1. *quæſt.*17. *num.*24. ſequitur Maſtrillo *deciſ.* 10. *tom.*1. *num.*10. & 11. Gerardus Mainardus *deciſ.* 48.Gaito *de Credito cap.*4 *quæſit.*11. *num* 1909. *& in appendice ad illud nu.*117. Antonius Faber *in ſuo Cod. tit.de Sacroſ.Eccleſ.diſinit.*38.*num.*9. Carleual *de Iudicijs tom.*2.*diſput.*29. *num.*7. Fermoſino *dict. allegat.*21. *num.*14.

17 Et item expenſæ factę in publicatione teſtamenti, & in inuentario, quod probat expreſsè *eadem l.fin. §.in computatione, C.de Iur.deliber.*vbi D.D.Flores de Mena *lib.*1.*dict.quæſt.*6.*art.*3.*num.*1.& 8. Anellus Amato *conſ.*88. *num.*6. Viuius *dict. deciſ.*307. *num.*1. *lib.*2. Marcus Antonius de Amatis *deciſ. Marchiæ* 42. *num.*6. Argelo *de Legitimo contradict. quæſt.*10. *art.*11. *num.*184. & cum eis Hodierna *in dict.deciſ.*112. Surdi *n.*13. Thomàs Actius *de Infirmit.& eius effectib. part.*2.*verb.creditor,*quem refert,& ſequitur Caſtillo *dict. deciſ.* 103. *num.*16. Gaito *vbi ſuprà dict. cap.*4. *quæſito* 11. *num.*1935. Cancer *dict. cap.*2. *nu.*169. Fermoſino *vbi ſuprà num.*20.*& num.*21.extendit ad expenſas factas per hæredem ad ſui defenſionem,contrà alios prętendentes ſe hæredes, & adde Iranço *vbi proximè à num* 96.

18 Supradictis conuenit, non vulgaris quæſtio, de priuilegio legati,confeſſario ſuo,à teſtatore,relicti. An ſcilicèt, in cõcurſu creditorũ, præferendus ſit confeſſarius pro legato, quaſi nõ minus fauora

bile

ſile ſit, quàm debitum pecuniæ in funus impenſæ. In qua Antonius Faber *in ſuo Cod. tit. de Sacroſ. Eccleſ. definit.* 38. ait, pronuntiatum eſſe nō debere gaudere eo priuilegio, quiâ licèt ſit opus pietatis, tamèn magis eſt liberalitatis quam neceſſitatis, & quiâ cum debiti cauſa inſpicienda ſit magis, quàm tempus ſolutionis, hoc vitę tribuitur non morti. Licèt prælationem ei concedat inter reliquos Legatarios, etiàm eos, quibus in pias cauſas legatum ſit. Sequitur Ioannes Baptiſta de Thoro *in Summa priuilegiorum cauſarum piarum, priuilegio* 56. vbi probat, creditorem pro celebratione Miſſarum à defuncto relictarum, præferri debere omnibus creditoribus, maximè pro iam celebratis.

19 In quibus omnibus impenſis, regula generalis conſtituēda eſt, quòd debent fieri, & æſtimari per Iudicem, ad dictam prælationem inter cæteros creditores, ſecundum qualitatem defuncti, & eius patrimonij vires, & quantitatem, *l. Si quis ſepulchrū* 12. *§. Sumptus, ff. de Religioſ. & ſumpt. fun.* ibi: *Sumptus funeris arbitrantur pro facultatibus, vel dignitate defuncti, l. Et ſi quis* 14. *§. Hæc actio, ff. Eodem,* quæ ità ait: *Hæc actio quæ funeraria dicitur, ex bono, & æquo oritur, continet autem funeris cauſa tantum impenſam, non etiàm cæterorū ſumptuum, æquum autem accipitur ex dignitate eius, qui funeratus eſt, ex cauſa, ex tempore, & ex bona fide, vt nequè plus imputetur, ſumptus nomine quàm factum eſt, nequè tantum quātum factum eſt, ſi immodicè factum eſt, deberet enim haberi ratio facultatum eius, in quem factum eſt, & ipſius rei, quæ vltra modum ſine cauſa conſumitur, &c. dict. l.* 12. *tit.* 13. *part.* 1. ibi: *Solo que aqueſtas deſpenſas ſean fechas meſuradamente, catando la perſona de aquel, por quiē ſon fechas,* & cum Alciato, & alijs Menochi⁹ *de Arbitrar. caſu* 173. *num.* 7. Caballinus Mellelo q. *quæſt.* 531. & 679. Surdus *dict. deciſ.* 255. *num.* 27. *in fin.* vbi etiàm extendit regulam ad conſuetudinem loci, vt notat Hodierna *in Addit. ad deciſ.* 112. *num.* 21. & 22. Caſtillo *dict. deciſ.* 103. *num.* 22. & *deciſ.* 191. *num.* 23. *tom.* 2. Mercurialis Merlinus *dict. quæſt.* 17. *num.* 25. vbi quòd concluſio procedit in expenſis neceſſarijs tantùm, non pro pompa, & vana oſtentatione factis, vt ibi explicat.

20 Antonius Pichardo *in dict. §. Cum autèm ratio inſtit. de lege falcidia num.* 11. & 12. vbi & quòd hodiè modus impoſitus eſt his ſumptibus funerū *per l.* 2. *tit.* 5. *lib.* 5. *Recopil.* cuius deciſi oni ſtādum eſt, & notat, per eam nihil immutatum fuiſſe in Sacrificijs, & oblationibus, nequè in his, quæ Eccleſiaſticis perſonis preſtantur, & hanc taxationem originem habuiſſe à lege 12. Tabularum, & repetit *in dict. l. Priuilegia num.* 28. & Cicero *lib.* 2. *de legibus*, dixit, per dictam legem 12. Tabul. minutos fuiſſe ſumptus, lamentatione ſque funebres, & exornant Reuardus *tom.* 1. *ad leges* 12. *Tabul. cap.* 15.

Roſi-

Roſinus *ad eaſdem leges lib. 8. fol. mihi* 331. Vanderanus *de Priuilegijs credit. cap.* 3. Medices *de Sepulturis part.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 2. Garcia *de Expenſis dict. cap.* 8. *num.* 11. Azeuedo *in eadem l.* 2. *num.* 3. & Matienço *ibidèm gloſſ.* 5. *num.* 5. *& gloſſ.* 10. *num.* 2. Spino *in Speculo teſtam. gloſſ.* 2. *num.* 2. Iulius Laborius *Variarum lucubrat. cit.* 2. *de priſco, & recenti funerandi more, cap.* 16. *nu.* 26.

21 Tertiò hîc etiâm annumerari poteſt, & debet creditor, qui impendit in redemptionem captiui, prô liberando eo à poteſtate hoſtium, nàm inducitur, prò tali pretio, tacitum quoddam Ius pignoris, ſeû hypothecę in ipſo ab hoſtibus redempto, donèc ſoluatur, quo in eius bonis, omnibus creditoribus etiàm priuilegia, & expreſſàs anteriores hypothecas habentibus, præferendus erit, quiâ militat in eo, prima illa cauſa, & præcipua fauoris Religionis, & pietatis, quę verſatur in ſuprà dictis, ſimilis huic priuilegio funerarię actionis, vt de Iure pignoris conſtat *ex l. Ab hoſtibus* 2. *C. de poſt liminio reuerſ. & captis ab hoſtibus*, ibi: *Ab hoſtibus redempti, quòad exoluatur pretium, magis in cauſam pignoris conſtituti, quàm in ſeruilem conditionem eſſe detruſi videntur*, vbi *gloſſ. verb. pignoris*, addit. *taciti*, & citat *l. Senatus* 43. *§ fin. ff. de leg.* 1. quę ità ait: *Qui àb hoſtibus redemptus eſt, legari ſibi poterit, & proficiet legatum ad liberationem vinculi pignoris, quod in eo habuit, qui redemit*, & ibî *gloſſ. verb. pignoris*, declarat, *tenetur enim in pignore, donèc reddatur pretium redemptionis*, & *l. Qui teſtamento* 20. *§.* 1. *ff. de Teſtamentis*, quibus conſonat *l.* 11. *tit.* 29. *part.* 2. *l.* 3. *tit.* 30. *eadem partit. l.* 3. *tit.* 13. *part.* 5. quę loquitur in caſu quo ipſe redemptus pacto ſe pignori ſubiecit, vt ibi notat *gloſſ.* 5. quæ ait in vtroque caſu, ſcilicèt, ſiuè pignoris legalis, ſiuè conuentionalis, militare diſpoſitionem dictarum legum, Ius pignoris taciti conſtituentium in perſona ſîc redempti abhoſtibus, donèc pretium ſoluat.

22 Comprobant Baltaſar Ayala *de Iure belli lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 30. Gail *de Pace publica, lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 12. Pater Benedictus Remigius *in Deciſionibus moralibus de bello, cap.* 10. *§.* 1. *in princip.* Carleual *de Iudicijs, tom.* 2. *diſput.* 29. *num.* 8. Acoſta *de Priuileg. credit. reg.* 3. *ampliat.* 7. *num.* 82. *& reg.* 2. *ampliat.* 1. *num.* 27. vbi cum Valaſco *conſult.* 30. *num.* 15. profitetur hanc opinionem, Iure Hiſpano, rectê admiti, quiâ eo debitor incarceratus datur creditori, vt ei ſeruiat. Prô quo optimê facit *l. Diuerſarum* 20. *C. de Captiuis, & poſtlim. reuerſ.* Baeça *de Inope debit. cap.* 1. *num.* 65. *& cap.* 4. *nu.* 25. Bayo *in Praxi lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 168. D. D. Ioſeph de Retes *lib.* 6. *Opuſculorum cap.* 13. *num.* 1. *& num.* 3. probat *ex l. Poſtliminij* 19. *§. Si is qui* 9. *ff. de Captiuis, & poſtlim. reuerſ.* redempto ſublato de medio, Ius pignoris ſolui, & alia in materia obſeruat eodem magiſterio, & dexteritate, qua omnia pertractat; & benê etiàm comprobat, & exornat Mercuria-

curialis Merlinus *de Pignor. & hypoth. lib. 2. tit. 1. quæſt. 50. num. 37. & ſeqq. & num 41.* ampliat ad captos à Chriſtianis in bello cõtrâ Chriſtianos, *& num. 54.* refert rationem noſtrarum legum Hiſpaniæ, vbi homo poteſt pignori dari, vt alteri ſeruiat, donec debitum ſatisfaciat. Vaſillus *ad Aſſictis deciſ. 307. nu. 6.* Ex quo arguit Chriſtianos, Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſangine redemptos, quanta obligatione adſtringi ad ei ſeruiendum.

23 Et quòad prælationem competentem huic tacitæ hypothecæ, de qua pauci Doctores egerunt; primus Amator Rodriguez *de Priuileg. credit. part. 1. art. 3. num. 16.* eam denegat, licèt *num. 17.* videatur inclinare in contrariam opinionem, ſed Ioannes Dominicus Gaito *de Credito, in appendice ad cap. 4. quæſito 11. num. 19.* ab eo diſcedit, & prælationem, ad inſtàr funeratiæ firmat, his verbis: *Ego autèm dicerem omninò, hypothecam hanc cum prælatione dari ad inſtàr funerariæ, non ſolùm ex identitate rationis; Sèd ex maioritate forſàn, cùm libertas redempta à ſeruili, & infideli obſeſione, ſit pretioſior omninò ſepultura*, & ſic proſequitur, licèt *in fine*, relinquat cogitandum. At Mercurialis Merlinus *de Pignorib. lib. 3. tit. 1. quæſt. 22.* prælationis priuilegium aſſertiuè probat, & confirmat.

24 Quod quidèm poteſt ea ratione comprobari, ſi enim ille, qui impendit in refectionem, & conſeruationem domus, nauis, ſeù alterius ædificij, omnibus creditoribus præfertur ex ratione *l. Interdùm 5. & l. Huius 6. Qui potiores*, quià ſaluam fecit totius pignoris cauſam, quod latè exornant Caſtillo *lib. 3. controu. cap. 8.* Amato *tom. 1. reſolut. 3. à num. 5.* Gaito *de Credito cap. 4. quæſito 11. num. 1555. cum ſequentib.* Mercurialis Merlin. *de Pignor. lib. 3. tit. 1. quæſt. 5.* cum alijs à nobis adductis *infrà hoc Titulo quæſt. 3. num. 9. & 10.* Ædificio enim collapſo, & diruto periret hypothecæ ius; Quantò magis hoc procedet in eo, qui debitorem à tam miſera, & dereſtabili fortuna exemit; in quo, prætèr precipuam cauſam periculi animæ cuilibet imminentis, ſolùm in materiali, verſatur magna creditorum vtilitas, in captiuitate enim exiſtens debitor, nèc reputatur homo, nèc eſt ſubiectum capax adquiſitionis, ab ea verò liberatus poteſt toto tempore vitę adquirere ad fauorem creditorum, *l. Si creditores 5. in fin ff. de Separat. l. Si defunctus 10. C. Arbitrium tutelæ*, quæ ratio, licèt non animaduerſa à ſuprà dictis DD. videtur mihi congruere dictę reſolutioni, & pòſt hæc ſcripta inueni Acoſtam *de Priuileg. credit. reg. 2. ampliat. 1. num. 24. & ſeqq.* eam in puncto conſideraſſe, & cum Rodriguez, & Gaito priuilegium prælationis huic cauſæ dediſſe, licèt *num. 26.* ità illud temperet, vt dumtaxât procedat in his bonis, quæ captiuus pòſt conſequutam libertatem adquiſiuit, non verò in bonis antè captiuitatem

tem adquiſitis, quod etiàm ſequitur Antonius Maria Bertolus *in Addition ad Rodriguez de Concurſu dict. art. 3. 1. part. num 43.*

25 Er nil mirùm, cùm captiuorum redemptio magnum, atquè præclarum Iuſtitiæ munus ſit, vt ait Lactantius, cum alijs ad id relatus ab Hugone Grotio *de Iure belli ac pacis lib. 3. cap. 21. num. 23.* de cuius fauorabili cauſa, prerogatiuis, & priuilegis egerunt *l. Quamuis 20. ibi quia iuſta, & honeſta cauſa eſt, ff. Soluto Matrim. l. Sancimus 21. C. de Epiſcop. & Cler. l. Si quis prò redemptione, C. de Donat. ibi piiſſimam adminiſtrationẽ. Authentico, vt cùm de appellatione cognoſcitur, §. Si vnum de prædictis,* ibi: *Ex hac cauſa piiſſima,* vbi diligens in redimẽdo captiuũ, vèl curandum illum infirmum, negligente hærede ſuo, vèl alio quolibet extraneo, lucratur hæreditatem ipſius, *l. 3. & ſequentes, tit. 29. par. 2. l. 5. tit. 10. p. 6. & l. 1. & ſequentes, tit. 11. lib. 1. Recopil.* & in dicts Iuribus Doctores repetentes, Tiraquelus *in legibus Connubialibus in l. 16. gloſſ. 8. num. 282. & ſeqq.* adducit plura ſpecialia, òb hanc cauſam, introducta contrà communes Regulas Iuris. Caſaneus *in Conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 3. num. 29.* Perez de Lara *de Anniuerſ. & Capellan. lib. 1. cap. 22. à principio.*

26 Pelaez à Mieres *de Maiorat. 4. part. quæſt. 1. limit. 4. à num. 1.* vbi *nu. 10* ponit quæſtionem nouam, & diſcuſſam in Chancellaria Granatenſi; Nobilis, qui prò obligatione à ſe contracta prò redemptione à captiuitate, in qua erat in Ciuitate Argel apùd Turcas, fuerat captus, & cùm pretenderet, ſe non poſſe incarcerari prò debito ciuili, hoc non obſtante, ſemper fuit in carcere detentus, donèc creditori fuit ſatisfactũ de debito, quem referunt, & ſequuntur Azeuedo *in l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopil. num. 28.* Gironda *de Priuilegijs quæſt. 152. nu. 838.* Narbona *in l. 14. tit. 2. lib. 6. Recopil. gloſſ. 1. num. 85.* Velaſco *de Priuileg. pauper. part. 3. quæſt. 16. num. 79.* aſſerens, nobilitatis fauori, libertatis, redemptioniſque fauorem prævalere; *Et num. 80. & 81.* id etiàm probat reſpectu fauoris mulierum, nàm, eo non obſtante, iſtę, prò debito procedente à ſui redemptione à captiuitate, Iure pignoris retineri poſſunt, creditorique addici, vt notauimus *ſuprà Tit. 1. quæſt. 6. num. 1.*

27 Paulus de Caſtro *conſ. 343. part. 1.* vbi huius cauſę fauorem ſatis commendat, & probat Patrem, vèl eius hæredes, teneri ſatisfacere tertio redimenti filium ſuum dè captiuitate, etiàm emancipatum, & etiàm quòd filius mortuus fuerit, antequàm domum acceſſerit, *& num. 3.* æquiparat has expenſas, expenſis infirmitatis, & funeris, quæ ei etiàm incumbebant.

28 In quo ſimilitèr nota dignum eſt, filium maſculum in ætate octodecim annorum, & fœminam quatuordecim annorum, teneri præciſſe Patrem exiſtentem in Captiuitate redimere, ſub pœna exhæredationis, & ſinè ſpe reſtitutionis

tionis contrà hanc ommiſionem, vt comprobat Narbona *de Ætate requiſit. ad omnes act. anno.* 18. *q.*7. ſicùt etiàm non reſtituitur aduerſùs venditionem prædij, vt redimeret Patrem ab hoſtibus, vt probat Palacios Rubios *in cap. Per veſtras, § 26. num.*7. *de donation. inter vir. & vxor.* quem ſequitur Sforcia *de Reſtitut. part.*2. *quæſt.*52. *art.*2. *num.*27. Et idem Palacios Rubios *in Rubr. de donat. inter § .66. num.*16. ex ſingulari Text. *in l. Liber captus, C. de Captiuis* probat, matrem redimentem filium captum ab hoſtibus, non videri feciſſe animo repetendi, niſi fuerit proteſtata. Gaito *de Credito cap.*4. *quæſito* 7. *nu.*939. *& ſeqq.* Vbi probat, idem procedere in obligatione ſimilium perſonarum facta prò extrahendo filio, Patre, ſeù Viro non ſolùm à captiuitate, ſed etiàm à carceribus, de quo latè D. Petrus Noguerol. *allegat.* 34. *num.* 6. & 7. & ibi poſitis addendi ſunt D. D. Ioannes de la Rea *allegat.*35. *nu.*31. *& ſeqq. tom.*1. *allegat. Fiſc.* Franciſcus Roccus *in Reſponſ. legal. reſponſ.*60. *tom.*2. Carolus Moccia *in Sylua caſuum Forenſ. cap.* 44. Vbi idem probat, & deciſum refert in obligatione facta prò marito carcerationi obnoxio, & magno ære alieno oppreſſo, de quo etiàm Mercurialis Merlinus *de Pignor. lib.*2. *tit.*1. *quæſt.*18. *num.* 84. *& ſeqq.* Marinis *lib.* 1. *reſolut. quotid. cap.*145. *num* 29. qui loquitur in filio fam. reſpectu Patris: Surdus *deciſ.* 86. vbi Hodierna *in Addit.* Cyriacus *lib.* 2. *contr. ou.*216.

29 Quartò, in vltimo exemplo Magiſtratuum à Bartulo propoſito, comprehenduntur ſalaria Iudicum, Scholaſticorum publicè docentium, Aduocatorum, & ſimilium, fauore ſtudij, & communis Reipublicę vtilitatis, quę ſummoperè verſatur in Populorũ Regimine, rectaque totius Regni Iuſtitię adminiſtratione, *ex l.*1. *§. Huius ſtudij, ff. de Iuſtit. & Iur.* ibi: *Publicum Ius in Sacris, in Sacerdotibus, in Magiſtratibus conſiſtit*, & notat Bartolus *in dict. l.* 1. *num.*25. *ff. Solut. Matrimon.* his verbis: *Prima eſt quædam vtilitas publica, quæ ſuam vtilitatem adfert in communi, & in quolibet particulari, quæ conſiſtit in Sacris Sacerdotibus, & Magiſtratibus.* Et expreſsiùs *num.*30. *in fin.* ibi: *Et ad hoc propriè facit lex noſtra, quia hìc verſatur vtilitas reſpectu Vniuerſi, & eſt apta adferre vtilitatem in quolibet particulari, quia propter ſcientiam efficietur doctor, & leget, vel erint Magiſtratus, vel Papa, vel Cardinalis, vt tota die videmus.* Angelus *in eadem l.* 1. *nu.*12. Iaſſon *num.*51. verſ. *Vltimo circà*, Ripa *ibidem num.* 139. verſ. *Vltimo nota*, & Alciatus *num.* 8. vbi quòd omnes in hoc conueniunt. Horatius Lucius *de Priuileg. Scholarium, priuileg.*2. *per tot.* vbi latè, Tyberius Decianus *reſponſ.*38. *num.*5. *tom.*2. qui loquitur in pulchro caſu, Gratianus *tom.* 2. *Diſceptat. Forenſ. cap.* 254. *num.* 46. Marius Curtelus *de Donation. contemplat. Matrim. fact. diſcurſ.*2. *tractat.*1. *part.*11. *à num.*1. vbi latè de fauore ſtudiorum, & quòd

quòd reſpiciat publicam vtilitatem. D.D.Petrus de Salçed. *de Lege politica, lib.2. cap.20. num.12. & ſeqq.* vbi pluribus probat, & exornat, & comprobatur ex Gloſſ. verb. *Siuè, in l. Stipulatio 21. §. Opus, ff. de Noui oper. nuntiat.* Vbi, qui promiſſit Scholaſtico eum docere, vèl librũ ſcribere, ad id præcisè poteſt cogi, & in compèdes conijci, & reddit hanc rationem *Gloſſ. ibi, & eſt ratio, nè turbetur publica vtilitas; id eſt, ſtudium*, quam dicit celebrem D. D.Franciſcus Salgado *de Reg. Protect part.4. cap.5. num.30.* & nouiſſimè obſeruat D. Hermenegildus de Roxas *de Incompatib. part.1. cap. 12. num.11. & num.12.* cum Baldo, & Rebuffo limitat, ſi promiſio fuerit de re poëtica, quià in ea vtilitas publica ceſſat.

30 Non enim minùs interſt Reipublicæ, repleri liberis hominibus, quàm gubernari pèr homines doctos, & litteratos, vt ſtatuitur Iure Diuino *Leuitici cap.16. Iudices, & Magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi pèr ſingulas tribus tuas, vt iudicent Populum iuſto iuditio. Eccleſiaſt. cap.10. diligite lumen ſapientiæ, omnes, qui præeſtis Populis.* Et *ibidèm. Iudex ſapiens iudicabit Populum ſuum, & Principatus ſenſati ſtabilis erit. Sapientiæ cap.6. Audite ergò Reges terræ, & intelligite, diſcite Iudices finium terræ*, Dauid *Pſalmo 2. Et nùnc Reges intelligite, erudimini, qui Iudicatis terram*, & Iure Canonico *in cap.1. & cap. Quà nonnullis 4. de Magiſtris, cap. fin. eodem ibi, qui cùm docti fuerint in Dei Eccleſia, velùt ſplendor fulgeant firmamenti, ex quibus poſtmòdum copia poſsit haberi Doctorum, qui velùt ſtellæ, in perpetuas æternitates manſuri, ad iuſtitiam valeant plurimos erudire, cap. Cùm ex eo 34. de electione in 6.* ibi: *In grandi Vniuerſalis Eccleſiæ (quæ, ad ſui regimem, viris litteratis permaximè noſcitur indigère) diſpendium, & iacturam, cap. Cùm ex iniuncto 12. de hæreticis, authenth. habita, C. Ne filius prò patre.* Petrus Gregorius *de Benefic. cap.7. num.10.* de quo benè Genuenſis *in Practicab. Eccleſ. quæſt. 621.* & latè Auguſt. Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. part.2. allegat.46. pèr totam, & num.3.* quòd præſumptio honeſtatis vrget prô doctis, & litteratis.

31 Et de Iure Regio idem diſpoſitum eſt *in l.3. tit.4. part.3.* ibi: *E que ayan ſabiduria para judgar los pleytos derechamente, l.1. tit.4. lib.2. Recopil.* ibi: *Y aſsimiſmo, que ſean perſonas ſabias,* & ibi: *Y doctos en las leyes, y derechos.* Gonçalez *ad reg.8. Chancell. gloſſ.4. ex num.1.* Vbi plura ad huius ſententię comprobationem adducit, & idem *gloſſ.56. num.14.* cum Ioane de Platea *in l. Pèr id tempus, C. de Curioſis, & ſtationarijs lib.12. num.1.* & Gregor. Lopez *in l. 42. tit.18. part.3. gloſſ. fin. ad medium*, tenet, Scholaſticos inhoneſtè viuentes, vèl aliquid contrà Scholaſticam diſciplinam committentes, priuilegium ſuum, etiàm fori, amittere, & eum ſequitur Ioſeph Melle *in Additionibus ad deciſ.54. Lizareli num.11.*

32 Et

32 Et etiàm interſt, quòd iſti ſint plures, nam vt elegantèr ait Conſultus *in l 4 ff. de noui oper. nuntiat. Reipublicæ interſt quàm plurimos ad defendendam ſuam cauſam admittere*, quià fruſtra Iura condita eſſent, & leges promulgatę, deficientibus miniſtris, qui eas vtilitèr exequantur, *l. 2. §. Poſt originem, ff. de Orig. Iuris*, & Iuſtinianus *in Authent. de Prouintiarum Præſidibus, §. 1. collat. 9.* ait: *Quæ enim legum erit vtilitas, ſi in litteris dumtaxàt cõſiſtant*, Cicero *lib. 3. de legibus*, his verbis: *Vt enim Magiſtratibus leges, ità Populo præſunt Magiſtratus, verèque dici poteſt Magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem eſſe mutũ Magiſtratum.* Alciatus *in Oratione de legibus*, ibi: *Meritò Iuriſconſulti cæteros omnes excellunt, qui non ſolum ſibi ſciunt proſpicere, ſed etiàm ſui muneris, & præcipuum habent, vt alios quoquè tueantur, bonoque Conſilio confirment. Hi Reſpublicas ferè omnes tractant, nihil in domeſticis, extraneiſque negotijs, ſinè his fieri tutò poteſt, horũ vigilantia ciuilis concordia ſeruatur.* Et facit celebris ſententia Platonis relata per Ciceronem *ad quintum frat.* qui ità ait: *Plato tùm demùm fore beatas Reſpublicas putauit, ſi aut docti, aùt ſapientes homines eas regere cæpiſſent, aùt qui regerent omne ſuum ſtudium in doctrina, ac ſapientia collocaſſent.* Ægidius Romanus *lib. 3. 2. p. cap. 8.* ibi: *Curare Rex debet, vt in Regno ſuo vigeant ſtudia litterarum, vt ibi ſint multi ſapientes, & induſtrij, nè ſubditi ſui ſint ignorantiæ tenebris inuoluti, atquè ideò fœlicior ſit ipſa Reſpublica*, & latè, & elegantèr confirmat, & exornat Bobad. *in Polit. lib. 1. cap. 9. n. 21. & ſeqq. & cap. 10 à n. 18 cum multis ſeqq.* vbi *nu. 51. & 52.* prò coronide eorum, quę in illo capite, ſat doctè, expoſuerat, celebrem, & enixam exhortationẽ facit Dom. noſtro Potẽtiſsimo Regi prò fauore, cuectione, & priuilegijs litteratorum. Et cum alijs Velaſco *de Priuileg. Paup. part. 1. quæſt. 6. num. 46.* D. D. Petr. de Salçed. *dict. cap. 20. nu. 33. & ſeqq.* Petr. Gregor. *de Republic. lib. 17. cap. 11.* Acoſta *de Priuileg. credit. reg. 2. ampl. 6. n. 416.*

33 Et ideò vt, abſque cura rei Dominicę, omnem ſuam operam in Reipublicę vtilitatem expẽdant, congrua, & cõpetentia ſalaria Magiſtratib⁹, & Iudicibus, Rempublicam moderatibus, debent aſſignari, & quę ſufficiant, vt poſsint ſtatũ ſuum decentèr ſuſtinere, & habeãt laboris ſui præmiũ, & ſolatiũ, quod tàm diuinę, quàm humanę legi, & rationi congruit, *Sapientiæ cap. 10. Geneſ. cap. 47. Apoſt. 2. ad Corinth.* ibi: *mercedem ſuam quiſq; accipiet ſecundũ ſuum laborem, cap. Charitatem 45. 12. q. 2.* ibi: *Iuſtum namq; eſt, vt illi cõſequantur ſtipendiũ, qui pro tempore ſuũ commodare reperiantur obſequiũ, cap. Cùm non deceat de elect. in 6.* vbi DD. *l. Cùm duobus 52. §. Si in coeũda, ff. Pro ſocio, l. 1. ff. Si menſor falſũ modũ dixerit*, ibi: *Sed magìs operam beneficij loco præberi, & id quod datur ei, ad remunerandũ dari, & indè honorariũ appellari, Authent. de Iudic. §. Si quis autem col. 6.* & pluribus comprobat Menochius *de Arbitrar. lib. 2. caſu 514. & conſ. 1047. num. 1. vol. 11.* Rebuffus, & Ioannes de Platea *in*

l.1. C. de Præbend. ſalar. lib.10. Auiles *in Capitibus Prætor. verbo, ſalario.* Auendaño *de Exequend. mand. lib.2. cap.10. num.13.* Gabriël Berart. *in Speculo Viſitat. cap.16. num. 73. & ſequentib.* Gabriël Velaſco *de Priuileg. Pauper. part.1. quæſt. 6. num.40. & ſeqq. & num.84. & ſeqq.* vbi benè de competenti ſalario eis aſsignando.

34 Maſtrillo *de Magiſtrat. lib.1. cap.21. per tot. & num.14.* cum Menochio *dict. caſu 514.* & alijs, quòd Princeps, ſua prudentia, debet conſiderare perſonarum, temporis, & officiorum qualitatem, & varietatem, & quôd nèc Iuri, nèc ęquitati conſentaneũ eſt, vt eis idem pendatur ſalarium hodiè, quod 30. 40. vèl plùs annis præſtabatur, cùm omnes res ad vitam neceſſarię, longè chariori pretio vendantur, *& eodem lib. cap.30. num.23.* notat, quòd licèt magnis colatur honorib⁹ Magiſtratus, multis tamèn malis, & incommodis agitatur, quę recenſet, & ex Cicerone, & alijs elegantèr cóprobat. Zeuall. *Comm. contr. comm. quæſt.425. nu.29.* vbi cum Guillerm. Benedict. *in cap. Rainuntius, verbo, duas nu.42.* quòd ſapiẽtiſsimi Principes officiales antiquos, quos in officijs reperierũt, numquàm mutarunt, immô eis ſtipendia auxerunt, & ſic quietê regnarũt, de quo optimè agit, & pluribus exornat D. Hieronym. Altamir. *in l. 3. C. de Filijs officialiũ, lib.12. cap.26. nu.11. & ſeqq.* Bobad. *in Polit. lib.2. cap.11. num.72. & 73.* Vbi benè authoritatibus, tàm diuinarum, quàm profanarum litteratum confirmat. D.D. Ioan. de Solorç. *de Indiar. Iure, tom. 2. lib.4. cap.4. num.28.* vbi quòd hoc oportet, tàm ad dignitatem, & honeſtatem Magiſtratuum cóſeruandam, quàm ad eoſdem magîs in officio continendos, & ab omni Sorde, & venalitate Iuſtitię, quam adminiſtrare debent, arcẽdos, prò quo benè facit Caſiodorus *lib. 9. Vari. Epiſt.13.* ibi: *Quià ſub quadam excuſatione peccare creditur, cui neceſſaria non præbentur.* D. D. Ioan. Baptiſta de la Rea *alleg.104. num.7. tom.2. Alleg. Fiſc. & deciſ. 85. tom. 1. deciſ. Granat. à num.6.* vbi latè de his ſalarijs Iudicum, & Magiſtratuũ, & eorum priuilegio, *& num.11.* quôd ſummè expediat, vt ea ſint ampliſsima, & quę ſufficiant prò eorum decenti ſuſtentatione, ità enîm ait: *Nihilque magis maiori cura inuigilandum, quàm vt Miniſtris, ſiuè Reg minis, aùt belli, & omnibus Magiſtratibus ſua ſtipendia conſtitui debeant, & ſolui ea quæ ſufficiant, vt poſsint ſtatum ſuum ſuſtinere.* Bobadilla *in Polit. dict. lib.1. cap.10. n.52. circà finem,* ibi. *Y como dizen Caſaneo, y otros, es coſa glorioſa à los Principes, y muy loable ſeñalarſe en eſto, y buſcar los mas ſelectos, y raros hombres en ciencias, y darles grandes ſalarios, y franquezas para que las enſeñen, y colocarlos en Oficios, y Dignidades.*

35 Et *num.12.* id ratione publicæ vtilitatis confirmat, & ideò ait de his ſalarijs nihîl detrahendum, prætextu cuiuſcumque neceſsitatis, his elegãtibus verbis: *Vnde quià maxima Reipublicæ vtili-*

vtilitas, vt congrua ſalaria Iudicibus, & ſcientiarum profeſſoribus conſtituta ſint, & ſoluantur, & ſemper illa ſint, quæ ad vtilitatem, & authoritatem muneris Iudiciarij fuerint neceſſaria, valdè oportet Principes curare, nè ſalarijs conſtitutis, aliquid Iudicibus detrahatur, & Paulò inferiùs. *Ideò nulla ratione Principes admittere debent, vt ſalaria diminuantur, nè officia congruè, & decenter Magiſtratus adminiſtrare impediantur. Nàm etiàm ſi maxima fuerit indigentia ærarij, quod Senatoribus, & Magiſtratibus datur, cùm velut Principi datũ videatur, quia eius nomine adminiſtrationem Reipublicæ ſuſtinent, quemadmodum Principi quæ neceſſaria ad eius alimenta, & ſtatum deficere non poſſunt, etiàm ſi ſubditi egeni tributis, & vectigalibus opreſſi, quià ſemper publica cauſa præualere debet priuatæ, ità ſimilitèr in Magiſtratibus dicendum, in quibus hæc ratio viget, vt cuiuſcumque neceſſitatis prætextu, ſalarijs Magiſtratuum non detrahatur,* & refert Pinedam *in Monarquia Eccleſ. lib. 9. cap.* 10. §. 2. cum Nicephoro valdè execrari Phocam Imperatorem Conſtantinopolitanum, qui eo prætextu, quià eius ærarium erat exhauſtum, duplicauit tributa, & Senatoribus ſportulas quaſdam, quę ab alijs Imperatoribus dabantur, ademit, & commendat Paulum Iouium *de Viris illuſtribus in Pompeyo Columna*, qui ità ait: *Clemens VII. Pontifex ſalaria in Gimnaſio antiquitùs ex certo vectigali liberalitèr conſtituta, liberalium artium Profeſſoribus cum perenni infamiæ nota ſubtraxit, & num.* 13. ſub alimentorum priuilegio, quo potiuntur, cõfirmat hac ſuperiori ratione, *aliàs enim idem eſt, ac ſi nullum ſalarium daretur, quandò non congruum conſtituitur, cùm ſi ſalarium dicitur quaſi ſal neceſſarium vitæ, etiàm quæ neceſſaria vitæ ſubminiſtrat, illud, ex quo alimenta percipi non poſſunt, prò ſalario non habendum, &c.*

36 Quià aliàs, pòſt tòt ſtudiorum labores, & vigilias, cogerentur officium deſerere, & quodammòdo mendicare, quod iniquum eſſet, quę fuit ratio adhibita â Iuſtiniano, in hoc caſu ſalarij miniſtrandi fiſci aduocato, *in l. Pèr hanc, §. Sexcenti, C. de Aduocatis diuerſ. Iud.* ibi: *Nè pòſt decurſum celerem aduocationis, & labores glorioſos, egeni exeant*, quam ſummè extollit Pater Molina *de Iuſt. & Iur. diſputat.* 83. *col.* 3. *verſic. vt ad rem*, & cum eo Menochius *dict. caſu* 514. *num.* 13. his ſingularibus verbis: *Et rectè quidèm, quià aliàs ſequeretur abſurdum, & iniquum, quòd, ſcilicèt, hic, qui totam penè ſuam inſumpſit ætatem in huius officij adminiſtratione, & exercitio, qui alioquì ſuam adoleſcentiam, & virilitatem, vèl in aduocationis, vèl interpretis munere ſe execuiſſet, nùnc cogatur officium deſerere, & quodammodo mendicare.*

37 Quę ſalaria ſuccedunt loco alimentorum, & eorum priuilegijs debent gaudere, Angelus

in l. Si non ſortem, §. Libertus, num. 8. *ff. de Condict. indeb.* iuxt. *l.* 2. *& ibi* notata per *Gloſſam*, *C. de Locato*, Surdus *de Alimentis, tit.* 1. *quæſt.* 67. *num.* 7. D. Solorçano *de Indiar. Iur. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 19. Scaccia *de Appellat. quæſt.* 17. *limitat.* 7. *num.* 9. *& limitat.* 8. *numer.* 8. *&* 9. latè, & elegantèr Thomàs Carleual *de Iudicijs tom.* 1. *libr.* 1. *diſputat.* 6. vbi ex hoc comprobat hæc ſalaria exequutiuè, & non obſtante appellatione, exigenda eſſe, & Iudices Superiores id non debere, nèc iuſtè poſſe impedire, nèc differre, ſicùt ipſi ægrè ferrent, & non lentè paterentur, ſi Rex illis, circà ſuorum ſalàtiorum exactionem, litem mouèret, aùt moueri ſinèret, cùm tempus ſolutionis inſtaret, ſummè eis iniungens, vt memores ſint illius ſententiæ, ex ipſo naturæ lumine, & dictamine primo rectę rationis, ortę, ſacriſque litteris commendatę. *Quod tibi non vis, &c. & Tit. quod quiſque iuris*, quam ibi comprobat, & exornat multis non contemnendis.

38 Et ex eadem ratione, priuilegio, & cauſa alimentorum, prouenit cura à Iure adhibita, vt ea ſalaria immunia, & ſalua ſint Iudicibus, & Magiſtratibus. Statutũ enim eſt, vt hæc eis prò executione rei Iudicatæ capi non debeant, niſi in ſubſidium, & omnibus alijs bonis, excuſis, & deficientibus *l. Stipendia, C. de Execut. rei Iudicat.* cum qua conuenit *l.* 3. *tit.* 27. *part.* 3. quòd etiàm extenditur ad Dominicas largitiones, & præmia militària *ex l. Commodis, ff. de Re iudicat.* vt probat Fuluius Conſtantius *in l.* 1. *C. de Filijs officia, lib.* 12. *num.* 122. Milanenſis *deciſ.* 8. *num.* 41. *lib.* 1. vbi quòd publica ſtipendia non veniunt in executione ſententiæ, niſi alijs bonis deficientibus. Ioanes Caſtagna *de Benefic. nè egeat quæſt.* 8. *num.* 43. benè more ſuo D. D. Chriſtophorus Creſpi *obſeruat.* 109. vbi *num.* 3. declarat, quòd in ſubſidium capi poſſint ſtipẽdia debita, & decurſa, non verò futura, & promerita, nàm ex eis relinquendum eſt quod ſufficiat ad alimenta, & neceſſarios ſumptus, prò officij exercitio. D. D. Ioanes de la Rea *dict. deciſ.* 85. *num.* 3. *tom.* 1. *deciſ. Granat.*

39 Et ideò prò his ſalarijs, & honorarijs nedùm tacita competit hypotheca, ſed & priuilegium antelationis inter omnes creditores, eà ratione, quià rem ſaluam facere, & conſeruare videntur *ex l. Interdum, l. Huius ſequenti, ff. Qui potiores in pignor. habea.* ibi: *Quià ſaluam fecit totius pignoris cauſam, l. Si ventri, §.* 1. *ff. de Priuileg. creditor. l.* 1. *ff. de Ceſſ. bonor. l. Creditorum, ff. Si certum petat. l.* 1. *ff. In quibus cauſ. pignus vèl hypothec. tac. contrah. l.* 26. *&* 28. *tit.* 13. *part.* 5. iunctis traditis à D. Couarrub. *lib.* 1. *Variar. cap.* 7. *num.* 2. *&* 3. Neguſantio *de Pignor.* 2. *membr.* 5. *part. num.* 15. D. Molina *de Primogenijs, lib.* 1. *cap.* 10.

10. *num.* 9. & in puncto Rebuffus *de Priuilegijs Scholar. priuilegio* 118. *numer.* 2. Vbi ita cuidam Primario, cui ſalaria, & victus debebantur, conſuluiſſe dicit, vt venditioni bonorum ſe opponeret: & licèt alij creditores anteriores tempore eſſent; tamèn illum Primarium præferendum, dictoſque creditores eidem ſoluiſſe firmat, quod benè notandum aduertit, tenet etiam Iaſſon *in l. Diem functo, num.* 21. *ff. de Officio Aſſeſſor.* Alciat. Socin. Barboſ. *in l.* 1. 7. *part. num.* 25. *ff. Solut. Matrimon.* & alij, quos refert, & ſequitur Stephanus Gratianus *Diſceptat. cap.* 257. *num.* 17. *& ſequentib.* communem dicens, & ab ea non eſſe recedendum, Flores de Mena *Variar. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 8. *nu.* 70. Gabriël Velaſco *de Priuileg. Pauper. part.* 1. *quæſt.* 28. *à princip. & num.* 35. Vbi de tacita hypotheca, & priuilegio, Riccius *tom.* 5. *collectan.* 1540. *vbi in fin.* generalitèr docèt, pro ſalario dari prælationē quò ad creditores anteriores, & duabus Rotę deciſionibus confirmat.

40 D. D. Ioannes de la Rea *deciſ.* 85. *num.* 7. *tom.* 1. *deciſ. Granat. & allegat.* 105. *à princip. & num.* 3. *& ſeqq. tom.* 2. *allegat. Fiſcal.* in qua, pro his ſalarijs, & ſportulis, quę Senatoribus, vltrà ſalarium dantur, vulgò *propinas*, fundat prælationem, eorum qui actu ſeruiunt reſpectu eorum, qui emeriti ſunt, & actu non ſeruiunt, de quo agit etiàm D. Solorçano *de Plaças, honor, y Iubil. n.* 438. *& ſeqq.* Ioan. Dominicus Gaito *de Credit. cap.* 4. *quæſito* 11. *num.* 1566. Vbi, quòd hæc prælatio procedit in ſalarijs trigeſimis, & omnibus ſportulis, & gagijs debendis Doctoribus, Scholaribus, Iudicibus, Vicarijs, Litteratis, Aduocatis, aliſque omnibus, quibus debetur aliquid pro mercede ex cauſa ſtudij tacti defendendo, iudicando, aut cauſas quomodolibèt exercendo, & vacando liberalibus Artibus, & diſciplinis, inter quos etiâm numerat Medicos, Aſſeſſores, & Ludimagiſtros, *& num.* 1568. cûm Graziano *ſuprà dict. cap.* 257. *num.* 31. dicit liberationem pecunię his faciendam ſine cautione de reſtituēdo in caſu ſuccumbentię, cùm nullus his perſonis præferatur, & ad idem citat Philippum Paſchalium *de Viribus patr. poteſtat. part.* 4. *cap.* 6. *num.* 67. vbi concluſionem probat, & videndus *ibi* Franciſcus Maria Prato *in Addit. ad dictum numer.* 67. qui ſe remittit *ad cap.* 65. *Practic. obſeruat.* vbi per totum latè agit de materia.

41 Et *dict. cap.* 65. comprobat hanc prælationem à Iure indultam his ſalarijs, & honorarijs, & maximè in Aduocatis, & ſine dubio, in re, quę eorum patrocinio, & opera, à litibus fuit recuperata, *& num.* 26. quòd hoc caſu non tenentur cauere de reſtituendo. Marius Giurba *deciſ.* 108. *num.* 10. vbi benè loquitur de hac prælatione Aduocati, etiàm in re feudali ab eo à litibus, & calumnijs liberata, & ſequitur Cæſar Gallupus

de Concurſu, & prælat. creditor. par. 4. cap. 3. num. 40. & ſeq. Nicolaus Intrigliolus *de Feudis cent. 1. quæſt. 9. num. 288.* Epiſcopus Fermoſino *in Allegat. Fiſcal. allegat. 61. num. 16.* Marius Cuttelus *de Donation. contemplat. matrim. factis dict. diſcurſu 2. tractat. 1. particula 11. nu. 39. tom. 1.* Fontanela *deciſ. 427. num 1. & ſeqq. vſquè ad 6.* Antoninus Amato *tom. 1. reſolut. 3. num. 10.* D. D. Franciſcus Salgado *in Labyrinth. credit. part. 3. cap. 9. num. 18. & 19.* Franciſc. Roccus *in Tract. de Nauibus nota 93. n. 242.* D. D. Chriſtophorus Creſpi *obſeruat. 31. num. 2. & 3. tom. 1.* Et de eis agit *l. 1. §. 1. ff. Si menſor falſ. mod. dixer.* & ibi Gloſſ. verb. *honorarium, & l. Aduocati, C. de Aduocat. diuerſ. Iud.* dicit, quôd non minûs prouident generi humano, quàm ſi patriam armis defenderent, Gloſſ. *in cap. Cùm ex eo 34. de elect. in 6. verbo, indigère,* & elegantêr Quintilianus *lib. 12. Orator. inſtit. cap. 7.* in illis verbis: *Nàm & leges ipſæ nihil valeant, niſi actoris idonea voce munitæ,* & de eorum remuneratione, & ſalarijs latè Ioanes Baptiſta Magonius *de Recta Patrocinandi ration. cap. 8. per totum,* Velaſco *dict. part. 1. quæſt. 28. à num. 7. & num. 35. & ſeqq.* de hypotheca, & priuilegio prælationis. Auguſtinus Barboſa *de Offic. & Potest. Epiſcop. part. 3. allegat. 79. num. 39. in fin.* D. D. Petrus de Salçedo *ad Leges additas nouæ Recopil. in l. 34 tit. 16. lib. 2. num. 65.* Mercurialis Merlinus *de Pignor. lib. 3. tit. 1. quæſt. 21.* vbi loquitur in ſalario Doctoris, Medici, Ludimagiſtri, & ſimilium à Ciuitate conductorum (licèt eum impugnet Marinis *in obſeruat. ad deciſ. 270. Reuerterij nu. 1.*) Rodriguez *de Concurſu art. 3. 1. par. num. 18.* & ibi Bertolus *in Addit. num. 47.* Nonius Acoſta *de Priuilegijs creditor. regul. 2. ampliat. 2. à num. 1. & maximè num. 7.* Vbi, his ſalarijs Doctorum, Iudicum, & aduocatorum hanc hypothecam priuilegiatam competere probat, *& num. 18.* quod in hoc verſatur, tàm fauor Religionis, quàm prima vtilitas. Emanuel Rodericus de Sylua *de Salarijs familiarium, quæſt. 73. nu. 86.* Amato *reſolut. 3. num. 3.* Emanuel Barboſa *in Remmiſſion. ad Leges Portugalliæ, lib. 1. tit. 48. §. 7.* Paulus Zachias *de Salarijs quæſt. 99. nu. 26. & ſeqq.*

42 Fuluius Conſtantius *in l. 1. C. de Filijs officialium lib. 12. à num. 106.* Vbi, in bonis Regij Ærarij, hanc prælationem militibus, & Iudicibus, ſeù Magiſtratibus tribuendam probat, hac eleganti ratione: *Cùm enim tributa, ac vectigalia Principi preſtentur, Primò, vt ſe ſuoſque cum Dignitate, ac ſplendore decenti alat, deindè, vt Populus, ab hoſtibus, armis tueatur, & à domeſticis iniurijs, legibus, ac Iudicijs defendat* (& citatis ad id Doctoribus proſequitur.) *Neceſſariò ſequitur, vt ex tributorum ipſorum, ac vectigalium redditibus Milites, ac Iudices, quorum cauſa conſtituti fuerunt, cæteris omnibus creditoribus præferantur, nèc aliquis conquæri poterit, cùm iſti, ſua opera, Rempublicam totam, atquè ſummam rerum, quaſi totius pignoris cauſam ſal-*

ſaluam faciant: argument. Text. *in l. Interdum, ff. Qui potior in pign.* idē probat D. D. Franciſcus Salgado *in Labyrinth. creditorum, part. 3. cap. 9. nu. 17. & 18.* Maximilianus Fauſtus *in Conſilijs prò Ærario, claſi 16. conſ. 187. in fin.* vbi, hac peculiari ratione, cōfirmati *Siquidèm quòd placidam, & quietam vitam viuimus, quod ſpiramus, quod edimus, quod bibimus, quod tuti habitamus, id verò, poſt Deum, debemus Magiſtratui.* Et notiſsimè ſequitur Excelentiſsimus, D. D. Chriſtophorus Creſpi *obſeru. 31. num. 3. tom. 1. & obſeruat. 34. num. 35. vbi num. 34. antecedenti* citat, & ſequitur Fuluium Conſtantium *vbi ſuprà.*

43 Et, licèt, Flores de Menà *lib. 1. Variar. quæſt. 8. §. 1. num. 70.* de hac communi reſolutione, in puncto Iuris, dubitet, ex eo, quòd nulla lex hanc hypothecam concedat, cùm nulla poſsit Induci, niſi in caſibus à Iure expreſsis, vt probat Gloſſ. *in l. 2. ff. de Priuileg. credit.* verb. *A priuilegio*, & cum alijs D. Petrus Noguerol *allegat. 1. num. 5.* Tamèn concludit, à tali reſolutione, tamquàm veriori, & communitèr aprobata, neque in iudicando, neque conſulendo, eſſe recedendum, & eum in hoc ſequuntur Gratianus *diſc. cap. 257. num. 12. & ſeqq.* & alij plures relati à Roderico de Sylua *de Salarijs familiarium, diſc. quæſt. 73. nu. 88.* Rodriguez *de Concurſu credit. art. 31. part. num. 18.* & Bertolus *in Addit. num. 48.*

44 Verûm ſi verum amamus, licèt, profeſsio, & propēſio ad ſciētiam, & ſtudia, debeat eſſe nobis amica, & nos impellat ad omnia eis fauorabilia amplectenda. Tamèn magis amica veritas, & ideò attentè perpenſis Iuris principijs, & rationibus, non tàm abſolutè videtur ſummendam hanc prælationem, & priuilegium Magiſtratuum, ſtudioſorum, aduocatorum, & ſimilium, ſed ſolùm eorum ſalarijs, & honoratijs eam, in concurſu, concedendam, reſpectu creditorum, hypothecas tacitas, ſeù priuilegiatas â Iure prætendentium, nó verò reſpectu eorum, qui habent hypothecas expreſſas anteriores, quòd ſolida ratione fulcitur, ſi enim iſtis â Iure hoc priuilegium indulgetur, quemadmòdum doti, & Fiſco, vt ſentiunt Bart. *in diſc. l. 1. num. 31.* Angelus *num. 12.* Iaſſon *51.* Ripa *num. 139.* & cum eis Gregor. Lopez *in l. 3. tit. 31. part. 2. gloſſ. fin.* & reliqui Doctores citati, neque Dos, neque Fiſcus vires ſuas extendunt, contrà tales creditores, expreſſam, & anteriorem hypothecam habentes. Quarè meritò hæc reſolutio, negotio maturè diſcuſſo, Canonica fuit per ſententiam prolatam in Chancellaria Granatenſi, prout refert, & comprobat D. D. Ioannes de la Rea *diſc. deciſ. 85. tom. 2. deciſ. Granatenſ.* & cum Amato, Mantica, Carraſco, & alijs ſequitur Nonius Acoſta *de Priuileg. credit. regul. 2. ampliat. 2. num. 4.*

45 Quę determinatio mihi videtur verior, & ſequenda, ſi tamèn addatur, ampliandam, & extendendam eſſe in eo caſu, quo labor

labor impenſus cura, & induſtria aduocati, ſeù cuiuslibet alterius operarij, & artificis, verſatus ſit circà adquiſitionem, ſeù conſeruationem alicuius rei, in ea enim non ſolùm præferetur creditoribus priuilegiatis à Iure, ſed etiàm expreſſam, & anteriorem hypothecam habentibus, ex ratione, *l. Interdùm, & l. Huius, ff. Qui potiores*, vt notant præcitati Doctores, & maximè Gracianus *dict. cap.* 257. *num.* 22. Gaito *dict. cap.* 4. *quæſito* 11. *à num.* 1565. D. Rea *dict. deciſ.* 85. *num.* 2. Acoſta *dict. ampliat.* 2. *num.* 20. *in fin.* & Giurba, Gallupus, Curteli, Fontanela, & Amato *ſuprà num.* 41. â nobis adducti, quibus addendus eſt Antonius Faber *in Cod. lib.* 8. *tit.* 8 *definit.* 7. qui loquens in eo, qui circà rem ex condemnatione quæſitam, fecit litis ſumptus, ait ei prælationem dandam, etiàm reſpectu creditorum anteriores hypothecas habentium, hac ſingulari ratione, *quià hìc plus præſtitit, pignoris enim cauſam non tàm ſaluam fecit, quàm præbuit, argumento leg licèt, C. Qui potiores, iuncta, l. Quamuis* 17. *C. de Pignor. authent. de æqualit dotis, §. His conſequens*, benè Carraſco *ad Leges Regias, cap.* 11. 3. *par. n.* 191. & 192. vbi loquitur de expenſis Relatoris, Tabellionis, & Notarij pro proceſu confecto, quòd ex bonis concurſus antè omnia ſint deducendæ, & *num.* 224. vbi idem tenet in expenſis aduocati, & Procuratoris.

46. Vndè infertur vera ratio, & reſolutio quæſtionis, àn ſcilicèt, famulus, & laborator prò mercede ſeruitij, & laboris ſui, habeat in bonis Domini, cui ſeruit, hanc tacitam hypothecam cum prælatione. Nàm ſuppoſitis his, quæ circâ eam dixerunt Tyberius Decianus *reſponſo* 108. *num.* 23. & Sebaſtianus Monticulus *in §. Ità ſeruiana num.* 38. *inſtit. de actionib.* (quos referens Felicianus *de Cenſibus tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 12. & *ſequentib.* defendit, præferendum eſſe omnibus creditoribus etiàm anterioribus, & ſub hypotheca. Et eum in hoc ſequuntur Carleual *de Iudicijs, tom.* 2. *diſputat.* 29. *num.* 13. Pater Emanuel Rodriguez *in Summa tom.* 2. *verbo, Salarios num.* 3. *cap.* 124. D.D. Franciſcus Salgado *in Labyrinth. credit. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 15. D.D. Ioanes de Larrea *dict. deciſ.* 85. *nu.* 4. Bayo *in Praxi lib.* 2. *quæſt.* 141. *num.* 11. & *ſeqq.* vbi cum Curia Philippica *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 61. tenet præferri etiàm *à las libranças, y mercedes del Rey, y à otras qualeſquier deudas*, & alij relati à Sylua *de Salarijs famil. quæſt.* 52. *nu.* 2.) Tenendum eſt talem hypothecam cum prælatione eis regularitèr nõ dari, nec in omnibus bonis, ſed ſolùm his famulis, laboratoribus, ſeù ſeruitoribus, quorum opera, labore, & induſtria Dominorum patrimonia augentur, & conſeruantur, velùti his, qui alicui negotiationi, tabernæ, ſeù apothecæ præpoſiti ſunt aùt alio ſimili modo patrimoniũ, ſeù rem curant, & lucrifaciunt, quibus ex æquitate competit quod dam prælationis priuilegiũ, quod omnes ſuperat hypothecas, vt cum Iudi-

Iudicio reſoluunt Rodriguez *de Concurſu credit. part.* 1. *artic.* 3. *num.* 23. & ibi Antonius Maria Bertolus *in Addition. num.* 60. vbi citat Carraſco *ad Leges Regias dict. cap.* 11. *num.* 191. & *num.* 61. extendit ad Sutores, Pictores, & ſimiles artifices, quibus etiàm retentionem concedit, vſquè ad ſolutionem mercedis; & *num.* 65. & 66. requirit, quòd ſint in ſeruitio Domini tempore mortis, vèl quò ad inopiam vergit; & *num.* 69. dubitat, ân hoc priuilegium detur his, qui dicuntur factores, & his, qui ex ſeruitijs, & mercede lucrum, & vſuras percipiunt? & alios referens Nonius Acoſta *de Priuilegijs credit. regula* 2. *ampliat.* 2. *num.* 9. Sylua *de Salarijs familiar. dict. quæſt.* 52. *à num.* 5. vbi hanc ſententiam duobus argumentis confirmat. D. D. Chriſtophorus Creſpi *obſeruat.* 31. *à num* 4. *tom.* 1. vbi benè more ſuo declarat.

47 Secunda vtilitas publica, cedens in bonis publicis in communi, à Bartolo conſiderata, eſt, quę reſpicit fiſcum, & eius Cameram Fiſcalem, & cùm ſit noſter præcipuus aſſumptus, de quo ſpecialiter, & ex profeſſò agimus *infrà hoc Titulo, quæſt.* 13. & *ſeqq.* prętèr ea, quę, intèr expoſitionem aliarum, eam attingentia incidunt, hîc priùs breuitèr reliquas ſpecies ſuprà propoſitas expediemus.

QVÆSTIO III.

In qua agitur de Tertia ſpecie vtilitatis publicę, quæ conſiſtit in dotatione fœminarum, & de priuilegijs eis, prò dotibus, in concurſu creditorum competentibus.

Summarium Quæſtionis Tertiæ.

Num. 1. *Dotium cauſa ſemper, & vbiquè præcipua eſt, quià publicè interſt, mulieres dotes ſuas ſaluas habere, propter quas nubere poſſint, & liberis Rempublicam implere.*

2 *Dotium priuilegia, à Iure paulatim aucta fuerunt, & tandem Mulieri, licèt tempore poſteriori, conceſſa ſint Prælatio, reſpectu creditorum anteriorum, ſiuè hypothecam, ſiuè priuilegium habentium, dummodò agatur actione de dote, non verò, ſi dos petatur vigore legati, aut alio titulo.*

3 *Priuilegium tacitæ hypothecæ, conceſſum vxori in bonis mariti, prò reſtitutione dotis, aprobatum eſt per leges Regni, & referuntur Authores, qui illud probant, & latè exornant.*

Dos,

4 *Dos, hodiè, de Iure Regio, præfertur tacitis hypothecis anterioribus, ſicùt etiàm fiſcus.*

5 *Non tamèn expreſsis anterioribus.*

6 *Quod procedit, etiàm ſi hypotheca dotis poſterior ſit expreſſa.*

7 *Hypotheca tacita dotis præfertur alijs hypothecis tacitis anterioribus, æquale Ius habentibus, non verò ſi ſint aliquo priuilegio munitæ.*

8 *Reſolutio, dubij interuenientis quandò concurrit dos cum creditore, qui mutuauit ad rem emendam, conſeruandam, vèl conſtruendam, proponitur.*

9 *Mutuanti ad refectionem domus, vel nauis tacita hypotheca conceditur, quod, licèt de Iure communi eſſet controuerſum, attenta* l.26. tit.13. partit. 5. *apertum eſt. Et num.*10. *quòd hæc hypotheca datur in ipſa re refecta, & non in alijs bonis debitoris, & quòd ideò debet probari rem extare, & prouidetur creditori de bona cautela.*

11 *Mutuans ad emptionem rei, ſolùm adquirit actionem perſonalem cum priuilegio prælationis, reſpectu creditorum ſolam perſonalem habentium, & non adquirit hypothecam, niſi expreſsè caueatur.*

12 Authenthicum de æqualitate dotis, §. His conſequens *declaratur*, & dicta l.26.tit.13.part.5. *& oſtenditur non loqui de mutuo dato ad emptionem rei, ſed ad refectionem, vel conſtructionem, & refertur* l.30.tit.13. partit.5. *quæ expreſsè idem decidit.*

13 *Dos in concurſu creditorum, qui mutuauerunt ad refectionem, conſtructionem, ſeù emptionem rei, ſinè pacto, aùt conuentione, potiorem cauſam habet, & præfertur.*

14 *Sèd ſi concurrat ex ſua hypotheca tacita, ſiuè expreſſa, cum eorum hypothecis expreſsis, tùnc tempore prior præfertur, & num.*15.

16 *Prò hac concluſione adducuntur alij Doctores, & præcipuè Gaito qui notat aliquos Authores noſtri Regni, circà hoc, errore lapſos.*

17 *Vendens rem habita fide de pretio, adiecta hypotheca prò ſolutione pretij, præfertur creditoribus expreſſam hypothecam anteriorem habentibus, & etiam doti, in ea.*

18 *Et maximè ſi in ſe retineret dominium quòuſque pretium ſolueretur, vel cum hypotheca apponeret pactum de non alienando, vel quòd res precario, ſeù ex conducto, apud emptorem eſſet, quæ ſunt cautelæ à Doctoribus obſeruatæ, vt venditor, ſibi proſpiciat, & num.*19. *comprobantur, & redditur ratio.*

20 *Vendens rem cum prædictis cautelis, quibus reſeruatur dominium, adeò manet Dominus, vt ad eum ſpectet commodum, vel incommodum rei venditæ.*

21 *Dominus rei præfertur in ea omnibus creditoribus, quamtùmuis priuilegiatis, & rei vindicatio eſt ſuprà omnes actiones perſonales, & hypothecarias.*

22 *Adducitur prò eàdem concluſione* Carleual, *qui impugnat* Rouitum decil.7. num.13. *contrarium ſentientem, & ex ea infert reſolutionem ſingularis quæſtionis, ſuper*

qua

qua fuit conſultus; & item alij Doctores.

23 *Vendens rem, ſeù merces, etiàm habita fide de pretio, mercatori, qui antè traditionem animo fugam meditatus, ſtatim traditione facta ſolum vertit, in concurſu, eſt præferendus omnibus creditoribus ementis, ſupèr illa re, vel mercibus, ob prædictum dolum.*

24 *Mutuans pecuniam ad refectionem, ſeù conſeruationem rei, & itèm ad emptionem, àn potiatur priuilegio, & prælatione in ſuis caſibus, ſi ſub vſuris eam mutuauerit? Et referuntur Authores, qui hoc caſu prælationem denegant.*

25 *Sed contrarium defenditur, & comprobatur num.26. & num.27. ſcilicèt, talem creditorem priuilegium non amitere, & pro ſorte principali eſſe præferendum, licet non pro vſuris.*

28 *Quod intelligendum eſt de illicita vſurarum ſtipulatione, non verò de licita, & à lure aprobata, & idèo ſi mutuans ad prædictas res, fecit ſibi imponi ſuper ea cenſum redimibilem, tùnc pro ſorte, & vſuris habebit priuilegium, & prælationem.*

29 *Mulier, quæ ſolùm præfertur hypothecis tacitis anterioribus, non verò expreſsis, àn ſuper bonis quæſitis per debitorem, poſt contractam ſuam hypothecam dotis præferatur etiam expreſsis, ſicut præfertur Fiſcus. Et num.30. reſoluitur non præferri.*

31 *Sententia iſta confirmatur ex celebri* deciſ.1. *Antonij lizareli, vbi ſumma cura, & ſtudio diſcutitur, tàm per dict. Authorem, quàm per eius Additionatores, & alios.*

1 TErtiam vtilitatem priuatam principalitèr, publicam tamèn ſecundariò exemplificat Bartolus *in dict. l.1. ff. Solut. Matrim. num.25.* in dotatione fœminarum, ex eadem lege vbi Papiniano ęquum viſum fuit, dotium cauſam ſemper, & vbiquè præcipuam eſſe, cum publicè interſit mulieres dotes ſuas ſaluas habere, propter quas nubere poſſint, & liberis Rempublicam implere, *l.2. ff. de Iure dotium, l. interſt 18. ff. de Rebus Author. Iud. poſsid* de quo latè Petrus Barboſa *in dict. l.1. ſolut. Matrim. 1. part. à num.86.* Bonus de Curtili *de Nobilitate 2. part. num.44.* Villadiego *in Rubr. tit.1. lib.3. fori juzgo num.17.* Cabreros *de Metu, lib.2. cap.19. num.51.* D. Franciſcus de Amaya *lib.2. obſeruat. Iur. cap.4. num.4. & 5.* Ioſeph Gonçalez Flores *Variar. quæſt. cap.3. & 4.* Narbona *de Ætate requiſita ad omn. act. human. anno 50. quæſt.7. numer.3.* Honoratus Leotardus *de Vſuris, quæſt.30. num.44.* Eruditiſsimus D. D. Ioſeph de Retes *lib.7. Opuſculorũ ad l. fin. tit.1. lib.5. Recopil. à num.2. vſquè ad 6.* Vndè ſuccedunt dotiũ Priuilegia, quę quià ſatis vulgaria, & ab omnibus Doctoribus paſsim

decan-

decantata, breuitèr ad noſtrum inſtitutum percurremus.

2 Et primò notandum eſt, variè circà ea, Iura ſe habuiſſe, & paulatîm auxiſſe, nàm Iuriſconſultorum tempore, Mulier, prò dote repetenda, perſonalibus tantùm mariti creditoribus præferebatur, *l.1. §. Si ſponſa, ff. de Priuileg. credit. l. Si ſponſa 77. ff. de Iur. dotium.* Poſteà conceſſa fuit tacita hypotheca, ob quam alijs mariti creditoribus, etiàm hypothecam habentibus, poſterioribus tamèn, præponebatur *l. 1. §. Sed vt plenius, C. de Rei vxoriæ actione, §. Fuerat inſtituta de actionibus*, Mòx id extenſum fuit, etiàm aduerſus anteriores creditores, ſed ſolum in ipſis rebus dotalibus, *l. in rebus 30. C. de Iure dotium.* Et cum adhûc non eſſet Muliebri Sexui ſuccurſum aduerſus anterio res creditores mariti, ſi dotales res non extarent; Ideò Iuſtinianus ſatis fauorabilitèr *in l. Aſſiduis, C. Qui potiores in pign. habeant.* conſtituit, vt Mulier, quamuis tempore poſterior, præferatur quibuſcumque creditoribus anterioribus, ſiuè hypothecam, ſiuè priuilegium habentibus. In cuius pleniſsimi, & exorbitantis priuilegij cõceſsione violata fuerunt Iura *in l. 1. l. Qui balneũ, ff. Qui potiores in pign. hab. & in l. Eos, C. Eodem.* Quę omnia procedunt, & intelligi debent dummodò expreſsè agatur actione de dote, cui hæc hypotheca cum priuilegio antelationis conceſſa eſt, non verô, ſi ipſamet dos peteretur vigore legati, aùt alio titulo, vt rectè animaduertit, & probat Gaito *de Credito cap. 4. dicto quæſito 11. num. 1664.*

3 Quod priuilegium aprobatum, & roboratum fuit per leges Regni *in l.* Enim 23. *tit.* 13. *partit.* 5. conceditur hypotheca tacita vxori, in bonis mariti pro reſtitutione dotis, & ſimilitèr marito in bonis Patris, ſeû extranei, qui dotem prò ea promiſsit, cui conſonat, *l. 17. in fin. tit. 11. partit. 4.* in qua hoc priuilegium extenditur etiàm ad bona paraphernalia, *& in l. 33. tit. 13. part. 5.* eadem hypotheca pro dote indulgetur, quam latè probant, & exornant Gregor. Lop. *in illis legibus.* D. Couarrub. *lib. 1. Variar. cap. 7. num. 1.* verſ. *Secunda concluſio*, vbi Faria plures refert. Gutierr. *de Iuram. confirm. 1. part. cap. 46. & lib. 3. pract. quæſt. 99.* Caſtillo *lib. 3. controuerſ. cap. 4. num. 1. & 2.* latè Petrus Barboſa *in l. 1. Solut. Matrim. 3. part. num. 31. & ſeqq.* Azeuedo *in l. 2. tit. 3. lib. 5. nouæ Recopil. num. 65.* Gaito *de Credito, cap. 4. quæſito 11. à num. 1588.* Rodrig. *de Concurſ. & priuilegijs credit. art. 1. à num. 4.* & ibi Antonius Maria Bertolus *in Additionibus.* Acoſta *de Priuilegijs credit. reg. 2. ampliat. 6. per totam.* Pichard. *in §. Quædam actiones 20. inſtit. de action. artic. 5. in explicatione legis Priuilegia 16. de priuilegijs credit. num. 15. & ſeqq. & in §. Fuerat antea 29. eod. tit. per totum*, vbi latè, Alexander Trentacinq. *lib. 3. var. tit. de Pignorib. reſolut. 9.* Mercurialis Merlinus *de Pignor. & hypothec. lib. 3. tit. 2. quæſt. 43. & ſeqq.*

Anto-

Antonius Gomez *in leg. 50. Tauri, num. 39.* Cardinalis Mantica *de Tacitis, & ambiguis conuent. lib. 11. tit. 19.* Fontanela *de Pactis nuptial. claus. 7. gloss. 7. part. 1. à numer. 3.* Miſingerius *in centur. 3. obſeruat. 3.* vbi refert 21. priuilegia dotis; Riccius *Collect. 146.* vbi alia enumerat, Boerius *deciſ. 328.* vbi benè probat, quòd licèt maritus habeat actionem hypothecariam in bonis conſtituentis, & promitentis dotem, ſicût ipſa mulier, non habet priuilegium prælationis, quôad cęteros creditores, vt ibi patet *numer. 2. & 3.* de quo agit etiàm Polidorus Ripa *obſeruat. 264.*

4 Dos hodiè (quidquid fuerit diſceptatum de Iure Communi) præfertur tacitis hypothecis anterioribus, ex aperta *deciſ. dictæ leg. 33. tit. 13. partit. 5.* quę idem diſponit in Fiſco, & notat Gregorius *Gloſſ. 3. verb. Obligado por palabras* menti tenendum, quià communis erat in contrarium, ſicût etiàm obſeruant Gutierrez *dict. quæſt. 99. num. 17.* Barboſa *dict. l. 1. Solut. Matrimon. 6. part. num. 9.* Matienço *in l. 7. tit. 16. lib. 5. gloſs. 15. num. 5.* Caſtillo *dict. cap. 4. num. 14.* & attentis verbis *legis, aſsiduis*, nititur probare Andræas Faquineus *lib. 3. Controuerſ. cap. 99.* Ioannes Michaël Beuther *de Iure Prælat. part. 1. cap. 35. & cap. 75.* Ioannes Koppen *deciſ. 28. num. 29.* Ioachim à Beuſt. *in Tractatu de Dotibus part. 3. cap. fin.* Rodriguez *de Concurſu, & priuilegijs creditorum artic. 1. num. 5.* & ibi Bertolus *numer. 18.* Gaito *de Credito cap. 4. quæſito 11. num. 1588.* Rodriguez *de Reddit. lib. 2. quæſt. 20. numer. 7.* Excellentiſsimus D.D. Chriſtophorus Creſpi *obſeruat. 36. num. 19.* vbi quòd hoc etiàm deciſum eſt in Regno Aragoniæ *per Forum 14. de pignoribus.*

5 Sèd quæſtio eſt ſatîs controuerſa, àn ſicût prę fertur tacitis hypothecis anterioribus, ità etiàm præferatur hypothecis expreſsis? in qua verior reſolutio eſt, non præferri, & leges Regni tale priuilegium, & prælationem hypothecę dotali conceſiſſe, ſolùm contrà tacitas hypothecas anteriores, non verò contra expreſſas, vt probat *eadem lex 33.* ibi: *Fueras ende en vn caſo, ſi el debdo primero es ſobre peño, que ouieſſe empeñado à alguno ſeñaladamente, ò ſi ouieſſe obligado por palabras todos ſus bienes, cà entonçe tal debdo como eſte, que fueſſe primero, ante debe ſer pagado, que el otro de la Camara del Rey, nin el dote de la muger*, & obſeruat ibi Gregorius *Gloſſa 4.* dicens, quòd in ea aprobatur opinio Vulgâri, de qua pèr Gloſſam *in lege aſsiduis, C. Qui potiores, verb. Licèt anteriores ſint, verſ. Tu dic. tertio*, & quòd iſta fuit ſemper communis opinio. Et ſequuntur Couarrubias *lib. 1. Variar. cap. 7. verſic. Tertia concluſio*, vbi Faria *in Addition. num. 38.* Antonius Gomez *in l. 53. Tauri, n. 39. verſ. Sèd his non obſtãtibus*, vbi quòd

hæc opinio aprobata eſt *in dict. l.* 33. Zeuallos *Communium contra communes, quæſt.* 371. vbi quòd pro hac opinione facit *dict. leg.* 33. & quòd tenenda eſt, & obſeruatur in practica, Gutierrez *libr.* 3. *Practic. cap.* 4. *num.* 15. vbi quòd hodiè attenta *dict. leg.* 33. nullum in hoc poteſt eſſe dubium. Barboſa *in dict. leg.* 1. *6. part. ff. Solut. Matrimon. num.* 4. vbi quàm plures prò ea adducit; Antonius Pichardo *in dict. §. Quædam actiones, num.* 74. *&* 75. Vldaricus Zaſius *in §. Fuerat inſtitut. de action.* vbi Iaſſon *num.* 72. Scheneid. *num.* 57. *& ſequentibus,* Antonius Iyzarelus *deciſ.* 1. *num.* 1. *&* 2. *& ibi* Ioſeph Melle *in Addition.* eam ſummè extollit; & hanc ſententiam tamquàm veriorem comprobat Gaito *de Credito dict. cap.* 4. *quæſito* 11. *num.* 1624. *& ſequentibus, vbi num.* 1644. ità concludit: *Ex quibus videtur verior opinio, quam in principio præcedentis extenſionis probauimus, vt mulier creditoribus anterioribus tacitam tantùm hypothecam habentibus præferatur, &c.* Merlinus *dict. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 66. *num.* 6. vbi alios plures Doctores refert, Ioanes Franciſcus de Ponte *conſil.* 80. *num.* 1. *tom.* 2. Riccius *Collectanea* 146. *circà medium*, vbi quòd in praxi hæc opinio recepta eſt; Cæſar Barcius *deciſ.* 108. *num.* 22. Rodriguez *de Concurſu, & priuilegijs credit. art.* 1. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi latè quæſtionem diſcutit, *&* *num.* 15. in hac reſidet; Cancerius *lib.* 1. *var. cap.* 9. *num.* 1. *verſic. & licèt.* Patet Molina *de Iuſt. & Iur. tract.* 2. *diſputat.* 438. *verſic. dubitant Doctores,* Paz *in Prax. tom.* 3. *cap.* 6. *§.* 12. *num.* 10. Caſtillo *lib* 3. *Controu. cap.* 4. *num.* 15. Pereyra *deciſ.* 39. *num.* 4. *& ſequentibus.* D. Franciſcus Merlinus *lib.* 1. *Controu. forenſ. cap.* 26. *num.* 7. *& num.* 14. vbi quòd nefàs eſt abhac communi opinione recedere. Æneus Robertus *lib.* 4. *Rerum Iudicatarum, cap.* 19. *verſic. Prò creditoribus*; nouiſsimè Antonius Maria Bertolus *in Additionibus ad Rodriguez de Concurſu in dict. art.* 1. *primæ partis à num.* 19. *cum multis ſequentibus,* vbi, ex profeſſò quęſtione exagitata, licèt in puncto Iuris cum Mathia Berlich. *in Practic. concluſ. part.* 1. *concluſ.* 65. *de prælatione dotis à num.* 8. & alijs in contrariam ſententiam inclinet; tamèn de Iure noſtro Regio, attenta *dict. l.* 33. *par.* han defendit *num.* 20. *&* *num.* 28. *&* 37.

6 Et idem procedit etiàm, ſi hypotheca dotis poſterior ſit expreſſa, pèr quam non extinguitur tacita legalis, vt comprobat Merlinus *de Pignoribus, lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 59. *num.* 17. *& ſeqq.* & cum alijs Faria *in Addition. ad Couarr. dict. cap.* 7. *num.* 30. Boerius *deciſ.* 331. ità tenent Gutierrez, qui primus hoc dubium excitauit, *dict. lib.* 3. *quæſt.* 99. *num.* 8. vbi relatis ſententijs Angeli *in Authent. de Æqualitate dotis, §. His conſequens*, qui tenuit in fauorem hypothecę dotalis expreſſę, licèt poſterioris, contra expreſſam ante-

anteriorem, & ſimilitèr Salyceti *in l. Aſsiduis, C. Qui potiores* contrarium ſentientis, ipſe, in iudicando, & conſulendo, dicit tenendum, quòd hypotheca etiàm expreſſa prò dote, non præfertur expreſsis anterioribus, ſicût nèc tacita anteriori expreſſę, quam reſolutionem ſequuntur Soccinus Senior *in dict. l. 1. Solut. Matrimon. num.* 109. Salycetus *in dict. lege Aſsiduis num.* 3. *verſic. Tertij.* Ripa *in dict. l. 1. numer.* 1. Ruinus *conſ.* 57. *num.* 8. *lib.* 5. Gozadinus *conſ.* 28. *num.* 30. & 34. Couarrub. *lib.* 1. *Variar. cap.* 7. *verſic. tertia concluſio,* vbi Faria *in Addition. num.* 44. plures ad id adducit; Mantica *de Tacitis, & ambiguis, lib.* 11. *titul.* 26. *num.* 24. Antonio Gomez *in l.* 50. *Tauri num.* 40. verſ. *Sèd his non obſtantibus,* Gaito *de Credito dict. cap.* 4. *quæſito* 11. *num.* 1620. & 1621. Merlinus *dict. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 67. Fontanela *dict. gloſſ.* 2. *part.* 1. *num.* 12. Scheneideu *ad §. Fuerat inſtit. de actionibus num.* 59. & Vueſembeq. *ad eum litter. E.* Antonius Faber *lib.* 8. *coniect. Iuris cap.* 11. Antonius Maria Bertolus *in dict. Addition. ad Rodrig. art.* 1. *num.* 65. & 66.

7 Et quod diximus, hypothecam tacitam dotis prę ferri alijs hypothecis tacitis anterioribus, intelligendum eſt ſolùm reſpectu prioritatis intèr ęquale Ius habentes, ſcilicèt, dummòdo prior hypotheca tacita non ſit priuilegiata, nàm ſi habeat ptiuilegium, velûti hypotheca tacita Fiſci, cui prælationis priuilegium indultum eſt, hæc, ſi ſit anterior, erit potior, & præferetur, vt probatur *in l.* 2. *C. de Priuilegio Fiſci, adiuncta l.* 2. *C. In quibus cauſis pign. vèl hypoth. tac. contrah.* Socinus *in l.* 1. *num.* 7. *ff. Solut. Matrimon.* Barboſa *in eadem l.* 1. *part. num.* 12. & *num.* 23. Caſtillo *lib.* 3. *controuerſ. dict. cap.* 4. *num.* 12. & *num.* 13. vbi hoc comprobat de Iure Regio *ex dict. l.* 33. *tit.* 13. *part.* 5. obſeruans illam legem hoc Ius, & ſpeciale priuilegium Fiſco tribuere, quod de Iure Communi non habebat, vt conſtat ex Textu *in l. Vnica, C. Rem alienam gerentibus, iunta l. Prò officio, C. de Adminiſtratione tutorum,* & tenuit Gloſſ. *in dict. l. Aſsiduis,* & Doctores *ibi* adducti pèr eum *num.* 14. Rodriguez *de Concurſu art.* 2. *primæ partis, num.* 1. & ibi Bertolus *in Addition. num.* 7. & 8. & generalitèr quòd dos non præferatur creditoribus anterioribus, qui in tacita ſunt priuilegiati probant Barboſa *in dict. l.* 1. *Solut. Matrimon. part.* 6. *num.* 1. & 2. vbi quòd hæc eſt verior opinio, & ab omnibus recepta; Gracianus *tom.* 5. *diſceptat. forenſ. cap.* 935. *num.* 39. Mercurialis Merlinus *de Pignoribus lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 62. *numer.* 4. Fontanela *de Pactis nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 1. *num.* 30. Faria *in Addition. ad Couarrub. dict. cap.* 7. *num.* 31. vbi alios citat: Auguſtinus Barboſa *in Collectan. ad l. Vnicam, §. Sèd vt plenius, C. de Rei vxor. act. num.* 11.

8 Ex quo principio, neceſſariò procedit vera, & genuina reſolutio difficultatum, quibus Doctores inuoluuntur, circâ concurſum priuilegij dotis cum priuilegijs eorum, qui mutuarunt pecuniam ad rem adquirendam, conſeruandam, vèl conſtruendam; In quo breuitèr hæc materia, quæ tàm lata, & diffuſa eſt, reducenda videtur ad ſequentes concluſiones.

9 Prima eſt, quòd mutuanti ad refectionem domus, vèl nauis tacita hypotheca à lege conceditur, *l. Interdùm cum ſequenti, ff. Qui potiores in pignor. habea. l. 26. tit. 13. partit. 5.* vbi Gregorius *gloſ. 9. Para facer*, ait menti tenendam, nàm pêr eam tolluntur opinones contrarię, quę erant de Iure Communi, & itêm *l. 28. eodem Tit. & partit.* D. Couarrub. *lib. 1. Variar. cap. 7. num. 3.* Zeuallos *Commun. contra commun. quæſt. 744. numer. 10.* D. Molina *de Hiſpan. Primogen. lib. 1. cap. 10. num. 19.* vbi ità ait: *Quod comprobatur ex eo quòd quàmuis plures exiſtiment, quòd, Iure Communi conſiderato, mutuans in refectionem domus, ſeù nauis, ſeù alterius rei, non adquirat hypothecam ſupèr ipſa re, in cuius refectione pecunia conſumpta eſt, licèt adquirat actionem perſonalem priuilegiatam, vt dixit Gloſſa in l. Interdùm, verb. credidero, ff. Qui potiores in pignor. habeant. quam ſequitur Bartolus, & Salycetus ibidèm, & Angelus in l. Quod quis, ff. de Priuileg. creditor. Antonius Neguſantius de Pignor. in 2. membro, 5 part. princip. num. 4.* (de quo etiàm videndus Helfric. Vlric. *lib. 3. Variar. reſolut. tractatu 3. part. 5. quæſt. 6.*) *quàmuis contrarium exiſtimet Ripa in l. Si ventri, §. 1. ff. de Priuilegijs creditor. numer. 2. Hodiè tamèn Iure Regio contrarium expreſsè deciſum eſt in leg. 26. titul. 13. part. 5. vbi diſponitur, mutuantem in refectionem domus, vèl nauis adquirere in eis Ius hypothecæ.* Petrus Barboſa *in l. Si cùm dotem, §. fin. ff. Solut. Matrimon. numer. 35.* verſ. *Illud certum eſt, & 6. part. leg. 1. eiuſdem Tituli, numer. 12.* Flores de Mena *lib. 1. Variar. quæſt. 6. art. 3. num. 12.* & cum alijs Caſtillo *lib. 3. controu. cap. 8. num. 3.* vbi quòd hodiê, de Iure Regio, præfatum dubium ſublatum eſt *ex dict. l. 26.*

10 Mercurialis Merlinus *de Pignor. & hypothec. lib. 3. tit. 1. quæſt. 5. pèr totam*, vbi latè materiam declarat, & hanc hypothecam dari ſupèr ipſa re; *& num. 67.* probat tale priuilegium non competere in alijs bonis debitoris, & quòd ideò, debet probari res, quæ eſt refecta, vêl conſeruata. Surdus *deciſ. 311. num. 7.* Amato *lib. 1. reſolut. 3. num. 70.* Capicius Galeota *lib. 1. Controuerſ. controu. 21. num. 1. & 2.* Amaya *in l. 2. C. de Annonis & tribut. lib. 10. num. 66.* benè Cæſar Gallupus *de Concurſu, & prælat. credit. part. 4. cap. 3. num. 36.* vbi, quòd ad prælationem erit optima cautela, vt tempore initi contractus mutui, fiat pactum de ſpe-

ciali

ciali hypotheca, & recenſet alia requiſita, quę debent concurrere, & inter ea, vnum ſingulare prò noſtra materia, his verbis: *Item requiritur, quòd tempore concurſus refacta ſint in eſſe, aliàs ſi reperirentur deſtructæ, dictum priuilegium prælationis deſtruitur, & ſic non haberet locum reſpectu aliorum bonorum debitoris decocti, l. Sicùt in principio, ff. Quibus modis pign. vèl hypothec. ſolu.*

11 Secunda concluſio, primę ſimilis, eſt, quòd de Iure communi, mutuanti ad emptionem rei, ſolùm competit actio perſonalis, & cum ea priuilegium prælationis, quo mediàte præfertur alijs creditoribus ſolam perſonalem habentibus, non verò tacita hypotheca, niſi dictum fuiſſet, quòd ea res expreſsè eſſet prò mutuatę pecunię ſolutione obligata, vel hypothecę ſubiecta, vt probant apertè Text. *in l. Licèt 7. C. Qui potiores in pignor. hab. & in l. Quamuis 17. C. de Pignor.* & Gloſſ. *in dict. l. Licèt, C. Qui potiores, verb. conuenit,* & ibi Cynus, Bart. & Salycetus *num. 3. & gloſſ. in l. Quod quis, ff. de Priuileg. credit. & in dict. l. Interdùm, ff. Qui potiores, verb. credidero,* Couarrub. *dict. cap. 7. num. 3.* Gutierrez *lib. 3. Practic. quæſt. 98. num. 3.* & alij plures relati à Zeuallos *dict. quæſt. 744. num. 1.* & Caſtillo *dict. lib. 3. controu. cap. 8. num. 21. & 22.* Merlinus *de Pignor. lib. 3. tit. 1. quæſt. 23. num. 2.* Carleual *de Iudicijs tom. 2. diſput. 28. pèr totam,* vbi elegantèr de materia *dict. leg. Licet,* & eius ratione decidendi, & requiſitis neceſſarijs, vt habeat locum. Amato *dict. reſolut. 3. num. 32. & ſequent.* vbi probat hanc eſſe receptam ſententiam contrà Gloſſ. *in Authent. quo Iure, C. Qui potiores in pignor. habea.* quæ tenuit rem emptam ex pecunia mutuata ad illam emendam, eſſe tacitè hypothecatam mutuanti; Sicùt etiàm ſentit Couarrub. *dict. cap. 7. num. 3.* verſ. *Sèd contrarium.* Seſe *deciſ. 42. numer. 6. & 7. tom. 1.* Cæſar Gallupus *de Concurſu, & prælat. credit. dict. part. 4. cap. 3. num. 35.* Ioannes Baptiſta Staibanus *in Tract. de Intereſſe, lib. 2. tit. 11. quæſt. vnica, num. 144. & ſeqq.*

12 Et quamuîs Zeuallos *dict. quæſtione 744. num. 4.* contrarium prò viribus defendat, probans ex *dict. Authent. de Æqualitate dotis, §. His conſequens,* ſufficere, quòd pecunia detur ad emptionem alicuius rei, vt ipſa res empta ex tali pecunia remaneat hypothecata, licèt nihîl actum ſit de ſpeciali rei hypotheca, addens, hodiè de Iure Regio apertè deciſum eſſe *in l. 26. tit. 13. partit. 5.* & ibi notare Gregorium *gloſſ. 9.* pêr illam legem tolli opiniones contrarias de Iure Communi, quem ad hoc refert etiàm Faria *in Addition. ad Couarr. dict. cap. 7. numer. 50.* Tamèn Caſtillo *dict. cap. 8. numer. 24.* oſtendit hanc concluſionem non probari *in dict. §. His conſequens,* & ait, apûd nos non poſſe de hoc dubitari cûm habeamus *Legem Regiam 30. tit. 13. partit. 5.* quæ expreſsè dubium præfatum decidit,

& confirmat deciſionem *dict. legis licèt*, ſuprà relatam; *& num.* 7. rectè animaduertit *legem* 26. *tit.* 13. *par.* 5. quàm Zeuallos prò ſua ſententia adducit, non loqui in hoc caſu mutui dati ad emptionem rei, ſèd ſolùm in caſu pecunię mutuatę ad conſtructionem, vèl refectionem domus, nauis, ſeù alterius rei; & ideò ad eum non eſſe trahendam. Et quòd §. *His conſequens*, ex quo mouentur contrarium ſentientes, non probet eandem hypothecam tacitam dari ei, qui mutuauit ad emendum ſinè vllo pacto, quę cõpetit à Iure ei, qui mutuauit ad refectionem, conſtructionem, ſeù conſeruationem domus, nauis, ſeù alterius rei, animaduertunt etiàm Morla *in Emporio Iuris part.* 1. *tit.* 9. *num.* 191. Amator Rodriguez *de Concurſ. art.* 1. 1. *part. num.* 10. verſ. *Tertiò prò eorum opinione*, & ibi Bartolus *in Addition. num.* 31. qui ità ait: *Caueas ab hac interpretatione*, §. *His conſequens: quandoquidèm non conuincitur hæc prælatio dotis mutuanti ad emendum, vèl reficiendum, &c. ſèd ſolùm deciditur has cauſas concurrere, &c.* Couarrub. *dict. cap.* 7. in illis verbis: *Quià ex Nouella Iuſtiniani, non ſatìs liquet tacitam etiàm hypothecam à lege concedi mutuanti ad emptionem prædij alicuius; Nequè enim ibidèm hoc apertè probatur, ſed potiùs eſſe quaſdam hypothecas, quæ expreſsè, vèl tacitè poſſunt dari, quibus à Iure conceſſum eſt priuilegium prælationis, & deindè, dùm dicit parem eſſe hypothecam competentem mutuanti ad emptionem illi, quæ competit mutuanti ad refectionem, ſic eſt accipiendum, vt hypotheca expreſſa competens mutuanti ad emptionem habeat idem ius prælationis, quod habet tacita, à lege conceſſa mutuanti ad refectionem.*

13 His ſuppoſitis. Tertia cõcluſio eſt, quòd ſi dos in concurſu creditorum ſe opponat creditoribus prædictis, vèl econtrà, & omnes nitantur hypotheca, ſeũ priuilegio, à Iure eis competenti ex prædictis cauſis, ſinè pacto, aùt conuentione ſpeciali; tùnc dos potiorem cauſam habebit, & præferetur, & in his terminis loquitur, & eſt intelligendus Text. *in dict.* §. *His conſequens in dict. Authentic. de Æqualit. dotis*, vndè deſumpta eſt *Authentic. Quo Iure, C. Qui potiores in pign. habeant.* vt magiſtraliter docet Couarrub. *dict. cap.* 7. *num.* 2. verſ. *Sèd, & contrà vulgò receptam ſententiam*, vbi ità ait: *Sèd, & cõtrà vulgò receptam ſententiam facit, quòd Nouella conſtitutio, à qua eius probatio adſumitur, expreſsìm loquitur in priuatis habentibus tacitam hypothecam, ratione quadam ſpeciali, vèl pecuniæ mutuatæ ad emptionem pignoris, vèl ad eius refectionem; mirum etenìm non eſt, hos creditores, Iure huius tacitæ hypothecæ, nequaquàm præferendos eſſe priori hypothecæ dotali, cùm tacita hypotheca, quantùm ad prælationem, non habeat regulariter tantam vim, quantam habet expreſſa, nàm expreſſa, in ſpecie dictæ legis licèt, prioribus expreſsis etiàm præfertur, non ſic tacita, quod omninò manifeſti*

Iuris eſt, & eodem Textu probatur. Quòd verò Nouella conſtitutio loquatur in tacitis hypothecis conſtat, dùm dicit, nonnullas hypothecas, ex priuilegijs à legibus ipſis conceſsis, &c. Amato *tom.1. reſolut.3. nu.27.* verſ. *Ego autèm*, Marius Muta *deciſ. 66. num. 4.* Acoſta *de Priuileg. creditor. regul. 2. ampliat. 3. num.10. & ampliat. 6. num. 414.* Pereira *deciſ.39. num. 3. in fine*, Rodriguez *de Concurſu, part.1.tit.1.* verſ. *In qua tamèn difficili*, benè D.Ioa.Franc.del Caſtillo *deciſ.204.num.3.4.& 5. tom.3.* noſter D.Ioannes del Caſtillo *lib. 3. Controuerſ. cap. 4. à num. 5. & 6.* vbi hoc tamquàm indubitatum ſupponit, & probat, attenta diſpoſitione *l.33.tit.13. part. 5.* vbi notat Gregorius *gloſſ. 3.* Felicianus *de Cenſibus, lib.3.cap.5.num.14.* verſ. *Quorum ſententia, tom.2.* benè Azened. *in l.7. tit.16.lib.5. Recopilation. num.5.*

14 Quarta concluſio ſit, quòd concurrentibus hypotheca dotis tacita, ſiuè expreſſa, & hypothecis expreſsis eorum, qui mutuarunt ad emendam, ſeù reficiendam rem, licèt Gutierrez *dict.quæſt.99.nu.18.* verſ. *Modò reddeamus, & num.20.* defendat dotem præferri *ex Textu in dict.§. His conſequens*, & alijs fundamentis, quę ibi perpendit, & ſtando in ſolo Iure communi, ea de re eſſent opiniones contrarię, vt notat Gregorius *in l.29. tit. 13. partit.5. gloſſ.vltim.* Ponte *deciſ.34. num.6.* & Azeuedo *vbi proximè*, Verior reſolutio eſt, quòd ſeruanda ſit inter eos Regula Iuris communis, qui prior eſt tempore potior eſt Iure, *cap. Qui prior de regulis Iuris in ſexto*, vt docent Gloſſ. *in dict.§. His conſequens, verb. poſterior*, nàm propoſita, per textum, controuerſia, hoc modo: *Quæſitum eſt igitùr, ſi mulier pretendens priuilegium ſuper antiquam dotem, & augmentum, in quo etiàm obſeruatur priuilegium, ſicùti prædictum eſt, prioribus voluerit præponi creditoribus, veniat autèm, & alter creditor, poſterior quidèm, pretendens autèm pecunijs ſuis emptam, aùt reparatam nauem, aùt domum, aùt agrum, aùt competere eum, in his rebus, quæ eius pecunijs emptæ, aùt reparatæ ſunt, habere prædictum priuilegium, vtrùm oporteat dotem etiàm talibus præponi, &c.* Addit Gloſſ. *in dict. verb. poſterior, nàm ſi prior eſſet, fortè præferretur mulieri, quià quandò duo priuilegiati concurrunt, qui prior eſt in tempore, potior eſt in Iure, vt in Fiſco, & in muliere dicitur, vt C. de Priuilegio Fiſci, l. Quamuis*, quam ad hoc ponderat.

15 Sequitur Mantica *de Tacitis, & ambiguis conuent.lib.11.tit.23. num.8. & 9.* vbi benè comprobat, quòd ſi eſt prior tempore, præfertur etiàm ei, qui mutuauit ad emendam militiam, de quo loquuntur *l.vlt.cum Authent quod obtinet, C. de Pignoribus*, & benè Amato cum eo, & alijs *dict.reſolut.3.num.69.* & Rodriguez *de Annuis redditibus, lib.2. quæſt.20. num.9.* & Mantica *nu.10.* ità ait: *Sèd ſi mulier in dote ſit poſterior, nèc ei, qui crediderit ad nauem, vèl domum reficiendam, vèl conſeruandam, præfertur, vt idem Baldus*

ſcribit

*ſcribit eodem num.*150. *quod euidentèr probatur ex dict. §. His cõſequens, in Authent. de Æqualit. dotis,* in illis verbis: *Veniat autem & alter creditor, poſterior quidèm, pretẽdens autem pecunijs ſuis emptam, aùt reparatam Nauem, aùt domum, vbi Gloſſ. in verb. Poſterior, per illum Text. Vult quòd mulier præferatur poſteriori, qui ad refectionem nauis, vel domus credidit, non autem anteriori.* Barboſ. *in l.*1. *6. part. num.*12. *ff. Solut. Matrim.* Pater Molina *de Iuſt. & Iur. tract.*2. *diſputat.*438. verſ. *Occaſione eius, &* verſ. *Illud addendum eſt.* Gregorius Lopez *in l.*29. *tit.*13. *partit.*5. *gloſſ. fin.* Cancer *lib.*1. *var. cap.*9. *num.*6. vbi, quòd ità, in facti contingentia, Iudicatum fuit pèr ſolemnes Doctores. D. Ioannes Franciſc. del Caſtill. *dict. deciſ.*204. *per totam,* vbi benè pertractat quæſtionem, & *num.*8. ſìc reſoluit, & refert ità deciſum.

16 Ioanes Dominicus Gaito *de Credit. cap.*4. *quæſit.*11. *à nu.*1937. *vbi num.*1946. ità concludit: *Concluditur itàquè venditorem, aùt mutuãtem ad emendum cum ſpeciali hypotheca, non præferri doti, attenta diſpoſitione dicti §. His conſequens, ſed inter eos habere locum Regulam Iuris Communis, qui prior tempore, &c. & num.*1987. *& in appendice ad dict. cap* 4. *quæſit.*11. *num.*120. vbi notat Pichardum *in §. Quædam actiones inſtit. de action. num.*73. errore lapſum fuiſſe, dum aſſerit ex Text. *in dict. §. His cõſequens, verſ. Quià verò,* creditorem hunc anteponi, & præferri doti, dicit Gaito, *non videns Textum dict. §. Clariſsimè decidere dotem, & hunc creditorem Regula Iuris Communis niti, cap. Qui prior de Regulis Iuris in ſexto, cum concordãtibus lur. vt adnotauimus dict. quæſit.*11. *num.* 1946. *& notant omnes pòſt Gloſſam in dict. §. verſ. Poſterior,* & notat etiàm Amatorem Rodriguez *ſuprà citatum,* dùm ſupponit dotem præferri huîc creditori *per dictum §. His conſequens,* & Gaſparem Rodriguez *vbi ſuprà,* dùm ex eo intendit probare, mutuantem ad emendum, tacitam habere hypothecam, & præferri doti hallucinatos fuiſſe; & eum refert, & ſequitur Antonius Maria Bertolus *in Addition. ad Rodriguez dict. artic.*1. *num.*31. *in fine.* Fontanela *de Pactis nuptialibus, clauſ.*7. *gloſſ.*2. *part.*9. *num.*28. *& ſeqq.* vbi refert caſus, in quibus contrà dotem fuit deciſum pèr Senatum, Marcius *deciſ. Senenſ. examin.*11. *à num.*22. vbi latè probat, Ponte *dict. deciſ.*34. *num.*6. benè D. Franciſcus Merlinus *tom.*1. *controuerſ. forenſ. cap.*26. *num.*3. & 4. qui refert, & ſequitur Gaito *vbi ſuprà,* & alios Giurba *obſeruat.*93. *p.*1. *num.*20. *& ſeqq.* vbi *num.*24. ſic declarat materiam, in caſu viri decocti, qui, prò ſuis dotibus, dedit vxori in ſolutum animalia, quæ paſcua in alieno agro ſumpſerunt.

17 Verùm hoc limitatur, vt non procedat in re vendita habita fide de pretio, adiecta à venditore expreſſa hypotheca in ea, prô ſolutione eius pretij, tùnc enîm, cùm tempore traditionis rei ſuę venditor potuerit apponere illud

onus,

onus, & conditiones, quas voluerit, *l. In traditionibus, ff. de Pactis, l. Legem, C. Eodem*, bonus Text. *in l. Ob res quoquè donatas, ff. de Pactis dotalibus*, cum vulgatis; ſequitur, quòd cùm res illa non ſit adquiſita, nèc effecta debitoris liberè, nèc abſolutè, ſed cum illo onere hypothecę prò ſolutione pretij eiuſdem, non ſolùm præferatur anterioribus alijs creditoribus priuatis, expreſſam hypothecam habentibus, vt comprobat Gutierrez *allegat. 5. à num. 1. & lib. 3. Pract. quæſt. 98. num. 8.* ſèd etiàm doti præcedenti, vt ipſemet Gutierrez probat *dict. lib. 3. Practic. quæſt. 99. num. 23.* Acoſta *de Priuileg. creditorum regul. 2. in princip. num. 31. circà finem*, Ponte *dict. deciſ. 34. num. 8.* Caualcano *deciſ. 5. part. 4.* Neguſantius *de Pignoribus, membr. 2. part. 5. num. 17. in fine*, Ioannes Matienço *in dict. l. 7. tit. 16. lib. 5. gloſſ. 5. num. 7. & 8. Recopilationis*, qui citat Gregorium Lopez *in dict. l. 30. tit. 13. part. 5. verb. El poſtrimero*, Felicianus *de Cenſibus, part. 1. lib. 3. cap. 5. num. 22.* Amato *dict. reſolut. 3. num. 25. & 26.* Fontanela *de Pactis nuptialibus, clauſul. 7. dict. gloſſ. 2. part. 9. num. 13. & ſeqq.* Cæſar Gallupus *de Concurſu, & prælat. creditor. dict. part. 4. cap. 3. num. 32.*

18 *Et dict. quæſt. 99.* addit Gutierrez *num. 24.* quòd prædicta limitatio erit indubia, ſi in contractu venditionis venditor non transferret dominium rei, quam vendit, in emptorem, ſèd illud in ſe retineret, quoûſque ſolutio pretij ſibi realitèr, & cum effectu fiat, vèl ſi vltrà ſpecialem hypothecam eiuſdem rei, apponeret clauſulam, ſiuè pactum de non alienando ipſam, dùm pretium eius non ſolueretur, vèl pactum, quòd res precariò, vèl ex conducto apûd emptorem eſſet, donèc pretium vniuerſum perſoluerètur, quę ſunt cautelę, quas leges, & Doctores excogitarunt ad hoc, vt venditor ſibi proſpicere poſsit, & eas cumulat, & comprobat in Iure Parladorus *lib. 1. Rerum quotidianarum, cap. 8.* & de earum iuſtificatione agunt Couarrubias *lib. 3. Variarum, cap. 4. num. 4.* Cencius *de Cenſibus, quæſt. 26. nu. 1.* Auendaño *in eodem tract. cap. 25.* Carleual *de Iudicijs, part. 2. diſputat. 8. num. 56. & ſequentibus, & diſput. 28. num. 15.*

19 Et ratio eſt manifeſta, quià in his caſibus tales conuentiones eum effectum habent, vt reſeruent venditori dominium, & rei vindicationem, talitèr, quòd in emptorem non transferatur, vt probat apertè Textus *in l. Cùm manu ſata 80. §. fin. ff. de Contrahenda emptione*, ibi: *Nemo poteſt videri eam rem vendidiſſe, de cuius dominio id agitur, nè ad emptorem tranſeat, ſed hoc, aùt locatio eſt, aùt aliud genus contractus*, & de pacto de non alienando loquuntur Text. *in l. Si creditor, §. fin. ff. de diſtract. pign.* cui conſonat *l. fin. verſ. fin. tit. 5. part. 5.* & comprobat Gutierrez *dict. allegat. 5. num. 1.* & latiùs *in repetit. l. Nemò poteſt, ff. de leg. 1. num. 28.* Cyriacus *tom. 3. Controuerſ. Forenſ.*

con-

controu.425.num.54. Morla *in Emporio part.1. tit.9. num.100.* & in pacto precarij probant *l. Ea quæ diſtracta, ff. de Precario, l.3. C.de Pactis intèr emptorem, & venditor. l.Serui,ff.de Periculo, & commodo rei vend.*&de pacto conductionis donèc pretium ſoluatur agunt *l. Sicùt emptio.20. § fin.ff.Locati,*quę ità ait: *Interdùm locator non obligatur, conductor obligatur, velùti cùm emptor fundum conducit, donèc pretium ei ſoluat,& l.Cùm venderem 21.ſequens,* cuius verba ſunt, *cùm venderem fundum, conuenit, vt donèc pecunia omnis perſolueretur, certa mercede emptor fundum conductũ haberet, àn ſoluta pecunia merces accepta fieri debeat? Reſpondit, bona fides exigit, vt quod conuenit, fiat; Sèd non amplius preſtat is venditori, quàm prò portione eius temporis,quo pecunia numerata non eſſet,*quam ſpecialitèr declarat Paulus Staibanus *centuria 2. reſolut. forenſ. reſol.145. à num.87. & num.102. & ſequentibus, & reſolut. 174.num.9.*

20 Et has leges, & materiam prætèr ſuprâ relatos, latè exornant etiàm Magonius *deciſ. Florent.91. num.6. & ſeqq.* vbi benè probat in hoc caſu reſeruationis dominij nó poſſe verè dici interueniſſe alienationem, *ex l.Alienationis verbo, & ibi notatis, ff. de Verbor.ſignific.* vbi, quòd alienatum non dicitur id,cuius dominium non fuit translatũ; & alijs,quę ibi adducit; & eum ſequitur Cancer.*lib.1. variar. cap.13. num.4.* dicens ità practicari;Cyriacus *tom.3. contro.forenſ. dict.controu. 425. à num.57.cumſeqq.*vbi *num.61.* quòd adeò vendens hoc modo remanetDominus,vt ad eum ſpectet commodum, vèl incommodum rei venditę, prô quo, ibi adductis addendi ſunt Riccius *in Collectan. deciſ. part.4. collect.1068.* D.Petrus Noguerol *allegat.11.nu.77.*Giurba *obſeruat.93. num.29.* Felicianus *de Cenſibus tom.1. lib.3. cap.5. num.22. verſ.Tertiò eſt.*Hodiern.*ad Surdũ deciſ.59.num.4.* Seſe *deciſ.42. num.13. & ſeqq.tom.1.*vbi quòd licèt pactũ, nè dominium rei venditę tranſeat in emptorem, abſolutè cõceptum, ſit nullum,tamèn pactum,nê tranſeat ad tempus, vêl niſi ſûb conditione,quoùſque ſoluat pretium,validum eſt, vt ibi probat,Gracianus *tom.2.diſceptat.forenſ.cap.206.nu.9.* vbi quôd interîm venditor poteſt percipere fructus rei venditę. Caualcanus *deciſ.55.part.2.* vbi quòd periculum rei venditę pertinet ad venditorem, reſeruantem ſibi dominium, donêc pretium fuerit ſolutum. D. Ioanes de Xart. *deciſ.8. num.10.* Iizarelus *deciſ.39. num.3. & ibi.* Ioſeph Mele *in Addit. à num.11.*Paulus Bellonus *de Poteſt.eorum quæ in continenti fiunt,cap.182.num.1.& 2.* Tonduti *de Præuent. Iudic. tom.1.cap.31.num.21.& 22.& ſeqq.* vbi latê, àn in his caſibus debeat concurrere cum alijs creditorib⁹?

21 Vndè emptoris creditores nullum Ius in tali re poſſunt habere, nèc pretendere, quià ſiuè ſint hypothecarij, ſiuè chirografarij, ſolùm habent Ius ſupèr bonis,quę ſunt emptoris,ât iſtius prædij, quod

quod venditum eſt emptori, reſeruato à venditore dominio, non adquirit emptor dominium, donèc pretium ſoluat, ac proindè venditor, pendente pretij ſolutione, non tâm potior, quàm ſolus inuènitur, vt aliàs dixit Papinianus *in l. 2. infin. ff. Qui potiores*; Ideò notauit Ripa *in l. Si ventri* 8. *§. In bonis num.* 10. iuxt. Text. ibi: *Et futurum eum, qui vendicat, antè priuilegia, ff. de Priuileg. credit.* cum quo conuenit *l. 9. tit. 3. partit. 5.* dominium rei præferri omnibus creditoribus, quantumcûmque priuilegiatis, & rei vindicationem eſſe ſuprâ omnes actiones perſonales, & hypothecarias; Ius enim creditoris, quamtùmuis priuilegiati, non debet eſſe potentius, quâm Ius veri Domini, eſt enim hypotheca debilior dominio, Grammaticus *quæſt. 1. poſt deciſiones, num. 6. & 7.* Menochius *conſ. 25. num. 15.* Arias de Meſſa *lib. 1. var. cap. 39. num. 43.* D. Gregor. Ganauerro *deciſ. 4. num. 49.* Marius Muta *deciſ. 24. num. 7.* Caſtillo *lib. 3. Controuerſ. cap. 16. num. 75.* quę omnia mirè comprobat D. D. Franciſcus Salgado *in Labyrinth. creditor. part. 2. cap. 24. num. 13. & 14.* vbi integram columnam Authorum ad id refert; Curia Philippica *libr. 2. cap. 12. num. 5. tom. 2.* Eruditiſsimus D. D. Chriſtophorus Creſpi *obſeru. 116. num. 100.*

22 Quam rationem in puncto perpendit, & probat Carleual *dict. diſputat. 8. num. 59. & à num. 57.* impugnat, & clarè demoſtrat errore lapſum Robitum *deciſ. 7. num. 13.* dùm dicit reſeruationem dominij in contractu venditionis nihil aliud operari in beneficium venditoris, niſi vt venditor præferatur cæteris omnibus creditoribus eiuſdem emptoris in pretio illius rei venditę, cuius dominium reſeruauit, vt ibi comprobat, *& à num. 67.* ex prædictis infert reſolutionem ſingularis, & difficilimę quæſtionis, ſuper qua conſultus fuit, ſcilicèt, in caſu quo dominus rei eam tradidiſſet emptori, adiecto venditioni pacto reſeruationis dominij, & interîm dùm pendet ſolutio pretij, emptor accepit pecuniam mutuam ab aliquo prò eiuſdem rei emptione, pacto adiecto, quòd res ſit ſpecialitèr obligata prò ſolutione prædictæ pecunię, iuxtà *dictam legem licèt, C. Qui potiores*, qui emptor ſoluit iſtam pecuniam venditori; ſed quià non erat integrum pretium, & emptor non ſatisfecit aliundè venditori, nequè creditori pecunię mutuatæ, fit concurſum iſtorum creditorũ, vẽditoris, inquam, qui dominium reſeruauerat, & mutuatoris pecuniæ, ad emendum datę cum pacto ſpecialis hypothecę circà eamdem rem, & quærit quis eorum præferendus ſit in ea? Sed decidit in fauorem venditoris rei, qui ſibi dominium reſeruauit, quoùſque integrum pretium ſolueretur, ex rationibus perpenſis. D. D. Franciſc. Salgado *in Labyrinth. credit. part. 2. cap. 14. à num. 110.* vbi latè, & elegantèr comprobat ſupradicta, & vim pati in initio adquiſitionis

rei

rei appoſiti, tàm fauore venditoris, quàm dotis, ſeû alterius. Flores de Mena *lib.* 1. *var. quæſt.* 6. *num.* 40. vbi in his caſibus reſeruationis dominij, vſquè ad ſolutionem pretij, vèl hypothecę ſpecialis cum clauſula de non alienando, ità ait: *Debent tradi veris Dominis, & venditoribus, & nèc fiſcus, nèc mulier, aùt alij priuilegiati creditores aliquod Ius contra eas prætendere poſſunt.*

23 Et licèt, in re vendita ſinè prædicto pacto, & cautela, ſêd habita fide de pretio; cùm eo caſu dominium transferatur in emptorem, *l. Quod vendidi, ff. de Contrah. empt. §. Venditæ inſtit. de rerum diuis* cum vulgatis; creditores ementis habeant Ius, & debeant præferri quibuſcumque creditoribus venditoris, vt probatur in dictis Iuribus, *& in l. Procuratoris, §. Planè, ff. de Tribut. act.* Bartolus *in l. Quod quis, ff. de Priuileg. creditor.* Cancer. *lib.* 1. *var. cap.* 13. *num.* 2. *&* 3. vbi declarat, quandò dicatur habita fides de pretio, Ioannes Paulus Xamar. *part.* 1. *Rerum Iudicatar. difinit.* 11. *num.* 4. *&* 5. Tamên nota dignũ eſt, quòd hoc non procedit in venditione mercium, ſeû alteriùs rei facta alicui mercatori, qui, antè traditionem animo fugam meditatus, ſtatîm traditione facta, ſolum vertit; quià tûnc quamuis videatur perfecta venditio, tamên dominium non fuit translatum, quiâ & ſi tradita res ſit, & videatur habita fides de pretio, verê non poteſt hoc conſiderari, ſtante dolo emptoris, qui præparauerat, acceptis mercibus, ſeû re, fugam atripere, vt decernitur ex ſubſequenti actu fugę immediatè patrato. Et ideò venditor, in concurſu, erit ſupêr illa re tamquàm propria, & cuius dominium non amiſit, omnibus creditoribus emptoris præferendus, & ei traddenda erit, vt probat Text. *in l. Si quaſi, ff. de Pignorat. act. gloſſ. in dict. l. Quod vendidi*, & in terminis reſoluunt. Angel. *in l. Si cùm dotem, §. Si mulier, ff. Sol. Matrim. & ibidèm* Baldus, & benê cum eo, & alijs Surdus *conſ.* 528. *num.* 5. *tom.* 4. D. Petrus Noguerol *allegat.* 29. *num.* 198. Amato *tom.* 1. *reſolut.* 3. *num.* 45. vbi alios refert, & cum Griuelo *deciſ. Dolana* 56. *nu.* 8. *& ſeqq.* ait, ità deciſum in Senatu Dolano, in cauſa mercatoris Pariſienſis. Mangilius *de Euict. quæſt.* 41. *pèr totam*, vbi benè quæſtionem comprobat, & declarat; Matienço *in l.* 7. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopilat. gloſſ.* 5. *num.* 9. Felicianus *de Cenſibus lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 22. *verſ. Secunda eſt, tom.* 1. Flores de Mena *lib.* 1. *var. quæſt.* 6. *num.* 40. vbi quôd hoc caſu, nèc fiſcus, nèc mulier, aùt alij priuilegiati creditores aliquod Ius in tali re prętendere poſſunt. Henricus Kinſchoti *reſponſo* 103. *à num.* 1. vbi optimè comprobat in emptore, qui ſtatîm decoxit. Cæſar Gallup. *de Concurſu, & prælat. credit. part.* 4. *cap.* 3. *num.* 33. *&* 34. Curia Philippica *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 11. *tom.* 2. Xamar. *dict. definitione* 11. *num.* 32. *&* 33.

24 Circà ſupradicta, antequàm ab eis diſcedamus, obſeruã-

dum

dum eſt, quòd intèr requiſita, quę debent interuenire, vt mutuans pecuniam ad refectionem, ſeù cõſeruationem rei, & itèm mutuans ad rem emendam, potiantur prædicto priuilegio, & prælatione in ſuis caſibus (de quibus agunt Doctores ſuprà relati, & precipuè Amato *dict. reſolut. 3. à num. 51.* vbi pluribus exornat. D. Franciſcus Merlino *lib. 1. Controuerſ. cap. 26. num. 5.* Pacificus *de Saluiano interdicto inſpect. 3. cap. 4. à num. 220.* Gracianus *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 670. num. 1. & ſequentib. vſquè ad 9.* Ripa *in dict. l. Si ventri, §. Diuus à num. 3.* Alciatus *in l. Creditor 25. ff. Si certum petatur*, Gaito *de Credito cap. 4. quæſito 11. num. 1564. & ſeqq.* Mercurialis Merlinus *de Pignor. lib. 3. tit. 1. quæſt. 5. num. 62. & ſeqq.* Gallupus *de Concurſu dict. part. 4. cap. 3. num. 36.* Galeota *tom. 1. controuerſ. 21. à num. 16.*) Vnum nota dignum eſt, quòd eſt neceſſe, vt talis pecunia mutuetur gratis, & non ſûb vſuris, nàm tùnc denegant eis priuilegium, argum. Text. *in l. Si ventri, §. in bonis, ff. de Priuilegijs credit.* ibi: *Sèd enim, qui, depoſitis nummis, vſuras amenſularijs acceperunt, à cæteris creditoribus non ſeparantur, l. Si hominem, §. fin. ff. Depoſiti*, vbi probatur, quòd creditor vſurarius nó habet aliquod priuilegium, & pêr eum Textum ità tenuit Bartolus *in l. Quod quis, ff. de Priuilegijs creditorum*, & ſequitur Ripa *in dict. leg. Si ventri, §. in bonis num. 9. & in l. 1. num. 7. ff. In quibus cauſis pignus tacitè contrahatur*, moti ea ratione, quòd mutuans ſûb vſuris magis ſui lucrij cauſa, quàm rei conſeruandę, vèl adquirendę, mutuare cenſeatur, Cardinalis Tuſchus *concluſ. 131. num. 31. littera H.* Giurba *ad Conſuetudines meſanenſ. cap. 9. gloſſ. 2. part. 1. num. 48.* Rodriguez *de Annuis reditibus, lib. 2. quæſt. 20. num. 3. & num. 13.* Amato *dict. reſolut. 3. num. 73.* Thomàs Carleual *de Iudicijs tom. 2. diſput. 28. num. 28.* Faria *in Addition. ad Couarrub. dict. cap. 7. num. 54.*

25 Qui Doctores abſolutè hanc reſolutionem ſequũtur. Sèd, ſalua eorum pace, videtur â mente legum aliena, & remota à Iure Ciuili, nàm cùm pêr leges licèret pecuniam ſûb vſuris credere, veriſimile non eſt, aliud in eo creditore conſtitutum eſſe, qui ſûb vſuris pecuniam dediſſet, quotiès nominàtim cauit, & ſollicitus fuit, vt in rem illam conſeruandam, vêl adquirendam, ſeù reficiendam impenderetur, cùm nihil fecerit aduerſûs leges, & ideò prô ſorte eum prę̃ferendum, licèt non prò vſuris, tenent Alciatus *in dict. l. Creditor 25. ff. Si certum petatur numer. 8.* vbi cum Decio ità ait: *Addit Decius, legi noſtræ locum eſſe, etiàm ſi creditor ſub fœnore mutuauerit, ſolùm enim deterior eſt conditio fœnerantium, cùm priuilegia non habent, quià pœna, ſeù vſura pòſt priuilegia eſt: Cui & ego aſſentio, quamuìs quibuſdam reclamantibus.* Paulus de Caſtro *in l. Ideò condemnatus*

ff. de Compenſatio. Vbi occaſione illius Textus; dùm probat, condemnatũ ad pœnam ex negligentia cõmiſſa in officio annonę, non dici debitorem ex cauſa annonę, ſèd prôptèr ipſum, & ideò, ſi ad illud cõueniatur, poſſe obijcere cõpenſationẽ, ſecûs verô ſi condemnetur ad ſortem; ait menti tenendum ad cauſas, vèl obligationes, ſeù actiones priuilegiatas, vt creditor in eis præferatur alijs, quibus debetur ex alia cauſa, *vt in toto tit. de Priuil. credit.* Vndè infert, quòd ſi quis tenetur ad pœnam in tali cauſa priuilegiata, creditor prò ea non habebit priuilegiũ, quem refert, & ſequitur Ioan. Franciſc. Ripa *in d. l. Si ventri, §. Diuus, ff. de Priuileg. credit.* ſic declarans nu. 4. *Ità, intellige prò ſorte principali, non prò pœna in contractu adiecta, vèl prò vſuris, ità Paulus de Caſtro in l. Ideò cõdemnatus, ff. de Cõpenſat. pèr illum Text. & pèr totũ tit. C. Pœnis Fiſc. Vbi Fiſcus nõ habet priuilegium tacitæ hypothecæ in pœnis, licèt in alijs habeat, l. Fiſcus, ff. de Iure Fiſc.* & eandem ſentẽtiam amplectuntur Neguſantius *de Pignor. 2. membr. 5. part. num. 15. verſ. Tertio reſtringe,* Cæſar Manentus *deciſ. 61. nu. 33.* Rodriguez *de Annuis reditibus, lib. 2. quæſt. 20. num. 10. & 11.*

26 Cuius rei euidens argumentũ eſt, quià ex Iure Ciuili creditor, qui ſub vſuris pecuniam credidit accepto pignore, præfertur poſterioribus, etiàm in vſuris, vt conſtat *ex dict. l. Lucius, & l. 3. §. 1. ff. Qui potiores in pignore habeantur, & l. Fœnerator, ff. de Naut. fœn.* & deindè, quià nihil aliorum creditorum interſt pecuniam gratuitam eſſe, vèl vſurariam, cùm prô ſorte tantûm creditorem præferendum eſſe dicamus, & quôd illicitè adiectum eſt, prò non appoſito habeatur, vt dictum eſt, *ex dict. l. 14. de Condit. Inſtit. & l. 20. de Vſur.* vt enim, illicita ſtipulatio vſurarum non vitiat ſortem, ita nèc alia priuilegia ſortis, *dict. l. 18. qui pot. in pign. hab.* Imò ſiuè vſuraria pecunia ſit, ſiuè gratuîta, melior ſempèr eſt aliorum creditorum conditio, quià ponimus pecuniam hanc ſaluam feciſſe pignoris cauſam, & deindè, ea deducta, poterunt alij creditores reſiduum capere, quòd profectò eis non liceret ſi res ipſa perijſſet; vndè non eſt quòd reliqui creditores conquerantur, vt obſeruat Vanderanus *de Priuileg. credit. cap. 8. in princip.*

27 Et confirmatur, quià creditor, qui mutuam pecuniam dedit, ſi prò ſecuritate crediti ſui hypothecam accepit, non amittit priuilegium temporis ob illicitam ſtipulationem vſurarum, quiâ cûm contractus mutui licitus ſit, *l. 2. §. 1. ff. Si certum petatur, §. 1. Inſtituta Quibus modis re contrahitur obligatio,* non debet id, quod vitiosè adiectum eſt, puta ſtipulatio vſurarum, in concurſu creditorum alicui damno eſſe, ſèd retinet contractus Ius prioritatis prò eo, quod licitum eſt, *l. 20. & l. 29. ff. de Vſuris, l. 8. C. Si certum petatur,* & meliùs *l. 18. ff. Qui potiores in*

pigno-

pignore, & probat Andreas Gail. *lib. 2. obſeruat. 4. num. 11. & obſeru. 5. num. 13.* Surdus *conſil. 327. num. 18.* Cancerius *lib 3. Variar. cap. 7. num. 79.* vt in noſtra quęſtione rectè conſiderat ſic reſoluens Honoratus Leotardus *de Vſuris quæſt. 7. num. 13. & 14. Et num. 15.* reſpõdet *ad l. Si ventri, §. In bonis, & l. Si hominem, §. Quotiès, ff. Depoſiti*, quòd loquuntur de priuilegio perſonali, quod amittit pecuniam deponens ſûb vſuris, & non procedunt in creditore, qui de ſpeciali hypotheca ſibi cauit, cum Rodriguez, & alijs ibi adductis.

28 Sed hæc accipienda ſunt de illicita vſurarum ſtipulatione, & à Iure reprobata; Nâm ſi mutuans pecuniam ad refectionem, conſeruationem, ſeù adquiſitionem rei ſollicitus fuit, vt ſupèr ea imponeretur redditus redimibilis prô tali pecunia, iuxtà motus proprios Summorum Pontificum, & Leges Regias, tûnc prò ſorte, & vſuris habebit idem priuilegium, & prælationem, vt comprobat Rodriguez *de Redditibus dict. quæſt. 20. num. 6. & ſeqq.* dicens ità deciſum fuiſſe in Cancellaria Pintiana; & licèt *num. 7.* diſtinguat, ad hunc effectum, caſum mutuãtis ad emptionem rei, ab eo, qui mutuauit ad refectionem, meritò in hoc confutatur à D. Franciſco Merlino *lib. 1. controu. for. cap. 26. num. 23. & pèr totum cap.* probat diuerſis deciſionibus Tribunalium illius Regni deciſſum fuiſſe, idem priuilegiũ creditoribus vtriuſque cauſæ competere prô vſuris, quod competit prô ſorte *ad l. Lucius, ff. Qui potiores*, & probant Ponte *dict. deciſ. 34. à num. 30. & num. 45. & ſeqq.* Gaito *de Credito cap. 4. quæſito 10. nu. 1176. & 1177.* Amato *dict. reſolut. 3. num. 73.* & exornat D. Ioannes Franciſc. del Caſtillo *deciſ. 204. pèr totam, & in fin.* Felicianus *de Cenſibus tom. 1. lib. 3. cap. 5. nu. 22. verſ. Ex quo animaduertendũ eſt*, Carleual *de Iudicijs tom. 2. diſput. 28. nu. 22. & ſeqq.* Licèt ibi dubitet de reſolutione Feliciani; & prò hac quæſtione videndus eſt Ioan. Baptiſt. Staibanus *in Tract. de Intereſſe, lib. 2. tit. 11. quæſt. vnica, num. 151. & ſeqq.* vbi refert dictam deciſionem Ponte, *& controuerſiam 21.* Capicij Galeotę *tom. 1.* in qua contrarium niſus eſt defendere, & ſpecialitèr vtriuſque ſententię rationes recenſet.

29 Succedit quæſtio elegans, & ſanè difficilis, àn, ſcilicèt, mulier (quę ſolûm præfertur hypothecis tacitis anterioribus, non verò expreſsis) habeat prælationem reſpectu creditorum, etiâm anteriorũ, expreſſam hypothecam habentiũ ſupèr bonis quæſitis pèr debitorem pòſt contractam tacitam hypothecam dotis, vt Fiſco conceditur *in l. Si is qui 28. ff. de Iure Fiſci?* In qua Butrigarius, Cynus, & Salytus *in dict. l. Aſſiduis*, dant mulieri hanc prælationem, & ſequuntur Gregor. Lop. *in dict. l. 33. tit. 13. par. 5. gloſſ. 4. verſ. Item limita in bonis.* Mantica *de Tacitis conu. lib. 11. tit. 26. numer. 9.* Barboſa *in dict. leg. 1. 2. part. num. 17. Solut. Matr.* Acoſta

de Priuileg. credit. regul. 2. ampliat. 7. num. 167. Gutierrez *lib. 3. Practic. quæſt. 99 num. 18.* Cancer. *lib. 1. var. cap. 9. num. 2.* & alij relati pèr Gizzarellum *deciſ. 1. num. 10.* & Butrigarius, qui fuit huius opinionis anteſignanus, & reliqui, qui cum eo ſentiunt, præcipuè mouentur, ex eo quòd fiſcus, & dos pari paſſu ambulent *ex dict. l. 2. C. de Priuilegio Fiſci.*

30 Sèd contrarium, & immô, hanc hypothecam cũ prælatione, aduerſûs creditores habentes hypothecam expreſſam anteriorem, conceſſam ſpecialitèr Fiſco pèr *dictam l. Si iſqui 28.* in bonis, pôſt contractam in ſui fauorem obligationem, à debitore adquiſitis, (de qua agimus infrà *hoc Titulo quæſtione 17. à num. 19.*) non competere mulieri prô dote; eſt veriùs. Quod (licèt dubitatiuè, & pèr verbũ, *fortè*) præſenſit tamèn *Gloſſa in dict. l. Aſſiduis, verb. licèt*, ex eò, quòd in priùs quæſitis, mulier, ſeû dos, non præfertur expreſſę hypothecę anteriori *pèr Textum in lege ſi ignorante, C. de Remiſione pignorũ* (quod ſatîs probatum extat) & qui habet generalem anteriorem, præfertur ei, qui habet ſpecialem poſteriorem, *leg. Si generalitèr, C. Qui potiores in pignore.* Et ideò *Gloſſa* reſidet in hac opinione, & cum ea ità tenent Petrus de Belapertica *in eadem lege aſſiduis, columna 2. in fine, verſic. Nùmquid hoc eſt verum in adquirendis?* vbi, propoſita contraria ſententia, ità ait: *Dico quòd poſsit dici contrarium, & quod dicitur, quòd fiſcus, & dos pari paſu ambulant, non eſt verum quamtùm ad omnia, ſed quòad quædam.* Sic eamdem opinionem amplexi ſunt Iacobus de Aretio, & eum referens Bartolus *in dict. leg. Si is qui, ff. de Iure Fiſci*, & Albericus *in lege finali, C. Quæ res pignori.* Cynus *in lege Licèt, C. Qui potiores.* Idem Bart. Angelus, & Salycetus *in l. In rebus, C. de Iure dotiũ, pèr Text. ibi.* Antonius Gomez *in dict. l. 50. Taur. num. 39. in fin.* Mercurialis Merlinus *de Pignor. lib. 3. tit. 2. quæſt. 68. à num. 11.* vbi latè comprobat; Felicianus *de Cenſibus, tom. 2. lib. 3. cap. 5. in fin. verſ. Negantem verò partem*, vbi dicit, ad ſic ſentiendum eo argumento impelli, ſcilicèt, quôd in priuilegijs non admittitur extenſio. Rodriguez *de Annuis reddit. lib. 2. quæſt. 19. nu. 26.* Caſtillo *dict. cap. 4. à num. 20.* vbi diſcuſſa quæſtione, & interpoſito ſuo Iudicio, reſoluit, quòd licêt de Iure Communi probabilior videatur contraria opinio, de Iure verò Regio, non ſolûm *Gloſſæ*, & eam ſequentium ſentẽtia alteratur, ſêd immò velùt expreſsè probatur *in dict. l. 33. tit. 13. partit. 5.* vt ibi comprobat.

31 Et ex profeſſô quæſtionem diſputat Nicolaus Antonius Gizzarellus, Doctiſsimus Conſilij Neapolitani Senator, ocaſione cauſæ in eo ſumma cura diſcuſſę, *deciſ. 1. num. 3.* & relatis authoribus primam opionem comprobantibus, tamdèm *num. 19. & ſequentibus* hanc ſententiam defendit, dicens, prò ea Senatũ in illa cauſa,

& ſæpiùs in alijs iudicaſſe, & in omnibus graduationibus ſempèr eſſe practicatam, & receptam, & quòd licèt maior numerus doctorum ſtet prò contraria, ab ea tamquàm pernicioſiſsima, & duriſsima debet recedi, & ſecundûm hanc iudicari, ex claris, & euidentibus Iuribus, & rationibus, quas *ibi à num.* 20. perpendit, ea cura, & eruditione, vt omnem quæſtionis, & materię fimbriam ſatîs excutiat, & contrarijs ſatisfaciat, quapròptèr meritò Regens Fuluius Conſtantius Marchio Corleti *in l.* 1. *C. de Iure Fiſci, lib.* 10. *num.* 20. eandem ſententiam amplectens, ſic ait: *Prò cuius inueteratæ praxis, & tòt deciſionum rationibus, videre eſt apùd olìm eruditiſsimum eiuſdem Sacri Conſilij Conſiliarium Nicolaum Antonium Gizzarellum, qui deciſionem integram primam in ordine, de hac quæſtione compoſuit, cui tamquàm ſatis doctæ, & eleganti nil addi poteſt*, vt etiàm refert Ioſeph Melle *in Additionibus ad dictam deciſ.* 1. vbi hanc reſolutionem mirê exornat; ſicût etiàm Didacus de Mari *in eiſdem Addition. num.* 15. & ſimilitèr eam ſummè extollit Gaito *de Credito cap.* 4. *quæſito* 11. *nu.* 1602. *& ſeqq.* vbi Gizzarelli tationes ſequitur, & comprobat, & ipſe aliàs addit prò confirmatione illius veriſimę reſolutionis; Ignatius del Villar Maldonado *in Sylua reſponſorum Iuris, lib.* 2. *reſponſo* 16. *cap.* 3. *num.* 17. Fontanela *de Pactis nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *par.* 4. *num.* 10. Velaſco *de Priuileg. Pauper.* 3. *part. quæſt.* 8. *num.* 77. D. D. Alphonſus de Olea *de Ceſsion. Iur. & act. tit.* 3. *quæſt.* 7. *nu.* 4. vbi quòd hæc eſt verior ſententia; Faria *in Addition. ad Couarrub. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 39. *& cap.* 16. *num.* 26. Nuntius Tartaglia *in Praxi rerum ciuilium, cap.* 7. *num.* 16.

QVÆSTIO IV.

An eadem hypotheca Priuilegiata, indulta Vxori prò dote, competat etiàm prò eius augmento, arrhis, antephato, alimentis ſibi debitis, & prò intereſſe dotis non ſolutę?

Summarium Quæſtionis Quartæ.

Num. 1. *Hypotheca eadem priuilegiata, quæ competit vxori prò dote, competit etiàm prò eius augmento, quià dicitur ipſa dos, & eius priuilegijs fruitur. Et num.* 2. *& declaratur, quòd procedat in augmento,*

quod conſtituitur ex parte mulieris, non verò in augmento, ei à marito conſtituto.

3 L.29.tit.13.partit.5. *dùm Arrhis tribuit eandem prælationem, quam doti, declaratur, vt procedat in arrhis, quæ dantur in augmentum dotis.*

4 *Arrhæ, quæ aſsignantur à Marito Vxori, tempore nuptiarum, in remunerationem dotis, vèl virginitatis, aùt nobilitatis, licèt gaudeant priuilegio tacitæ hypothecæ, non tamèn eſt cum prælatione. Et num. 5. vbi quòd ſi promittantur in augmentum dotis, interueniente inſtrumento publico, habebunt prælationem, & hoc priuilegium tranſibit in filios, & in Ceſsionarios, non verò in hæredes extraneos.*

6 *Antephatum, quod datur ratione defloratæ Virginitatis, eſt eiuſdem naturæ cum Arrhis, & ideò quàmuis prò eo detur Mulieri tacita hypotheca, non tamèn eſt cum prælatione.*

7 *Mulieri competit idem Ius, contra bona Mariti prò alimentis ipſi debitis, quod prò dote, cùm eius cauſa debeantur, & declaratur in quibus caſibus procedat, & num.8. vbi & de alimentis datis genero à ſocero ſuo vltrà dotem, ſinè pacto reſtituendi ea, & de jocalibus, veſtibus, & alijs nuptiarum apparatibus.*

9 *Fructus dotis àn habeant idem priuilegium cum ipſa dote?*

10 *Hypotheca tacita, vèl expreſſa competens prò dote, vèl prò eius reſtitutione, & eius priuilegium, àn extendatur ad intereſſe, vèl vſuras dotis, non facta earum mentione?*

11 *Ponitur pars negatiua, niſi expreſsè hoc actum ſit.*

12 *Reſoluitur affirmatiuè, ſcilicèt, tacitam hypothecam priuilegiatam, competentem prò dote, extendi etiàm ad eius vſuras, & intereſſe, & comprobatur.*

13 *Vſuræ ſortem augent, & adeò ei ſunt connexæ, vt vnicum ſit debitum.*

14 *Adducitur prò hac ſententia D. Petrus Noguerol* allegat. 17. *vbi eam confirmat, & exornatur alijs authoritatibus.*

15 *Intereſſe prædictum dotis, vt omni Iure debeatur, debet eſſe damni emergentis, aùt lucri ceſſantis.*

16 *Ponderatur D. Petrus Noguerol, qui, dicta allegatione, idem probat in caſu fallimẽti eius, qui dotem debet, & refert duas Supremi Senatus deciſiones, vxores in concurſu creditorum prò dotibus, & earum intereſſe præferentes, non obſtante decoctione maritorum.*

17 *Mulier prò bonis Paraphernalibus, àn habeat hypothecam legalem cum prælatione, ſicùt prò dote? & num.18.*

19 *Maritus, àn teneatur reſtituere vxori fructus bonorum Paraphernalium, quos exegit.*

20 *Vxoris omnia bona, hodiè etiàm Paraphernalia, ſunt dotalia, & eorum adminiſtratio ad maritum pertinet, & fructus ſunt communes.*

21 *Et ideò prò eorum adminiſtratione, & reſtitutione, bona mariti ſunt*

tacitæ

tacitè obligata vxori, quæ in eis habet hypothecam cum prælatione.

22 *Priuilegium, & fauor conceſſus à Iure Fiſco, prò debito Primipilari, contra bona Primipili, & eius vxoris, non ſolùm procedit hodiè quòad dotem, ſed etiàm quòad bona Paraphernalia.*

1 HÆC eadem hypotheca priuilegiata, quę mulieri competit prò dote, àn competat etiàm prò eius augmento? quærunt Doctores. In quo reſolutiuè tenendum eſt, ei eſſe concedendam, vt probat Text. Expreſſus *in Authentico de Æqualitate dotis, §. His conſequens, & ibi Gloſſa, verb. in quo collat. 8. & in l. fin. C. Qui potiores in pign. hab.* ſingularis Text. *in l. Etiàm ſi non dotem 8. C. de Iure dotium*, & pòſt Angelum, Iaſſonem, & alios Neguſantius *de Pignor. par. 2. membr. 4. num. 46.* Mantica *de Tacitis conuent. lib. 11. tit. 26. numer. 13.* Barboſa *in 3. part. rubricæ, leg. 1. Solut. Matrim. num. 65. & 66.* Surdus *conſ. 397. num. 17. & ſeqq. lib. 3.* Et ratio eſt, quiâ augmentum dotis dicitur ipſa dos, & eiſdem priuilegijs fruitur, *l. Intèr ſocerum 26. §. Cùm intèr ff. de Pactis dotalibus*, ibi: *Nèc ſeparabitur portio dotis, additamenti cauſa data, ſi poſteà nihil aliud conueniat*, bonus Text. *in l. Etiàm. 8. C. de Iur. dotium*, ibi: *Cui conſequens eſt, vt etiàm id, quòd additamenti cauſa in dotem datum eſt, eadem actione repetatur*, & cum Rolando à Valle *de Lucro dotis quæſt. 100.* notat Dioniſius Gothofredus *in ea litt. C.* his verbis: *Dotis augmentum eadem dos cenſetur, non alia, & noua, hoc eſt, eandem dotem eſſe ſinit, non aliam efficit, ideòque velùt pars dotis, ijsdem priuilegijs fruitur, quibus & ipſa dos, ſiuè lucrum ſpectes, ſiuè facultatem donandi filiæ, ſiuè hypothecæ tacitæ priuilegium, ſiuè lus ſtipulationis interpoſitæ prò ea reddenda.* Quiâ augmentum cenſetur eodem Iure, quo res cui adiungitur, *l. Prædijs, §. Qui domum, l. Vxorem, §. Legauerat, ff. de legatis 3. l. Quod in rerum, §. 1. ff. de legatis 1.* bonus Text. *in cap. fin §. 1. de conceſſ. præbendæ, in 6.* Burgos de Paz *quæſt. ciuili 6. num. 16. & quæſt. 7. num. 52. & 53.* Ioſeph Mele *in Additionibus ad Gizzarelum deciſio. 1. num. 32. & ſequentibus.* Aniquinus *de Præuent. inſtrum. cap. 2. quæſt. 4. num. 34.* Seraphinus *deciſ. 666. nu. 2.* D. Ioannes del Caſtillo *lib. 8. Controuerſ. cap. 51. nu. 8.* vbi, quòd vxori debetur, prò tali augmento, ſi eius ſolutio finito Matrimonio retardetur; intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, ſicût prò dote. Ioannes Baptiſta Staibanus *de Intereſſe lib. 2. tit. 3. quæſt. 1. num. 36. in qua quæſtione, & ſequentibus*, benè totam materiam declarat; Antonius Maria Bertolus *in Addition. ad Rodriguez de Concurſu creditor. art. 1. 1. part. num. 160.* vbi probat, tale augmentum regulari ſecundum naturam eiuſdemmet dotis.

Sed

Sed declarat eius Ius competere à tempore dumtaxàt augmenti, & ideô, creditorib⁹, cum expreſſa antè dictum augmentum, non præferri *ex l. Si conſtante 19. §. Iura autèm, C. de Donat. antè nuptias*, & alijs authoritatibus ibi adductis. Sequuntur, & comprobant Gaito *de Credito cap. 4. quæſit. 11. num. 1595.* Acoſt. *de Priuileg. credit. reg. 2. ampliat. 6. num. 368.* Giurba *ad Conſuetud. meſſanenſ. cap. 1. gloſſ. 11. part. 1. num. 1. & 2.* vbi, & de adquiſito ex re dotali; *& cap. 15. gloſſ. 3. part. 1.* vbi benè diſtinguit augmenta, & meliorationes in rebus dotalibus factas, & earum ſpecies declarat ad hunc effectum, Mercurialis Merlinus *de Pignoribus lib. 3. tit. 2. quæſt. 50. num. 1. & ſeqq. & num. 10.* hoc verum aſſeuerat in augmento facto ab vxore viro, non verô in facto â viro vxori.

2 Fontanela *de Pactis nuptialibus, tom. 2. clauſ. 5. gloſſ. 1. part. 2. num. 83. & clauſ. 7. gloſſ. 1. part. 2. num. 4. & num. 14.* vbi in caſu mulieris pretendentis læſionem in contractu, ſeû obligatione contracta ſimùl cum viro, ex cauſa indotationis, diſtinguit priuilegiũ, & fauorem vxoris quòad dotem, ab eo, quod habet prô augmento, in quo ait agere de lucro captando, *& num. 15. & 16.* declarat hoc procedere in augmẽto dotis, quod conſtituitur, & fit ex parte mulieris, non verò in augmento dotis à marito ei conſtituto. Et eum refert, & ſequitur D. Petrus Noguerol *Allegation. 30. num. 22. vbi num. 27.* cum eodem Fontanela *clauſ. 14. Gloſſa vnica part. 1. num. 93.* hoc tamquàm indubitatum ſupponit, quandò prò augmento dotis, conſtante Matrimonio receptę, fuit cõtracta expreſſa hypotheca in aliquo inſtrumento. Gracianus *tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 254. n. 62. & ſeqq. vſquè ad 66.* vbi ex hoc infert, tale augmentũ factum à viro non cenſeri datũ ſecundo viro, quià non eſt propriè dos, ſêd donatio proptêr nuptias. Caſanate *conſ. 54. nu. 36.* vbi limitat, quandò eſt diuerſa ratio intèr vtrũque, vt etiâm probat Gratianus *vbi proximè num. 63.* Cancer. *lib. 1. var. cap. 9. num. 4. in 2. edit.* Faria *in Addit. ad Couarr. lib. 1. cap. 7. num. 25. & 26.* Scipio Gentilis *in Tractatu de Donation. intèr vir. & vxor. lib. 3. cap. 16. circà medium, verſic. Secundo loco videamus fol. 462.* vbi loquitur, in augmento dotis facto marito, debitis obęrato.

3 Ex quo deducitur declaratio ſententię Gregorij Lopez *in l. 29. tit. 13. part. 5. gloſſ. 2.* vbi ocaſione illius legis, in qua ſtatuitur, quòd creditor mutuans ad ſolutionem portationis mercium, vèl cõductionis domus, vbi reponuntur, & cuſtodiuntur, præferatur creditori, cui priùs fuerunt ipſę merces expræſsê obligatę, excepta cauſa dotis, ſeû arrharum, & debito Fiſci, in illis verbis: *Fueras endè en debdo que fueſſe de dote, ò de arras de muger, ò en debdo antiguo, que ouieſſe à dar à la Camara del Rey, cà en eſtas dos coſas, en antèſe pagaria el primer debdo deſtas perſonas, que el ſegundo,*

ait

ait Gregorius *Intellige de Arrhis, quæ fiunt in augmentum dotis, non verò de ſimplici donatione propter nuptias, vt in Authent. de Æqualit. dotis, §. His conſequens coll. 8. & ibi Gloſſa, & in l. fin. in fin. C. Qui potiores in pignor. hab.* hoc enim augmentum poteſt dici addimentum, & pars dotis.

4 Non verò donatio propter nuptias, ſeu aſsignatio arrharum facta à marito vxori tempore nuptiarum in remunerationem dotis, vel virginitatis, vel nobilitatis eius (vt arrhas difiniunt Gregorius Lopez *in l. 1. tit. 11. part. 3. Gloſſa Magna* Rodericus Suarez *ad leg. 1. tit. 2. lib. 3. fori num. 1.* vbi, & Montaluo, Palacios Rubios *in Rubrica de Donationibus inter §. 24. num. 2.* Acoſta *de Priuileg. credit. regul. 2. ampliat. 6. num. 344. & ſeqq.* vbi quòd iſtę arrhæ in noſtra Hiſpania ſucceſſerunt in locum illius donationis propter nuptias, ſicut & etiam notant Sanchez *de Matrimon. lib. 6. diſput. 1. num. 1.* Gutierrez *lib. 3. Pract. quæſt. 43. num. 2. & ſeqq. & de Matrimon. cap. 19. num. 1.* vbi probat ex verbis *l. 1. in fin. tit. 11. partit. 4.* licèt Couarr. *de Matrim. 2. part. cap. 3. §. 7. num. 12. in fin.* dicat, hoc ſolùm poſſe procedere, attentis legibus partitę, non verò perpenſis legibus fori, atquè Taurinis. Et cum eo, Matienço, & alijs Anton. Gomez *in leg. 50. Tauri num. 12.*) prò his arrhis enim, licèt competat mulieri tacita hypotheca, non tamèn eſt cum Iure prælationis, e a ratione, quià in dote mulier tractat de damno vitando, in his verò donationibus de lucro captando, vt probat Text. *in leg. vbi adùc. C. de Iure dotiũ, leg. Si conſtante, §. Iura etiàm, C. de Donat. antè nupt.* & ibi Doctores *Textus notabilis, & expreſſus in leg. Aſsiduis, C. Qui potiores in pignore habeantur*, ibi: *Non enim prò lucro fouemus mulieres, ſed nè damnum patiantur, ſuiſque rebus defraudentur, curamus*, vbi Gloſſ. Ordinaria *verb. ſuo tempore*, Odofredus, Cynus, Albericus, Baldus, Salycetus, & alij, Paulus de Caſtro *in leg. 2. ff. Soluto Matrimon. columna finali, verſ. Sèd àn donatio propter nuptias.* Abbas *in cap. Ex litteris de pignoribus columna final*, vbi, & Canoniſtę; Rodricus Suarez *dict. leg. 1. Tit. de las Arrhas, nu. 60.* vbi quòd hæc donatio non eſt priuilegiata in prælatione, ſicut eſt actio hypothecaria, quę competit prò dote.

5 Albarus Valaſcus *de Partitionibus, cap. 23. num. 9.* Barboſa *in l. 1. 3. part. num. 3. & part. 6. num. 16. & 17. ff. Solut. Matrim.* Thomàs Sanchez *lib. 6. de Sponſal. diſput. 7. num. 5.* Gutierrez *lib. 2. Practicarum quæſt. 17. num. 5.* Rodriguez *de Annuis reditibus, lib. 3. quæſt. 7. num. 54.* D. Petrus Noguerol *allegat. 17. nu. 50. & num. 52.* cum Theſauro, Rodriguez, & alijs tenet, extante debito arrharum, in conſequentiam venire reditus, & earum vſuras. Mantica *de contractibus lib. 11. tit. 26. num. 49.* Scipio Gentilis *in Tractatu de Donationibus inter vir. & vxor. lib. 3. cap. 16. circà medium, verſ. Poſtremo loco videndum eſt fol. 464.* vbi benè declarat eius naturam.

An-

Antonius Gomez *in dict. l. 50. Tauri num.* 41. Flores de Mena *lib.* 1. *Variar. quæſt. 6. art. 3. num.* 3. & expreſsiùs *num.* 10. vbi refert, & ſic declarat Gregor. Lopez *vbi ſuprà*, ſed notabilitèr addit ad praxim, quòd ſi iſtę arrhę promittantur vxori in augmentum dotis, interueniente inſtrumento publico, habebit etiàm prò eis prælationem, ſicùt prò dote, & quòd hoc priuilegiũ tranſibit in filios, & in Ceſſonarium, non verò in hæredes extraneos, ità benè in puncto explicant D. Ioannes del Caſtillo *lib.* 3. *Controuerſ. cap.* 4. *num.* 33. *& num.* 38. Carraſco *ad Leges Regias cap.* 11. *part.* 3. *à num.* 206. vbi omnia benè declarat, & comprobat, *& à num.* 216. hanc ſententiam ſequitur, Acoſta *dict. regul.* 2. *ampliat.* 6. *num.* 345. *& ſequentib.* vbi indiſtinctè arrhis hanc hypothecam competere nititur probare. Siguença *de Clauſulis inſtrum. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 140.

6 Et in antephato, quod eſt eiuſdem naturæ, & qualitatis cum arrhis, vt cum alijs obſeruat Franchis *deciſ.* 182. *num.* 9. & datur ratione defloratę, & amiſſę virginitatis, & dicitur pretium ſanguinis, vt pluribus comprobat D. Philippus Camarata *reſponſo deciſ.* 46. *num.* 6. *& ſeqq. & num.* 11. ob eamdem rationem non datur priuilegium antelationis, licèt competat tacita hypotheca *ex dict. leg. Aſsiduis, vbi Gloſſ.* & Doctores, Baldus Nobelus *in Tractatu de Dote*, 10. *part. num.* 12. Neguſantius *de Pignor.* 4. *memb.* 2. *part. num.* 64. Ioan Franciſcus Ponte *Conſil.* 80. *nu.* 8. *part.* 1. Thoro *in Compendio deciſionũ, part.* 1. *verb. Creditor viri, circà medium*, Riccius *Collectanea* 1488. & alios plures referens Ioſeph Melle *in Addition. ad deciſ.* 1. Gizzarelli *à num.* 38. Franchis *dict. deciſ.* 182. *num.* 1. Donatus Antonius de Marinis *lib.* 2. *Reſolut. quotidian. cap.* 19. *num.* 20. Vrſillus *in Addit. ad deciſ.* 291. *Afflictis num.* 3. *& ſeq.*

7 Quibus conſentaneum eſt aſſerere, idem eſſe dicendum in alimentis debitis vxori, quià eorum onus, eo ipſo quòd eſt dos, eſt ipſi doti acceſſorium, & annexum, *l. Prò oneribus, C. de Iur. dot.* & ſunt Appendices dotis Matrimonij, ſecundum Baldus *in cap. Iurauit, colum.* 1. *verſ. Vtitur autèm mulier, de probat*, quem ſequitur Iaſſon *in l. Si donaturus* 9. *col. verſic. aduerte num.* 7. *ff. de Condict. cauſ. Data.* Et ideò alimenta à viri hæredibus preſtanda ſunt vxori intra annum luctus, ſi dotem in pecunia exiſtentem intrà illud anni ſpatium, non exoluunt, *l. Vnica, §. Exactio, vbi Gloſſa* communitèr recepta, *verb. Reſtituendis, C. de Rei vxor. action.* Bartolus *in l. Diuortio num.* 1. *ff. Solut. Matrim.* Surdus *de Alimentis, tit.* 9. *quæſt.* 43. Fontan. *de Pactis nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 5. *num.* 6. & prò eis bona mariti ſunt tacitè hypothecata, ſinè priuilegio tamèn prælationis, ex doctrina Bartoli *in leg. Si cùm dotem, §. Sin autèm in ſæuiſsimo num.* 7. *ff. Solut. Matrim.* vbi Paulus de Caſtro *num.* 3. ſequitur

tur eamdem opinionem, dicens ſe habuiſſe de facto quæſtionem, & quòd ſic obtinuit pèr tres ſententias conformes, *& ibi eius additio* allegat *Conſilium* 8. eiuſdem Pauli, *& alia Conſilia*, Abbatis, & Romani, benè Alexander *in eodem §. nu.* 11. Neguſantius *de Pignor. 4. memb. 2. part. num. 47. & 1. membr. 5. part. quæſt. 6. num.* 17. Vbi, quòd hæc alimenta debita propter dotem habent mariti bona tacitè hypothecata, tâm conſtante, quâm ſoluto matrimonio, ex veriori ſententia, Franchis *deciſ. 613. num.* 14. Gutierrez *de Iurament. confirmat. 1. part. cap. 46. num.* 5. Rodriguez *de Concurſu creditor. art. 1. 1. part. num. 25.* qui eum ſequitur, & ibi Antonius Maria Bertolus *in Addit, num. 166. & ſeqq.* benè comprobat, & declarat hoc procedere nõ cùm vxor, habet vndè ſe alat, & quòd tùnc dicitur non habere, cùm reditus non habet; & ſi aliâs ſupellectilia poſſideat, gemmas, vtènſiliavè, non tamèn fructum afferentia, & quòd ſi prægnans eſt, indiſtinctè ali debet ab hæredibus. Et *num. 172.* extendit ad veſtes lugubres, *& num. ſequent. in fin.* quòd prædicta procedunt, etiàm ſi habeat Patrem diuitem. Mantica *de Tacitis, & ambiguis, lib. 11. tit. 19. num. 15.* Surdus *de Alimentis, tit. 8. priuileg. 49 nu. 8. & priuileg. 52.* Lara *in l. Si quis à liberis, de Liberis agnoſcendis, num. 38.* Mercurialis Merlinus *de Pignoribus, lib. 3. tit. 2. quæſt. 51.* Vbi latè, & benè materiam declarat, & quæſtionem reſoluit, quem refert, & ſequitur, præcipuas concluſiones enucleans, Regens Donatus Antonius de Marinis *ad deciſiones Reuerterij, in obſeruatione ad deciſionem 169. num. 1. & 2.* in quo, & in *num. 3.* cum Ioanne Vincentio de Anna *ſingular. 21. & alijs*, tractat. quæſtionem in vxore fugitiua, ſeû diſcedente à marito, iuſta cauſa concurrente, prò ſuis alimentis, & ait debere ei præſtari, ſecùs verò, ſi ex proprià temeritate, vèl praua eius conditione. Idem Reuèterius *deciſ. 30.* vbi loquitur in alimentis petitis per vxorem à Fiſco prò tempore quo ingreſſus fuit poſſeſsionem bonorũ Mariti Rebellis, contrà quem dotis reſtitutionem obtinuerat, & ait Fiſcum abſolutum fuiſſe à tali petitione, & ibi Marinis *in Obſeruat.* accuratè exornat.

8 D. Ferdinandus Arias de Meſſa *lib. 2. Variarum, cap. 30. num.* 18. vbi licèt referat Barboſam, & alios Doctores contrarium tenentes, notat omnes agnoſcere magis communitèr contrarium receptum eſſe, Acoſta *de Priuilegijs creditorum, regul. 3. ampliat. 7. num. 10. & ſeqq.* vbi ex profeſsò quæſtionem diſputat, & relatis Doctoribus prò vtràque parte facientibus, & alijs, qui faciunt ſuprà relatam diſtinctionem, intèr alimẽta, quę petuntur conſtante Matrimonio, & ea, quę prætenduntur eo iam ſoluto, *num. 16.* ſequitur hanc ſententiam; Felicianus *de Cenſibus, tom. 1. lib. 3. cap. 5. num. 18.* Cyriacus *tom. 3. controuerſ. 430. num. 6.* benè

Ma-

Matthæus Colerus *de Alimentis, lib. 1. cap. 10. à num. 15. & num. 47.* Franciſcus Maria Prato *in Addit. ad Paſchalium, de Viribus patriæ poteſtat. 2. par. cap. 7. ad num. 42.* D. Salgado *in Labyrinth. creditor. part. 1. cap. 24. à num. 91.* Ioannes Iacobus Aniquinus *de Præuent. Inſtrument. cap. 2. quæſt. 4. num. 60.* Vbi cum Miſingerio, Riccio, & alijs ait hanc eſſe communem opinionẽ, & vacuum eſſe ſupèr ea diſceptare in iudicando; Faria *in Addit. ad Couarr. lib. 1. cap. 7. num. 28.* Et in alimentis promiſsis vltrà dotem, nõ adiecto pacto reſtituendi pèr ſocerum genero ſuo pèr certum tempus, quòd augeant dotem, ità quòd adueniente caſu reſtitutionis dotis debent refici, & mulier habeat prò eis etiàm hypothecam, quià naturam dotis ſortiuntur, probant Fontanel. *de Pactis nuptialibus, tom. 2. clauſul. 7. gloſſ. 3. part. 24. à num. 33.* Coſta *de Portione rata, quæſt. 131. num. 6.* Caſtillo *lib. 4. Controuerſiarum, cap. 60. num. 20.* Merlinus *vbi proximè nu. 86. & 87.* Ioannes Maria Nouarius *lib. 2. quæſt. Forenſ. quæſt. 6.* Donatus Antonius de Marinis *lib. 1. Reſolut. quotidianarum, cap. 9.* vbi idem probat, & cum Fontanela *vbi proximè num. 31.* extendit ad Iocalia, veſtes, nuptiarum apparatus, cæteraque dotium additamenta; & dixit Riminaldus Senior *in conſ. 184. num. 16.* quôd etiàm intereſſe alimentorum poteſt peti actione de dote, cùm dos ipſa ſit quid vniuerſale, & recipiat incrementum, quem ſequitur Mantic. *dict. tit. 19. num. 15.*

9 Ludouicus Romanus *in l. Si cùm dotem, §. Si maritus, num. 28. ff. Solut. Matrimon.* probat, prò fructibus ipſius dotis induci hanc tacitam hypothecã, quià ſunt connexi, & petũtur actione de dote, *pèr l. Si marito, §. vlt. ff. Eodem,* & quòd fructus dotis dicantur habere idẽ priuilegiũ cum ipſa dote, quià nõ ſunt acceſſorij, vt ſunt fructus alterius rei, ſèd ſunt ipſamet dos, quià dotem augent, probant Alexander *in l. Diuortio, §. Ob donationes, column. 1. in Gloſſa,* verſ. *Compenſantiones, ff. Solut. Matrimon.* clariũs, & formalitèr Aretinus *ibidèm 2. column.* verſ. *Supèr eadem Gloſſa,* vbi & Iaſſon, Campegius *de Dote, part. 1. quæſt. 253. & part. vltim. quæſt. 19.* Franchis *deciſ. 642. num. 6.* Ioſeph Melle *in Additionibus ad dictam deciſionem primam,* Gizzarelli *num. 36. & 37.* Mantica *de Tacitis conuentionibus, dict. lib. 9. tit. 19. num. 14.* Acoſta *de Priuilegijs creditorum, ampliat. 7. num. 18. fol. mihi 235.* Merlinus *dict. lib. 3. tit. 2. quæſt. 50. num. 6.*

10 Et àn hæc eadem hypotheca, quæ cõpetit prò dote promiſſa marito, & vxori prò ea reſtituenda, competat etiàm, & detur prô dotis non ſolutæ intereſſe, ſeù vſuris? quæſtio eſt ſanê cõtrouerſa. In qua Bartolus *in l. Lutius, ff. Qui potiores in pign. hab.* & Albericus, Baldus, Angelus, & Salycetus, pêr illum Textum probant competere cum eodem priuilegio præ-

prælationis, & cum eis tenent Socinus *consil.* 15. *lib.* 4. Alciatus *cons.* 150. *num.* 2. *lib.* 5. Misingerius *Singul. obseruat. centur.* 1. *obseruat.* 59. quod quidem plane procedit, quá dô hypotheca dotis expressa, est etiàm prò vsuris, seù interesse dotis, & ità loquuntur Textus, & Doctores *in dict. l. Lucius*, Ripa qui loquitur in dote *in l. Priuilegia de priuileg js creditorum numer.* 15. Franciscus Marcus *decis.* 929. *numer.* 3. Sed quandò in hypotheca, quę contrahitur prò dote non fit mentio vsurarum, vel interesse dotis, àn extendatur ad vsuras, seù interesse? versatur difficultas, & item in hypotheca legali, & tacitè â lege inducta, *ex dict. l. vnica, §. Sed vt plenius, C. de Rei vxor. actione?*

11 In qua quæstione Baldus Nouelus *de Dote, 6. part. priuilegio 7. num. 4. versic. secundo casu principali*, tenet partem negatiuam ex diuersis Iuribus, & rationibus ab eo ibi adductis, vndè in fine consulit quod in instrumentis dotalibus, tàm ex parte viri, quàm ex parte mulieris, promitentes dotem dare, vel restituere, promitant etiàm damna, & interesse sub bonorum obligatione, vt prò interesse competat etiàm hypotheca, quem sequitur Gregorius Lopez *in leg. 14. tit. 13. part. 5. glossa 3. in fine*, & in hoc casu assentiuntur, & dicunt cessare omnem amaritudinem; Surdus *de Alimentis tit.* 8. *priuilegio 49. numer. 9.* & Mercurialis Merlinus *de Pignoribus, & hypothecis, lib. 3. titul. 2. quæst. 51. num. 54.*

12 Sed contrariam sententiam, scilicèt, tacitam hypothecam competentem prò dote, & sic ex priuilegio, extendi quoquè ad vsuras, & interesse dotis, tamquâm veriorem amplectuntur, Iacobus de Arena *in l. vnica, §. Sèd vt plenius C. de Rei vxoriæ actione*, Bartolus *in leg. Si cum dotem 32. §. Sin autèm in sæuissimo nu. 7.* vbi reliqui Doctores, *ff. Soluto Matrimonio*, Negusantius *de Pignoribus, in 4. membro, 3. par. num. 55. & sequentibus*, quem refert, & Doctissimum appellat Camerarius *in cap. Imperialem de prohibita feudi alienat, per Fed. littera E. folio 52.* benè Matthæus Colerus *de Alimentis lib. 1. cap. 10. num. 15. ad finem versic. Cùm enim*, vbi ad id expendit Textum *in leg. Assiduis, C. Qui potiores.* Philippus Paschalis *de Viribus patriæ potestatis, 2. part. cap. 7. num. 40. & sequentibus*, vbi rationem redit, quia actio de dote est bonę fidei, *§. Fuerat instit. de actionibus*, & ideò vsuræ, & accessiones veniunt, secundum naturam ipsius actionis. Rodriguez *de Concursu, & priuilegijs creditorum, 1. part. articul. 1. num. 25.* ibi: *Vsque adeò vt si mulier petens suam dotem intrà terminum à lege sancitum, iuxta Textum in lege vnica, §. Exactio, C. de Rei vxoriæ actione, vel terminum conuentionalem iuxta doctrinam eiusdem Antonij Gomez ibidem num. 46.*

in fine, & factis aliquibus proteſtationibus, vulgò, Requerimientos, dotis ſolutio differatur, poterit interìm, non ſolùm alimenta, ſed dotis lucrum, aùt intereſſe petere, in quo etiàm, eodem tacitæ hypothecæ priuilegio gaudebit ad id ſimùl cum dote repetendum. Roſental. *de Feudis, cap. 9. concluſ. 19. num. 4.* Reuerterius *deciſ. 169. numer. 3.* vbi Donatus Antonius de Marinis *in Obſeruationib. num. 4* alios refert.

13 Arias de Meſſa *lib. 2. Variarum cap. 30. num. 17.* Ramon *conſ. 82. num. 7. lib. 1.* Rodriguez *de Annuis reditibus, lib. 3. quæſt. 7. num. 70.* vbi benè diſcuſa quæſtione in hac reſidet ſententia, & ità concludit: *Igitùr hypotheca, ſimplicitèr accepta prò ſorte dotis, extendi debet ad vſuras, & intereſſe dotis,* & reſpondit rationibus à Baldo Nobelo prò ſua opinione adductis. Cæſar Gallupus *de Concurſu, & prælatione creditorum, part. 4. cap. 4. num. 12.* Galeota *lib. 1. Controuerſiarum cap. 21. à num. 20.* Dom. D. Franciſcus Salgado *in Labyrinth. creditor. part. 1. cap. 24. num. 91. & ſequentibus,* Ioannes Iacobus Aniquinus *de Præuentione inſtrumentaria, cap. 2. quæſt. 4. à n. 29.* Vbi elegantêr probat, quòd ſors, & vſurę adeò ſunt connexę, vt vnicum ſit debitũ, & quòd ſortem augent, & non ſolûm Iuriſconſultorum authoritatibus, ſed etiàm humaniorum litterarum profeſſorum reſolutione confirmat, *& num. 61. & ſequentibus;* Mercurialis Merlinus *de Pignor. lib. 3. tit. 3. quæſt. 95. à num. 1.* D. Ioannes Franciſcus del Caſtillo *deciſ. 17. num. 31. & ſequentibus, tom. 1.* Donatus Antonius de Marinis *lib. 2. reſolut. quotid. cap. 109.* vbi maritum ab hoc intereſſe, debito ratione morę, excuſat, etiâm pèr ſententiam in ſorte principali condemnatum, quandò habuit iuſtam cauſam litigandi. Philippus Camarata *Reſponſ. deciſ. 42. à num. 6. & reſponſ. 43. num. 3. & num. 18.* Ioannes Baptiſta Staibanus *de Intereſſe, lib. 2. tit. 11. quæſt. Vnica, num. 155. & ſeqq.*

14 Et hanc reſolutionem latè, & benè comprobat, & exornat more ſuo D. Petrus Noguerol *allegat. 17. pèr totam, vbi à num. 2. ex l. Vnica, §. Exactio, & §. Sin autèm, C. de Rei vxor. action.* & multis alijs probat, in reſtitutione dotis venire etiàm reditus, & eius vſuras, *& à num. 15.* eandem hypothecam, & prælationem, à Iure indultam prò ſorte, prô eis competere, etiàm ſi non ſint promiſſę, *& à num. 22.* comprobat ex ſimili deducto *ex Authentic. Res, quæ, C. Communia delegatis,* vbi permiſsio alienationis bonorum fideicommiſsi prò dote reſtituenda, vèl conſtituenda, ampliatur ad exactionem vſurarum, & redituum dotis, eo quôd vna, & eadem res ſit, *& numer. 28.* idem probat in Regia facultate conceſſa prò obligatione bonorum maioratus, contracta prò dote, quòd comprehendat etiàm eius vſuras, & intereſſe, *& numeris*

ſequen-

ſequentibus pluribus confirmat, & reſpondet *deciſ.* 37. Dom. D. Ioannis Baptiſtę de la Rea *tom.* 1. *deciſ. Granatenſ.* declarans quo caſu ſit intelligenda ; & ibi ad hoc adductis addendi ſunt Capicius Galeota *lib.* 1. *Controuerſ. controuerſ.* 21. *num.* 23. *& ſequentibus.* Donatus Antonius de Marinis *lib.* 1. *reſolut. quotid. cap.* 76. *numer.* 8. Aniquinus *vbi proximè num.* 40. *& num.* 55. *& ſequentib.* Octauius Corſetus *conſ.* 15. *num.* 4. *& ſequentibus*, Ponte *deciſ.* 34. *num.* 37. *& ſequentibus*, Felicianus *de Cenſibus*, *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 16. verſic. *Obſeruo deindè*, addentes ad D. Molinam *de Hiſpanor. Primogen. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 6. *verſ. Et ex adductis*, & Franciſcus Maria Prato *in Additionibus ad Paſchalium*, *de Patria poteſtat. part.* 2. *cap.* 7. *ad num.* 39. *&* 42. *& ibi in verſic. Sèd pulchrè quæritur*, quàm plures Doctores adducit comprobantes *legem Lucius*, *ff. Qui potiores*, non ſolùm procedere in vſuris ſtipulatis, ſêd etiâm in prælatione vſurarum, & redituum, qui debentur ex natura contractus, & Officio Iudicis.

15 Quę omnia verè percipienda, & intelligenda ſunt, ità, vt ratione dotis retardatę nullum intereſſe debeatur mulieri viduę ab hæredibus mariti, etiàm ſi in ea reſtituenda moroſi fuerint, nêc ſtatîm pòſt annum luctus pecunias, & mobilia reſtituerint, niſi ſit intereſſe damni emergentis, aût lucri ceſſantis; Nâm hoc eis debetur, tàm Iure Cæſareo, quàm Pontificio, vt tenet, & ità in praxi procedere ait D. Couarr. *lib.* 3. *Var. cap.* 1. *n.* 3. verſ. *Sexto hinc etiàm conſtat, in fin.* ibi: *Poſſet fortaſsè admitti Ancharr. & ſequacium ſententia apùd Hiſpanos, attento, & conſiderato cõmuni vſu, quo frequentiſsimè tractatur emptio annuorum reddituum redimibiliũ ; Eſt etenìm facillimum habentem pecuniam ſtatìm paratos inuenìre mille venditores horum reddituum ; Et ideò ſi pecunia dotalis viduæ ſoluta foret, poſſet ex ea annuũ reditum emere ; Vndè propter hoc intereſſe lucri ceſſantis, ea opinio locũ haberet in praxi; immò, idem eſſet in vidua diuite, ſi obſeruemus deciſionem cap. Salubritèr, etiàm intelligendam eſſe, matrimonio ſoluto, quantùm ad rationem intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis : Quod eſt animaduertendum.* Idem tenent Barboſa *in l.* 2. *in princip. num.* 51. *ff. Solut. matrimon.* Rodriguez *de Annuis redit. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 55. vbi cûm D. Molina *de Hiſpan. Primogen. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 5. id in Hiſpania prò conſtanti præſupponit, vt etiâm tenent Additionatores *ibidèm num.* 6. D. Petrus Noguerol *dict. allegat.* 17. *num.* 7. Marius Cutelli *deciſ.* 12. *num.* 73. Amato *reſolut.* 49. *num.* 96. vbi plures citat, latè D. Ioannes de el Caſtillo *tom.* 8. *de Alimentis*, *cap.* 49. *per totum*, vbi ex profeſſò, & ſolito ſuo labore materiam exponit, *& numer.* 38. hanc ſententiam comprobat; Honoratus

Leotardus *de Vſuris, cap.* 30. vbi ſingulariter declarat, *& num.* 54. *& ſequentibus* hoc comprobat, *& quæſt.* 74. *num.* 53. *in fine* vbi cum Fachineo etiam in donatione ptoptèr nuptias hoc admittit; Graſis *de Exception. except.* 32. *num.* 10. Arias de Meſſa *lib.* 1. *Variarum cap.* 18. *num.* 6. vbi plures citat, *& lib.* 3. *cap.* 46. *num.* 29. cum multis Bayo *in Praxi, lib.* 2. *quæſt.* 103. Acoſta *de Priuileg. creditor. regul.* 3. *limitat.* 3. *num.* 44. Theſaurus *deciſ.* 43. *num.* 4. Ioannes Baptiſta Staibanus *de Intereſſe, lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 10. *& ſequentibus*, vbi cum Capicio Larro *deciſ.* 97. *num.* 14. ait, neceſſe eſſe probari intereſſe ab vxore, quandò non fuit taxatum, nèc ſufficere rationem adductam â D. Couarrubias.

16 Et idemmet D. Petrus Noguerol *num.* 25. id defendit, & probat cum Salon, Scaccia, Cabalerio, & Auendaño, etiam exiſtente fallimento eius, qui dotem, & illius redditus, & vſuras debet, *& num.* 26. refert duas Supremi Senatus deciſiones, vxores prô dotibus, & earum vſuris præferentes, non obſtante decoctione maritorum, & creditorum concurſu, quem refert, & ſequitur Franciſcus Maria Prato *in Addit. ad Paſchalium, de Patria poteſtat. dict. cap.* 7. *num.* 42. verſ. *Sèd curioſa, eſt indagatio.*

17 Et in bonis paraphernalibus eadem quæſtio proponitur, àn, ſcilicèt, prò eorum recuperatione mulier habeat hypothecam legalem cum prælatione, ſicùt prò dote? prò cuius enodatione, notandum eſt, quòd paraphernа ſunt bona, quę mulier vltrà dotem attulit ad matrimonium, Gręcum ſanè nomẽ, dictum *à Para*, quod eſt, *Circa*, & *Phernin*, quod eſt *dos*, vt explanat Iuris Conſultus *in leg. Si Ego, §. Dotis, ff. de Iure dotium*, & expreſsiùs *lex Partitæ* 17. *tit.* 11. *partita* 4. in illis verbis: *Parapherna ſon llamados en Griego todos los bienes, è las coſas, quier ſean muebles, ò raizes, que tienen las mugeres para ſi apartadamente, è non entran en cuento de dote; è tomò eſte nome à Para, que quiere tanto dezir en Griego, como Acerca; è Pherna, que es dicho por Dote, que quiere tanto dezir en Romance, como todas las coſas que ſon ayuntadas, è allegadas à la dote*, pro his ergò bonis (ſi eorum adminiſtrationem vxor marito conceſſerit, ſiuè tacitè, ſiuè expreſsè) habet à Iure tacitam hypothecam, vt probat Text. *in l. fin. §. Sin autèm, C. de Pactis conuent.* vbi notant Bartolus, Baldus, Cynus, Albericus, & communitèr Doctores, & benè Salycetus *in §. finali, eiuſdem legis, num.* 2. Iaſſon *in l. Maritus, C. de Procuratoribus, in fine, & in §. Fuerat, Inſtitut. de Actionibus, num.* 41. Innocentius *in cap. Ex litteris, de Pignoribus*, & ibi Abbas *num.* 10. Immola *numer.* 19. & facit Textus *in l. Vbi adhùc, C. de Iure dotium*, & ibi Gloſſa verbo, *Suppoſitas*, & probat *dicta*

ta lex partitæ, ſed quòd non ſit talis hypotheca cûm prælatione talitèr, quòd præferatur mulier alijs creditoribus habentibus hypothecas anteriores, quiâ hoc ſolùm habet locum in dote, fauore matrimonij, non verò in alijs bonis, tenet *Gloſſ. ſingularis, in dict. l. Si ego, §. Dotis, ff. de iure dotium*, quam ad hoc notat, & commendat Salycetus, ſicùt etiàm Iaſſon, in locis proximè citatis, & probatur *in dict. l. fin. C. de Pactis conuentis*, quę ſolùm concedit beneficium tacitę hypothecę, & non aliud.

18 Antonius Neguſantius *de Pignoribus, 4. membr. 2. part. num. 63.* Antonius Gomez *in l. 50. Tauri, nu. 40.* verſ. *Idem quæro*, vbi, quôd idem probat, & ſic intelligenda eſt *dict. l. 17. partitæ*; Et idem ſequuntur D. Couarrubias *lib. 1. Variarum cap. 7. num. 1.* Gregorius Lopez *in dict. l. 17. gloſſ. 3.* Barboſa *in l. 1. 3. part. ff. Solut. matrimon. num. 31. & 32.* Gutierrez *de Iurament. confirmator. 1. part. cap. 46. num. 2.* Azeuedo *in l. 2. tit. 3. lib. 5. Nouæ Recopilationis, num. 65.* Rodriguez *de Concurſu, art. 1. 1. part. num. 10.* & Antonius Maria Bertolus *in nouiſsimis eius Additionibus, num. 149. & 150.* vbi *num. 151.* probat, eo caſu quo mulier nubit marito nulla certa dote conſtituta, & deſignata, omnia eius bona habenda eſſe prò paraphernalibus, Acoſta *de Priuilegis creditorum, regula 2. ampliat. 6. num. 326. & ſequentibus.* vbi loquitur in concurſu creditorum prò his bonis, tâm aduerſûs bona mariti, qui decoxit, quàm aduerſûs tertium, in quem peruenerunt, Parladorus *in Sexquicenturia, differentia 124. num. 3. & 4. & per totam* agit de differentia intêr dotem, & parapherna; Surdus *conſ. 290. à num. 4. & à num. 40. & 42.* vbi benè agit de obligatione mariti reſtituendi fructus horum bonorum paraphernalium, & quomôdo hoc procedat.

19 Quę quæſtio, multiplici adhibita diſtinctione, definitur à Bartolo *in l. Penultima, numer. 3. ff. ad leg. Falcidiam*, & latê examinatur quòad ſingulas eius partes ab Arias de Meſſa *lib. 2. Variarum, cap. 30. per totam*, vbi *numer. 21.* concludit, materia ſummè diſcuſa cum aduocatis in cauſa, in qua Aſſeſſoris Officio functus fuit in Salmantino Prætorio; Declaraſſe fructus non eſſe reſtituendos hæredibus vxoris à marito, qui diû adminiſtrauerat bona extràdotalia, ſciente àc patiente vxore, & locupletior factus non fuerat; & eius ſententiam confirmatam fuiſſe in Regio Pintiano Senatu: *Et à num. 16.* negat hypothecam prô his fructibus (in caſibus in quibus debent reſtitui) competere. Ioannes Baptiſta Staibanus *in Tractatu de Intereſſe, quæſt. 4. per totam*, & plures alij Doctores adducti à D. Ioanne del Caſtillo *lib. 2. Controuerſ. cap. 23. à num. 29.* Merlinus *de Pignor. lib. 3. tit. 2. quæſt. 54.* latê Menochius *de Præſumption.*,

lib. 3. præſumpt. 8. & 9. Cancer *lib. 1. Variar. cap. 9. num. 17. & 18.* Fontanela *de Pactis nuptial. clauſul. 6. gloſſ. 2. part. 7. num. 54. & ſeqq.* vbi benè de tota materia agit, Thomãs Mieres *ad Conſtitutiones Cathalon. collat. 6. in Curia Petri 3. num. 149.*

20 Sêd cûm hodiè in noſtro Regno *ex l. 55. Tauri, quæ eſt l. 2. tit. 3. lib. 5. Recopilationis*, vxor, ſinè licentia mariti, nullam bonorum ſpeciem poſsit alienare, nèc ſupêr ea contractum celebrare, & maritus ſit omnium bonorum adminiſtrator, & fruatur eorum fructibus, & de eis prò libito diſponat *l. 1. tit. 9. eodem lib. 5.* omnia bona vxoris, quomodòcumque nominentur, ſunt dotalia, vt expreſsè probat Gregorius Lopez *in l. 6. tit. 11. part. 6. gloſſ. 4. quæſt. 5. circà principium*, ibi: *In Regno verò noſtro maritus habet adminiſtrationem bonorum vxoris, etiàm non dotalium, & fructus ità ſunt ſui, ſicùt eſſent fructus dotis: ſunt enim omnes fructus communes intèr virum, & vxorem, ex quibuſcumque bonis percipiuntur, ſecundùm leges Regni, ſecundùm quas etiàm, ne què mulier ſinè aſſenſu viri poteſt diſponere de rebus ſuis, etiàm paraphernalibus.* Antonius Gomez *in l. 50. Tauri, nu. 71.* vbi ità ait: *Ex quibus infertur, quòd hodiè ceſſat diſputatio Gloſſ.e, & Doctorum in l. Vbi adhùc, C. de Iure dotium. An maritus lucretur fructus rerum paraphernalium? de quo vide Gregor. in l. 17. tit. 11. part. 4. verbo Todos los bienes, Matienç. in l. 4. tit. 6. lib. 5. gloſſ. 1. in fine. & ibi declarat quomòdo, & in quibus fructibus hoc procedat.* Gutierrez *de Iuramento confirmat. part. 1. cap. 1. num. 53.* Vbi quòd attenta dicta leg. Tauri, hodiè requiritur licentia viri, etiàm ad agendum prò bonis paraphernalibus, ſiuè eorum adminiſtrationem ei tacitè, vèl expreſsè cõceſſerit, ſiuè non, & citat Palacios Rubios, & alios.

21 Azeued. *in l. 2. tit. 3. lib. 5. Recopilationis, num. 62. & in l. 3. tit. 9. eodem lib. num. 22.* in quibus locis probat, quòd hodie ſiuè mulier tradiderit marito horum bonorum adminiſtrationem, tacitè, vèl expreſsè, vèl eorum inſtrumẽta, ſiuê non, ſempèr ad eum pertinet illorum adminiſtratio, & eorum fructus ſunt communes, nulla differẽtia habita intèr bona dotalia, & paraphernalia, & quôd ideô prô eorum adminiſtratione, & reſtitutione bona mariti ſunt tacitè obligata, *ex dict. l. fin. C. de Pactis conuentis, & dict. l. 17. partitæ*, Couarrubias *dict. lib. 1. cap. 7. num. 1.* & alijs authoritatibus, quas ibi adducit; ſequuntur Barboſa *in l. 1. ſoluto matrimonio, part. 1. num. 31.* verſ. *Cæterùm nihilominùs eſt aduertendum, & num. 32.* verſ. *Accedat quidquid ſit de Iure Cõmuni*, D. Ioannes del Caſtillo *lib. 1. Controuerſ. de Vſufructu, cap. 4. num. 16. & 17.* vbi plures Doctores Regni refert, & latiûs *lib. 4. Controuerſ. cap. 26. in Additionibus num. 22. & 23. & eodem lib. 4. cap. 40. num. 46. & ſequentibus.* Vbi ſingularitèr intẽdit probare

bare, attentis legibus Regni ſuprà relat*is*, non ſolùm concedi mulieri prò his bonis paraphernalibus tacitam hypothecam, ſêd hanc eſſe cum prælatione, ſicùt etiàm datur ei prò dote, ad quòd expendit verba *dictæ legis* 17. *tit.* 11. *part.* 4. & pluribus comprobat. (licêt Doctores ſuprà relati defendant hanc hypothecam non eſſe cum prælatione, vt dictum eſt) D. Petrus Noguerol *allegat.* 30. *num.* 29. & 30. qui eum refert, ſêd in hac vltima acceptione non audet cum eo aſſentire; Doctor Franciſcus Carraſco *ad leges Regias, cap.* 11. 2. *part. num.* 111. & *ſequentibus*, qui ità ait. *Maximè quià de eis; Iure noſtro attento ex l.* 2. *tit.* 3. *lib.* 5. *Recopilationis; Diſponere non poteſt, nèc contractum facere abſque licentia viri; Igitùr, vt dotalia omnia, & non vt paraphernalia ſunt iudicanda, ſi tempore contracti matrimonij nihil dictum, vèl reſeruatum ſit, cùm fructus ſint communes, & adminiſtratio regularitèr ad virum pertineat ex communi reſolutione, & hodierna praxi, rariſsimèque euenit, vt vxor de perſe adminiſtret, & tùnc non poteſt ſinè viri licentia, ex dict. l.* 2. *& conſtitui dotem vniuerſorum bonorũ, hodiè apùd nos vtilius eſt mulieribus, & publico dotis fauori, proptèr firmitatem prælationis ex hypotheca, & priuilegijs eius, indè prouenientibus.*

22 Ex quo vtilitêr infertur, quòd licèt antiquitùs, attento Iure Communi, in illo adeô ſpeciali priuilegio Fiſco conceſſo contrâ bona exercentis officium primipili, ſcilicêt, vt hypotheca tacita legalis procedat etiàm in bonis vxoris, licèt non interuenerit obligationi, & ſimilitèr filiorum, licèt non exiſtant patri hæredes, iuxtâ Textum *in leg. Satis notum* 4. *C. in quibus cauſis pignus, vèl hypotheca tacitè contrahatur, l. Vtilitas* 3. & *l.* 4. *C. de Primipilo lib.* 12. limitaretur, & non haberet locum contrà bona paraphernalia vxoris; ea ratione, quià hæc penès vxorem ſempèr extarent, nèc ad dominium mariti transferrentur, vt *ex l.* 1. *C. de Priuilegio Fiſci* notat Maximilianus Fauſtus *in Conſil. prò Ærario claſi* 8. *conſ.* 15. *num.* 14. & *claſi* 9. *conſ.* 40. *verſ.* 6. *non leue priuilegium eſt*, & *conſ.* 41. *verſic. Filij autèm*, Carleual *de Iudicijs tom.* 2. *diſputat.* 19. *num.* 6. & 7. Gratianus *tom.* 4. *Diſceptationum Forenſium, cap.* 733. *num.* 8. Merlinus *de Pignoribus lib.* 3. *tit.* 3. *quæſt.* 94. *num.* 27. Faria *in Additionibus ad Couarrubiam, lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 40. Cùm hodiè hoc ceſſet iuxtà prædicta, & maritus habeat eorum adminiſtrationem, & de eis idem Iudicium, quod de dotalibus, faciendum ſit; Omnia, quę in hoc caſu, & in officio primipili quôad dotem militant, & habent locum (de quibus latiſsimè *infrà hoc Titulo, quæſt.* 14. *à num.* 4. *cum multis ſequentibus* ſermonem facimus) procedent etiàm in his bonis.

QV ÆS-

QVÆSTIO V.

An eadem Hypotheca, quę datur Vxori prò dote in bonis mariti, detur etiàm prò ſatisfactione medietatis bonorum ſuperlucratorum conſtante Matrimonio, ab eo alienatorum?

Summarium Quæſtionis Quintæ.

Num. 1. *Dimidium bonorum ſuperlucratorum à viro, vèl vxore, conſtante Matrimonio, ſpectat ad alterum coniugem.*

2 *Dominium bonorum ſuperlucratorum, & poſſeſsio hodiè de Iure Regio, ſtatìm tranſit ipſo Iure prò ſua parte in coniugem.*

3 *Maritus conſtante Matrimonio liberè poteſt bona lucrata alienare, ſiuè titulo lucratiuo, ſiuè oneroſo, dummòdo bona fide, & non dolosè procedat.*

4 *Mulier non poteſt petere lucrorum diuiſionem antè perfectos contractus, initos à marito antè mortem.*

5 *Maritus ſi de facto alienet hæc bona in caſibus prohibitis, àn vxori prò recuperatione, ſeù ſatisfactione eorum, cõpetat hypotheca?*

6 *Refertur ſententia concedens vxori hoc caſu tacitam hypothecam, non verò Ius prælationis.*

7 *Sed contraria, ſcilicèt, neque hypothecam, neque Prælationis priuilegium ei competere, aprobatur.*

8 *Vxor eius, qui alienatis bonis ſuperlucratis decoxit, an poſsit petere à poſſeſſoribus eorum, vt ſibi traddantur Iure pignoris, ſeù hypothecæ, quoùſque dos conſumpta ſibi refundatur?*

Hypotheca poteſt conſtitui in re propria, cuius dominium reuocabile eſt, quæ eſt egregia limitatio, l. Neque pignus, *ff. de Reg. Iuris.*

9 *Lectus quotidianus àn debeatur coniugi ſuperſtiti ex bonis præmortui, extantibus creditoribus, & in eorum præjudicium?*

10 *Hypotheca datur filijs non ſolùm in bonis paternis, ſed etiàm in bonis matris, quæ migrauit ad ſecundas nuptias, prò lucris obuenientibus ei, ex ſubſtantia primi mariti quomodòlibet.*

Et in eam veniunt non ſolùm bona præſentia, ſed futura.

Et præferuntur cæteris creditoribus, qui cum eis contraxerunt, pòſt tempus quo bona ad Matrem, vèl Patrem peruenerunt.

11 *Hypotheca tacita contrahitur in bonis Patris dolosè adminiſtrantis bona aduentitia filiorum, ad eorum fauorem.*

1 PRæcedenti proxima ſuccedit quæſtio, eandem cõtrouerſiam excitans in bonis ſuperlucratis, ſeù quę vir, aût vxor propria induſtria, & labore adquiſierunt conſtante matrimonio. In quibus certum eſt, quôd dimidium talium bonorum ſpectet ad alterum coniugem, *l.2.tit.9. lib.5. Recopilationis*, Suarez *in l.1. tit.de las Ganancias, lib.3.fori*, Palacios Rubios *in Rubric.de Donationibus intèr, § 62. num.1. & ſeqq.* Antonius Gomez *in l. 50. Tauri, num. 69.* Matienço *in dicta lege 2. gloſſ. 1.* Segura *in Repetitione legis 3.§.fin.ff.de Liberis, & poſthumis*, Barboſa *in l.1.1.part.ff.Soluto matrimonio, ex num.35.* Garcia *de Expenſis, cap. 13. num.11. & ſeqq. & de Coniugali àcquæſtu, num.4. & ſequentibus*, & alij relati à Dom. D. Alphonſo de Olea *de Ceſſ. Iur. & action.tit.4 quæſt.8.num.1. & num. 3.* quòd ad hæc lucra adquirenda ſufficiunt ſponſalia de præſenti, *& num. 8.* quôd communicantur etiàm in matrimonio putatiuo prò parte eius, qui bona fide contraxit, *& num. 16.* refert plures Doctores de materia agentes, *& num. 17.* cûm Auguſtin. Barboſa *lib. 3. voto 101. num. fin.* & Caſtro Palao *de Iuſtit. & Iur. diſputat. 9. punct.15. num.6.part.7.* tenet vxorem diuortiatam à viro, ſinè eius culpa, retinere effectus omnes matrimonij, & conſequi partem in bonis ſuperlucratis â viro, licèt contrarium ſentiat Spino *in Speculo teſtament. gloſſ. 11. principali, num.99. & ſeqq.* ſcilicèt, abſolutè lucra non communicari intèr cõiuges, quandô Iudicio Eccleſię ſeparati ſunt; ſêd nihilominûs probat, quòd ſi maritus cauſa negotiationis, vèl debitis oppreſus ſe abſentauit, & tempore abſentię lucratus eſt magnam quantitatem, lucra illa veniunt communicanda intèr eos.

2 Et cûm hæc communicatio fiat ex diſpoſitione legis, dominium eorum bonorum prò ſua parte, ipſo Iure, ſtatim in coniugem tranſit; Licèt de Iure Communi neceſſaria eſſet traditio, & hic effectus clarè reſultat ex diſpoſitione *legis 47. tit. 28. part. 3.* in illis verbis: *Otroſi, dezimos, que toda la ganancia que qualquier de ellos faga, que el ſeñorio de ella paſſa à los otros tãbien, como ſi cada vno de ellos la ouieſſe fecho.* Et facit *l.6. tit. 10.part.5.* notant Gregorius Lop. *in dict. l. 47. gloſs. 1.* Antonio Gomez *in dict.l. 50. Tauri, num. 26.* ibi: *Hodiè tamèn corrigitur iſta ſententia, & communis opinio, in bonis acquiſitis, & lucratis conſtante matrimonio, immò dicẽdũ eſt, quòd etiàm tranſit dominium, & poſſeſsio in ſocium prò parte, in bonis futuris, pòſt contractum quæſitis, ità diſponit ſingularis lex Partitæ 47. verſ. final, tit. 28.3. part.* & prò hoc citat Palacios Rubios, Rodericum Suarez, Seguram, & alios; ſequuntur

Co-

Couarrubias *lib. 3. Variar. cap. 19. num. 2.* Gutierrez *lib. 2. Practicarum quæſt. 118. pèr totam, & num. 5.* adducit *dictam legem 47. tit. 28. part. 3.* dicens corrigere Ius commune Cæſareum; Garcia *de Expenſis dict. cap. 13. num. 12.* ibi: *Quod adeò verum eſt, ſcilicèt, hæc, quæ conſtante matrimonio adquiruntur, marito, & vxori eſſe communia, vt ſcilicèt, vxori illicò, etiàm conſtante matrimonio lucratorum, prò ſua parte dimidia, dominium, & poſſeſsio competat;* Auendaño *de Cenſibus cap. 75. num. 5.* Matienço *vbi ſuprà Gloſſa 3. num. 13.* Acoſta *de Priuilegijs creditorum, regula 2. ampliat. 6. à num. 314.* Azeuedo *in l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopilat. num. 17.* latè Mieres *de Maiorat. 1. part. quæſt. 23. à num. 93.*

3 Hoc ergò ſuppoſito, quamuîs ex diſpoſitione *leg. 5. tit. 9. lib. 5. Recopilationis,* liberè poſsit maritus conſtante matrimonio hæc bona alienare, ſiuê id faciat titulo lucratiuo, ſiuè oneroſo; dummodò bona fide procedat, & non dolosè & fraudulentèr faciat, nâm eo caſu nulla erit alienatio, vt probant Palacios Rubios *in Rubrica de Donationibus, §. 66. num. 7.* Ciſuentes *in l. 16. Tauri num. 13.* Antonio Gomez *in dict. l. 50. Tauri num. 73.* vbi benè declarat; Garcia *de Expenſis dict. cap. 13. num. 18.* & meliùs *de coniugali ac quæſtu nu. 5.* ibi: *Conſtante autèm matrimonio ſolus vir, ſinè fraude, de his lucris liberè diſponit, etiàm in damnum vxoris,* & benè loquens in marito, qui ludendo, & ſcortando, hæc lucra amiſsit *ibidèm num. 65. & 66.* Mieres *de Maiorat. 4. part. quæſt. 23. nu. 155. in fin.* Azeuedo *in dict. leg. 5. tit. 9. lib. 5. Recopilat. num. 7.* vbi latè comprobat, quià dominium adquiſitum coniugi prò ſua medietate eſt reuocabile cum prædicta qualitate, vt ipſemet cum Couarr. & alijs declarat *in l. 2. eodem Tit. & lib. dict. num. 17.*

4 Morquecho *de Bonorum diuiſion. lib. 2. cap. 12. nu. 19. & ſeqq.* vbi ex hoc reſoluit, n caſu ibi propoſito vxorem teneri ſtare locationi molendini factę à marito in quinquenium conſtante matrimonio, qui antê illud effluxum, è vità migrauit, & niſi finito quinquenio, non poſſe petere lucrorũ diuiſionem, prò qua quæſtione videndi ſunt Matienço *in leg. 2. tit. 9. lib. 5. Recopilat. gloſſ. 1. num. 20. & 21.* vbi loquitur in conductore vectigalium, ſicût etiàm Gutierrez *lib. 2. Practic. quæſt. 130.* Barboſa *in l. Si filio familias, §. Si vir in quinquenium à num. 13.* vbi latè de ratione illius Text. & prædictę concluſionis, & quòd ſpecialitèr procedit in dote; Morla *in Emporio part. 1. tit. 10. quæſt. 2. num. 8.* D. Olea *de Ceſſ. lur. & actio. tit. 4. quæſt. 8. num. 42.* vbi quôd prædicto caſu mulier non poteſt agere ad penſionem contra Colonum, niſi obtenta ceſsione ab hæredibus viri; Laſart. *de Gabellis cap. 18. num. 98.*

5 In caſibus ergò, in quibus non eſt permiſſa alienatio, ſi de facto alienet, quæritur àn mulieri prò recuperatione, ſeù ſatisfactione

ne talium bonorum, competat hypotheca?

6 In quo dubio, Anton. Gomez *in dict. l. 50. Tauri num. 41. in fine*, tenet, quòd prò medietate lucrorum, quę pertinent vxori, erunt bona mariti tacitè obligata, ſi fortè ea alienauit mortua vxore, vèl ea viuente, in caſu prohibito, non tamèn compêtet Ius prælationis.

7 Sed hoc in magnam controuerſiam redigit Ioan. Gutier. *de Iurament. confirm. 1. part. cap. 46. num. 6.* enixè comprobans, nullam in hoc caſu hypothecam, nequè prælationis priuilegium dari, cûm nequè vllîbi à Iure diſpoſitum reperiatur, nequè ex eo, vt de dote ad lucra, extenſionem faciendam eſſe verum putet, & ſic in Pinciano Senatu duabus ſententijs conformibus iudicatum fuiſſe teſtatur, quas dicit propijs oculis vidiſſe, & pèr eas deciſum eſſe, quòd hæredi mulieris prò bonis cõſumptis, ei pertinentibus ex dimidietate lucrorum, ſolutio, & complementum fieret de bonis mariti, poſtquàm eius creditores omnes hypothecarij, habentes hypothecam in bonis mariti, eſſent ſatisfacti, & hoc intelligendum de creditis pòſt mortem vxoris contractis, nàm de habentibus hypothecam in vita vxoris çontractam non poteſt dubitari, quià non dicuntur bona lucrata, niſi ſolutis debitis conſtante matrimonio contractis. Idem tenet Gomez Arias *in l. 14. Tauri, num. 4.* ſequuntur Flores de Mena *lib. 1. Var. cap. 6. art. 3. num. 3.* Rodriguez *de Concurſu part. 1. artic. 1. num. 24.*

8 Et quæſtionem proponit, Garcia *de Expenſis dict. cap. 13. num. 21. & 22.* in marito, qui alienatis huiuſmodi bonis ſuperlucratis, ęre alieno oppreſus, diglutita aliena pecunia, ad ſummam inopiam redactus, verſuram fecit, cuius vxor ad poſſeſſores bonorum occurrit, volens ex obligatione, & hypotheca, quibus affecta bona illa eſſe dicit, ſibi traddi Iure pignoris, ſeù hypothecę, quoùſque dos ſibi conſumpta refundatur, & tales poſſeſſores excipiunt dimidium illorum bonorum, quod mariti fuerit, paratos ſe eſſe ex hac cauſa reſtituere vxori, dimidium verò, quod ipſius vxoris fuerit, non debere ſe reſtituere, quiâ vxor agit hypothecaria, quę nulla eſſe poteſt in bonis ipſius vxoris, licèt in bonis mariti admittenda ſit, *ex l. Nequè pignus, ff. de Regulis Iuris, l. Si rem alienam, ff. de Pignorat. act.* & ait Garcia ex facto accidiſſe hanc quæſtionem, & pronuntiatum fuiſſe totam rem lucratam eſſe reſtituendam vxori, vt retineret eam Iure pignoris. Sèd quôd hoc non poteſt applicari noſtro caſui, quià hæc argumentatio id tantûm obtinet, vt in re propia cuius dominium reuocari poteſt, poſsit conſtitui hypotheca Domino, quę eſt egregia limitatio *dict. l. Nequè pignus, ff. de Reg. Iur.* de qua videndus eſt Arias de Meſſa *lib. 1. Var. cap. 39. num. 2.* àt verò non probat, quòd mulier habeat in ſuis lucris iſtam hypothecam,

cam, quam ex Iuris diſpoſitione habere potuit proptèr dominium reuocabile, & ideò concludit: *Quare ſtricta Iuris diſpoſitione, & vera, credo quod particularis ille, & tertius poſſeſſor ſecurus ſit, quantùm pertinet ad lucra, quæ mulieris fuerant, tu cogita, quotidianum eſt.* Nonius Acoſta *de Priuileg. credit. reg. 2. ampliat. 6. num. 379. & ſeqq.* vbi cum Garcia ex veriori ſententia probat, Ius hypothecę mulieri cõcedi in bonis lucratis marito pertinentibus.

9 Hùc etiàm ſpectat reſolutio alterius dubij agitati à Doctoribus circâ lectum quotidianum, quem *l. 6. tit. 6. lib. 3. fori*, aſsignat coniugi ſuperſtiti, vt ei detur ex bonis præmortui, ſi ſunt bona ſuperlucrata, ex eis, & eis deficientibus, ex 5. bonorum, & quæruntàn extantibus creditoribus ei debeatur in eorum præjudicium? & reſolutio eſt, quòd quotiès defunctus coniux ære alieno ità oppreſus deceſit, vt reliqua bona non ſufficiant eius ſolutioni, non debeatur, nec ſupêrviuens poſsit illum, vèl eius æſtimationem iuxta conſuetudinem loci deducere, Ayora *de Partit. 1. part. cap. 3. num. 40. & 41.* Gutierrez *lib. 2. Pract. quæſt. 94.* Zeuallos *Commun. contra commun. quæſt. 1. num. 3. & ſeqq. & num. 10.* Villadiego *in Politica cap. 7. de la Inſtruccion num. 24. verſ. Y ſino ay bienes baſtantes.* Bayo *in Praxi lib. 2. quæſt. 152. num. 24.* Pichardo *in § Quædam actiones in explicatione, l. 1. ff. Famil. erciſc num. 61. & 62.* vbi excipit caſum in quo lectus quotidianus eſſet dotalis, nàm in eo, ait ante alia debita deducendũ eſſe ab vxore.

10 Et in alijs lucris obuenientibus vxori ex ſubſtantia, & bonis mariti quomodòlibet, quòd ea migrante ad ſecundas nuptias, filij illius matrimonij habeant non ſolùm in ipſis bonis paternis, ſed etiâm in bonis omnibus matris ſuę cõceſſam legibus hypothecam probat *l. Hac edictali, §. Omnibus vlt. C. de Secũdis nuptijs*, quod idem poſteà ad Patrem productum eſt, *l. Si quis prioris, §. vltim. & penultim. C. Eodem Tit.* qua ea bona quorum dominium, ſiuè propietas ad ipſos ſpectat, & vſus fructus ad matrem, ſeû ad Patrem, in tuto collocantur. Et in hanc hypothecam veniunt bona matris, vel patris propia, eaque omnia, nec ſolùm præſentia, ſed etiâm futura, vt ex dictis legibus ſummè notari debet, cum alibi non ità expreſsè cautum reperiatur in legitimas, & tacitas hypothecas venire etiàm bona futura, vt in hypothecis conuentionalibus probant, *l. vltim. ff. Qui potiores, l. Quæſitum, §. 1 ff. de Pignor. l. fin. & ibi Gloſſ. C. Quæ res pignori.* Et præferuntur filij in bonis matris, vel patris, cæteris creditoribus, qui cum eis contraxerunt pòſt tempus, quo talia bona ad matrem, vel patrem peruenerunt, quæ omnia benè explicat, & cõprobat Scipio Gentilis *in Tract. de Secundis nuptijs, cap. 14. & in tractatu de bonis maternis, cap. 8. &*

prò

prò hac hypotheca in bonis Patris vide relatos àCaſtillo *de Vſufructu, lib.*1. *cap.*3. *num.*73. & Antonio Gomez *in l.*48.*Tauri num.*15.

11 Sicùt etiàm ſpeciali priuilegio,& fauore filiorum,introducto ab Imperatore Iuſtiniano *in leg. Cùm oportet, §. fin. C. de Bonis quæ liberis,* contrahitur tacita hypotheca in bonis Patris dolosè adminiſtrantis bona aduentitia filiorum, vt notant D.Petr. Noguer. *alleg.*1. *à num.*36.Caſtillo *tom.*8. *controu.de alimentis,cap.*44.*num.*7.vbi adducit & explicat *l.*24.*tit.*13.*part.*5. idem diſponentem,& *cap.*45.*ſeq.à n.*29. Scipio Gentilis *in Tract. de bonis maternis,cap.*8.Arias de Meſſa *lib.*3. *var.cap.*37.*à num.*7.D.Manuel Valeron *de Tranſactionib. tit.*4. *quæſt.*4. *num.*21.& *ſeqq.*vbi plures.Gaito *de Credito, cap.*4.*quæſito* 11.*num.*1589. Mercurialis Merlinus *de Pignor.& hypoth.lib.*2.*tit.*2.*quæſt.*17.vbi benè diſtinguit intèr Patrem malè verſatum, & dolosè verſatum in tali adminiſtratione, vt in primo caſu non competat,in ſecundo ſic.Caſtillo *deciſ. Siciliæ* 221. *à numer.*1. *tom.*3.

QVÆSTIO VI.

An prædicta priuilegia conceſſa verę doti, procedant etiàm in dote confeſſata?

Summarium Quæſtionis Sextæ.

*Num.*1.*Priuilegia hypothecæ,& Prælationis,conceſſa veræ doti, àn habeant locum in dote, de qua ſolùm conſtat pèr confeſsionem mariti,& quæſtio diuiditur in duos caſus, vnus quòad maritum,& ab eo cauſam habentes, alter quòad creditores.*

2 *Confeſsio, ſeù quietatio de dote recepta præjudicat marito.*

3 *Et eius hæredibus, etiàm ſi ſit intrà tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, dummòdo eam non oppoſuerit, nàm oppoſita intrà tempus datum à lure, incumbit ipſi mulieri onus probandi dotem fuiſſe numeratam.*

4 *Maritus ſi in inſtrumento dotis, renuntiauit exceptioni non numeratæ dotis, non poteſt eam opponere.*

5 *Nèc quandò promiſsio dotis præcedit,tàm matrimoniũ, quàm confeſſionem de recepto.Et ibi quòd ſimilitèr nõ poteſt opponere eam hæres illius,qui in actu mortis confitetur recepiſſe pecuniam, vèl dotem.*

6 *Confeſsio de recepto facta pèr ma-*

ritum in fauorem vxoris, non præjudicat eius creditoribus, qui poſſunt excipere aduerſus eam, & eius hæredes, dotem non fuiſſe numeratam, ſi non ſint elapſa tempora huius exceptionis, & maritus ei non renuntiauit. Et num. 7.

8 *Confeſsio dotis receptæ, de cuius fraude conſtat probationibus, aùt probabilibus coniecturis, numquam nocet creditoribus mariti, quarum æſtimatio arbitrio Iudicis relinquitur. Et referuntur Authores, qui de his cõiecturis agunt, & àn præſtatio alimentorum ſit legitima coniectura prò confeſsione dotis?*

9 *Confeſsio receptæ dotis non nocet Fiſco.*

10 *Confeſsio dotis receptæ, facta conſtante matrimonio, præjudicat creditoribus mariti, quandò antè matrimonium præceſsit promiſsio dotis pèr publicum inſtrumentum.*

11 *Prædicta concluſio noſtris terminis adaptatur.*

12 L. in contractibus, §. Sèd quoniàm, verſ. Illis etiàm ſecuritatibus, C. de non numer. pecun. *declaratur; Et notatur non loqui de præjudicio creditorum.*

13 *Dotis promiſsio ſi præcedat pèr dotale inſtrumentum matrimoniũ; Et eo conſtante maritus, æris alieni accepti ratione, bona ſua ſub hypotheca obligauit, & poſteà confeſsus eſt, dotem recepiſſe; àn dotalis hypotheca his creditoribus præferatur? Et referuntur diuerſæ in hoc ſententiæ.*

14 *Conciliatio earum proponitur, vt ſi tempore confeſsionis receptæ dotis maritus iàm erat debitis oneratus, & magnum æs alienum apparebat, confeſsio in fraudem facta cenſeatur, non obſtante inſtrumento promiſsionis dotis præcedente; ſi verò eo tempore non apparebat æs alienum, confeſsio vera præſumatur.*

15 *Confeſsio dotis receptæ, facta pèr debitorem pòſt decoctionem, nullius eſt momenti, & creditores inſcij de ea poſſunt obijcere exceptionem non numeratæ dotis, etiàm elapſo tempore opponendi.*

16 *Fraudis coniecturæ Iudicis arbitrio remittuntur.*

17 *Exceptio non numeratæ dotis non datur marito in caſu, quo ſenex ducat iuuenculam, vèl ignobilis nobilem, vèl ſpetioſam. Et num. 18. redditur ratio quòd tùnc non poteſt induci præſumptio donationis gratuitæ, quià eſt compenſatio, ſeù remuneratio. Et referuntur Authores, qui hanc reſolutionem declarant, & eam ad plures quæſtiones in praxi applicant.*

19 *Priuilegia conceſſa doti in matrimonio vero, & legitimè contracto; àn procedant etiàm in dote conſtituta in matrimonio putatiuo?*

20 *Vxori hæreticæ non cõpetit priuilegiũ tacitæ hypothecæ prò dote, niſi abiuraſſet hæreſim, & rediret ad fidem; ſecùs verò in Iudæa.*

21 *Mulieri ſterili, vèl eius ætatis, in qua non poſsit concipere, quandò nubit; àn concedantur dotis priuilegia? & reſoluitur quòd ſic num. ſeqq.*

1 Hæc

1 HÆC omnia priuilegia hypothecę, & prælationis, quę veræ, & effectiuæ doti, de cuius numeratione conſtat, indulta ſunt; àn procedant in ea dote, de qua ſolùm conſtat pèr mariti confeſsionem quæritur? & reſolutiuè, prò faciliori materię intelligentia, duo caſus cóſtituendi ſunt. Primus àn prædicta confeſsio præjudicet marito, & ab eo cauſam habentibus? Secundus àn præjudicet creditoribus mariti?

2 Et in Primo firmabitur concluſio, quòd confeſsio, ſeù quietatio de dote recepta, præjudicabit marito, iuxtà Regulam *leg. Generalitèr, C. de non numerata pecunia*, & in puncto ſenſit Gloſſ. *in l.* 1. *C. de Dote cauta non numer.* cùm cófeſsio probet etiàm realem numerationem ad Text. *in l. Pecuniæ*, & *ibi.* Baldum *C. de Solut. & l. finali, ff. de Inſtitoria actione*, dos enim confeſſata, reſpectu mariti, habebit priuilegia dotis numeratę, Gloſſa *in leg. Exigère dotem* 65 *verb. Dotale, ff. de Iudicijs*, vbi Angelus *num.* 4. notat, quòd inſtrumentum quietationis dotis dicitur inſtrumentum dotale, & teſtatur de communi Baldus Nouellus *de Dote*, *part.* 10. *num.* 4. Afflictis *deciſ.* 402. *num.* 12. Neguſantius *de Pignoribus*, *membro* 4. *part.* 2. *num.* 76. *in primo caſu*, adeò quôd ſtatutũ, loquens in dote data, procedit etiàm in dote confeſſata, quatenùs pertinet ad præjudicium confitentis. Bartolus *conſil.* 132. Cagnolus *in l.* 2. *num.* 22. *C. de Pactis intèr emptorẽ, & vẽditorẽ*, Cacheran. *deciſ.* 20 *n.* 10. Couarr. *lib.* 1. *Var. cap.* 7. *n.* 6. *verſ. Eſt itèm hoc in tractatu.*

3 Quæ concluſio procedit etiâm reſpectu hęredum mariti *ad Textum in Authentica quod obtinet, C. de Probationibus*, Craueta, Nouellus, Neguſantius, Belonus, & Menochius, quos cum alijs congerit, & ſequitur Petrus Barboſa *in leg.* 1. *Solut. Matrimon.* 6. *part. nu.* 26. *verſ. Et quòad primum caſum*, vbi ampliat, etiàm ſi maritus ſit conſtitutus intrà tempora opponendi exceptionem non numeratę dotis, de quibus *in l. finali cum Authentica ſequenti*, *C. de Dote cauta*; nequê enim præſumptio eſt prò marito, quòd dotem non acceperit, niſi ille intrà prędicta tempora exceptionem nõ numeratæ dotis opponat, *l. Si ex cautione*, ibi: *Oppoſita exceptione, C. de non numerata pecunia*: ergò antequàm opponatur exceptio prædicta, confeſsio mero Iure præjudicat cõfitenti; ſed pôſt oppoſitam, ei non præjudicabit, quià tùnc onus probandi dotem fuiſſe numeratam incumbit ipſi mulieri *dict. l. Si ex cautione*; vèl ſi lapſum ſit tempus intrà quod exceptio non numeratę dotis habet prædictum priuilegium, de quo *in Authent. quod locum*, *C. de Dote cauta*, prædicta confeſsio plenê præjudicat marito, quià prò vera habetur donèc ipſe probauerit cõtrariũ, quę omnia ibi comprobat,

& totam materiam latè declarat,& cum eo,& alijs D.Ioanes del Caſtillo *lib.8. Controu.de alimentis, cap. 36.§.6.à num 6. cum ſeqq.*

4 Quam concluſionem limitant eo caſu,quo maritus in inſtrumento dotis renuntiauerit exceptioni non numeratæ dotis, & licèt in hoc proponant dubium, quod verſatur de Iure communi,& prò concordia diſtinguant intèr renuntiationem factam in continenti, vèl ex interuallò. Tamèn cûm hodiè de Iure Regio expreſsè diſponat *l.9. in fin. tit.1. partit.5.* quôd exceptio non numeratę pecunię poſsit renuntiari, procedet etiâm talis renuntiatio exceptionis non numeratę dotis, facta in inſtrumento publico,etiâm in continenti, vt tenet Antonius Gomez *in dict.l.50.Taur.num.52. verſic.Secundo, limita.* & notat alijs comprobans Faria *in Addit. ad Couarr. dict.cap.7.num.93.* Pater Molina *de Iuſtit.& Iure,tract.2.diſput.439.verſ. Quandò itèm quis renuntiauit.* Matienço *in l.7. tit.16. lib.5. Recopilat. gloſſ.5.num.11.* vbi aduertit nullam eſſe differentiam in expreſsis hypothecis,àn ſit pecunia numerata, vèl ſit in inſtrumẽto confeſsio de recepto cum renuntiatione non numeratę pecunię, quià in vtroquè caſu,qui prior eſt tẽpore præfertur poſteriori,vt voluit Ripa *in l. Priuilegia, num.23. ff.de Priuileg. creditor.* & quôd hæc ſententia eſt praxi recepta; Siguença *de Clauſulis,lib.1.cap.26. num.14. & 15.*

5 Et prædictas reſolutiones ſequitur, & comprobat Gaito *de Credito,cap.4. quæſt.11. num.1715. cum multis ſequentib.* vbi ex profeſſo materiam declarat, *& à n.1730.* cum Socino *in l.1.num.70. & ſeqq. Solut.matrim.* & Menochio *de Præſumpt.lib.3. præſumpt.12. in princip.* conſiderat duo tempora, ſcilicèt, antè contractum matrimonium, vt in confeſsione receptę dotis facta eo tempore, procedant ſupradicta, & pòſt contractum, vt in eo caſu non præiudicet, nèc noceat confeſsio marito; vt ibi explicat, ſempèr excepto caſu quo promiſsio dotis præcedat, tàm matrimonium, quàm confeſsionem de recepto,iuxtâ Text. *in l.In contractibus, §. Sèd quoniàm, C. de Non numer.pecun.* Couarrubias *lib.1.Variarum.cap.7.num.6.* cum vulgatis Cæſar Galupus *in Praxi Sacri Conſil.Neap.part.2. cap.11.n.19.* Marius Muta *deciſ.71.num.20.* vbi plures citat,& pèr totam benê declarat; Onufrius Donadeus *de Renuntiat. cap.41. num.1.& ſeqq. vbi num.12.* notat hanc oppoſitionem denegari hæredi illius,qui in ipſo actu mortis confitetur recepiſſe pecuniam, vèl dotem, quià tûnc nulla poteſt dari ſpes futurę numerationis; Gloſſ.*in l.1.C.de Falſ.cauſ. adiect. leg.* & ibi pluribus probat. Epiſcopus D. Nicol. Fermoſ. *in Alleg. Fiſcal.alleg.17.n.14. & ſeqq.*

6 In ſecũdo caſu,ſcilicèt,àn prędicta cõfeſsio de recepto facta pèr maritũ noceat eiꝰ creditoribꝰ? Verior reſolutio eſt eis nó prędiudicare,vt docet Gloſſ.*in l.Aſsiduis,verb.*

Datæ,

Datæ, C. Qui potiores in pignor. habeantur, quę ità tenet, nàm creditor poſterior, de cuius numeratione conſtat, præfertur priori, qui tantùm habet confeſſionem debitoris, *l. Titius, ff. Qui potiores in pign. hab.* quam ſic intelligunt Gloſſa, Baldus, & Angelus *in l. Diuerſis, C. Qui potiores in pign. hab.* & ad hoc quoquè allegat ipſe Baldus *dict. l. Aſsiduis cum gloſſ.* & etiàm *Gloſſ. in l. Si quis poſthàc, C. de Bon. proſcript. in princip.* & probat *l. 27. tit. 13. partit. 5. & ibi.* Gregor. Lopez *gloſſ. 1. verſ. Et ſignantèr nota vnum*, Fano *de Pignor. part. 5. membro 2. num. 9.* Tiraquellus *de Retractu §. 1. gloſſ. 18. num. 82.* Cotta *in Memorabilibus, verb. Creditor prior.* Barboſa *in dict. l. 1. 6. part. num. 34. & ſeqq. ſolut. matrim.* Magonius *deciſ. Florent. 67. num. 12.* Menochius *conſil. 154.* Ariſminus Tepato *tit. de Dote cauta non num. verſ. confeſsio.* Siguença *de Clauſulis dict. cap. 26. num. 18.*

7 Sêd nihilominûs, ſequentibus concluſionibus hic caſus declarandus eſt. Prima concluſio ſit, ſolam confeſsionem mariti dotis receptę, non præjudicare eius creditoribus, etiâm ſi ſolûm Ius habeant perſonale, ſêd excipere poſſe aduerſûs vxorem, & illius hæredes, dotem non fuiſſe numeratam, interîm dùm non ſunt elapſa tempora exceptionis non numeratę dotis, ſi maritus exceptioni non renuntiauit, Couarrubias *lib. 1. Variarum, cap. 7. num. 6. verſic. de Creditoribus.* Antonius Gomez *in l. 50. Tauri num. 52.* Aluarus Valaſco *conſultation. 6. num. 2.* Iulius Clarus *lib. 4. ſentent. §. Donatio, quæſt. 16. num. 1.* vbi quòd ſimiles confeſsiones habent vim donationis tacitę, ſeû præſumptę, & ideò in eis requiritur inſinuatio ex Bart. *in l. fin. nu. 3. C. de Iure dotiũ*, & dicit eſſe notabilem deciſionem, & aliquandò ſibi magnum honorem feciſſe in practica. Seraphinus *de Priuileg. iuram. priuileg. 73. num. 73. verſic. Secundo, limitatur.* Hermoſilla *in Notis ad l. 9. tit. 4. partit. 5. gloſſ. 1. num. 32.* D. Ioannes del Caſtillo *de Alimentis dict. cap. 36. §. 6. num. 12. & ſeqq.* vbi bene declarat, & pluribus, more ſuo, exornat. Boerius *deciſ. 330.* Ariſminus Tepato *dict. tit. de dote cauta non numerata, verſic. Lapſis temporibus.* Camillus Borrellus *conſil. 56. num. 37. & ſeqq.* Spino *in Speculo teſtam. gloſſ. 11. principali, num. 97.* & alij poſteà referendi. Et colligitur apertê, *ex l. Si cui, C. de non numerata pecunia*, vbi habetur, quòd quandò principali debitori exceptio competit, ſiuè non numeratæ pecunię, ſiuè non numeratę dotis, ſi illam non oppoſſuerit, poſſunt nihilominùs creditores illius eam opponere: quod ſanè, vt minimûm, eſt verum, atquè ab omnibus receptum, interîm dûm durat tẽpus, in quo principalis debitor poteſt illam opponere. Donadeus *de Renuntiat. dict. cap. 41. num. 20.* vbi concludit hanc exceptionem creditoribus non nocere, quandò ipſe maritus ei renuntiauit.

8 Secunda concluſio, ſi de fraude confeſsionis dotis receptę conſtet probationibus, aùt probabilibus coniecturis, numquàm ea confeſsio creditoribus mariti nocebit, vt affirmant Impetator *in Authent. de Æqualitate dotis, §. Aliud in fin. & in Authent. ſed iàm neceſſe, C. de Donation. antè nupt. l. 1. §. Si culpam, ff. Si quid in fraudem Patroni,* Couarr. *dict. cap. 7. num. 7. verſic. Secundò ex eadem, & num. 6. verſ. Sic ex confeſsione,* vbi de adminiculis coadiuuantibus confeſsionem receptę dotis; & eum ad hoc refert, & ſequitur Barboſa *in dict. l. 1. 6. part. num. 41. ff. Solut. Matrim.* & plures referens Faria *in Addit. ad Couarr. dict. cap. 7. num. 105.* Aluarus Valaſcus *conſult. 6. num. 3.* vbi cum Alciato ait, rem hanc Iudicis arbitrio eſſe committendam, quandò probatio, aùt coniecturę ad id ſufficientes ſint. Et ſequitur Pater Molina *de Iuſtit. & Iure, tract. 2. diſputat. 440. verſ. Prima concluſio.* quas coniecturas, meliùs cæteris, recenſet, & ponderat Mercurialis Merlinus *de Pignor. & hypoth. lib. 3. tit. 2. quæſt. 58. num. 29. & pluribus ſeqq.* Rota pêr Farinacium *deciſ. 269. in 9. centurijs.* Carraſco *ad Leges Regias, cap. 11. num. 138. & ſeq.* Marius Antoninus Maceratenſis *lib. 2. Var. reſolut. 48. num. 3. & ſeqq.* vbi probat, præſtationem alimentorum à DD. conſideratam intêr eas, non eſſe legitimam coniecturam. Caſtillo *dict. lib. 8. cap. 36. §. 6. num. 24. & ſeqq.* vbi prædictas coniecturas benê expendit. Fontanella *de Pactis nuptial. tom. 2. clauſ. 14. gloſſ. vnic. part. 2. num. 50. & ſequentibus.*

9 Et quôd talis confeſsio non noceat Fiſco, probatur *in l. Si quis poſthàc, C. de Bonis proſcript. in principio,* ibi: *Dos etiàm, non quæ aliquotiès inanitèr dotalium inſtrumentorũ tenore conſcribitur, ſed, quam ſe corporalitèr tradidiſſe docuerit, repreſentetur, & §. Sèd in his fin.* vbi & de ſuſpicione fraudis inhærente confeſsioni, ſeù actui confecto poſt commiſſum aliquod delictum, & latè comprobant Petrus Surdus *deciſ. 116.* vbi Hodierna *in Addit.* Caſtillo *deciſ. Siciliæ 67. lib. 1.* Acoſta *de Priuileg. creditor. regul. 2. ampliat. 7. num. 205.*

10 Tertia concluſio, quandô confeſsio dotis receptę emanauit conſtante matrimonio, & præceſſerat promiſsio dotis antè matrimonium pêr publicum inſtrumentum, talis confeſsio præiudicat creditoribus, ex Text. *in l. In contractibus, §. Sèd quoniàm,* verſ. *Illis autèm ſecuritatibus, C. de Non numerat. pecun.* vbi in huiuſmodi caſu non datur exceptio non numeratę pecunię; Ex quo Doctores ſic arguunt; Vbi ceſſat querella, ſeù exceptio non numerationis, confeſsio de recepto ſtatîm præiudicat creditoribus, ſecundũ Bartolum communitèr receptum, *in dict. l. Aſſiduis;* At in prædicto caſu quandô præcedit dotis promiſsio pêr inſtrumentum, ceſſat querella: Ergò, in præfato caſu, ſtatîm præiudicat creditoribus. Ex quà con-

clu-

cluſione, illud etiâm inſurgit notandum, quôd quando non præceſsit promiſsio dotis, confeſsio poſteâ ſubſequuta conſtante matrimonio, non præiudicat creditoribus anterioribus, quem caſum eſſe indubitatum teſtatur Afflictis *deciſ.* 402. *numer.* 2. ſicût etiàm probat prædictam concluſionem, & *num.* 9. ponderat prô ea *l.* 1. *ff. Qui potiores in pignore habeantur*, quę probat, quòd ſi precesſit inſtrumentum promiſsionis dotis, & poſteà vir contraxit debitum, & obligauit omnia bona ſua, deindè maritus verè dotem promiſſam recepit, vxor præfertur habenti hypothecam antè numerationem dotis; & alia Iura, vt ibi declarat, & ait ità fuiſſe deciſum pèr totum conſilium: & ſequitur *ibi* Vrſilus *in Additionibus num.* 1. & 6. comprobat eandem ſententiam Barboſa *in dict. l.* 1. 3. *parte, num.* 34. *verſ. Deniquè infertur,* & 6. *part. num.* 50. *verſ. Quòd ſi præcedat dotis promiſsio, ff. Solut. Matrim.* Pater Molina *diſput.* 439. *verſ. Item, quando præceſsit promiſsio,* & *diſput.* 440. in qua materiam prædictis concluſionibus complectitur; Et dictam concluſionem ſequuntur Bayo *in Praxi, lib.* 2. *quæſt.* 31. *num.* 3. Zeuallos *Commun. contra comm. quæſt.* 432. Fontanella *de Pactis nuptial. dict. clauſ.* 14. *gloſſ. vnic. part.* 1. *num.* 31. & cùm alijs Faria *in Addit. ad dictum cap.* 7. Couar. *num.* 101. benè Fachineus *lib.* 8. *Controuerſiarum Iuris, cap.* 81. vbi argumentis, & authoritatibus contrarijs ſatisfacit; Menochius *de Præſumption. lib.* 3. *præſumpt.* 12. *num.* 53. & *ſeqq.* vbi reſpondet Socino, *qui in l.* 1. *ff. Solut. matrimon. num.* 102. dixit contrarium, & repetit *præſumpt.* 13. *ſequenti, num.* 21. latè Gaito *dict. quæſit.* 11. *à num.* 1774. & *num.* 1783. *cum ſeqq.* vbi omnia proponit, & ad partes reſoluit teijciens contraria, Antoninus Amato *tom.* 1. *reſolut.* 5. *num.* 19. vbi in comprobationem quàm plures, more ſuo refert; Muta *deciſ.* 93. *nu.* 8. D. Ioſeph Vela *tom.* 1. *Diſſert. Forenſ. diſſertat.* 21. *num.* 70. & 71. pluribus comprobans Hypolitus Maia *conſultat.* 34. *per totam*, vbi probat hoc procedere, etiàm contra Fiſcum, & in concurſu cum eo. D. Philippus Camarata *Reſponſ. deciſ.* 45. *num.* 2. Cæſar Manentus *deciſ.* 40. *n.* 19. & 20. Quemada *q.* 4. *nu.* 5. & cum eo, & alijs D. Nicolaus Fermoſino *in Allegat. Fiſcal. allegat.* 17. *num.* 30. qui loquuntur in vxore hæretici, cuius bona confiſcata ſunt, agente prò dote ſua contra Fiſcum, & latè comprobat Hodierna ad Surdum *dict. deciſ.* 116. & *deciſ.* 55. *à n.* 1. Rota per Farinacium *deciſ.* 263. *num.* 1. & *deciſ.* 269. *num.* 6. *in* 9. *centurijs*, D. Ioannes del Caſtillo *lib.* 5. *Controuerſ. cap.* 111. *numer.* 20. & exactè comprobans, & declarans *lib.* 8. *Contr. de Alimentis, cap.* 36. §. 6. *à num.* 19. *cum ſeqq.* Doctor Didacus de Segura *in Tractatu de Bonis lucratis conſtante matrimonio intèr marit.* & *vxor. num.* 13. & *per totum.*

11 Sèd hæc vltima concluſio noſtris terminis apertiûs adaptanda eſt.

12 Et primò notari debet, quôd Textus *in dict. §. Sèd quoniàm, verſ. Illis etiàm ſecuritatibus*, nihil de creditorum præjudicio loquitur, ſêd tantùm de marito, qui pòſt confectionem inſtrumentorum dotalium, de ſoluta dote, in parte, vèl in ſolidum, confeſsionem fecit, nèc videtur referre, quòd præcedat inſtrumentum dotis, quòad creditores tertios, qui in ea re non interfuerunt, & quibus, abſurdum eſt poſſe maritum ex confeſsione ſua præjudicare, ſiuè præceſſerit promiſsio dotis, ſiuê non; immò ex hoc daretur cautela, pèr quam creditoribus noceatur, faciendo præcedere dotalia inſtrumenta, vt obſeruat Aluarus Valaſcus *conſultation 6. num. 14. vbi num. 12. & 13.* contrà receptas concluſiones tenet generalitèr, cum Acurſio *in dict. l. Aſsiduis, verb. Datæ*, confeſsionem de recepta dote, ſi de eius numeratione non conſtat, non nocere creditoribus anterioribus, nèc præſtare vxori priuilegium prælationis in bonis mariti, ſiuê ſimus intrâ tempora proponendę querellę, ſiuê extrâ: & multò magîs ſi maritus querellę renuntiauerit, & ſiuè præceſerit inſtrumentum promiſsionis dotis, ſiuè non, & ibi benè comprobat.

13 Secundò notandum eſt, quôd in caſu, quo matrimonium præceſsit promiſsio dotis pêr dotale inſtrumentum, & eo conſtante, maritus, æris alieni accepti ratione, bona ſua obligauit, & expreſſæ, vel tacitę hypothecæ ſubiecit, & poſteà confeſsionem receptæ dotis emiſsit, quæritur; àn dotalis hypotheca his creditoribus præferatur, vèl econtrà? In hac dubitatione, quam egregiam dicit Couarr. *dict. cap. 7. num. 6. verſ. Cæterùm egregia eſt dubitatio.* Ipſe ait, quibuſdam viſum eſſe, dotalem hypothecam præferendam fore, authoritate Ioannis Andreæ, & aliorum, qui exiſtimarunt, in hoc caſu dotem cenſeri verê numeratam, ob præcedentem promiſsionem, & ſequutam dotis receptæ confeſsionem, & quòd ſi verè numerata dos cenſetur, eſt locus Iuriſcõſulti reſponſo *in l. 1. ff. Qui potiores in pignore*, quę probat, in hypotheca dotali, non tempus veræ ſolutionis, aût numerationis, ſêd promiſsionis dotalis, & matrimonij contractus attendi, & refert Matthæũ de Afflictis *vbi ſuprà*, prò hac ſententia, quamuîs dicat Baldum Nouellum *de Dote*, 10. *part. num. 18.* ſequi contrariam ſententiam, ſcilicèt, hanc dotalem hypothecam minimè fore præferendam creditoribus, quibus, pòſt dotis promiſsionem, & antè eius receptę confeſsionem, maritus bona Iure hypothecę obligauit, ſêd ipſe, contentus hac relatione, quid in hoc ſentiat non profert, licèt Pater Molina *dict. diſputat. 440. verſ. Dubium eſt in fin.* dicat accedere huic vltimę ſententię, his verbis: *Ad eandem ſententiam videtur accedere*

Co-

Couarr.num.7. citato, cum Baldo Nouelo, præſertim quandò tempore confeſsionis grauatus erat iàm maritus ære alieno. Thomàs Mieres *ad Conſtitutiones Curiarũ Cathaloniæ, collat. 6. in Curia Perpiniani Petri 3.nu.31.* vbi quòd in obligatione expreſſa ſpectatur tempus obligationis, *ex dict.l.1.ff.Qui potiores.*

14 Et relata hac Baldi Nobeli ſententia *in præcitato loco, & in l.1. ff.Solut.Matrim. num.213. verſ.Aùt quærimus,* & Soccini *in eadem l.1. num.95. verſ.Sèd in puncto,* & Emanuelis Acoſta *in l.Si ex cautione limitatione 14.num.3.verſ.Ego nihilominùs, C. de non numerata pecunia.* Menochius *de Præſumption. lib.3. præſumpt.13.num.23.* ſic eam conciliat cum contraria ſententia, vt iſta procedat quandò tẽpore confeſsionis, Maritus erat debitis oneratus, & apparebat Magnũ æs alienum, quia tùnc præſumitur, Maritum voluiſſe fraudare creditores, & potiùs bona ſua deferri mulieri, quàm eis, nèc hoc caſu antecedens dotis promiſsio ad rem pertinet, quiâ non illud tempus, ſed hoc confeſsionis factę receptionis expectari debet, ſecùs verò quandò tempore confeſsionis non apparet æs alienum, nèc probabilitèr dubitari poterat, quiâ tũnc habebit locum cõtraria oppinio, quòd, ſcilicèt, talis confeſsio vera præſumatur. Carraſco *ad Leges Regias, cap. 11.num.138. & ſeqq. & à num.131.* benè agit de reſtitutione competente creditores contra lapſum temporis aſsignati *in Authent.quod locum, C.de Dote cauta, & non num.* ex ignorantia talis confeſsionis mariti, & quomôdo debeat peti, & concedi; & optimè in puncto loquitur D.Philippus Camarata *reſponſo deciſ.45. pèr totum,* vbi defendit confeſsionem à marito, conſtante matrimonio, factam, tempore quo vergebat ad inopiam, vêl magna æris alieni molle detinebatur, ex eo quòd præceſſerat matrimonium promiſsio in inſtrumento dotali, quam concluſionem benè declarat Hodierna ad Surdum *deciſ.55. à nu.17. & deciſ.214. nu.9.* & meliûs cum Caſtillo *deciſ. Siciliæ 67. à num.5. lib.1. in Addit. ad deciſ.116.pèr totam.*

15 Quod quidèm procedit ex præſumptione fraudis, quę tali confeſsioni videtur ineſſe, iuxtâ reſolutionem ſuprà traditam, nàm ſi maritus ſit ęre alieno oppreſus, & maximè ſi creditores prò eorum creditis inſtarent, iuxtâ *Textum,* & notata *pèr Gloſſam in l.2. verb.præponat, ff.Quæ in fraudem creditorum,* tùnc talis confeſsio omninò erit ſuſpecta, & nulla, vt tenet, & benè comprobat Cæſar Vrſillus *ad Afflictis dict. deciſ.402.* vbi aprobans eius ſententiam ſuprà relatam, *num.10.* eam limitat hoc caſu exiſtentię fraudis, & ità declarat: *Magnæ coniecturæ dotis non ſolutæ forent, & ſic quodammodò de fraude demonſtrari, quòd poſtquàm maritus decoxiſſet, quod in lingua Tuſcia, etiàm noſtra, dicitur fallire, hanc confeſsionem dotis receptæ procuraſſet,* & ibi proſequitur, firmans quòd creditores,

tores, ſi ſint inſcij de ea confeſſione, poſſunt obijcere exceptionem non numeratæ dotis, etiàm elapſo tempore opponendi eam, quandò fuit facta tempore quo maritus fuit fallitus, quod etiàm confirmat Pater Molina *diſputat.* 439. *in fin. verſ. Prætereà ibidèm,* Caſtillo *dict. lib.* 8. *cap.* 36. §. 6. *n.* 28.

16 Et licèt Faquineus *libr.* 8. *Controuerſ. cap.* 87. etiàm in hoc caſu, quo cõfeſsio facta ſit à marito, tempore quo ære alieno maximè obſtrictus eſt, ſequatur priorem ſententiam, quæ exceptionem non numeratæ dotis denegat creditoribus, ſicùt & marito, quandò præceſsit inſtrumentum dotale. Tamèn ſupradicta maximè vrgent, & ideò verius videtur dicendum, hæc omnia iuſto Iudicis arbitrio debere committi, qui attenta qualitate negotij, & perſonarum, ex quibus traus colligi poteſt, vèl minimè argui, ſtatuat, vt cum Baldo, & alijs ſentit Tiraquellus *de Retractu Lignag.* §. 1. *dict. gloſſ.* 18. *n.* 89. quem ſequitur Vrſilus *vbi proximè num.* 7. *verſ. Licèt tandèm,* prò quo addendi ſunt Doctores *ſuprà poſiti num.* 8. *in fine.*

17 Et prò coronide quæſtionis, ſingulariter notandum eſt, quòd licèt competat hæc exceptio non numeratę dotis marito intrà tempora, & quandò ei non renuntiauit, & ſimiliter eius creditoribus, iuxtà ſupradicta, hoc fallit, & non habet locum in caſu quo maritus ſenex ducat iuuenculam, vèl ignobilis nobilem, & ſpetioſam, nàm ſi fateatur ſe accepiſſe dotem, quam non accepit, non dabitur ei exceptio nõ numeratę dotis, quod benè notandum docet Bartolus *in l. Si voluntate num.* 2. *C. de Dotis promiſ.* ſic breuitèr decidens: *Aduerte, quidam popularis diues accipit vnam Dominam nobilem pauperem, obligatur nè popularis, quandò confitetur ſe habuiſſe ab vxore in dotem plusquàm recepit? Textus videtur quòd non, ſuprà de Donationibus antenuptias, leg.* 1. *ſed illud eſt verum intèr coniuges æquales; ſi tamèn intèr eos eſt inæqualitas, quià minus nobilis, vèl multùm benemerita, tùnc puto, quòd valeat, & obligetur.* quem refert, & ſequitur Scipio Gentilis *in Tract. de Donationibus intèr virũ, & vxor. lib.* 4. *cap.* 17. *in fine,* his verbis: *Immò etiàm donari palàm, & ſimplicitèr intèr coniuges licere ob hanc cauſam dignitatis, & nobilitatis, & ſimiles, puta formæ, iuuentutis, vulgò receptum eſt, vt not. l. Si diuortio* 21. *ff. de Verb. oblig. Acurſius, & Bartol. in l. Si voluntate, C. de Dot. promiſs. adeò vt ſi vir ſe accepiſſe dotem dicat, quam non accepit, ei non detur exceptio non numeratæ dotis.* Michaël Graſſus *in Commun. opinion. tom.* 1. *loco* 3. *de Spõſalibus, tit.* 2. *cap.* 14. *verſ. Quæroſi ruſticus.* Beccius *conſ.* 79. *pèr totum.* Fontanella *de Pactis nupt. tom.* 2. *claus.* 14. *gloſſ. vnic. part.* 2. *num.* 61. Caſtillo *dict. cap.* 36. §. 6 *num.* 29.

18 Et ratio huius concluſionis eſt, quòd ex tali confeſsione non poteſt induci donatio tacita, vel ficta, vt aliàs inducitur, quiâ in hoc caſu non eſt actus, ſeù do-

natio

natio gratuita, ſêd remuneratoria, & quædam compenſatio, vèl ignobilitatis, vêl ſenectutis, & ideò ſuſtinetur, vt Bartolus *ibi* declarat: *Nàm ſimplex donatio eſt prohibita intèr eos, ſed remuneratio eſt permiſſa*, & allegat ad id *l. Quod autèm, §. Idèm ait ſi vir, ff. de Donat. intèr vir. & vxor.* Dummodò hoc intelligatur, vt procedat quandò talis donatio, ab ignobili, aùt ſene facta nobili, ſeù puellæ, vèl è cõuerſô ab vxore marito, ſit in ipſo actu dotis conſtituendæ, vt explicat Iulius Clar. *lib. 4. ſentent. §. Donatio, quæſt. 9. num. 5. verſ. Et hæc concluſio*, qui licèt dicat hanc concluſionem in puncto Iuris non tranſire ſinê magna difficultate (quod Ioannes Harprectus *ibi in Additionibus* ſatis exponit) tamèn reſoluit eam eſſe ſequendam proptèr authoritatem DD. & communem obſeruátiam, & aliàs rationes, quas ibi reddit. Et hanc reſolutionem probant, & ad varias quæſtiones in praxi applìcant Palacios Rubios *in Rubrica de Donationibus intèr vir. & vxor.* §. 31. Auendañ *de Exequend. 1. par. cap. 14. num. 3. verſic. 27. & 2. parte, cap. 29. num. 14.* Ayora *de Partit. 1. part. cap. 7. num. 30.* Zeuallos *Commun. contr. comm. quæſt. 272. num. 26.* Gracianus *diſceptat. Forenſ. cap. 254. num. 68.* Anton. Gomez *tom. 2. var. cap. 4. num. 23. & in l. 50. Taur. n. 66.* Spino *in Speculo teſtament. gloſſ. 18. princip. num. 117. ad finem.* Caſtillo *lib. 3. Controu. cap. 4. num. 39. & 40.* cum multis Bayo *in Praxi, lib. 2. quæſt. 89. & quæſt. 152.* Philippus Paſchalis *de Viribus patr. poteſt. par. 1. cap. 4. à num. 43.* D. Petrus Noguerol *allegat. 26. num. 179. & num. 180.* Siguença *de Clauſulis lib. 1. cap. 26. num. 6.* Hondedeus *conſ. 48. à num. 9. & à num. 16.* Curtelus *de Donat. Patr. in fil. diſcurſu 2. tract. 1. partic. 13. à num. 44.* qui benè materiam declarat; Scipio Gentilis *de Donat. intèr vir. & vxor. lib. 2. cap. 3.* Albericus Gentilis eius frater *lib. 4. de Nuptijs cap. 13.* Faquineus *lib. 3. Controuerſ. Iur. cap. 80.* Velaſco *de Priuileg. paup. part. 3. quæſt. 6. nu. 33.* D. Philippus Camarata *reſponſ. deciſ. 46. num. 20.* vbi plures.

19 An hæc priuilegia, quæ in matrimonio vero, & legitimè cõtracto conceduntur veræ doti, cõpetant etiâm doti putatiuæ, ſeû conſtitutæ in matrimonio putatiuo, quæritur? Et breuitèr ſic tenendum eſt, quòd in his, quæ reſpiciunt contractum, actionem, vèl ipſam dotem, regularitêr mulier habet eàdem priuilegia prô dote putatiua, quæ haberet prò vera, in his verò, quæ reſpiciunt Ius, virtutem, & effectus prouenientes ab ipſo matrimonio, non eis potiatur, vt probat Anton. Gomez *in dict. l. 50. Taur. num. 56.* vbi benè declarat, vtriuſque membri diſtinctionis exempla proponens, & Barboſa *in l. Si cùm dotem, §. fin. num. 16. & ſeqq. ff. Solut. Matrim.* Caſtillo *lib. 2. Controuerſ. cap. 11. num. 34. & ſeqq.* Tiraquellus *ad l. 16. connubialem gloſſ. 8. nu. 236. & pluribus ſeqq.* vbi totam materiam, & quæſtiones eius complectitur. Gracianus

lib.

lib.1. diſceptat. Forenſium, cap. 120. *num.*75. *& ſeqq.* Palacios Rubios *in Rubrica de Donation. intèr §.*36. *num.*3. Mantica *de Tacit.conuent. lib.*11.*tit.*19.*ex num.*20.benè Trentacinq.*lib.*3. *Variar. tit.de Pignorib. reſolut.*9.*num.*24. idem Petrus Barboſa *in l.*2.*in princip.*1.*part.ff.Solut. Matrim. num.*93. *&* 94. Spino *in Specul.teſtam gloſ.*18.*num.*113. vbi loquitur in lucris adquiſitis conſtante matrimonio. Latè Merlinus *de Pignor. lib.*3.*tit.*2. *quæſt.*69. Neguſancius *in eodem Tract.*4.*membr.* 2.*part.num.*105. Scipio Gentilis *de Donation. intèr vir. & vxor. lib.*4. *cap.*2.vbi de donatione facta vxori putatiuę. D. Ferdinandus Arias de Meſſa *lib.*3.*Variar.cap.*21.*&* 22. vbi totam materiam elegantèr per currit. Ioſeph Melle *in Addition.ad deciſ.*1. *Gizzarelli num.* 18. *&* 19. D.Solorçano *in Polit. Indian. lib.* 3. *cap.* 19. verſ. *Y lo miſmo que auemos reſuelto, & cap.* 23. *verſic. Eſto es fol.*407.

20 Et obitèr etiàm notandum eſt,quòd vxori hæreticę non competit priuilegium tacitę hypothecę, de quo *in dict.§.& vt plenius,*vt probat *Authent. Idem priuilegium, C.de Hæreticis,*& notant Anton.de Butrio, & Abbas *in cap.Gaudemus de diuortijs, circà fin.* niſi mulier abiuraret hæreſim,& rediret ad fidem,vt ibi pèr eos,& pèr Neguſantium *de Pignor.dict.*4.*memb.* 2.*part. num.*68. *&* 69. quod ſecùs eſt in Muliere Iudæa, quià intèr eos eſt matrimonium. Barboſa *in* 2.*part. Rubr. num.* 39.*ff.Solut. Matrimon.* Ioſeph Melle *in Addit. ad deciſ.*1. *Gizzarelli nu.*15.vbi quòd mulieri infideli non competit. Faria *in Addit. ad Couarr.lib.*1.*cap.*7. *nu.*13. Bentriglia *in Praxi annotat.*2. §.3. *num.*23.

21 Et àn Mulieri ſterili, vèl quinquageſimo ętatis ſuę anno nubenti cõpetant ſupradicta dotis priuilegia, ſingularitèr diſputat Narbona *de Ætate requiſ.ad omnes act.human. anno* 50.*quæſt.*7. & reſoluit cum Bart. Soto, Barboſa, & alijs non competere, cùm præcipua ratio, quę eſt fauor prolis ceſſet, in ea enim ætate ſenex eſt, vt probat etiàm Velaſco *de Priuileg. Paup.* 2. *part. quæſt.*56. *num.*40. *&* 3.*part.quæſt.*6.*num.*17.Sanchez *lib.* 7.*de Matrim. diſput.*32. *num.*15. *&* 16. Gutierrez *de Matrimon. cap.*95. *num.*2. *&* 3.

22 Sed, ſalua tanti viri pace, ſi Iuris principia attentè perſcrutentur, aliud videntur inducere, ſuppoſito enim,quòd finis ineundi matrimonij ſit non ſolùm propagatio ſobolis, ſèd etiàm remedium concupiſcentię, & vitatio fornicationis,in quo eius eſſentia, & quiditas quôad copulam conſiſtit, vt ex Iure Diuino,& SS. PP. docet *l.*4.*tit.*2.*par.*4.quę intèr alias rationes, quibus homines poſſunt moueri,ſcilicèt, ſedatio diſcordiarum intêr familias, pulchritudo, ſeù diuitię,has vt præcipuas notat, ſic concludens: *Pero ſeñaladamente fue eſtablecido, è ſe debe fazer por las dos razones ſobredichas, ſegun Dios, è ſegun ley,*& probant Couarr.*in* 4. *decre-*

decretal.2.part.cap.1.§.vnico,num. 7. Thomàs Sanchez *de Matrim. lib.2.diſp.4.*vbi ità exorditur: *Supponendum eſt, antè Adami lapſum, matrimonium inſtitutum eſſe in naturæ officium, eo autèm ſequuto, in concupiſcentiæ remedium, & tandèm in noua lege inſtitutum fuiſſe, ſeù eleuatum à Chriſto, vt eſſet Sacramentum,&c.*&latiùs *diſput 29. quæſt.3. num.14. & 19.* Baſilius *de Matrim.lib.1.cap.21. pèr totum, & maximè num.14.fin.*

23 Sequitur neceſſariò, ſenectutem, vèl ſterilitatem nihil obeſſe matrimonij valori, quià licêt id matrimonium fruſtretur fine primario generationis prolis, conſequitur tamèn finem ſecundarium, nempè ſatisfacere concupiſcentię, vera copula habita, quod ad eius valorem ſufficit; ità tenet Diuus Thomas *in* 4. *diſtinct.34. quæſt.vnic.art.2. ad* 3. receptus ab omnibus Theologis, & Iuriſtis, Barboſa *in l.1. part. 1. num.98. ff.Solut.Matrim,*Sanchez *de Matrim. lib.7. cap.92. num.24.* Gutierr.*de Matrim.cap.112. num.* 16. Paulus Pariſius *conſ.29. nu.2. vol.2.* vbi quòd hodiê nèc ætas, nèc ſterilitas ſunt impedimento nuptijs. Et ideò cûm matrimonium hoc caſu verè conſiſtat, eius effectus non debent ſubtrahi, ſeù denegari vxori,quæ debet ſupradictis dotis priuilegijs gaudere; vt in puncto probat Bartolus *in l.1 ff.Solut.Matrim.num.29.* dicens, hoc omnes tenere, reddens eam rationẽ, ſcilicêt, quòd ſi ſunt plures cauſæ finales,&vna ceſſet, tamên proptèr aliàm remanet diſpoſitio, *ex §.Affinitatis inſtit.de nuptijs,*& alijs Iuribus,& quòd debet attendi natura Mulierum, non ſpeciale vitium ſterilitatis. Baldus *in cap.Ex tranſmiſſa, col.vlt. de reſtitut. ſpoliat.& in l.2. C.de Iur.dot. & in l.1. col.1. C.de Priuileg. dotis,* & meliùs *in Authent.res quæ, col.2.C.Commun. de legat.* dûm tenet prîuilegium illius authenticæ fauore dotis, habere locum etiàm in muliere ſterili, quos ſequitur idem confirmans Iaſſon *in dict.l.1.ſolut.matrim.num.42.*Sicùt etiàm Michaël Craſſus *comm.opinion.tom.1.loco 3. de ſponſalibus, tit.2. de maritalibus Iuribus,cap.18.* verſ.*Quæro àn priuilegia,* Ioſeph Melle *in Addit. ad deciſ.1. Gizzarelli num.16.* qui ad eum ſe remittit,Mercurialis Merlinus *de Pignor. & hypothe. lib. 3. tit.2.quæſt.70. num.6.* Antonius Maria Bettolus *in Addit. ad Rodriguez de Concurſu, & priuileg. credit.dict.art.1.1.part.num.92.& ſeqq.* vbi ſingularitèr quæſtionem proponit intèr primam vxorem ſterilem, & ſecundam fæcundam, àn hæc in exactione dotis, ſit ſterili præferenda? & *num.98.* hanc reſolutionem ſequitur, & ſterilitatem non officere, dummodò non ſua culpa, & cauſa proueniat.

QVÆSTIO VII.

An dotalis hypotheca competat vxori à tempore promiſsionis dotis, & contracti matrimonij, vèl à tempore traditionis ipſius?

Summarium Quæſtionis Septimæ.

Num. 1. Hypotheca dotalis, àn operetur effectum ſuum à die promiſsionis, ſeù inſtrumenti dotalis? àn verò à die matrimonij, & traditionis dotis, in præjudicium creditorum, qui medio tempore cum eo contraxerunt?

2 *Proponitur opinio diſtinguens intèr hypothecam tacitam, & expreſſam, vt in tacita mulier ſolùm habeat lus à die traditionis, in expreſſa verò à die promiſsionis. Et num. 3. referuntur Authores, qui eam ſequuntur.*

4 *Adducitur alia opinio, quæ ſinè diſtinctione tenet hypothecam dotalem, tàm tacitam, quàm expreſſam ſolùm ſortiri efectum à die contracti matrimonij in præjudicium creditorum.*

5 *Sententia affirmans hanc hypothecam, & obligationem oriri à die ſoluti matrimonij, quò venit dotis reſtitutio, retrotrahi tamèn ad tempus promiſsionis, etiàm in præjudicium creditorum medio tempore contrahentium, tamquàm verior approbatur. Et comprobatur latè vſquè ad num. 9. explicata* l. 1. ff. Qui potiores in pign. hab.

9 *Doctrina prædicta intelligenda eſt, quandò intèr inſtrumenta dotalia promiſsionis dotis, & celebrationem matrimonij, non datur longa intercapedo.*

Tabulæ Nuptiales antiquitùs conſignabantur pòſt contractum matrimonium, & exornatur l. Seia 66. ff. de Donation. intèr vir. & vxor. *Hodiè verò, regularitèr, præcedunt matrimonium.*

10 *Tempus multum ſi effluxerit intèr inſtrumentum dotale, in quo dos promititur, & conſumationem matrimonij, velùti ſpatium vnius anni, tùnc mulier non præfertur creditoribus, qui medio tempore, ſed his, qui pòſt matrimonium, contraxerunt.*

1 PRO huius Iuris, & priuilegij dotium fundamento expêdit ſcire in origine, à quo tempore mulieri competat hæc dotalis hypotheca, verbi gracia, quandò præceſsit inſtrumentum dotale, & in eo obligatio à marito futuro contracta prò eius reſtitutione, & deindè, ſequutis Nuptijs, traditur ei dos, ſi maritus medio tempore intèr tale inſtrumentum dotale, & matrimonium, ſeù tradditionem dotis, debita contraxit ſûb hypotheca bonorum expreſſa, àn mulier præferatur Creditoribus, vèl eis cedat? quod omne conſiſtit in genuina explicatione *legis primæ, ff. Qui potiores in pignore habeantur.*

2 Et quidèm Antonius Gomez *in l. 50. Tauri, num.* 38. breuitèr, & reſolutiuè, more ſuo, diſtinguit intèr hypothecam tacitam, & expreſſam, & probat; quòd in hypotheca tacita mulier habet ius à tempore traditionis, poſteà ſequutę, non verò à tempore contracti matrimonij, aùt promiſsionis; vndè infert, quòd ſi pòſt dotem promiſſam, & contractum matrimonium maritus contraxit cum alijs creditoribus cum expreſſa hypotheca, & poſteâ dos eſt ſibi tradita non præfertur mulier prioribus creditoribus, & dicit ad hoc eſſe ſingularem, & vnicam Gloſſam *in dict. leg. Aſsiduis, C. Qui potiores in pignore habeantur*, verbo, *Hypothecam*, quam ibi notat, & commendat Baldus *columna finali*, dicens, quòd vîx alîbi reperitur; In hypotheca verò expreſſa, quiâ maritus in inſtrumento publico promiſsit reddere dotem vxori, & hęredibus eius cum expreſſa hypotheca, & poſteà, etiàm ex interuallo, recepit dotem, illa hypotheca expreſſa incipit, & habet effectum à tempore promiſsionis, & contracti matrimonij, non verò à tempore traditionis; & ſic vxor præfertur creditoribus contrahentibus cum marito pòſt ipſam promiſsionem, & antè traditionem dotis, quod probat ex Textu *in dict. leg.* 1. *ff. Qui potiores*, & *ibi Gloſſa Ordinaria*, & communitèr Doctores, Textus *in l. Tali facta, ff. de Iure dotium*, & ad idem allegat *legem* 33. *titul.* 13. *part.* 5. quę ità diſponit: *Otroſi, dezimos, que caſando alguna muger con ſu marido, è prometiendole eſta, ò otro por ella, de dar alguna coſa cierta en dote, ſi el marido, por razon de aquella*

dote que eſperaua auer, le obligaſſe ſeñaladamente ſus bienes, è deſpues de eſſo los empeñaſſe à otra parte, en ante que la muger ouieſſe pagado à ſu marido: lo quel auia prometido por dote, ò otri, pagando ella deſpues la dote, ò otri por ſu nome; entonçe mayor derecho auria ella en los bienes del marido, que otro ninguno, à quien los ouieſſe obligado.

3 Et eamdem diſtinctionem ſequuntur, & comprobant, prætêr Speculatorem, Baldũ Nouellum, & Neguſantium *ibi* ab Antonio Gomez adductos, Menochius *conſ.* 851. *num.* 23. *& ſequentibus*, vbi diuerſis medijs confirmat, & præcipuè, quià in tacita hypotheca non attenditur principium, nêc contractus, ſed tempus quò aliquid incipit deberi, quod iſto caſu videtur fuiſſe à die, quo dos fuit marito ſoluta, & ipſe incipit eſſe debitor; Gutierrez *de Iuramento confirmatorio*, 1. *part. dict. cap.* 46. *num.* 8. *& ſequentib.* Vbi addit, ad confirmationem opinionis, Gloſſ. *in dict. l. Aſſiduis*, verb. *Hypothecam*, *l.* 17. *tit.* 11. *part.* 4. ibi: *Cà luego que el marido reciba la dote*, notans Antonium Gomez, eam non allegaſſe. Pater Molina *de Iuſtitia, & Iure, diſputatione* 438. verſic. *Tacita hypotheca vxoris.* Rodriguez *de Concurſu, part.* 1. *art.* 1. *n.* 26. Marius Muta *deciſ.* 93. *num.* 10. *& ſequentibus.*

4 Abſolutè, & ſinè hac diſtinctione hypothecam dotalem, tàm tacitam, quàm expreſſam, non operari effectum ſuum, in præiudicium creditorum, à die promiſsionis, ſeù inſtrumenti dotalis, ſèd ſolùm à die contracti matrimonij, defendunt non leuis litteraturę Authores, vt ſunt Baldus Nouelus *de Dote, part.* 10. *num.* 37. Petrus Barboſa *in l.* 1. 3. *part. num.* 34. verſic. *Poſtremò, ff. Soluto matrimonio*, Polydorus Ripa *obſeruation.* 265. Cancerio *lib.* 1. *Variarum, cap.* 9. *num.* 10. *in ſecunda editione, & lib.* 3. *Variarum, cap.* 1. *à numer.* 2. vbi quòd in contrahenda hypotheca attendi debeat tempus numerationis pecunię, & non tempus contractus, & ibi latè declarat. Ioanes Franciſcus Ponte *conſ.* 80. *num.* 5. Antoninus Amato *lib.* 1. *Variarum reſolution.* 5. *à num.* 10. Cabreros *de Metu lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 81. *& ſequentibus.* Faria *in Addition. ad Couarrub. libr.* 1. *cap.* 7. *num.* 15. *& num.* 112. Marta *deciſ. ſeù voto* 13. *num.* 9. qui alios plures citant, & omnes mouentur ex eo quòd, ſicût antè contractas nuptias, dos non ſubſiſtit, nêc poteſt eſſe *l. Dotis appellatio, ff. de Iure dotium, l. final, C. de Donationibus antè nuptias*, pèr conſequens, nèc principalis actio dotis, *l. Si ſerua* 40. *aliàs* 39. *§. final.* ibi: *Quià eſt matrimonium, & dos, & dotis actio eſt, l. Plerumquè, §. Si antè, l. Dotis,*

l. Dotis promiſsio, ff. de Iure dotium, nèc hypotheca *l cõtrahi,* vbi Bart. *ff. de Pignoratitia actione, l. 1. §. Penultimo, ff. Prò dote.*

5 Sèd contraria ſententia, ſcilicêt, hanc hypothecam incipere adie promiſionis dotis, & obligationis à marito contractę, prò eius reſtitutione, ſuppoſitis ad id bonis ſuis; ſeù clariùs; quòd incipiat talis obligatio, & hypotheca adie ſoluti matrimonij, quô venit dies dotis reſtituendę, & oritur actio ad eam recuperandam, retrotrahatur tamên ad promiſionis tempus, etiàm in præjudicium creditorum medio tempore contrahentium, verior, & fortioribus Iuris fundamentis, & authoritatibus ſufulta videtur, & reſultat ex aperta deciſione Textus *in dict. l. 1. ff. Qui potiores in pignore habeantur,* ibi: *Non itaquè ſolutionum obſeruanda ſunt tempora, ſed dies contractæ obligationis,* vbi Doctores notant, non eſſe attendendum tempus quo numeratur dos, ſèd potiùs tempus quo dos fuit promiſſa, & prò eius reſtitutione bona mariti fuerunt hypothecata; Et hanc ſententiam defendit, & probat Antonius Neguſancius *de Pignoribus, & hypoth. 4. membro, 2. part. princip. à num. 77.* vbi cûm primò in hypotheca expreſſa reſoluiſſet inſpiciendum eſſe tempus contractæ hypothecæ, & matrimonij, & non tempus numerationis dotis, quià quandò non eſt in poteſtate debitoris non recipere pecuniam, inſpicitur tempus promiſionis, & obligationis, ſecûs verô quandò eſt in eius facultate, nàm tùnc inſpicitur tempus ſolutionis, ex Text. *in dict. l. 1. ff. Qui potiores, & ibi.* Azo. *Gloſſ.* Bart. Baldus, & alij, notans, quòd licèt loquatur in dote; tamèn habet locum etiàm in quocumque alio debito, in quo procedit dicta ratio, ſcilicèt, àn implementum contractus conſiſtat in voluntate, àn in neceſſitate debitoris? vt ibi declarat, *& num. 79.* limitat vt ſtatîm notabimus: *num. 80.* Idem probat procedere in hypotheca tacita, optimê confirmans; & cõcludit his verbis: *Vndè concludo quòd tenenda ſit opinio, quòd tacita hypotheca trahatur retrò ad tempus promiſsionis matrimonij, pròut præcedenti quæſtione dictum fuit in expreſsa hypotheca, quæ nota quià non inueniens examinata plenius pèr aliquem.* Antonius Maria Bertolus *in Addition. ad Rodriguez de Concurſu dict. artic. 1. 1. part. num. 189. & num. 195.*

6 Idem ſequuntur Petrus Barboſa *in dict. l. 1. ſoluto matrimonio, 3. part. num. 32.* vbi benè dictam legem declarat, & oppoſitionibus, quæ contrâ eam fieri poſſunt ſatisfacit. Antonius Faber *in ſuo C. lib. 5. titul. 5. difinition. 15.* vbi ità ait: *Proindè dubitari non poteſt quìn à tempore conſtitutæ, & promiſſæ dotis bona mariti omnia ſint mulieri obligata,* etiàm in præjudicium anteriorum

creditorum, quibus nimirùm deneganda quoquè eſt exceptio dotis non numeratę, quam non, niſi ex perſona mariti, habere poſſunt, Ioanes Baptiſta Coſta *de Retractione, cap.8. caſu 31. num.1.* vbi loquens de hac hypotheca, ità ait. *Eam namquè quòad actionem dotis, quæ non naſcitur regularitèr niſi ſoluto matrimonio, retrotrahi ad diem promiſsionis, non attentis temporibus ſolutionum exindè factarum, vero verius eſt*, & plures in eius comprobationem adducit; Andræas Molfeſius *in Conſuetudin. Neapolitan. part.6. de Iure dotium, quæſt.2. ex num.16.* & latiûs Ioanes Griuelus *deciſ.133. pèr totam*, vbi eam fundat, & reſpondet argumentis contrarijs, & tandèm *num.17.* dicit, quòd hanc opinionem tamquàm veriorem, & doti magis fauorabilem (cuius cauſa ſempèr, & vbiquê debet eſſe præcipua *l.1. ff. Solut. Matrimon.*) ſequutus eſt Senatus, reiecta ſententia Baldi Nouelli, & Neguſantij. Donatus Antonius de Marinis *lib.2. quotid. reſolut. cap.60. num.6. & pèr totum cap.* ex hoc notabilitêr decidit caſum Caij, qui locauerat Titio fundum pêr quinquenium ſûb certa penſione ſoluenda quotannis, & cùm Titius conductor poſteà in fauorem Sempronij cenſum annuum ſûb hypotheca ſuorum bonorum cõſtituiſſet, tranſacto quinquennio Caius petebat penſiones vltimi temporis, & Sempronius concurrebat, volens præferri ex hypothecaria ſibi adquiſita in actu conſtitutionis cenſus, & antè collectionem fructuum poſteriorum annorum, quorum penſio petebatur à Caio, & nihilominùs reſoluit, locationis tẽpus ſpectandum in fauorem Caij ex hac diſtinctione, àn, ſcilicêt, ſit in poteſtate debitoris obligari; àn non?

7 Et exactè, & accuratè quæſtionem diſcutit Ioannes Petrus Fontanella *de Pactis nuptialibus, clauſ.7. gloſſ.2. part.1. num.27.* vbi dicit hanc reſolutionem procedere ſinè dubio, tàm in hypotheca expreſſa, quàm in tacita, & adducit plures Authores, *& deciſion.365.* vbi reaſumpta eadem quæſtione, & relato prædicto loco, vbi eam dicit defendiſſe in fauorem mulieris cõtra viri creditores, ſêd nullam Senatus deciſionem in propoſito adduxiſſe, quiâ in eo cauſa poſteà deciſa fuit cum magno labore, & quiâ vidit etiàm aliquos modernos, qui pòſt ab eo ſcripta dicto loco, tenuerunt contrariam opinionem, voluit iterùm de ea agere, & oſtendere quid Senatui poſteâ placuit, & opinionem ſuam ab obiectis liberare; Et demùm animaduertens Antoninũ de Amato *in dict. reſolution.5. ex num.10.* contrarium tenuiſſe, ait *num.4.* diſputato in illo doctiſsimo Senatu de eodem articulo anno 1630. & viſo Amato, & conſideratis his, quę ipſe ſcripſerat, ponderatiſque adamuſim omnibus,

tran-

tranſeundo pèr omnes difficultates, quę dici,& excogitari poſſent, tandèm decidiſſe prò vxore contra creditores ſecundũ ſuam opinionem, his verbis: *Dicendo hypothecam, prò dotis reſtitutione, vim ſumere à tempore initorum capitulorum matrimonialium,& conuentæ promiſionis de dote reſtituenda, etiàm in præjudicium creditorũ, qui medio tempore contraxerunt,* & *num.5.* proſequitur: *Ego in eadem adhùc opinione ſum,& perſiſto, non enim ex pòſt vidi aliqua, quibus compelerer mutare ſentẽtiam, immò quantò magis rem conſidero, magis iuſta, & rationi conſona mihi illa videtur ſinè dubio,*& ad id ponderat Text.*in dict.l.1.ff.Qui potiores in pignore habeãtur,* ſentiens quòd licèt Barboſa *in dict. l.1 part.3. nu.34.* verſ.*Poſtremò notabis,* pòſt alios, quos adducit,& Gracianus *lib.5. diſcept. Forenſ. cap.* 804. *ex num.2.* eum intelligant, quandò eo tempore contractum fuit matrimonium,& non aliàs,hoc eſſe dibinare, & textum generalitèr loqui, ibi: *Cùm ex cauſa promiſionis,*& ibi: *Non itaquè ſolutionum obſeruanda ſunt tempora, ſed dies contractæ obligationis,* & ideò generalitèr eſſe intelligendum; & alijs comprobat ſatisfaciens rationi ſuprâ dictę,qua omnesAuthores contrariç ſententię mouentur,quòd licèt ſinê matrimonio dos verè dici non poſsit, tamèn dos appellatur,quæ conſtituitur antè contractum matrimonium, quià eſt deſtinata dos, & in his, quę reſpiciunt fauorem mulieris, habet etiàm priuilegia dotis.

8 Sequitur hanc ſententiam, & Fontanellam *dict. clauſ.7 gloſſ. 2. part.1. num.27.* (non viſo eo in hac deciſione) D.Ioſeph Vela *tom.1.diſſertat.Iur. cap.2. num.32.* & 33. & *num.34.* cum alijs impugnat diſtinctionem ſuprà traditam *n.2.* reſoluens hoc procedere,& locum habere,tâm in hypotheca expreſſa,quàm in tacita. Et eandem rationem, quę Legiſlatores mouit ad ità diſponendũ in vna, æquè militare in alia, vt *ibi* probat. Cyriacus *tom.1. controuerſ.81.num.21.* Gaito *de Credito, cap.4. quæſito* 11. *num.*1594. & *in Appendice num.*113. vbi cũ Præſide Franchis *deciſ.*677. tenet hoc procedere, non ſolùm contracto matrimonio tempore promiſsionis dotis; Sèd etiàm quandô promiſsio fit antè contractum matrimonium. Mercurialis Merlinus *de Pignoribus, & hypothecis dict.lib.3.tit.2.quæſt.74. à num.1.*vbi latê probat,& declarat, & *à num.20.* reſoluit etiàm idem habere locum in hypotheca tacita, reſpõdens Iuribus, quę in contrarium ſolent adduci.Capicius Galeota *Reſponſo Fiſcali 6. num.66.* Hypolitus Maia *conſult. 34. num. 6.* Paulus Staibanus *in centuria 9.Reſolut.Forenſ.reſol.14. à num. 22.* ſtatîm declarandus. Merenda *controuerſ.Iuris, cap.35.* Ioſeph Melle *in Addit. ad deciſ.1. Gizzarelli num. 55. vbi num. 57.*

cum

cum Ripa *dict. obſeruat.* 263. declarat, tempus promiſionis dotis tùnc attendi, cùm conuentio ſolùm præcedit intèr partes ſinè ſcriptis, vèl quandò ſimùl inſtrumẽtũ de eo celebratur; ſi verò tempore promiſionis conueniat intèr partes vt fiat, antè eius confectionem nó oritur hypotheca.

9 Sêd licèt dixerimus hanc hypothecam, & priuilegium dotale initium ſumere a die initorum capitulorum matrimonialium, & non a die contracti matrimonij, hoc ità accipiendum eſt, vt non longa intercapedo intèr ea conſiſtat; ad quod ſupponimus, quòd antiquitûs fuit in vſu plerumquè has tabulas dotales pòſt contractum matrimonium conſignari, vt docet Scæbola *in l. Seia Sempronio 66. ff. de Donationibus intèr*, ibi: *An antequàm domum deduceretur, donatio facta eſſet, aùt Tabularum conſignatarum? quæ plerumquè, & pòſt contractum matrimonium fierent, in quærendo exprimi* (de cuius textus eruditione, quæ ſumma eſt, prætèr Acurſium, & Gotofredum in eo, difuſè agunt Briſonius *lib.* 1. *Selectarum antiquit. cap.* 18. *& de ritu nuptiarum, pag.* 28. & 45. Forcatulus *in cupidine Iuris perito, cap.* 10. *num.* 8. Gregorius Lopez *in l.* 3. *tit.* 11. *part.* 4. *gloſſ.* 2. Albericus Gentilis *lib.* 11. *de nuptijs, cap.* 5. *& cap.* 17. Scipio Gentilis eius Frater *in Tract. de Donationibus intèr Virum, & vxorem, lib.* 4. *cap.* 1. vbi latè, & benè declarant predictam legem) & circâ ſolemnia verba harum Tabularum nuptialium videndi ſunt adducti à Cabreros *de Metu lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 21. *& ſeqq.* vbi agit de modis, quibus hæ nuptiæ cõſtituebantur, & à D.D. Ioanne de Solorçano *de Iure Indiar. libr.* 2. *cap.* 20. *tom.* 2. *num.* 41. *& in Polit. Indian. lib.* 3. *cap.* 22. *verſ. Lo qual antes*, vbi declarat ſignificationem huius vocis *vxor*, & ait non poſſe ità appellari, dùm non ſit ad domum mariti traducta, & ab eo cognita. Annæus Robertus *lib.* 4. *Rerum Iudicatarum, cap.* 1. *in princip.* Ho diè verô regulare eſt, & quidèm rationi magis cõſentaneum, vt hæc inſtrumenta dotalia præcedant matrimonium, in eis enîm matrimonium, & conſenſus vtriuſque coniugis ad illud ſtabilitur, & ſimùl dos marito promititur, & ipſius obligatio interuenit de ea reſtituenda in caſu à Iure permiſo. Si ergò eodem tempore, ſiuê in continenti, vèl paulô pòſt (vt frequentiûs, & communi ſtylo apûd nos vſitatur) matrimonium celebretur, nulla eſt dubitatio, & in hoc Doctores vtriuſque opinionis conueniunt.

10 At verò, ſi confectis pactis matrimonialibus forma prædicta, matrimonium non illicò, vèl in continẽti ſubſequatur, ſêd temporis ſpatium detur, tûnc ſi tempus ſit modicũ, & non multum conſiderabile, procedit hæc vltima reſolutio, quàm comprobaui-

bauimus, ſed ſi mora magni temporis contrahatur, limitanda erit, prout limitatur per Baldum Nouellum *de Dote part.* 10. *num.* 37. *verſ. Sed nunc*, optimè Neguſantius *de Pignoribus*, 4. *membr.* 2. *par. num.* 79. vbi infert in practica, quòd ſi eſſet factum inſtrumentum dotis, puta vno anno incircà antè conſumationem matrimonij cum expreſſa hypotheca, & poſteà fuerit ſequtum matrimonium; tùnc ſi maritus pòſt inſtrumentum dotis, antè tamen contractum matrimonium, aliqua debita contraxiſſet cum expreſſa hypotheca, mulier iſtis creditoribus non præferretur, ſed tantùm his, qui pòſt matrimonium contraxiſſent. Quod etiàm tenet Marius Giurba *obſeruat.* 89. *p.* 1. *n.* 7. vbi ità ait: *Amplia quintò, quòd ſi eſſet factum inſtrumentum dotale tempore ſponſalitiorum cum expreſſa bonorum hypotheca, & pòſt annum ſequutum fuerit matrimonium, ſi maritus pòſt inſtrumentum dotale, antè tamen contractum matrimonium, debita contraxiſſet, quibus cum expreſſa hypotheca ſatisfacere promiſerit, mulier non præferetur hiſce creditoribus, ſed his ſolùm, qui pòſt matrimonium contraxerant.* Franciſc. Becius *conſ.* 114. *num.* 66. *lib.* 2. Paulus Staibanus *centur.* 2. *reſolut.* 114. *n.* 33. vbi ſic declarat: *Secundò, quia quòd hypotheca inciptat currere in beneficium mulieris tempore promiſſæ dotis, hoc intelligitur quandò eo tempore, vèl paulò pòſt (vt paſsim euenire ſolet) fuit contractum matrimonium, non autem quandò pòſt aliquod ſpatium temporis (velùti pòſt decem menſes, vt in caſu noſtro) nàm tùnc non tempus promiſſionis, ſed celebrati matrimonij attenditur, hæcque opinio eſt communis, & indubitata.* Et idē tenet Cartaſc. *ad Leg. Reg. cap.* 11. 2. *part. num.* 161. niſi fortè temporis ſpatium veniat ex natura contractus, vt in promiſsione dotis facta conſanguineo contrahenti matrimonium ſûb conditione, ſi Pōtifex diſpenſauerit, (de cuius valore, vi, & effectu, ex profeſsò agunt Thomàs Sanchez *de Matrimon. lib.* 5. *diſput.* 5. Gutierrez *lib.* 1. *Canonic. quæſt.* 22. & *de matrim. cap.* 78. Baſilius *de Matrimon. lib.* 3. *cap.* 15. D. Ioanes del Caſtillo *lib.* 3. *controu. cap.* 7.) nàm ſequuta diſpenſatione, hypotheca oritur à die promiſsionis, vt deciſum teſtatur Gama *deciſ.* 55. & notat Flores de Mena *ibi in Additionibus*, & Franchis *dict. deciſion.* 677. *num.* 7.

QVÆSTIO VIII.

An Priuilegium hoc dotale, conceſſum Vxori, tranſeat ad hæredes, ſiuè ſuos, ſiuè extraneos? Et an etiam in eius ceſſonarios, & particulares ſucceſſores?

Summarium Quæſtionis Octauæ.

Num. 1. *Priuilegium tacitæ hypothecæ, vxori indultum prò recuperanda dote, eſt reale, conceſſum ipſi actioni, & ideò tranſit ad hæredes, ſiuè ſuos, ſiuè extraneos, & in ceſſonarios, & particulares ſucceſſores; Priuilegium verò prælationis, reſpectu aliorum creditorum, ſolùm tranſit in filios ratione ſanguinis; & num.* 2. *comprobatur; & num.* 3. *quòd hoc procedit in filijs eiuſdem matrimonij, non verò in alijs cuiuſcumque coniuguij.*

4 *Mulier ſi cedat alicui actionem de dote contra maritum, àn in ceſſonarium tranſeat cum ſuo priuilegio prælationis?*

5 *Refertur diſtinctio Bartoli* in l. pôſt. dotem, num. 35. ff. ſolo matrim. *quòd ſi ceſsio eſt excauſa voluntaria non tranſeunt priuilegia perſonalia, ſecùs verò ſi eſt excauſa neceſsaria.*

6 *Notantur Doctores, qui ab ea diſcedunt, aſſerentes confundi,* ex l. Ex pluribus, ff. de Adminiſtrat. Tutorum.

7 *Adducitur alia diſtinctio tradita à Gaito* de Credito, cap. 4. quæſito 11. num. 1693. *quòd, aùt Priuilegium prælationis conceditur perſonæ proptèr perſonam, & tùnc non tranſit in ceſſonarium; aùt conceditur perſonæ proptèr cauſam, & tùnc tranſeat.*

8 *Quæ etiàm confutatur à doctiſsimo D. D. Alphonſo de Olea* de Ceſſ. Iur. & act. tit. 6 quæſt. 2. num. 10. *& reſoluitur, quòd priuilegia alia ſunt realia, quæ rei, vèl actioni, cauſæ vè cohærent, alia verò perſonalia, quæ perſonæ aliqua ſpeciali ratione indulgentur.*

9 *Priuilegia realia in Ceſſonariũ, vèl in eorum hæredes transferuntur.*

10 *Priuilegia perſonalia, tùnc tranſeunt in Ceſſonarium, quandò in eo cedentis vertitur vtilitas, quià ſi non tranſiret, aliquod damnum ei ſequeretur, ſecùs verò ſi cedenti nullum præjudicium fieret, & eo caſu non tàm ceſſonario, quàm cedenti fauetur.* Ceſsio

11 *Ceſsio, quandò fit principaliter ad commodum Ceſſonarij, aùt alteriùs, quàm mulieris, aùt eius filiorum, non tranſit priuilegium prælationis, etiàm quòd dicatur expreſsè. Et referuntur exempla, & num. 12. comprobatur.*

13 *Ceſsio quandò fit ab vxore ad ſui vtilitatem, ceſſonarius, vt fruatur priuilegio prælationis, debet agere nomine mulieris, & non nomine propio.*

14 *Priuilegium dotibus conceſsum, quod prò earum reſtitutione fideicommiſsi bona poſsint alienari, àn tranſeat in dotis ceſſonarium?*

15 *Ceſſonarij duo mulieris, vnus ex cauſa dotis ſolutæ, & alter ex cauſa antephati, ſi concurrant ad bona viri, quæ non ſint ſufficientia, quis eorum præferatur? vèl àn concurrant prò rata?*

Mulier ſoluto matrimonio poteſt, abſquè hæredum viri ceſsione, agere prò recuperatione dotis, viro ſuo promiſſæ, & non ſolutæ.

16 *Vxor, vergente marito ad inopiam, habet Ius repetendi dotem, vèl agendi prò ea, vt in tuto ſit, & etiàm ſe opponendi mariti creditoribus, inſtantibus executionem ſupèr eius bonis, in eius præjudicium; Quod eſt perſonale, & non poteſt in alium cedi, nèc etiàm ad filios tranſire, vtcumquè eiuſdem matrimonij.*

1 HOC priuilegium tacitę hypothecę, quam mulier prô recuperanda dote à lege adquirit tamquàm reale, & conceſsum ipſi actioni magîs, quàm perſonę mulieris, tranſit ad hæredes, ſiuè ſuos, ſiuè extraneos, & ſimiliter in ceſſonarios, & particulares ſucceſſores, vt probat Text. *in dict. l. vnic. §. Et vt pleniùs, verſic. Sicùt enìm, C. de Rei vxor. act.* in illis verbis: *Sicùt enìm, & ſtipulationes, & hypothecæ ineſſe dotibus intelliguntur, &c.* At verô, hoc priuilegium cum Iure prælationis cóntrà alios creditores, iuxtà terminos *l. Aſsiduis 12. C. Qui potiores in pign. hab.* non tranſit ad ſucceſſores, ſeù hę redes extraneos, ſêd ſolùm ad filios ratione ſanguinis, *§. Fuerat inſtit. de actionibus*, ibi: *Præferri autèm alijs creditoribus in hypotheca tùnc cenſemus, cùm ipſa mulier de dote ſua experìtur, cuius ſolius prouidentia ſolùm induximus, niſi ſint filij.* Text. *in dict. l. Aſsiduis, verſiculo exceptis*, vbi Bart. Baldus, & omnes notant, quiâ filij ſunt reliquię ipſius matrimonij *Authent. Vt exact. inſtante dotis, §. 1.* his verbis: *Non damus hoc priuilegium, aùt hæredibus, aùt creditoribus, ſed ſolùm filijs. l. 33. tit. 13. part. 5.* ibi: *Debe ſer pagada primeramente à ſus hijos, que la deben auer*, vbi Gregorius Lopez *Gloſs. verb. Sus hijos.* Gloſſ. *in l. 1. verb. Ad hæredem, C. de Priuilegio dotis*, & ibi Baldus *ſub numero 6.* & Bartolus

num.

num. 5. & cùm Iura faueant vxori in dote, etiàm ex cauſa filiorum procreandorum, conuenit vt cómune ſit & ipſis priuilegium, vt conſiderat Marta *in dict. l.* 1. *ſolut. matrim. quæſt.* 3. *num.* 27. & competit eis vt filijs, non vtî hæredibus.

2 Quas concluſiones latê comprobant, & exornant, prætêr ordinarios in dictis locis, Neguſancius *de Pignor.* 4. *memb.* 2. *p. num.* 31. *& ſeqq.* Antonius Gomez *in dict. l.* 50. *Tauri num.* 45. Pater Molina *de Iuſtitia, & Iure, tract.* 2. *diſput.* 438. *in principio, & verſic. Obſerua tamèn priuilegium tacitæ hypothecæ.* Rodriguez *de Concurſu artic.* 1. *primæ part. à nu.* 16. *& ſeqq.* & nouiſsimè Antonius Maria Bertolus *in Addition. à n.* 79. *& n.* 84. Acoſta *de Priuileg. credit. reg.* 3. *ampliat.* 48. *num.* 103. *& ſeqq.* Latè Merlinus *de Pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 47. *num.* 1. *& ſeqq. vſquè ad numer.* 35. Doctus, & pèreruditus D. D. Alphonſus de Olea *de Ceſsion. Iur. & action. tit.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 24. Gaito *de Credito, cap.* 4. *quæſito* 11. *num.* 1589. Barboſa *in dict. l.* 1. 6. *part. à num.* 13. *ff. Solut. Matrim.* Apiçela *in Tutamine pauper. tit.* 1. *num.* 63. Medices *deciſ. Senenſi* 61. Ioſeph Melle *in Addit. ad Antonium Gizzarellum deciſ.* 1. *à num.* 4. vbi benê declarat, & Baldaxar de Angelis *in eadem Addit. num.* 11. Faria *in Addition. ad Couarr. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 16. *& num.* 36. Faquineus *lib.* 10. *controuerſ. cap.* 34.

3 Quod adeò verum eſt, vt hoc prælationis priuilegium ſolùm concedatur filijs eiuſdem matrimonij, non verò alijs cuiuſcumque coniugij, & ideò liberi ex ſecundo matrimonio ſuſcepti non eo potientur in petenda dote eorum matris ab hęredibus primi mariti, *l. vnic. C. de Priuil. g. dotis,* iuncta *l. Aſsiduis, §. Exceptis, C. Qui potior. in pign. hab.* Gloſſ. *in §. Fuerat inſtit. de actio. verſ. Cum ipſa.* Schneid. *ibidèm num.* 69. *verſ. vbi ſubijcit.* Bartolus *in dict. l. vnic. num.* 3. verſ. *Hoc priuilegium non datur niſi ſibi, & filijs, & in Authen. ſi quid, C. Qui potior. in pign.* vbi communem hanc opinionem dicit, & omnes eam amplecti. Neguſantius *de Pignorib.* 2. *part. membr.* 4. *num.* 95. & cum alijs Antonius Maria Bertolus *vbi proximè num.* 86. *&* 87.

4 Sèd àn ſi mulier actionem de dote contrà maritum cedat alicui, in ceſſionarium dotis tranſeat hæc actio cum ſuo priuilegio prælationis? quęſtio eſt valdè dubia, ſi credimus Alexandro *in l. Pòſt dotem* 41. *num.* 31. *ff. Solut. Matrimon.* qui dicit eſſe arduam, & venenoſam, ſicût etiàm Matth. Berlich *in* 1. *part. concluſ.* 65. *de prælatione dotis, num.* 84. & Neguſancius, relato Alexandro, *in dict.* 4. *memb. part.* 2. *num.* 107. addit, quòd in ea Doctores tàm variè loquuti ſunt, vt non poſsit rectè perpendi quę ſit communis opinio; pulcherrimam, & difficilem ex Baldo, & alijs dicit Georgius

Franz-

Franzkius *lib.1. Variarum reſolut. reſol.14. num.1.*

5 In ea Bartolus, primus omnium, *in l. Pòſt dotem num.35. ff. Soluto Matrimon.* diſtinguit, àn ceſsio ex cauſa voluntaria fiat, nâm tûnc priuilegia perſonalia in ceſſonarium non tranſeunt, àn verò ex vtraque parte cedentis, ſcilicèt, & ceſſonarij, neceſſaria ſit ceſsio, quià tûnc per ceſſionem tranſibunt, & quamuîs hanc diſtinctionem multi ex antiquis probauerint, & etiàm ex nouioribus, quos referunt D. Valençuela Velazquez *conſil. 56.num.23. & latiùs conſ.15. num. 39.* Gaito *de Credito, cap.4. quæſito 11. num.1685.* D. D. Alfonſus de Olea *dict. tit.6. quæſt. 2. num. 3.* & alij relati ab Amato *reſolut. 3. num.28.*

6 Tamèn Menochius *lib.4. præſumption.189. à num.141.* Schifordeguerus *lib.3. tract.23. quæſt. 21.23. & 24.* Acoſta *de Priuileg. creditor. regul. 2. ampliation.6. num.126.* & Barboſa *in dict. l. Pòſt dotem num. 58.* ab ea diſcedunt, aſſerentes confundi *ex l. Ex pluribus, ff. de Adminiſtr. tutor.* quô loci ceſsio ex vtraque parte neceſſaria fuit, cûm tutor, vnus ex pluribus, inſolidum ſoluere pupillo condemnatus fuerit, eique ſoluenti neceſſariô actiones contra contutores cedi debêrent, & tamên proponitur, tutorem, cui pupillus actionem tutelę mandauit, eius priuilegium non habere, vt conſiderarunt Immola *in dict. leg. Pòſt dotem 41. in fin.* & Alexander *ibidem num. 33.* quî ex eo ità ait: *Meritò videtur quòd ratio dictæ legis ex pluribus militet etiàm iſto caſu, attento quòd ceſſonarius nõ eſt ex deſcendentibus, ideò ſiuè ex cauſa voluntaria, ſiuè neceſſaria, non tranſit in ceſſonarium, quià vtroq; caſu eſt eadem ratio, &c.*

7 Sed Ioannes Dominicus Gaito *dict. cap.4. quæſito 11. num. 1670. & ſequentibus* hanc Bartoli, & ſequacium diſtinctionem omni cura diſcutiens, & opinionem etiàm Barboſæ *in dict. leg. Pòſt dotem* exponens (cuius authoritatem meritò extollit) ipſe *num.1693.* prò Iurium in materia loquentium, & eius perfecta intelligentia, alitèr diſtinguit; ſcilicêt, quòd aût priuilegium prælationis conceditur perſonę proptêr perſonam, aût conceditur perſonę proptêr cauſam. In primo caſu, ait indubitanter procedere opinionem contra Bartolum, vt priuilegium illud perſonale nequaquàm in ceſſonarium transferatur, ea ratione, quià finalitèr contemplata eſt perſona, cui priuilegium conceditur, & finali cauſa remota, remouetur effectus cauſę, quandò vna eſt cauſa finalis, ad notata *in §. Affinitatis inſtit. de nuptijs*, & ideò ait meritô Papinianum *in dict. leg. Ex pluribus* negaſſe priuilegij prælationis translationem in ceſſonarium ex perſona pupilli cedentis, cùm priuilegium illud concedatur pèr leges,

proptèr perſonam pupilli, cui òb fragilitatem, infirmitatemque Conſilij, ſuccurrere ſtudent, vt conſtat ex Text. ibi: *Non enim cauſæ, ſed perſonæ ſuccurritur.* In ſecundo verò caſu ſecûs ſit, & tale priuilegium tranſeat in ceſſonarium, quià quamuîs mulieribus, & ſic perſonę concedatur, tamèn proptèr dotes (quas interſt eis conſeruari *l.1. Solut. Matrimon.*) conceditur, & ideò cauſà contemplatur non perſona, vt notat Baldus *in leg. Non verè, ff. Ex quibus cauſ. maiore*, vt ibi comprobat, & exornat. Fermoſino *in Allegat. Fiſcal. allegat. 10. num. 9.*

8 Hæc diſtinctio, tamquàm fallax, & non ſolidis rationibus innixa, confutatur à D. Olea *dict. tit. 6. quæſt. 2. num.* 10. & ſic, ea, & alijs, quę â Doctoribus confinguntur, prætermiſis. Dicendum eſt, quòd priuilegia alia ſunt realia, quæ rei vel actioni, cauſæve cohęrent, vt beneficium tacitę hypothecę, quod mulieribus proptèr dotes, & minoribus in bonis tutorum, & curatorum conceditur; alia verò ſunt perſonalia, quę perſonis ſpeciali aliqua ratione indulgentur, velùti pupillis, mulieribus, vèl nobilibus.

9 Priuilegia realia in ceſſonarium, vèl in eorum hæredes transferuntur *l. In omnibus 68. ff. de Regulis Iur. l. Priuilegia 168. ff. Eodem, l. Cùm Patronus 18. ff. de legatis 2. l.1 §.1. ff. de Iure immunit.* & in tacita hypotheca mulieri proptêr dotes competenti, & pupillo proptêr tutelam, tenent Boërius *deciſ.* 335. *num.* 3. Rodriguez *de Concurſu 1. parte, artic. 1. num. 16. & 17. & art. 4. num. 15. verſic. Meritò.* Pacifico *de Saluiano interdict. inſpect. 3. cap. 4. num. 61. & 62.* Acoſta *de Priuileg. credit. regul. 3. ampliat. 48. num. 103. & ſequentibus.* D. Valençuela Velazquez *dict. conſ. 15. num. 35.* Merlinus *de Pignor. dict. lib. 3. quæſt. 47. à num. 1. & lib. 4. quæſt. 232. à num. 11.* & cum alijs D. Olea *vbi proximè num. 12.* Barboſa *in l. Poſt dotem 41. ff. Sol. Matrim. num. 62.*

10 In Priuilegijs verò perſonalibus, in quibus non tàm actio, & cauſa contemplata fuit, quàm perſona, quę meruit fauorem (in quorum declaratione verſatur difficultas.) Dicendum eſt, in ceſſonarium transferri, quandô in eo cedentis vertitur vtilitas, ſcilicêt, quià ſi in ceſſonarium non tranſiret priuilegium, aliquod cedenti damnum ſequeretur, tûnc enim ceſſonario tale priuilegium competit, ſi verò cedenti ex eo nullum damnum reſultaret, non tranſibit, & ratio diſcriminis eſt, quòd vbi cedentis nihil interſt ceſſonariũ priuilegijs perſonalibus vti, ceſſat fauor perſonę, cui priuilegium illud ſpeciali ratione fuit indultum; àt verò vbi cedentis vtilitas verſatur, in eo quòd in ceſſonarium Iura ſua tranſeant, velùti quià Iuris

&

& facti euictionem præſtare tenetur, & ceſſionario non exigente, ipſe manet adſtrictus, adhûc durat fauor perſonę, cui lex proſpectum voluit, & eo caſu nó tàm ceſſionario, quàm cedenti fauetur, ex cuius perſona, & cuius nomine mandata actio exercetur; ſic primus declarauit Curtius Senior *in Addition. ad Alexandrum in dict. l. Pòſt dotem* 41. *ad dictum num.* 33. *litt. E. & in* 2. *edit. litt. A.* ità defendens Bartolum, & benê comprobans; ſequuntur Neguſancius *de Pignor. dict.* 4. *membro,* 2. *part. num.* 107. vbi cum Baldo Nobello *de Dote dict. quæſt.* 12. diſtinguit eadem duo membra, quòd ſi cedit mulier Iura, quę habet ad dotem contrà virum, & eius hæredes ad ſui vtilitatem, ità vt redundet in commodum ipſius totale, quià nempè, niſi ceſſionarius vteretur prælatione, nó remaneret prouiſum indemnitati mulieris, ceſſionarius vtatur priuilegio, & quòd tùnc ſufficit ſimplex ceſsio àbſque mentione priuilegij. Exemplum affertur, quandò viri hæreditas eſt onerata ære alieno, & mulier cedit ſecundo viro, aliàs enîm niſi priuilegium iſtud tranſiret in ſecundum virum, remaneret mulier fruſtrata dote; aliud exemplum proponitur in eo, qui ſoluit prô muliere dotem ſecundo viro, animo repetendi ab ipſa muliere, quę mulier dedit in ſolutum ſoluenti prò ea dotem, nomen hæredum primi viri debitoris dotis.

11 Si verò econtrà ceſsio fit principalitèr in commodum ceſsionarij, aùt alterius, quàm mulieris, aût eius filiorum, tùnc priuilegium prælationis non tranſeat in ceſsionarium, etiàm quòd fiat ceſſio expreſsê cum priuilegio, vt ſi mulier ex cauſa donationis cederet nomen ſuæ dotis contra viri hæredes, vèl vbi mulier eſſet condemnata prò aliquo debito, cuius mulieris bona ſinè controuerſia obtineri non poſſent, & ideò creditor ſibi auocare obtinuiſſet ex ſecundo decreto nomen ſuæ dotis, tùnc enim fit ceſsio ad commodum creditoris principalitèr, & ità procedet Text. *in dict. §.* 1. *Auth. Vt exact. dot. inſta.* & idem eſſet quandò mulieri ſecundus vir creditor offerret ſuum creditum dotale, & ab ipſa vellet impetrare ceſsionem Iurium, hoc caſu, facta ceſsione, non tranſiret in ſecundum creditorem Ius prælationis, quià tûnc ad commodum ceſsionarij facta diceretur ceſsio: ſubdit Neguſant. hanc Theoricam eſſe valdè notabilem, & rationabilem. Pariſius *conſil.* 64. *num.* 11. *lib.* 4. Barboſa *in dict. l. Pòſt dotem* 41. *ſub num.* 65. vbi adducit plures rationes in eius comprobationem. Sequitur Pacificus *de Saluiano inſpection.* 3. *cap.* 2. *num.* 922. Faquineus *lib.* 10. *Controuerſiarum, cap.* 34. *in fine,* vbi ſic breuitèr materiam exponit: *Sèd verba legis captanda non ſunt, quid enim ſi mulier*

cedat ad ſui commodum, & vtilitatem Iura ſua, & mulieris interſit ceſsionarium gaudere priuilegio, quià toto eiuſdem mulieris commodo cedat? nonnè idem reſpondendum, quod reſponderetur, ſi ipſa mulier ageret, & de dote experiretur? Sic puto, aliàs, ſecùs. MercurialisMerlinus *de Pignoribus dict. lib. 3. tit. 2. quæſt. 47. num. 40.* D.Olea *dict. tit. 6. quæſt. 2. num. 19.* vbi benè comprobat, & ſequitur Faria *in Addition. ad Couarr. dict. cap. 7. num. 37.*

12 Donatus Antonius de Marinis *lib. 2. reſolut. quotid. cap. 19. num. 11. & ſequentibus*, vbi quæſtionem, & diſtinctiones proponit, & exornat, reſoluens *num. 15.* Bartoli diſtinctionem funditùs corruere, & verum eſſe prelationis Ius executioni, non autèm actioni, fuiſſe tributum, & ideò conſequens eſſe, vt indiſtinctè prohibeatur tranſitus in ceſsionarium, ſiuè voluntarium, ſiuè neceſſarium, ſic probans *ex dict. leg. Pluribus 43. & ibi Gloſſ. ff. de Adminiſtr. tut.* & inhæret in omnibus reſolutioni Barboſæ *in dict. l. Poſt dotem num. 57. & ſequenti*, & licèt referat deciſionem Senatus illius Regni, pèr quam ait deciſum fuiſſe contrà ceſsionarium, tamèn ipſe rationem ibi reddit, ſcilicèt, quòd ceſsionarius egit nomine propio, & ad ſui vtilitatem, & itèm quòd in comparitione non fuit oppoſitum de hoc ſpecificè.

13 Vndè tenenda eſt prædicta ſententia tamquàm vera, hoc addito, quòd ceſsionarius agat nomine mulieris, & virtute actionum pèr eam mandatarum, iuxtà notata *in l. 1. C. de Actionibus, & obligationibus*, nàm ſi agat nomine propio, intentando vtiles actiones, non vtetur priuilegijs doti conceſsis, quià licèt vtilitas debeat pertinere ad mulierem, cùm tamèn procurator agat propio nomine, & ſic ineptо modo quòad predictam vtilitatem conſequendam, locum habet Regula *legis multum interſt, C. Si quis alteri, vèl ſibi*, vt rectè explicat, & declarat in puncto Barboſa *in dict. l. Poſt dotem num. 64.* & ſic manet firma concluſio, quòd priuilegium perſonale prælationis non tranſit in ceſſonarium, niſi in caſibus prædictis.

14 Et Marinis *in præcitato cap. 19. à num. 1.* agit de alia ſpeciali quæſtione in materia, àn ſcilicèt, priuilegium dotibus cõceſſum, quôd prô earum reſtitutione fideicommiſsi bona poſſint alienari, de quo *in Authentica res quæ, C. Communia delegatis*, tranſeat in dotis ceſsionarium, (quá remiſsiuê propoſuit etiàm D.Olea *dict. quæſt. 2. num. 15.*) & cõcludit ſûb diſtintione ceſsionis factę titulo oneroſo, vèl titulo lucratiuo, quę penê reincidit in ſententiam ſuprâ traditam vtilitatis, & beneficij ipſius mulieris, vt ibi optimè declarat circà materiam *dict. Authenticæ res quæ.*

Et

15 Et itèm *à num.* 17. ſingularitèr quærit, ſi exiſtente muliere creditrice hæreditatis viri, ex cauſa dotis ſolutę, & antefacti lucrati, acceſſerit Petrus ſoluens ei dotem, & Antonius ſoluens antefatum, quibus mulier ipſa iura ſua in forma valida ceſsit, in concurſu ſupèr bonis viri decocti, quę ad ſoluendum dotem, & antefatum haùd ſufficientia reperta fuere, àn ceſſonarius dotis ſit preferendus ceſſionario antefati, vèl vterque in eodem gradu prô rata quantitatis ſolutę concurrant? & reſoluit ambos ceſſonarios in eodem gradu concurrere debere ptò rata, quandô ipſi ſoli comparent, & contendunt intèr ſe; nàm ſi concurrant cum alijs creditoribus anterioribus viri falliti, cuius bona non ſuppetant ad ſolutionem omnium creditorũ, tûnc ceſsionarius dotis haberet potius Ius, & eius creditum præferendum, & ſoluendum erit ſecundùm regulas ſuprà poſitas; & non eodem Iure, & priuilegio ſatisfiet credito antefati in præjudicium creditorum anterius, ſeû potius Ius habentium; quod ceſſat quando ceſsionarij dotis, & antefati ſolùm concurrunt, quià tûnc non poteſt conſiderari maior ratio in vno, quàm in alio, cûm reſpectiuè mulieris Iura repreſentent. Et idem Marinis *lib.* 2. *reſolut. quotid. cap.* 139. optimè probat, mulierem ſoluto matrimonio poſſe, abſquè hæredum viri ceſsione, agere prò recuperatione dotis viro ſuo promiſſę, & non ſolutę.

16 Obſeruandum eſt etiàm prò noſtra materia, quòd vergente marito ad inopiam, vxor habet Ius repetendi dotem, vêl agendi prò ea, vt in tuto ſit, quod â forenſibus aſſecuratio dicitur, iuxtà *l. Si conſtante, ff. Soluto. Matrimonio, l. Seruum* 21. *ff. de Manumiſſ. l. Vbi adhùc, C. de Iur. dotium, Authent. de Æqualit. dotis, §. Illud collat.* 7. *l.* 1. *tit.* 9. *verſ. La quarta es, l.* 8. *tit.* 29. *part.* 3. *l.* 29. *tit.* 11. *par.* 4. & quę in dictis legibus notant Doctores, & alij, quos in vnũ congerit doctiſsimus D. D. Alphonſus de Olea *de Ceſsion. Iur. & act. tit.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 9. & idem procedit, ſi mariti creditores executionem inſtent ſupèr eius bonis, nàm poteſt mulier ſe opponere, & eam impedire, vèl contra eos, & bonorum mariti, vêl dotalium poſſeſſores agere hypothecaria, ſeù reuocatoria, vt prædicti explicant, & accuratè Merlinus *de Pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 73. *à num.* 3. Hoc ergò Ius adeò perſonale eſt, vt non poſsit pêr vxorem cedi, aût in alium transferri, vt pòſt longum examen reſoluit Iaſſon *in dict. l. Si conſtante à num.* 231. & pòſt Baldum, Salycetum, & alios Giurba *ad Conſuetud. Mieſanenſes, cap.* 13. *gloſſ.* 3. *numer.* 6. Gracianus *tom.* 3. *diſcept. Forenſ. cap.* 427. *num.* 16. Paulus Galeratus *de Renuntiat. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 126. *& centur.* 1. *renunt.*

69. *verſ. Poſtremò.* D. Olea *dicta quæſt.7.num.22.* vbi multis exornat; Rota Romana coràm Bichio *pòſt Salgado in Labyrintho credit. iuxtà recentem impreſſ. deciſion.3. num.26.* vbi alij. Antonius Maria Bertolus *in Addition.ad Rodriguez de Concurſ.& priuileg.credit.art.1. 1.part. num.88.* qui probat iſtud Ius tamquàm perſonale nèc ad filios tranſire, vtcûmquè eiuſdem matrimonij, quibus competit priuilegium prælationis, vt notauimus *ſuprà num.3.*

QVÆSTIO IX.

An Vxor decocti, quę aliqua bona ſuæ dotis, vèl mariti occultauit, & intercepit, amitat prælationis priuilegium?

Summarium Quæſtionis Nonæ.

Num.1. Vxor decocti, vèl eius, qui vergit ad inopiam, quæ prò ſua dote, vèl eius aſſecuratione ſe opponit mariti creditoribus, volens eis præferri, ſi occultet, vèl abſcondat bona aliqua mariti, ſeù dotalia; àn amitat prælationis priuilegium?

3 Vxor tenetur patefacere bona mariti defuncti, & ideò ſi celat res hæreditarias, vèl quomodòcumque amouet rem familiarem mariti, committit delictum, propter quod poteſt carcerari, & aliqua pœna extraordinaria puniri, & idem procedit in nobili.

4 Filius, dolo amouens, vèl amoueri curans quid ex hæreditate Patris, perdit beneficiũ abſtenſionis. Beneficiũ perditur propter paruum malefitium.

5 Hæres, interuertens, & ſubtrahens res hæreditarias, priuatur beneficio legis falcidiæ.

6 Debitor carceratus prò ſolutione debiti, occultans bona, amittit beneficium ceſsionis bonorum.

7 Vxor occultans bona mariti, non amittit priuilegium prælationis, doti ſuæ indultum ergà mariti creditores, & ſic deciſum pèr Supremum Senatum refertur.

8 Vxoris delictum punitur in eius perſona, & non influit in priuilegium reale, doti conceſsum.

9 Hæres occultans res hæreditarias, & non ponens eas in inuentario, punitur in duplo valoris rei celatæ.

10 Nobilis occultans bona punitur in ſua perſona, & bonis, propter delictum, quià eſt debitor.

Mulier,

11 *Mulier, quæ obligata eſt prò debito ciuili, ſi occultat bona in fraudem creditorum, poteſt carcerari donèc ſoluat.*

12 *Vxor, & filij, eius qui aliquo infortunio, & non ſua culpa, ad magnam penuriam redactus eſt, poſſunt ex bonis relictis ſubtrahere neceſſaria ad ſuſtentationem, & mediocrem ſtatus, ſeù conditionis ſuſtentationem.*

1 VT iàm ad ſcopum accedamus, ſuccedit expoſitio alterius dubij non contemnendi, nèc extrà rem, ſcilicèt, àn vxor, eius, qui foro ceſſit, vèl vergit ad inopiam, & ideò prò dote ſe opponit mariti creditoribus, petens ſe illis præferri in quibuſcumquè eius bonis, tamquàm prior tempore, & potior Iure, ſi aliqua bona ſuę dotis, vèl mariti occultet, & abſcondat in fraudem creditorum, vt vltrà ea in alijs bonis dos ſibi ſoluatur, ſeû adjudicetur, amitat priuilegium prælationis?

2 In quo prò parte affirmatiua faciunt ſequentia.

3 Primò, quôd vxor tenetur patefacere bona mariti defuncti, Gloſſ. *in l. 2. C. Quandò, & quibus quarta pars, lib. 10.* Baldus *in l. 1. C. de Naturalibus liberis.* Caſaneus *ad Conſuetud. Burgund. §. 21. nu. 9. in fine.* Henricus Kinſchoti *reſponſo ſeù conſ. 13. num. 9.* Et ideò ſi occultet, vèl celet res hæreditarias, vèl quomodòlibet rem familiarem mariti, committit delictum, proptèr quod, & dolum amotionis, poteſt carceri mancipari, & in ea detineri, donèc manifeſtet, & exhibeat bona, quę probatum fuerit intercepiſſe, vt æſtimentur, & apretientur in dotem, vèl in exolutionem creditorum, ſecundùm Iuris formam, & pœna aliqua extraordinaria, attenta qualitate cauſę, & perſonę, arbitrio Iudicis, puniri, vt probant Cancerius *lib. 3. Variar. cap. 17. num. 516.* vbi quæſtionem proponit, *& nu. 536.* ità reſoluit, hanc rationem aſsignans: *Cùm pèr dictam occultationem fraudet creditores, poſſe capi, donèc dicta bona exhibeat, & etiàm poſſe puniri aliqua pœna arbitraria proptèr dolum commiſſum; & iſtam, in hoc ſubtili paſſu, eſſe puram veritatem cenſeo.* Baeça *de Inope debitor. cap. 15. num. 7. & ſeqq. & num. 16. & cap. 16. ſequenti num. 19. & 24.* vbi idem tenet in nobili, & in Clerico, *& cap. 17. num. 13.* ſic ait: *Et comprobatur quoniàm dolus eſt delictum, & abſcondere bona ad defraudandum creditorem eſt res impiiſſima, ſeueriſſima coercitione digna; & num. ſequenti* loquitur in fœmina, & in nobili. Eandem ſententiam confirmat, & exornat latè Narbona *ad Leges additas Recopilat. in l. 14. tit. 2. lib. 6. gloſſ. 1. num.*

num. 81. *& ſeqq.* Qui dolus ex actu amotionis rerum neceſſariò arguitur, & influit in tempus matrimonij, Bartolus *in l. Si pupilli, §. Sèd ſi quis negotia, ff. de Negot. geſt.* dicens probari negotiorum geſtorem animo deprædandi acceſſiſe à principio, ſi poſteà celat, & ſuprimit, argum. *leg. Iulianus, §. Proindè, ff. Ad Macedon.* Cùm ergò dolus nemini debeat patrocinari, *l. Nèc ex dolo, ff. de dolo, l. 3. ff. de Tranſact. l. Is qui dolo, ff. de Rei vindicat. l. Si ex dolo, ff. de Re Iudic.* cum vulgatis adductis à Barboſa *Axiom. 76. num. 5.* Sequitur, quôd eo interueniente non poſsit priuilegio gaudere.

4 Secundô hoc poteſt comprobari ex deciſione Text. *in l. Si ſeruus 71. §. Prætor ait cum duobus ſeqq. ff. de Adquir. hæreditate*, vbi filius, dolo amouens, vêl amoueri curans quid ex hæreditate, perdit beneficium abſtenſionis; vbi notant Doctores maximê Baldus; qui ait, proptêr paruum maleficium perdi beneficium; & notat prò ſtatuto Peruſino contra vxores amouentes, vèl celantes aliquid marito. Mieres *ad Conſtit. Cathalon. collat. 6. Petri Tertij, in Cur. Perpin. num. 248.*

5 Et ſimilitêr hæres, interuertens, & ſubtrahens res hæreditarias, priuatur beneficio legis falcidię, *l. Paulus, l. Beneficio, ff. Ad leg. falcidiam, Authent. de hæredibus, & falcidia, §. Sancimus igitùr, & ibi Gloſſ.* Doctores *in l. fin. §. Licentia, C. de Iur. deliberan.* & Alexander *ibi num. 4.* qui teſtatur hanc eſſe magîs communem opinionem.

6 Tertiò facit *l. 4. tit. 15. part. 5.* quę diſponit debitorem carceratum prô ſolutione debiti, occultantem, vèl ſubtrahentem bona, amitere beneficium ceſsionis bonorum, & notat ibi Gregor. *gloſſ. 4: leg fin. § fin. ff. Quæ in fraud. credit.* Antonio Gomez *tom. 2. Variar. cap. 11. num. 52. verſ. Quod limita, & in leg. 79. Taur. num. 2.*

7 Sèd nihilominùs, contraria ſententia, ſcilicèt, vxorem nó amitere proptèr talem occultationem bonorum, priuilegia doti ſuæ à Iure indulta, ex quibus præfertur alijs creditoribus mariti, eſt verior, & amplectenda, & eam tenet, & comprobat Ioannes Gutierrez *de Iuramento confirmat. 1. part. cap. 16. num. 33. & 34.* vbi ſic concludit: *Ergò mulier occultans bona non amitit priuilegium dotis, licèt in foro exteriori committat dolum, & delictum.* Et iuxtà hanc reſoluionem, in facti contingentia, judicatum fuit in cauſa graui pèr Supremum Caſtellę Senatũ, Iuſtitię aſsylum, & ſcientiarum Emporium, ôb fulgentiſſima doctrinæ lumina, quę in eo renidènt, junctis duabus Aulis, quiâ in prima Iudices non conuenerunt, vt à grauiſsimo, & Doctiſsimo eius Conſiliario, vno ex Iudicibus, accepi.

8 Cui deciſioni parùm officiunt fundamenta aduerſę partis: non primum, quiâ & ſi Mulier de-

delictum incurrat propter amotionem, iàm ei à Iure pœna infligitur carcerationis, & animaduerſionis extraordinarię, quæ reſpicit perſonam, quę admiſum patrat, hoc verò non influit in priuilegium Reale, fauore publico, doti, & eius exactioni â Iure elargitum.

9 Nèc ſecundum, quià licèt hæres propter occultationem indignus efficiatur beneficio legis falcidię, & filius beneficio abſtẽſionis, tamèn non punitur in amiſsione hæreditatis, ſèd ſolùm in duplo earum rerum, quę amouit, vt probatur *in l. fin. §. Licentia, C. de Iure deliber. in verſic. Illo videlicèt obſeruando*, cui conſonat *l. 9. tit. 6. part. 6.* vbi Gregorius *gloſſ. 1.* & idem Gregor. *in l. 6. eiuſdem tit. & partitæ, gloſſ. 5.* Gutierr. *dict. cap. 16. num. 17.*

10 Et ſimile nobilis, amittentis propter amotionem priuilegium nê capiatur, & aliorum idem priuilegium habentium, non adaptatur huic caſui; ibî enim Nobilis, & ſimiles ſunt debitores, & non poſſunt mulctari alia pœna, prętèr carcerationem, & compulſionem corporalem, vt patefaciant bona; vxor verò nihil debet, nèc eius bona obnoxia ſunt mariti creditorib⁹, & ideô ſufficientèr animaduertitur in eius perſonam, ſi propter delictum capiatur, & non poteſt extendi ad priuationem Iuris doti, ſeû eius patrimonio conceſſi, vt difuſsê ratiotinatur Gutier. *vbi ſuprà num. 33. & ſequentibus.*

11 Ex quo confirmatur limitatio adducta ab eo *dict. cap. 16. num. 35.* in caſu quo Mulier ipſa ſit obligata prò debito ciuili, nàm ſi tûnc occultat bona in fraudem creditorum, poteſt incarcerari, donêc ſoluat, & non gaudet priuilegio nè capiatur prô debito ciuili, ſicùt nèc gaudet nobilis, cum quo etiàm conuenit Narbona *vbi ſuprà numer. 38.*

12 Et facit Diana *tom. 5. reſolut. moral. tract. 14. & miſcell. 2. reſolut. 57.* vbi probat vxores, & filios, quorum mariti, & parentes, ſiuè culpa ſua, ſiuè aliquo infortunio ad magnam penuriam ſunt redacti, ſi pôſt mortem inueniantur non eſſe ſoluendo, poſſe ex bonis relictis, tantùm ſubtrahere, & occultare, quantûm ſatîs ſit ad honeſtam vitæ ſuſtentationem, & mediocrem ſtatus, ſeù conditionis conſeruationem; & Cancer *dict. cap. 17. num. 525.* vbi probat, tàm in nobili, quàm in muliere, quę ſe opponit creditoribus mariti, prò ſua dote, poſſe in vtroque foro occultare bona neceſſaria ad ſui, vxoris, & familię ſuſtentationem, vèl ad ſatisfactionem ſuæ dotis, dùm in hoc non excedat, *& num. 529.* defendit contra Gutierrez *dict. cap. 16. num. 34.* hoc licère, & non eſſe delictum etiâm in foro exteriori, de quo egimus etiàm *ſuprà titul. 1. quæſt. 3. num. 6.*

QVÆS-

QVÆSTIO X.

Vtrùm Vxor, quę ex eo quòd pomposè, & laſciuè vixerit, vtendo nimìs pretioſis, & pompoſis veſtibus, & alijs rebus luxui, & extraordinario cultui deſeruientibus, dedit cauſam decoctioni mariti, poſsit vti priuilegio prælationis, aduerſùs eius creditores?

Summarium Quæſtionis Decimæ.

*Num.*1. *Vxor, quæ ex laſciuo, & pompoſo ornatu fuit cauſa decoctionis mariti; àn in concurſu cum eius creditoribus poſsit vti priuilegio prælationis, vèl illud amittat?*

2 *Creditores poſteriores mariti decocti præferendi ſunt laſciuæ, & pompoſæ vxori.*

3 *Prò eadem ſententia adducitur Mieres* de Maioribus, 4. part. quæſt. 1. limitat. 2. num. 19. & 20. *vbi inmoderatas dotium conſtitutiones nimìs carpit.*

4 *Mulier, non ſolùm dicitur luxuriosè viuere illa, quæ in corpus ſuum peccat, ſed etiàm ea, quæ extraordinario, & ſpetioſo ornatu incedit, & explicatur Text.* in l. & mulieri 15. ff. de Curatore furioſo, & prodigo, &c. & gloſſ. ibi verbo, & Mulieri.

5 *Thamar ex habitu habita fuit à Iuda prò meretrice.*

6 *Mulier in luxu, & ſtudio pretioſarum veſtium, àn peccatum incurrat?*

7 *Luxuria, & laſciuia ſunt ſociæ, & conſequenter ornatus pompoſi, propter inhoneſtatem, quam præſeferũt. Et refertur prohibitio facta in hac Curia* de los Guardainfantes, y de los jubones eſcotados, *& comprobatur.*

8 *Adducitur etiàm Viuius referens pragmaticas ſui Regni idem prohibentes, & agit de abuſu veſtium ſciſſarum.*

9 *Abuſus iſte mulierum hodiè in hac curia ſcindentium veſtes, ſeù pallium exteriùs, quo amictæ vſquè ad imos pedes incedere debent, reprobatur, & declaratur differentia, quæ verſatur inter ſtolam, & togam.*

10 *Stola, ſeù pallio ſolùm induebantur Matronæ honeſtæ, & meretrices eam geſtare non poterant; ſed toga vtebantur.*

11 *Stollæ, ſeù pallij abſciſio matronali pudicitiæ omninò contraria eſt. Et ideò meritò* in cap. Si quà mulier 30 diſtinct. *anathematiçatur eam faciens.* Pro-

12 *Profetia, ſeù vaticinium ſingulare docti, & Religioſi viri Ioannis Thauleri circà hoc ponderatur.*

13 *Mulierum veſtes pretioſæ, & exceſſiuus ornatus omnibus temporibus fuit prohibitus, & referuntur leges id ſtatuentes, & Doctores de earum explicatione, & exornatione agentes.*

Leges, & Pragmaticæ debent obſeruari, & non eſſe ludibrio, nèc per quemquam irrideri.

14 *Exclamatio ingens Mieres ponitur, in qua conqueritur de hac corruptela, & exitiali abuſu in noſtra Hiſpania.*

15 *Mulier, quæ iuxtà prædicta, fuit cauſa præcipua decoctionis mariti (vt multotiès accidit) meritò mulctatur in amiſſione priuilegij, & prælationis.*

16 *Mulier ex debito officij debet prouidere conſeruationi, & augmento rei familiaris viri, & ipſius, & ſolùm propter culpam in hoc adhibitam, poteſt priuari priuilegio, & prælatione.*

17 *Mulieri non eſt Ius exigendi à marito aliquid præter ſtatui neceſſarium, & ideò quod eius culpa, & luxu profuſum eſt, tenetur reſtituere patrimonio viri, pro ſolutione creditorum.*

18 *Maritus licèt ſit in culpa, non obuians luxui, & extraordinario cultui vxoris, non ſatis eſt ad onerandos eius creditores.*

19 *Petrus Barboſa refertur, qui dubitat de prædicta concluſione.*

20 *Reſolutio Merlini* de Pignor. lib. 3. tit. 2. quæſt. 64. *declarans vtramque opinionem, proponitur.*

1 EX quibus (vt vltimam manum, huic materię tertię ſpetiei vtilitatis publicę, imponamus) deſcendit enodatio alterius ſingularis quęſtionis noſtro tractatui mirè conuenientis, ſcilicèt. An mulier, quæ ex eo quòd pomposè, & laſciuè vixerit, vtendo nimis pretioſis, & pompoſis veſtibus, & alijs rebus luxui, & extraordinario cultui deſeruientibus, dedit cauſam marito, vt debitis ſe inuolueret, in inopiam incideret, & foro cederet, poſsit vti priuilegio prælationis, aduerſùs quoſcumquè mariti creditores, vèl illud amittat?

2 In qua Ioannes Andræas *in cap. Ex parte de conſuetudine*, tenet contra mulierem, & cum eo idem ſequitur Ripa *in l. Priuilegia, ff. de Priuileg. creditor. num.* 44. vbi limitans priuilegium mulieris in caſu, *l. Satìs notum, C. In quibus cauſ. pign. tacitè contrah. & legis vtilitas, C. de Primipilo, lib.* 12. (de quo infrà *hoc Titulo, quæſt.* 14. *à num.* 4. latiùs agitur) ſic ait: *Rationem aſſignat Panormithanus in cap. Ex parte colum. fin. de conſuetudine. nè amore, vèl gemitu coniugis,*

gis,& filiorum Primipilarius ſe malè habeat in officio. Ex quo infert ibi Ioanes Andræas creditores poſteriores præferendos laſciuæ,& pompoſæ vxori, cuius cauſa maritus fuit coactus cedere foro,& infert ibi Panormit. valere ſtatutum, vt bona vxoris, & filiorum capi poſsint prò debitis mariti, & patris: quià ſæpè, illecebris vxorum, conſumunt mariti ſuas diuitias. Vt notauit etiàm Gulielmus Benedictus *in cap. Rainuntius de teſtament. 1. part. verb. in eodem teſtam. el 1. nu. 218.* Aſinius *de Execution. §. 7. cap. 35. num. 4.*

3 Quam ſententiam ſequitur etiàm Mieres *de Maioratibus, 4. part. quæſt. 1. limitat. 2. num. 19. & 20.* vbi loquens de facultatibus, quę petuntur ad obliganda bona maioratus, prò dotibus filiarum, monet Dominos de Conſilio Camerę, vt ingenti ſtudio proſpiciant, & modum, & frænũ adhibeant in conſtitutione dotium magnatum, & aliorum Dominorum particularium; nàm, vt ait, nullum eſt venenum, nèc maior peſtis, quę Rempublicam offendat, quàm immoderata dotium conſtitutio, quæ hodiè magîs ſeruiunt ad ſuſtentationem profanitatum, & vanitatum mulierũ, quàm ad ſuſtinenda onera matrimonialia, cuius occaſione dotes inuentę fuerunt, & proſequitur: *Vndè iuſta cum ratione inquit Ioanes Andræas in cap. vltim. de conſuetudine, quem refert, & ſequitur Ripa in l. Priuilegia nu. 44. ff. de Priuileg. credit. quòd l. Huius, ff. Qui potiores in pign. hab. cum qua concordant, l. 29. & 33. tit. 13. part. 5. non procedunt in vxore laſciua, & pompoſa, cuius gratia maritus fuit coactus debitis ſe inuoluere, & tali caſu præferuntur poſteriores creditores mulieri laſciuæ, & pompoſæ, &c.*

4 Et prò declaratione harum propietatum, in qua conſiſtit ratio particularis noſtri aſſumpti, facit bonus Text. *in l. & mulieri 15. ff. de Curatoribus furioſo, vèl prodigo, &c.* vbi ait Cõſultus, quòd mulieri luxuriosè viuenti bonis interdici poteſt, *vbi Gloſſ. verb. & mulieri*, ità declarat: *Nota interdici bonis meretrici, quià prodiga, eſt ſuæ perſonæ, pèr quod præſumitur, & rerum, vèl dic, luxuriosè, prodigali luxuria.* Et ideô illud verbũ luxuriosè viuere, non ſolũ conuenit ei mulieri, quę in corpus ſuũ peccat; ſèd etiàm quę extraordinario, & ſpecioſo ornatu incedit, vt notant Rebuffus *ad Cõſtitutiones Regias, tit. de Sententijs prouiſion. art. 3. gloſſ. 4. num. 11.* vbi prædictam legem ſic intelligit: *Luxuriosè viuere dicitur, cùm nimis pretioſis veſtibus, & alijs rebus vtitur, & ſic dicitur prodiga.* Ioannes Garcia *de Coniugali àc quæſt. num. 43.* vbi adducto Text. ità ait: *Verba eius hæc ſunt, & mulieri quæ luxuriosè viuit bonis interdici poteſt, vbi Gloſſ. verb. & mulieri duplicitèr explicat; 1. mulierem, quæ luxuriosè viuat, intelligit meretricem; 2. interpretatur verbum illud luxu-*

luxuriosè, ideſt, lautè, profusè, & ſplendidè, prodigali quadam luxuria, & inmodica epularum lauticia, & nimio veſtimentorum vſu, & rerum copioſo, aùt dicam otioſo apparatu. Hæ ſunt Gloſſ. interpretationes, & idem Mieres *vbi proximè num.* 20. Maſcardus *concluſ.* 1235. *num.* 7. *& ſequentibus.* Prò quo benè facit, quòd matrona honeſta, aùt virgo reperta in veſte meretricia, ſecundûm Ius ciuile, poterit impunè de pudicitia attentari, vt traditur *in l. Item apùd labeonem* 15. *§. Si quis virgines, ff. de Iniurijs*, cui conuenit *cap. in Audientia de ſentent. excommunicat.* in quo *§. Si quis Virgines*, notat Bartolus, quòd talis quis eſſe prima facie præſumitur, in quali habitu reperitur, & cum eo, & alijs Pacianus *de Probation. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 41. *&* 42. benè Giurba *conſil.* 38. *numer.* 5. Baldus *in l. Mimæ, C. de Epiſcop. Audient.* vbi quòd Iudex, etiàm inferior, poteſt cogere meretrices ad aſportandum ſignum, vt ſeparentur ab honeſtis, quod notat etiàm Flauius Amendola *in Addit. ad deciſ.* 316. *Franchis, nu.* 2.

5 Quod quidêm mire comprobatur Geneſis *cap.* 38. ibi: *Iudas ſuſpicatus Thamar ex ornatu eſſe meretricem.* quem locum Tertulianus *de Cult. fœmin.* ità declarat. *Thamar illa, quià ſe expinxerat, & ornauerat, idcircò Iudæ ſuſpitione viſſa eſt quæſtui ſedère, adeò, quià ſub velamento latebat habitus qualitate quæſtuariam mentiente, & fecit vt quæſtuariam, & voluit, & compilauit, & pactus eſt.* cum quo conuenit Pater Fr. Ludouicus de Leon *in aureo Tractatu de la perfeta caſada, in §. Seù, ſectione hizo para ſi adereços de cama, Olãda, y purpura es ſu veſtido. circà fin.* ibi: *La Thamar, porque ſe engalanò, y ſe pintò, por eſſo à la ſoſpecha de Iudas, fuè tenida por muger, que vendia ſu cuerpo.* Et cûm *per totam ſectionem* benè egiſſet de decenti, & moderato ornatu fœminis conuenienti; contrarium valdè increpans: *fol.* 59. ſic cõcludit: *Y aſsi, lo que ſe concluye de todo lo dicho, es, que el afeitarſe, y el hermoſearſe, à las mugeres haze rameras, y àlos hombres haze afeminados, y adulteros.* Marcus Tullius *lib.* 1. *de Officijs*, ait: *Eadem ratio eſt habenda veſtibus, in quo, ſicùt in pleriſque rebus, mediocritas optima eſt.* de quo etiàm Bobadilla *in Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 149. Gullielmus Benedictus *in cap. Raimuntius de teſtamentis*, 2. *part. verb. Cuidam Petro tradiderunt*, *num.* 32. & elegantèr Dioniſius Gothofredus *in dict. §. Si quis virgines, litt. I.* Sequitur Antonius de Leon *in Tractatu de los velos antiguos, y modernos, cap.* 23. *verſ. del veſtido tambien coligiò Iudas, que era muger de mala vida*, & Diuus Paulus *ad Timotheũ, lib.* 1. *Epiſt.* 2. ità ait: *Volo mulieres orare in habitu ornato, aùt*, vt alij vertũt, *in amictu modeſto, ſiuè honeſto.* Et ſtatîm ſubdit interpretans verba præcedentia, *cum verecundia, & ſobrietate ornantes ſe, & non in*

tortis crinibus, aùt auro, aùt margaritis, vèl veſte pretioſa. & alterum Eccleſię lumen coruſcum Petrus *lib. 1. Epiſtolarum, cap. 3* idem monet his verbis: *Mulierum non ſit extrinſecùs capillatura, aùt circumdatio auri, aùt indumenti veſtimentorum cultus.* In quo loco *Gloſſa Ordinaria*, ex Cæcilio Cypriano *in Libro de habitu Virginum*, ſic infert: *Serico, & purpura indutæ Chriſtum induere non poſſunt, auro, & margaritis, & monilibus adornatæ ornamenta corporis, & pectoris perdiderunt.*

6 Et Diuus Gregorius *in Homilia in Euangelium Diui Matthæi cap. 11.* ità declarat: *Nemò exiſtimet in luxu, atque ſtudio prætioſarũ veſtium peccatum deeſſe: quià ſi hoc culpa non eſſet, nequaquàm Petrus à pretioſarum veſtium appetitu compeſceret, dicens non in veſte pretioſa; Penſate ergò, quæ culpa ſit hoc etiàm viros appetere, quo curauit Paſtor Eccleſiæ & fœminas prohibere.* Et idem *in alia Homilia in Diuum Lucam, cap. 16.* enarrans illud: *Homo, quidam erat diues, qui induebatur purpura, & byſſo.* Hæc quoquê ſcripta reliquit: *Sunt nonnulli, qui cultum ſubtilium, pretioſarumque veſtium non putant eſſe peccatum, quod ſi videlicèt culpa non eſſet, nequaquàm ſermo Dei tam vigilantèr exprimeret, quod dines, qui torquetur apùd inferos, byſſo, & purpura indutus fuiſſet.* & paulò pòſt, *quam culpam poſſumus meliùs etiàm ex diuerſo colligere: quià ſi abiectio vilis indumenti virtus non eſſet; Euangeliſta vigilantèr non diceret, erat indutus pilis camelorum.* cum alijs latè adductis à Tertuliano, tàm *in Libro de ornatu mulierum*, quàm *in libro de cultu fœminarum*, & à Tiraquello *ad legem 3. Connubialem, part. 3. gloſſ. 1. pèr totam.* Nauarrus *in Manuali, cap. 33. num. 17.* vbi benè declarat quandò in vſu huius ornatus, & nouarum veſtium incurratur peccatum: & cum eo, & Matheſillano *quæſt. 31.* Scipio Rouitus *ad Pragmat. Neapolis ſupèr pragmat. 1. de veſtium, & famulorum prohibitione, num. 6.* ait, vtentem talibus veſtibus venialitèr peccare, dummodò non ſit animo pelliciendi alium ad ſui concupiſcentiam mortalem, vèl niſi eſſent vetitę à lege ſûb mortali obligante, vèl eſſet cauſa non ſoluendi debita. Hortenſius Cualcanus *de Brachio Regio, par. 6. num. 196.* vbi ità ait: *Et ibi damnat immenſos ſumptus circà camiſiarum collaria, quæ tolerari non debent; quid hodiè diceret Sanctus Thomàs, ſi videret luxum hodiernum, tàm in maſculis, quàm in fœminis? vt nullus vix reperiatur, qui non impendat multò plùs in collario, quàm in interula: pròh dolor! & pudor! & numero ſequenti*, citat Nauarrum vbi ſuprà, & facit eos reos in vtroque foro, *& ſequentibus* materiam proſequitur.

7 Et prò alio Epitheto, pópoſę, à Doctoribus addito, idem Tertulianus *de Pallio, cap. 9.* ſic ait: *Hæ pompæ, quàm de proximo cu-*

rent

rent luxuriæ negotium, & obſtrepant pudicitiæ diſciplinis, dignoſcere in facili eſt. & alibi *omnes pompæ in publicum proferuntur, aùt vt luxuria negotietur, aùt gloria diuitiarum, & potentiæ inſoleſcat.* Vndè iſte Summus Doctor facit luxuriam, & laſciuiam ſocias, & conſequentes ornatus pompoſi; & facit Albericus *in verb. Luxuria*, vbi quòd ſignificat prodigalitatem, & abuſum cuiuſque rei, pèr *l. Si verò non remunerandi, §. Adoleſcens, ff. Mandati, l. 1. §. Idem Iulianus, ff. de Ædilitio edicto*, quod etiàm declarat Petrus Gregorius *part. 2. Syntagmat. Iuris, lib. 13. cap. 6. num. 5.* vbi quòd luxuriosè viuens dicitur, qui nimis ſplendidè & more perditorum viuit. Gracianus *diſcept. Forenſ. tom. 2. cap. 213. num. 51. & 52.* & ſpecialitèr de hoc, lato, & eleganti calamo, ſcripſit noſter D. Ildephonſus de Carrança *en el Diſcurſo contra malos trajes, y adornos laſciuos*, vbi omnia cumulauit, quę in materia excogitari poſſunt, & maximè §. 4. de reprobatione ornatus pópoſi, & laſciui, qui eo tempore vſitari ceperat; de quo etiàm Antonius de Leon *dict. cap. 20. verſ. Eſta es la potiſsima razon*, referens prohibitionem factam in hac Curia *de los Guardainfantes, y jubones eſcotados*, licèt ipſe ſentiat prohibitionis cauſam non tàm fuiſſe pompam (quam tantoperè execratur Carrança *in prædicto Tractatu*) quàm laſciuiam, & inhoneſtatem, quas præſeferunt, de quo benè ad caſum Seneca *lib. 7. de Beneficijs, cap. 9.* ſic ſcribit: *Video ſericas veſtes, ſi veſtes vocandæ ſunt, in quibus nihil eſt, quo defendi, aùt corpus, aùt deniquè pudor poſsit.* Et Diuus Hieronymus *in Epiſtola ad Lætam de inſtitut. filiæ*, ibi: *Talia veſtimenta paret, quibus pellatur frigus, non quibus veſtita corpora nudentur.* Tertulianus *in lib. de Cultu fœminarum*, qui ità ait: *Aùt quid minùs habent infœlicisſimæ illæ publicarum libidinum victimæ, quas ſi quæ leges à matronis, & matronalibus decoramentis coercebant, iàm certè ſæculi improbitas, quotidiè inſurgens, honeſtiſsimis quibuſque fœminis, vſquè ad errorem dignoſcendi, coæquat.* & D. Franciſcus de Amaya *lib. 3. obſeruat. Iur. cap. 5.* vbi in ſimili probat ex D. Cypriano, Chriſoſtomo, Bernardo, Auguſtino, & alijs expedire Reipublicæ, vt honeſtas ſempèr in oculis hominum obſeruetur, nàm ex inhoneſto, & laſciuo ſpectaculo, nulli alij fructus, quàm incenſa quædam ad libidinem cupiditas oriri ſolet: & faciunt tradita ab Ariſtotele *lib. 2. Polit. cap. 7.* & Petro Fabro *lib. 1. Semeſtrium, cap. 16.* latè, & elegantèr Petrus Gregorius *de Republica, lib. 4. cap. 11.*

8 De quo luxu, & nimio exceſſu ſubditorum inopiam, & rei familiaris profuſionem neceſſariò influente, benè agit, mores ſui Regni Carpẽs, & pragmaticas, quibus modus in eis quæſitus eſt, referens

Franciſcus Viuius *deciſ.* 345. *à num.* 17. vbi ità ait: *Et licèt habitus cuiuslibet generis expreſsus quidèm ſit: tamèn ſi in habitu mulierũ, quem, qualemque modum, & finem tradendum penitùs re ipſa ignoro. Eſto quòd noſtræ miſeræ, infæliciſque tẽpeſtatis mulieres, etiàm matronæ, miſerabiliter excedunt, tracto, vt creditur, à meretricibus exemplo, quæ veſtibus aſciſsis, non velatæ impudicè incedunt, pectore, mamillis, colloque patentibus, quæ cuncta iuuenes plurimùm ad libidinem colliciunt, maximè illa intuentes, iuxtà Gloſsam illam vulgatam in l. Quod ait lex, ff. Ad legem Iuliam de adulter. facit etiàm Text. & ibi Gloſſa in cap. Si qua mulier, ſuo propoſito vtile dijudicans, 30. diſtinct. vbi mulier, quæ ſuam à fronte ſcidit veſtem (vt ſic magìs habilis, & magìs prompta ſic veſte ſciſſa ad meretricandum exiſtat) anathematicatur, quodque his diebus noſtrates facitant Mulieres.*

9 Verba ſunt Viuij, quę nobis in memoriam reuocant iſtummet numero abuſum, in hac curia, hoc tempore, ab aliquibus effrænatis fœminis miſſerrimè excogitatum, ſcindendi veſtem, ſeù pallium exterius, quo amictę incedere debent, ſeù vt propriùs loquar, ſtolam, quam intèr veſtimenta muliebria ponit Vlpianus *in l. Veſtis* 23. *§. Muliebria*, ibi: *Muliebria ſunt, quæ Matri familiæ cauſa ſunt comparata, quibus vir non facilè vti poteſt, ſinè vituperatione, velùti ſtolæ, pallia, &c.* & Scæbola *in l. Titia* 38. *§.* 1. *ff. de Aur. & arg. leg.* & declarat Tulius *in* 7. *philippica*, hoc modo: *Sumpſiſti virilem togam, quam ſtatìm muliebrem ſtolam reddidiſti.* Et Caligula ſæpè carpitur, quòd ſtolis muliebribus vteretur; Ea autèm ad imos pedes demitebatur, vt ſcribit Nonius Marcelus, & probatur loco Horatij *lib.* 1. *ſermonum, Satyra* 2. ibi. *Velatumque ſtola.* & paulò pòſt.

Ad tallos ſtola demiſſa, & circumdata palla.

Et erat propia honeſtarum matronarum, vt conſtat ex Ouidio *de Arte amandi lib.* 1.

Ecquìd ad hæc omnes rigida ſubmouimus arte,
Quas ſtola contingi, ſumptaque vitta vetat.

Et *lib.* 3. *de Ponto Epiſt.* 3. *ad Maximum.*

Scripſimus hæc illis, quarum nèc vitta pudicos
Attingit crines, nèc ſtola longa pedes.

Et inſtita appellabatur quędam faſciola, quę ſtolam ambibat, idem Ouidius *lib.* 1. *de Arte amandi.*

Eſte procùl vittæ tenues, inſigne pudoris,
Quæque tegis medios inſtita lõga pedes.

Et notat Dioniſius Lambinus *in Commentarijs ad Horatium dicta Satyra* 2. *in verſic. Niſi illas, & verſ. Stola, & palla*, quippè ità difficiliùs contingi, aût aſpici poſſent.

Vndè

10 Vndè ſtolatus pudor prò honeſto, & matronali pudore dictus à Martiale *lib.* 3. *Epigramate* 36.

Quis floralia veſtit, & ſtolatum
Permittit meretricibus pudorem.

Vbi Eruditiſsimus D.D. Laurentius Ramirez de Prado, Supremi Caſtellę Senatus Regius Conſiliarius *in Commentarijs*, ità declarat: *Matronæ ſtola induebantur, quod non erat permiſſum meretricibus, nàm hæ togam geſtabant*, vt ibi comprobat, iunctis his, quę poſſuit etiàm *lib.* 2. *Epigramat.* 16. *num.* 3. & obſeruant Tiraquellus *in l.* 3. *Connubialem, part.* 3. *gloſſ.* 1. *num.* 27. *in declaratione ornamentorum muliebrium*, quam lato, & eleganti ſtylo ponit, *verb. ſtola.* Roſinus *lib.* 5. *Antiquit. Roman. cap.* 32. *verſ. Honeſtiores fœminæ*, & *cap.* 35. *verb. Stolam*, vbi ponit iconem mulieris Romanę ſtolatę. benè Briſonius *lib.* 1. *Selectar. antiquit. cap.* 4. vbi obſeruat adulterij damnatas veſtem mutaſſe, depoſitaque ſtola, togam, vt â Matronis diſcernerentur, ſumpſiſſe, & pluribus exornat; ſicùt etiàm Petrus Faber *lib.* 1. *Semeſtrium cap.* 15. vbi leges de hoc loquentes declarat. Gothofredus *in dict. §. Si quis Virgines, litt. I.* Alexander ab Alexandro *lib.* 5. *dierum genialium, cap.* 18. *circà medium*, & ibi Tiraquellus *in Annotationibus litt. E. & litt. K.* Antonius Pichardo *in §. Iniuria inſtit. de iniurijs, num.* 50.

11 Quę cùm ità ſint, & ſcilicet illius ſtolę, tàm contraria Matronali pudicitiæ, vt præſenſit Propertius *lib.* 2. ibi:

Quòd ſi pertendens animo veſtita cubaris,
Sciſſa veſte, meas experiere manus.

Et notat ſatis in puncto Gloſſa prędicta *in cap. Siqua mulier* 30. *diſtinct. verb. Si qua mulier*, in illis verbis: *Quià magis eſt habilis, & magis parata in ſciſſa veſte, quàm in clauſa ad meretricandum.* & Gulielmus Benedictus *in cap. Raynuntius de teſtamentis, 2. part. verb. cuidam Petro tradiderunt num.* 32. Quid mirum, quòd in eo textu anathematicetur, & â Viuio acritêr reprehendatur, qui proſequitur *nu.* 20. *Sèd hodiè mulieres ipſæ, ſpretis omnibus honeſtatis habenis, ferè innumerabiles varijs, laſciuis, deformibuſque vtendo veſtibus, peccare videntur; incedunt herclè hoc tẽpore mulieres, etiàm pauperrimæ, viris illas concommitantibus, adeò faſtuoſæ, adeò pompoſæ, ità vt Reges, & Reginas agere videantur, nullo prorſus intèr Nobiles, & Plebeios ſubſiſtente diſcrimine; Vndè ex hoc iniqua exempla multa, ſcandala plura, & paupertates plurimæ ſequuntur; talitèr quòd deniquè ad Parentum dedecus ſeſe proſtituunt, & turpitèr ſe ſubagitari faciunt*, quod prędicitium in ea, quę ſemèl pudorem poſtpoſuit, prædixit Propertius morum mulierum ſatis conſcius *lib.* 3. ibi:

Vos, vbi contempti rupiſtis fræna pudoris,

Neſcitis captæ mentis habere modum.

Nàm nèc de ſpecioſa forma, nèc de alijs naturę dotibus confiſſę, talem exceſiuum cultum appetunt, & affectantur, vt alliciant, & capiant homines, vt rectè notat Ouidius *lib.1.de Remedio amoris circà finem.*

Auferimur cultu, gemmis, auroq̃ teguntur
Omnia, pars minima eſt, ipſa puella ſui.

12 Et eſt ſingulare, & mirandum in puncto vaticinium, ſeù prophetia docti illius,& Religioſi viri Ioanis Thauleri *Epiſtola* 30.*in fine*,vbi admonens omnes mortales magnam Dei iram imminẽtem,& plagas,graueſque calamitates in eos irruituras ex animo, & magno cum timore attendere; Signa huius exitij ſic præuidit: *Porrò ſigna,quæ terribiles has, magnaſque plagas portendent, partìm ſunt breues iſtæ, atquè diſciſſæ,& in varias ſubindè formas abominabili quadam metamorphoſi, nùnc quidèm ſic, nùnc verò alitèr commutatæ,veſtes cum inſolentibus, & laſciuis geſtibus, quod totum haùd dubiè ex malignorum ſpirituũ ſugeſtione, & in corda hominum inſtillatione procedit,ſicùt,& Sancta Hildegardis antè annos ferè ducentos apertiſsimè prædixit, & prædicendo mundum præmonere ſtuduit.* O verba mirabilia, & quę aureis litteris delineanda, & omnium cordibus infigenda forent!

13 Quod exitium omnibus temporibus leges cohibere curarunt, apûd Romanos enim lege Opia his exceſibus modus imponebatur,quam ex Liuio *lib.*34. & Tacito *lib.*3.refert Ioanes Roſinus *Antiquitatum Romanar. lib.* 8. *cap.*13. *in fin.*& eius mentionem facit Bobadilla *in Politica, lib.2.cap.*17. *num.*149. *& nu.*150. vbi ità ait: *La ley Opia de los Romanos, ſegun refiere Cermenato,refrenaba los exciuos trajes,y pompas de las mugeres, de lo qual ellas ſe deſcontentaron tanto, que dixo Caton,poned frenos à la impotente Naturaleza, y al indomito animal. Y mucho mejor lo dixera en eſta hera, pues ſe ha tolerado mayor demaſia, y ſoberuia en ſus veſtidos que ha auido en el mundo: y ha llegado à tanta la rotura, derramamiento, y abuſo que traen ſayas, baſquiñas,y ropas de telas de oro, y bordados, mugeres particulares, y muchas ſin caudal, ni calidad, como quiera que no ha muchos años, que eſtos trajes apenas los traìan las Reynas en los dias feſtiuos,& c. l.*1.2.3.& 4. *C.de Veſtibus Holobèris,lib.*11. quæ harum veſtium confectionem prohibent ad priuatos vſus,&earum delationem interdicunt omnibus, excepto Principe;& de Iure Regio ſunt ſingularia verba *legis* 1. *tit.*12. *lib.*7. *Recopilat.* ibi: *En todos tiempos ſe ha procurado remediar el abuſo, y deſorden de los trajes, y veſtidos. Porque junto con conſumir vanamente muchos caudales, han ofendido, y ofenden las buenas coſtumbres.* Et in ea extenditur

ditur prohibitio, de quarum legum explicatione, & exornatione prætèr ordinarios in eis, agunt Gulielmus Benedictus *in cap. Rainuntius de teſtamentis, 2. part. verb. cuidam Petro nu.* 39. Fuluius Conſtantius *in Commentarijs ad dictas leges 1. & ſeqq. C. de Veſtibus holoberis, lib.* 11. Azeuedo *in Commentar. ad leges additas poſito poſt librum* 10. *Recopilat. in l. 5. dicto tit.* 12. *lib.* 7. Auendaño *de Exequendis mandatis, 1. part. cap.* 14. *num.* 2. Scipio Rouitus *ad Pragmat. 1. de veſtium, & famulorum prohibitione*, vbi alios refert. Hortenſius Caualcanus *de Brachio Regio dict. part. 6. num.* 685. Vbi harum reſolutionum, & pragmaticarum mentionem faciens, hoc iuſtè addit: *At ſi non detur opera, vt obſeruentur pragmaticæ, res quidem pernitioſa eſt, melius enim eſſet relaxare habenas, quàm chamo debili, & fræno fragili indomitum retinere equum, quoniàm prò mulieribus illud facit dictum, nitimur in vetitum, & leges non debent eſſe ludibrio, nèc per quemquam irrideri, l. Si prætor de Iudicijs, §. 1. & ibi Gloſſ. in Authenth. de Æqualitate dotis, & prò hoc factus eſt titulus de Cenſoribus.* Et conueniunt tradita à Petro Gregorio *de Republica, lib. 4. dict. cap.* 11. *pèr totum*, & maximè *num. 6. & num.* 10.

14 De qua corruptela, & exitiali abuſu in noſtra Hiſpania iuſtè conqueritur, & lacrimosè exclamat Mieres *dict. quæſt. 1. limitat. 2. nu.* 21. præ dolore in hęc verba prorumpens: *Quis enim non vidit, atque cum ingenti dolore luget ſumptus exceſſiuos, & in auditos, qui quotidiè fiunt in veſtibus joijs, & alijs puerilibus rebus, in quibus integræ dotes hodiernis temporibus conſumi ſolent cum magno Reipublicæ incommodo, & mulieres remanent ferè indotatæ, ex hoc plura incommoda oriuntur; filij, & familiæ patiuntur magnas neceſsitates, fiunt mille contractus illiciti, accipiuntur veſtes, & alij mulieris ornatus pecunia credita, quæ poſteà cum magno, & notabili incommodo ſoluuntur; ſtatus, maioratus, & aliæ facultates attenuantur, & reſultant alia varia damna, quæ nullius lacrimis fleri poſſunt.*

15 Ex quibus rectè infertur quòd cùm cauſa præcipua, & immediata conſumptionis patrimonij, & depauperationis, & calamitatis virorum ſit ipſa mulier in pernitiem creditorum, quos defraudauit illis pecunijs, quas ipſa iactauit, ſeù prodegit in prædictis rebus, ſeù eius gratia, aût illecebris maritus, vt in puncto obſeruat Gulielmus Benedictus *in dict. cap. Rainuntius de teſtamentis, 1. part. verb. In eodem teſtamento el primero num.* 218. vbi ità ait: *Nàm proptèr gemitum vxoris, aùt filiorum, veſtes pretioſas, ornamentaque pretioſa petentium, plures ſubſtantia lapſi cedunt foro, &c.* & Ponte *de Poteſt. Proreg. tit.* 10. §. 1. *tit. de Limitatione expenſarum, modeſto, àc moderato viuendi more. in principio*, ibi: *Videmus enim experien-*

rientia, omnes in egeſtate conſtitutos, multiplicitate debitorum oneratos, fallitos, & decoctos, non ad ſt in expendendo menſura, non ordo, non prudentia. Et ſic incidat in reatum talis doloſę, & profanę perditionis, meritò mulctatur in amiſione talis priuilegij, & prælationis, reſpectu creditorum, qui licêt poſteriores, ei iuſta ratione preferentur, conſtitò quòd ex hac cauſa maritus debitis inuolutus decoxit, *vt ſuprà num.* 2. & 3. ex Ioan. Andr. Ripa, eodem Gulielmo Benedicto, & alijs, notauimus.

16 Maximè cùm potiûs ex debito officij, & ſocietate diuinę, & humanæ domus, deberet augmento, & conſeruationi rei familiaris prouidere, & id ſollicita ſatagere, vt diffuſè cóprobat Tiraquellus *ad leg.* 10. *connub. part.* 10. *gloſſ. primæ, pèr totam*: adeò, vt proptêr culpam in hoc adhibitam ſolûm, priuilegio, & prælatione priuari deberet, vt probant Ioanes Baptiſta Aſinius *de Execut. §.* 7. *quæſt.* 35. *num.* 4. Mathias Berlich. 1. *part. concluſ.* 65. *de prælatione dotis*, & cum eis Antonius Maria Bertolus *in Addit. ad Rodriguez de Concurſu, artic.* 1. *primæ partis, num.* 50. ibi: *Quartò non obtinet prælatio in muliere quòad dotem, ſi mulieris peculiari culpa, ob malam ſcilicèt rei familiaris adminiſtrationem, maritus ad inopiam vertiſſe probetur.*

17 Ex quo infertur, quôd talis vxor in hoc debitrix fiat, & exiſtat mariti, & pèr conſequens eius creditorum, omnium, quę malè, & profuſè cum ea depenſa fuerunt; Mulieri enim non eſt Ius exigendi à marito aliquid prætèr ſtatui neceſſarium, *l. vlt. ff. de in rem verſo*, vbi Doctores, Baldus *in l. Sèd & ſi quid, §.* 1. *ff. de Vſufruct.* vbi docet veſtimẽta ſufficientia ſecũdum qualitatem perſonarum preſtari debere; Alciatus *in l. Nepos Proculo, ff. de Verbor. ſignif.* vbi in his alimentis admonet, remouenda eſſe ea, quę ad pompam, & mollitiem pertinent; ſequitur Lancelotus Gallia *in Conſuetud. Alex. in verſic. Solidos, quæſt.* 6. *num.* 103. & faciunt tradita pèr Couarrub. *in Epitome de ſponſalibus, part.* 2. *cap.* 8. *§.* 6. *nu.* 8. Peregrinum *de Iure Fiſci, lib.* 3. *tit.* 18. *nu.* 72. *in fin.* Palacios Rubios *in Rubr. de Donat. inter vir. & vx. §.* 65. *num.* 52. quę omnia confirmat Petrus Surdus *de Aliment. tit.* 4. *quæſt.* 18. *num.* 43. *& ſeqq.* vbi *num.* 43. ſic concludit: *Turpe enim eſſet vxorem lautè viuere, viro interim ad limites neceſſitatis victum habente.* Et cùm exigat, & extorqueat lauta profuſſa, profana, ſequitur totum id reſtituere debere, & referre in patrimoniũ viri, vt indè fiat ſatis creditoribus.

18 Et licèt maritus ſit in culpa, patientêr ferens hunc exceſſum, & non obuians luxui vxoris, eius illicitos motus, & mores cohibens, quę diſsimulatio prò conſenſu habetur, *l.* 1. *§. Magiſtrum, & ibi gloſſ. ff. de Exercitor.*

citor. vbi Doctores, vt in caſu notat Fr. Luis de Leon *in dict. tract. in §. Confia en ella el coraçon de ſu marido, circà fin.* vbi cùm de his exceſsibus, & damno indè proueniente, tàm pudicitię, quàm patrimonio, egiſſet, ità ait: *Dios nos libre de tan gran perdicion! y no quiero ponerlo todo à ſu culpa, que no ſoy tan injuſto, que gran parte de aqueſto naze de la mala paciencia de ſus maridos; y paſſara Yo aora la pluma à dezir algo dellos, ſino me detuuiera la compaſsion que les hè.* Hoc non ſatìs eſt ad onerandos creditores viri, quiâ coactio, vis, & metus; immò timor non leuis exurgit ex petitionibus, blanditijs, rixis, & adulterandi periculo coniugis profuſſæ, & ad vſum corruptarum viuentis, quę omnia ſubtili, & eleganti methodo exponit Iuuenalis *Satyr. 6.*

Intercà calet, & regnat, poſcitque maritum
Paſtores, & ouem canuſinam, vlmoſque, Falernas.
Quantulũ in hoc? pueros omnes, ergaſtula tota,
Quodque domi non eſt, & habet vicinus, ematur, &c.

Et paulò inferiùs:

Quis quis erit bonus, optandusque Maritus
Nil vnquàm inuita donabis coniuge: vendes
Hac obſtante nihil, nihil, hæc ſi nolit, emetur.
Hæc dabit affectus:

Et deindè

O demens! ità ſeruus homo eſt? nil fecerit, eſto:
Hoc volo, ſic iubeo, ſit prò ratione voluntas.
Imperat ergò viro, &c.

Et in idem collimant adducta à Tiraquello *in l. 9. connubia, par. 9. gloſſ. 1. à num. 15. cum multis ſeqq. & num. 233.* & Neuizano *in Sylua Nuptiali, lib. 2. num. 61. & 62. & lib. 4. num. 47.* vndè rectè procedit reſolutio ſuprà tradita.

19 Cui non aſſentìtur Petrus Barboſa *in l. 1. 6. part. nu. 11. ff. Solut. Matrim.* qui de ea dubitat, aſſerens non Iure probari, nèque proptèr dictam culpam debere vxorem priuari priuilegio, ſaltìm illo generali, de quo *in cap. Qui prior de Reg. Iur. in 6.*

20 Sèd pôſt hæc ſcripta, inueni Mercurialem Merlinum quæſtionem excitaſſe *lib. 3. de Pignor. & hypoth. tit. 2. quæſt. 64.* & relatis prædictis opinionib⁹, conuenire cum Barboſa, ſi quæratur de commodis competentibus mulieri, vt creditrici, & ſic de Iure communi; Sèd ab eo diſentire, ſi quæratur de priuilegio prę lationis aduerſùs creditores, conceſſo à Iuſtiniano *in l. Aſsiduis, C. Qui potiores in pign. hab.* hac reddita ratione: *Et me mouet, quià Iuſtinianus priuilegia cõceſsit mulieribus ex æquitate; Immò, & pietate quadã miſertus, non ſolùm ſexu, ſed multis illis ærumnis, quibus ſubijciuntur mulieres in puerperio, educatione liberorum, & in oneribus comportandis cum viro, quibus mulieres prudentes continuò applicantur, & quarum opera plurimùm viri fæliciſsi-*

ciſsimè res domeſticas gerunt, quæ ratio cùm ceſſet in mulieribus ambitioſis, & domos propter nimiam ſuperbiam ſubuertentibus, debet etiàm ceſſare legum fauorabilis diſpoſitio.

Fœmineus parcat ſexus, nàm quamuis in illum
Propendens animus nollit adire nefas.
Expedit, vt faueant Matronis Iura pudicis,
Non his, quas luxus, truxque libido fouet.

QVÆSTIO XI.

In qua agitur de quarta ſpecie vtilitatis publicę, conſiſtentis in eo, quòd ciues, & ſubditi ſint locupletes, & diuitijs abundent, vt communibus neceſsitatibus poſsint ſubuenire, & Tributa Principi debita preſtare.

Summarium Quæſtionis Vndecimæ.

Num. 1. *Reipublicæ, & Fiſci interſt, locupletes ſubditos habere ad publicas neceſsitates.*

2 *Vtilitas communis ſubditorum præponenda eſt Regis vtilitati.*

3 *Rex eſt Pater Populi, & eius caput, & ideò de membris curare debet, & hac de cauſa tributa, & vectigalia ei præſtantur.*

4 *Reditus Regij dicuntur Sacroſancti, & parati in defenſionem fidei, & Regni.*

5 *Tributa, & vectigalia penè cum Regibus nata ſunt, in eis enim nerui Reipublicæ conſiſtunt.*

6 *Tributum vndè dicatur, & cognominetur.*

7 *Tributa, vectigalia, & aliæ collectæ in noſtro Regno non alitèr imponuntur, quàm Regni Procuratoribus in commitijs generalibus, more ſolito, conuocatis.*

8 *Regum verus Theſaurus in ſubditorum leuamine, & hilaritate conſiſtit.*

9 *Regi conuenientius eſt ditare, quàm ditem eſſe.*

10 *Fiſci compendium ſemper apùd bonos Principes contemnitur.*

1 REſtat nùnc (vt ad ſecũdam ſpeciem, & noſtri inſtituti præcipuam accedamus) breuitèr attingere quartam vtilitatem publicam, à Bartolo *in dict. l. 1. nu. 25. ff. Soluto Matrimon.* propoſitam, & relatam *ſuprà hoc Tit. quæſt. 11.* quę principalitèr eſt priuata, quià in particulari affert ſuam vtilitatem cuilibet ſeparatîm pêr ſe, ſêd ideò dicitur publica, quiâ affert vtilitatem ſuam reſpectu vniuerſi, videlicèt, quòd homines ſint diuites, ſimplicitèr loquendo, ſinè adiectione alicuius cauſę, quià hoc Reipublicę interſt, & pèr cõſequens Imperij, & Fiſci, qui abundabit ad publicas neceſsitates, ſi locupletes habeat ſubditos, vt elegantêr dixit Imperator Iuſtinianus *in §. 1. in Authent. vt Iudices ſinè quoquo ſuffragio fiant*, his verbis: *Conſideraũimus enìm, quià licèt quæſtus immodicus imminuitur Imperio, attamèn noſtri ſubiecti incrementum maximum percipient, ſi indemnes à Iudicibus conſeruentur: & Imperium, & Fiſcus abundabit, vtens ſubiectis locupletibus, & vno hoc introducto ordine, plurima rerũ, & innumera erit vbertas. l. Imperialis, C. de Nuptijs*, ibi: *Imperialis beneuolentiæ propium hoc eſſe iudicantes, vt omni tempore ſubiectorum commoda, tàm iuueſtigare, quàm eis mederi procuremus. l. vnica, in fine, C. de Caducis tollendis*, ibi: *Sèd quod communitèr omnibus prodeſt, hoc priuatæ noſtræ vtilitati præferendũ eſſe cenſemus, noſtrum eſſe propium ſubiectorum Commodum Imperialitèr exiſti mantes.* prò quo benè facit *Authent. de defenſoribus Ciuitatum §. 1. in fine*, ibi: *Quantò enìm quilibet præeſt melioribus, tantò maior ipſe, & honeſtior eſt.* & Bonifacius Pontifex *in Proœmio ſexti libri Decretalium*, idem teſtatur his verbis: *Et aſsidua meditatione vrgemur, vt iuxtà creditæ nobis diſpenſationis officium, ſubditorum commodis (in quorum proſperitate vtìque proſperamur) iugi, quantùm nobis ex alto conceſsum fuerit, ſolicitudinis ſtudio intendamus.* Et elegãtèr Innocentius Quartus *in cap. 1. de officio legati*, ait: *Officij noſtri debitum remedijs inuigilat ſubditorum: quià dùm eorum excutimus onera, dùm ſcandala remouemus, nos in eorum quiete quieſcimus, & fouemur in pace.*

2 *L. 9. tit. 1. partit. 2.* ibi: *E deben, otroſi, guardar ſiempre mas la prò comunal del ſu Pueblo, que la ſuya miſma; porque el bien, y la riqueza dellos, es como ſuya. Text. in Authent. de non alienand. aùt permut. reb. Eccl. § Quià veroſimili, in fin.* ibi: *Oportet enìm ea, quæ communitèr, & generalitèr in omnium vtilitatem ſanciuntur, potiùs valere, quàm ea, quæ circà aliquos ſtudentur agi ad corruptionem communiũ legum.* benè Thomàs del Bene

in

in Tractat. Moralibus, tractatu 6. cap. 2. dubitat. 3. num. 10. & ſeqq. vbi *num. 13.* ex Ponte *de Poteſtat. Proreg. tit. 4. de Regalibus impoſitionibus, §. 8. num. 40.* ità ait: *Quòd, licèt Regnum ſit datum Regi, eſt tamèn Rex principalitèr datus Regno propter Regnum, vt ipſum Regnum regat, & gubernet: Vndè Rex dicitur Pater, maritus, tutor, & adminiſtrator Populorum, quibus quidèm præeſt, ſed ipſorum cauſa præeſt. Quapropter improbi dicuntur illi Reges, qui in Imperio non niſi Imperium, id eſt, commodum propriũ cogitant, nàm hoc poſtponere debent bono communi, præſertìm cùm in bono communi contineatur & bonũ proprium, & vires Regis inſidant in viribus Regni, & ecõtrà deſtruere Regnum ſit deſtruere Regem.* Et eſt optimus Textus *in lege 12. tit. 2. & l. 14. tit. 5. part. 2.* quas ad hoc adducit Doctiſsimus D. D. Ioannes de Soloiçano *de Iur. Indiar. lib. 2. cap. 30. num. 49. tom. 2.* & notat Baldus *in l. Cùm allegaſ. 15. C. de Vſur. num. 18.* ibi: *Nàm fauor eſt, vt Reſpublica habeat locupletes ſubiectos, quod expedit Reipublicæ.* Splendet enim dùm ciuibus, & vicinis conſtat ditioribus: vndè apûd Nauathèos, ſpeciali lege qui opes ſuas minuebat mulctabatur, qui verò augebat, honore, & dignitatibus inſigniebatur, vt ex Strabone refert Tiraquellus *de Iure Primog. quæſt. 24. num. 12.* & alijs comprobat Otero *de Paſcuis cap. 3. num. 9. & 10.* Mieres *de Maioratibus, part. 1. quæſt. 1. num. 27. & ſeqq.* Alexander Turaminus *in Repetit. l. Non puto, ff. de Iure Fiſc. part. 1. cap. 2. nu. 5.*

3 Et ratio in promptu eſt, quià cùm Princeps ſit pater Populi, & eius caput, de ſubditis, tamquàm de eius membris, & eorum malis dolère debet, & eſſe murum, & antemurale, vt defendat eos contra omnes hoſtium, & infidelium incurſiones; quæ eſt cauſa conceſsionis vectigalium, ſeû tributorum, quę non ſolùm pręſtantur Principi à ſubditis, in recognitionem dominij, & vniuerſalis ſubiectionis, vt probatur *in cap. 2. in fin. de cenſibus, & in l. Comperit, C. de Præſcrip. 30. vel 40. annor* (ob quam rationem ait non poſſe præſcribi talia tributa, & ità in eo notant Cynus, Bart. Bald. & Salycetus, *l. 10. in fin. tit. 18. part. 3.* Guido Papa *deciſ. 416. in princip.* Boerius *deciſ. 264. num. 19.* latè Petrus Barboſa *in Repetit. dict. leg. Comperit à num. 2. cum ſeqq.* Azeuedo *in l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopilat. à num. 41.* D. D. Petrus de Salçedo *in Commentar. ad l. 4. tit. 14. lib. 3. Recopil. cap. 20. à num. 108.*) Sèd etiàm ob protectionem, *l. Relegatis 19. ff. de Interd. & relegat.* ibi: *Eſt enìm Princeps Pater Patriæ;* & ex Iulio Polluce, hoc epithetum, & plura alia conuenientia bono Principi, refert Iodocus Damhauderius *in Prax. rerum Criminal. cap. 82. num. 124. in fin.* quę diffuſè exornari poſſunt ex his, quę elegantèr tradit D. D. Ioan. de Solorçan.

Em-

*Emblem.*13. cui Titulus, *Officium Regis, officiũ capitis, l.2.tit.*10.*p.*2, ibi: *Que pues el Principe es cabeça de todos, q̃ ſe debe doler del mal que reciben, aſsi como de ſus miembros, y que en tonces ſerà ſu muro, y amparo de todos. l.*26.*tit.*13.*p.*2.*l.*11.*tit.*18.*p.*3. ibi: *E los pechos, è los tributos que dàn los homes, ſon de los Emperadores, è de los Reyes, è fueronles otorgadas todas eſtas coſas, porque ouieſſen con q̃ ſe mantouieſſen honradamente en ſus deſpenſas, è con q̃ pudieſſen amparar ſus tierras, è ſus Reynados, è guerrear cõtra los enemigos de la Fè.* Humada *ad Gregor. Lopez in l.*49.*tit.*6.*p.*1 *gloſſ.*3.*num.* 13. Gironda *de Gabellis in prælud. n.*11. Cabedo *deciſ.*49. *in princip.* Maſtrillo *de Magiſtr. lib.*3.*cap.*4.

4 Et idem probat Mieres *de Maiorat. p.*4.*q.*1.*n.*242.*& n.*244, ait, quôd Regij reditus dicuntur Sacroſancti, & parati in defenſam Fidei, & Regni, cum Iſernia, Luca de Pena, & Auendaño. Cæſar Bulengerus *de Vectigal. Rom. cap.*3. Petr. Gregor. *de Republ. lib.* 3.*cap.*1. latê Beſſoldus *de Ærario publ. cap.*1. *pèr totũ*, maximê *n.*1.6. & 7. Merlin. *controu. Forenſ. cap.*2. & ideô ſumma cura parari, & cõſeruari debent, vt ſingularibus verbis animaduertit *l.*4. *tit.*1.*p.*2. ibi: *E otroſi, deben enderezar, è ordenar ſus rentas, è todo lo ſuyo demanera, q̃ lo aya bien parado, è que ſe puedan ayudar dello. Cà maguer la riqueza del Emperador ſea muy grande, ſi bien parada non fuere, poco ſe podria aprouechar della.* Pater Molina *de Iuſt. & Iur. tract.* 2.*diſput.*667.*n.*6. ibi: *Tenetur Princeps reſeruare incrementum in publico ærario ad neceſsitates, quæ ſuperuenerint, nè tùnc opus ſit grauare Populos nouis tributis, & vt pecunia, ità in ærario publico congregata, terrori ſit hoſtibus, àc defenſio Reipublicæ.* ſequitur Marinis *lib.*2. *cap.* 157. *num.*5. Sextinus *de Regalijs, lib.*1.*cap.*1. *& tribus ſeqq.* Ripol *de Regalijs, cap.*7.*n.*13. *& ſeqq.* nàm vt inquit Auguſtus *contra fauſtũ, cap.*74. tributa, àc vectigalia Principi præſtantur, primò, vt ſe, ſuoſque cum dignitate, àc ſplendore decenti alat; deindè, vt Populos ab hoſtib⁹ armis tueatur, & à domeſticis iniuris legibus, àc Iudicijs defendat.

5 Quod ſequitur, alios referens, Fuluius Conſtantius *in l.*1. *C. de Filijs officialium, lib.*12.*n.*108. Maximilianus Fauſtus *in Conſil. prò Ærario, claſi* 1.*conſ.*1.*tom.*1. vbi quòd vectigalia, & tributa penê cum Regibus nata ſunt, & ex Liuio, & alijs, quòd nequè quies ſinè armis, nequè vtrumque ſinè tributis haberi poſſunt, in eis enim cõſiſtere neruos Reipublicę nemini dubium eſſe dixit Conſultus *in l.*1.*§. in cauſæ, ff. de Quæſtion.* vbi agit de crimine fraudationis tributorum, ſeû cenſus, quorum tuendorum cauſa, ait ſeruos audiri contra Dominum, authorem fraudis, ſi eius conſcij ſint, non habita ratione veteris Senatus Conſulti, quo ſeruus in Dominum audiri vetabatur, vt rectè

declarat Iacobus Cujacius *lib. 6. obſeruat. obſeru. 19.* Cicero *pro lege Manilia*, ibi: *Etenim ſi vectigalia Reipublicæ neruos ſemper duximus.* Bobad. *in Polit. lib. 4. cap. 2. n. 23. & lib. 5. cap. 4. n. 1. & cap. 5.* latè Iuſtus Lipſius *lib. 5. Ciuil. doctrinæ, cap. 6.* quem refert Klock *de Cõtribution. cap. 12. n. 160.* D. Solorç. *de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 13. & cap. 18. per tot. & in Polit. India. lib. 2. cap. 15. verſic. Porque es doctrina legal, fol. 144.* & elegantèr *in Emblemat. Regio polit. emblem. 82.* D. Frã ciſc. Merlin. *in centur. 1. controu. Forenſ. cap. 2. n. 23. & 24.* Acoſta *de Priuil. credit. in præfat. ad reg. 2. n. 12.* Eſcouar del Corro *de Puritat. & nobilit. proband. 2. part. quæſt. 8. n. 16.* D. D. Ioan. de la Rea *alleg. 1. nu. 3. & alleg. 59. nu. 10. & ſeqq. tom. 1. Alleg. Fiſc.* Anton. Borrin. *de Seruitijs Vaſſallorũ, p. 3. cap. 6. circà fin.* Sextinus *de Regalib. lib. 2. cap. 14.* Roſenthal *de Feudis, cap. 5. concluſ. 74.* Flores de Men. *lib. 2. var. quæſt. 21. nu. 11.* Caſtillo *de Tertijs, cap. 41.* D. D. Petr. de Salçedo *ad ll. additas Recop. in l. 4. tit. 14. lib. 3. cap. 20. n. 8. & ſeqq. & de Contrab. cap. 29. verſic. Conſtante principio es.*

6 Circà quod, obitèr notandũ eſt, quòd licèt Vlpian. *in leg. Ager 27. §. fin. de verb. ſignific.* dicat tributũ cognominari ab intributione, vèl ex eo, quòd militibus tribuebatur. Tamèn Albericus *in Dictionario, verb. Tributum* ait ſic appellari, & initium ſumpſiſſe à tribus generibus gentium, ex quib⁹ Populus Romanus creatus eſt, & indè etiàm appellatos fuiſſe tribunos. Et ſe ità legiſſe in quodam libro, cui titulus, Inuentarium totius Orbis, quem refert Otalora *de Nobilit. p. 1. cap. 2. n. 4.* Sèd meliùs ex eodem libro ab origine rem exponit, & eandem ſignificationem, & eius hiſtoriã declarat Marta *de Iuriſd. p. 4. cent. 1. caſu 11. à num. 1.* cum quo conuenit M. Terentius Varro linguę latinę diligentiſsimus Inueſtigator *lib. 4. de Lingua Latina ad fin.* his verbis: *Tributũ dictum à tribubus, quòd ea pecunia, quæ Populo imperata erat, tributim à ſingulis prò portione cenſus exigebatur, ab hoc ea, quæ aſſignata erat, ad tributum dictũ, ab eo quoque, quib⁹ adtributa erat pecunia, vt militi reddant, tribuni ærarij dicti.* ſequitur D. Franciſc. de Amaya *in Rubr. C. de Annonis, & tribut. lib. 10. num. 8.* Rodrig. *de Priuil. cred. p. 1. art. 5. n. 19.*

7 Ex quo mirè comprobatur deciſio *l. 1. tit. 7. lib. 6. Recop.* dùm ſtatuit in noſtro Regno non alitèr collectas, tributa, vectigalia, & gabellas imponi poſſe: quàm Regni Procuratoribus in cõmitijs, more ſolito, conuocatis, tribuniſque plebis aprobantibus, & ratum habẽtibus, quod latè exornant, hoc humanitati, & benignitati Noſtrorum Potentiſsimorum Regum atribuentes, Gironda *de Gabellis in prælud. num. 25.* & alij Authores adducti â nobis *ſuprà tit. 2. quæſt. 2. num. 44. & 45.* quibus addendi ſunt Cabedo *deciſ. 45. num. 6. part. 2.* Ca-

breros

breros *de Metu lib.2.cap.23. num.* 49. Petrus Gregorius *de Republ. lib.13. cap.12. num.12. & lib.24. cap.5. num.3.* Belluga *in Specul. Princip.rubr.2.num.3.* Grachus *in Tract. de Commitijs, lib. 2.cap.1.* Ponte *de Poteſtat. Proreg. tit.4.de Regal. impoſit. in princ. à num.20. vbi num.44.* optimè exclamat prò iuſtificatione harum conceſſionum,& in hoc admonet Iudices Superiores. Andreas Capanus *de Iure adhoæ quæſt.1.à num.16.* Pater Molina *de Iuſt. & Iure, tract. 2. diſput.661.& ſeqq.* D.Franciſc. de Amaya *in l.3. C.de Annonis,& tribut. lib.10. num.13. & num.37.* Seſe *de Inhibit.cap.4.§.6. num.10.* vbi agit de ſimili obſeruantia in Regno Aragoniæ, prò ſiſis ibi impoſitis. Diana *part.1.reſol.moral. tract.3. de commitijs, reſolut.1.* Thomàs del Bene *in Tract.moral. tract.6.de parlament.ſect.23.dubit. 21. num.13.* qui omnes,& alij ab his relati,materiam,& cauſas,quę debent concurrere ad conceſsionem, ex profeſsò exponunt. Et facit aureum Diui Gregorij Apothegma *lib. 4. epiſt. 33.* vbi ſcribens ad Mauritij Imperatoris vxorem conſtantinam, ſic in puncto ait: *Idcircò fortaſſe in hac terra minùs ad vtilitatem proficiũt, quià cum peccati aliqua admixtione colliguntur.*

8 Et licèt ad hoc ſit Regibus neceſſarium,magnam curam adhibere in eorum exactione, & abundantia,&augmento publici ærarij,vt expeditionibus bellicis, & alijs Regni neceſsitatibus, & vtilitatibus conſulant. Tamèn opportet eos præ oculis habere,& conſtantèr obſeruare veras ipſorum diuitias,certoſque,&ſecuros theſauros in ſubditorum leuamine,& hilaritate cõſiſtere, illiſque benè ſe habentibus, & diuitibus exiſtentibus Reges, Regiumque Fiſcum omnes eorũ opes promptas,& cumulatas habere;ſpoliatis autèm,vèl expilatis,quaſi ſucciſis quarumdam virium neruis, reliqua labi, vt benè docemur *in ſuprà relata,* Iuſtiniani *Nouela,§.1. in Authent.vt Iudices, ſinè quoquo ſuffrag.* quę ait Fiſcum abundare, vbi vaſſallis locupletibus vtitur; ſequitur *Gloſſ.vnic. circà medũ, in cap.Cùm Eccleſiaſticæ 3. de exceptionibus.* quẽ conceptũ Alphonſus Rex noſter, cognomine ſapiens, Ariſtotelis,& Iuſtiniani veſtigia premẽs,his extulit verbis: *in l.14. tit.5.par.2.E como quier,que el Rey es ſeñor de ſus Pueblos, para mantenerlos en juſticia, è ſeruirſe dellos: con todo eſto guardarlos debe en manera q̃ no le fallezcan, quando menencſter los ouiere. Cà ſegun dixo Ariſtoteles à Alexandro, el mejor teſoro q̃ el Rey ha,è el que mas tarde ſe pierde,es el Pueblo,quando bien es guardado.E cõ eſto acuerda loq̃ dixo el Emperador Iuſtiniano, q̃ entonce ſon el Reyno,è la Camara del Emperador, ò del Rey ricos, è abondados, quando ſus Vaſſallos ſon ricos, è ſu tierra abõdada.E por eſtas razones q̃ de ſuſo diximos,no ha el Rey porq̃ auer cobdicia de grãdes riquezas.*

Baldus *conſ.* 410. *num.* 5. ibi: *Nèc congruit bono Principi cupiditate auaritiæ, & theſaurorum expleri. Nàm theſaurus Principis non eſt Fiſcus ſuus, ſed ſubditi benè ſe habentes.*

9 Et Ptolemeus Lagi filius dictitabat, *ditare, quàm ditem eſſe, cõuenientius eſſe Regi*, & conſtans Imperator Romanus dicebat: *Opes publicas meliùs à priuatis pluribus haberi, quàm intrà vnum Principis clauſtrum reſeruari.* Et conuenit prædictis quod Iſocrates ſcripſit ad Nicoclem, inquiens: *Argumentum hoc, tibi ſit, Imperij rectè, honeſtèque adminiſtrati, vbi videris eos quibus Præes, tua diligentia, curaque, locupletiores, & ditiores factos.* In quę reſpicit Alciatus *lib.* 8. *Parergon. cap.* 6. & *emblemat.* 146. vbi ex ſimilitudine lienis, qui ſi in corpore humano auctior, & tumidior ſit, tabem, & maciem reliquis membris infert, ità ait:

Humani quod ſplen eſt corporis,
in Populi re,
Hoc Cæſar Fiſcum dixerat eſſe ſuum.
Splene aucto, reliqui tabeſcunt corporis artus,
Fiſco aucto, arguitur Ciuica Pauperies.

10 Et hanc ſententiam mira eruditione proſequuntur Azeu. *in l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 9. *nouæ Recopilat.* Caſtellus Bobadilla *in Polit. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 10. Caſiodorus *lib.* 3. *epiſt.* 11. & *lib.* 4. *epiſt.* 38. D. Didacus de Saauedra *in Schematibus Politicis, ſchemate, cui titulus, Poda no corta*, & Doctiſsimus D. D. Ioanes de Solorçano *in dictis Emblematibus Regio politicis, emblem.* 85. *cui titulus. Regum verus theſaurus*, vbi omnes Authores Iuridicos, & politicos, qui punctum attigerunt, more ſuo, adducit, & in principio refert celebre illud dictum M. Curij, & Q. Fabritij, qui dûm de victis ſamnitibus eorumque pedibus, magnum auri pondus ſupplicitèr obuoluentibus, nihil indè auferre velent, hilaritèr, & liberalitèr reſponderunt: *Malle ſe Imperare diuitibus, quam diuites eſſe*, & cum Plinio in Panegyrîco Trajani, Petrus Gregorius *lib.* 31. *Syntagmat. Iur. cap.* 31. *num.* 14. Alex. Turaminus *in repetit. leg. Non puto, ff. de Iur. Fiſc. part.* 1. *dict. cap.* 2. *num.* 6. vbi ſic ait: *Non enim ſunt vbera ciuiũ ſic emungenda, vt Fiſci venter impleatur, nàm Fiſcum ditiſsimum argumento eſſe, malè ſe habere Rempublicam, &c.* Amaya *in l. Certa forma* 4. *C. de Iur. Fiſc. lib.* 10. *num.* 14. vbi probat Fiſci compendiũ ſempêr apùd bonos Principes contemni, D. D. Petrus de Salçed. *ad Leges addit. Recopil. in l.* 66. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopilat. à num.* 1. & *in Tractat. de Contrabanis, cap.* 29. *in princip.* D. Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 16. *in princip.* Acoſta *de Priuileg. credit. in præfat. ad reg.* 2. *num.* 15. Ayala *de Iure belli, lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 36. & *ſeqq.* Cabedo *deciſ.* 49. *nu.* 1. *p.* 1. Marquez *en el Gouierno Chriſtiano, lib.* 1. *cap.* 16. *in princip.*

QVÆS-

QVÆSTIO XII.

In qua, eàdem ratio expenditur, præcipuè in Magnatibus, & nobilibus Regni, qui ſunt velùti nerui, & oſſa corporis politici, & tenentur ad eius protectionem. Et ideò erga eos beneficentia, & liberalitas Principis, in conceſsione feudorum, Dignitatum, & terrarum exerceri oportet.

Summarium Quæſtionis Duodecimæ.

Num. 1. Regibus ſummè expedit beneficentia, & liberalitas in ſubditos, maximè nobiles, & in hoc verſatur publica vtilitas.

2 *Feudorum origo ex hac cauſa proceſsit.*

3 *Magnates, & ex illuſtre progenie procreati, ſunt velùti nerui, & oſſa corporis Politici Reipublicæ; & ideò debent eam protegère, & defendère, & num. 4.*

5 *Vtilitas, & conuenientia maior ſequitur Regi, & Regno, ex ſeruitio perſonali vaſſallorum, & feudatariorum, quàm ex ſeruitio militum, pecunia conductorum.*

6 *Nobiles, & Equites cordialitèr hoſti reſiſtunt prò cuſtodia Regni, & non fugiunt, & ideò vincunt.*

7 *Regibus ſeruitium militare præſtari debet à Magnatibus, Ducibus, Titulatis, & Dominis Vaſſallorum, vèl perſonalitèr, vèl cum equitibus, ſeù militibus, vulgò, lanças, qui loco huius ſeruitij ſubrogati ſunt.*

Et idem ſeruitium debetur ab Epiſcopis, & reliquis Prælatis Eccleſiaſticis horum Regnorum, qui habent à Domino Rege terras, bona temporalia, & alios honores. Et refertur allegatio Authoris, in qua hanc Regaliam comprobauit.

8 *Seruitium hoc debetur ſolùm ex conceſsione honoris, & dignitatis, ſinè bonorum conſideratione.*

Magnates, Duces, Comites, &c. fortunæ bonis exuti, nihilominùs retinent dignitatem.

Epiſcopatus honore condecorantur etiàm Epiſcopi titulati, & ſinè adminiſtratione, & loco.

9 *Dux, Comes, ſeù Marchio, etiàm pòſt ceſsionem ſtatus, ſeù comitatus in alium factam, retinet non ſolùm nomen, ſed etiàm honores, & præeminentias antiquæ dignitatis.*

10 *Vxor Ducis, Comitis, ſeù Marquionis mariti genere nobilita-*

tur, & dignitate, & ſplendore coruſcat, tàm conſtante matrimonio, quàm eo ſoluto.

11 *Vidua Ducis, Comitis, ſeù Marquionis, non ſolùm in viduitate permanens, debet frui honoribus, & præeminentijs talis dignitatis, ſed etiàm ſi ſecundi viri nuptijs copuletur, dummodò non ſit indignus, nèc inferioris conditionis.*

12 *Vir matrimonium contrahens cum Duciſſa, Comitiſſa, ſeù Marquioniſſa, de Iure Regio, & conſuetudine huius Regni, dignitatis præeminentijs, & honoribus debet gaudere, etiàm mortua vxore.*

13 *Duces, Comites, ſeù Marquiones, qui non Iure proprio gaudent honoribus, & prærogatiuis Dignitatis, ſed ſolùm retinent priſtinum honorem, dignitatibus ab alijs poſſeſsis, non tenentur contribuere in dicto ſeruitio militari; Et idem procedit in viduis eorũ.*

1 EX dictis *quæſt. antecedenti* prouenit, quòd Regi ſummè expediat beneficentia, & liberalitas in ſubditos, nèc debeat feuda retinere, ſêd ea concedere; quià in hoc publica verſatur vtilitas, cûm ad decus, & tuitionem Regni pertineat plures habere vaſſallos nobiles, & diuites, *cap.* 1. vbi Doctores *de Donationibus, l.* 18. *tit.* 5. *partit.* 2. *l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopilat.* ibi: *Pertenece à los Reyes hazer gracia, y mercedes à ſus Naturales, y Vaſſallos, porque ſean ricos, y honrados, y el eſtado de los Reyes por ellos mas acrecentado, y por eſto hizieron donaciones à los ſuſodichos, y à Igleſias, y Ordenes de ſu Señorio, de Ciudades, Villas, y Lugares, y otras heredades.* Felinus *in cap. Cùm Eccleſiarum, num.* 8. *de conſtitut.* Barboſa *in Collect. cap. Abbate de ſentent. & re Iudicata, in* 6. *num.* 3. Azeuedo *in dict. l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *à num.* 1. & cum multis D. Valençuela Velazquez *conſ.* 155. *num.* 5. *tom.* 2. & vt docet Vlpianus *in l.* 1. *§. Sèd & ſi ſeruus, ff. de Inſpiciendo ventre, cuſtod. que partu. Publicè interſt partus non ſubijci, vt ordinum dignitas, familiarumque ſalua ſit.* Mieres *de Maiorat. part.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 27. *& num.* 30. *& ſeqq.* Principes enîm debent fulgère liberalitate, & munificentia, *l. Penult. C. de Donat. intèr vir. & vxor.* quę propia dicitur eſſe animi dos in Principe, vt teſtantur citati à Tiraquello *de Nobilit. cap. vlt. num.* 41. *& ſeqq.* & Burſato *conſ.* 420. *num.* 29. *lib.* 4. Ponte *conſ.* 55. *in princip. & conſ.* 70. *nu.* 60. Galeota *lib.* 1. *controu.* 1. *num.* 4.

2 D. D. Ioanes de Solorçano *de Iure Indiarum, tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 57. *& num.* 75. *& ſeqq.* ex hac cauſa inducit originem feudorum, tàm apûd Romanos, quàm apùd alias Prouincias, quod

quod etiàm repetit,& exornat *in Politica Indiana, lib. 3. cap. 2. verſic. Y no es menos, & ſeqq. & in Emblematibus Regio politicis, emblemate* 86. & ſunt ſingularia verba Baldi *conſ. 305. vol. 5.* ex priuilegio comitatus, conceſſo à Carolo Imperatore, cuidam nobili Parmenſi; in hunc modum: *Sceptrigera Cæſareæ dignitatis ſublimitas ſicùt inferioribus poteſtatibus officij, & authoritatis electione præfertur, vt commiſſos ſibi fideles optatæ gubernet conſolationis præſidio, quo thronus Imperatoris tantò ſolidetur fœliciùs; & vberiori proſperitate proficiat, quantò in deficientis ſuæ virtutis dono, & largiori benignitatis munere fuerit in ſubiectos, ſic à coruſcante fulgore Imperialis ſolij nobilitatis, aliud velùt à ſole radij prodeuntes, ità fidelium ſtatus, & conditiones illuſtrant, quòd prima lucis integritas intemerati luminis detrimenta non patitur, immò ampliori ſcintillantis iubàris expectato decore perfunditur, dùm in circuitu ſedis Auguſtæ ſpectabilium Comitum, & Procerum numerus ad Imperij Sacri decòrem augetur, &c.* Fauſtus *in Conſil. prò Ærario, claſi 6. conſil. 1.* Catalano *de Indulto, cap. 1. num. 54. & ſeqq.*

3 Magnates enîm, & ex illuſtri progenie procreati, ſunt velùti nerui, & oſſa Reipublicę, & eius corporis politici, cuius periculum imminet, illis ſublatis, *principium tituli 21. par. 2.* ibi: *Pero con todo eſſo à los que mas pertenece ſon los Caualleros, à quien los Antiguos dizen defenſores, lo vno porque ſon mas honrados, lo al porquè ſeñaladamente ſon eſtablecidos por defender la tierra, è acrecentalla, l. 1. eiuſdem tituli, in principio,* ibi: *Caualleria fue llamada antiguamẽte la compaña de los Nobles homes, que fueron pueſtos para defender las tierras, è por eſſo le puſieron nome en latin, militia, q̃ quiere tãto dezir, como compañas de homes duros, è fuertes, è eſcogidos para ſufrir trabajo, è mal, trabajando, è lacerando por prò de todos comunalmente, l. 28. eod. tit. l. 3. tit. 10. eadem partit.* ibi: *E amar è honrar deben los Caualleros, porque ſon guarda, è amparamiento de la tiera, cà no ſe deben rezelar de recibir muerte por guardarla, è acrecentarla.* Soto *de Iuſt. & Iur. lib. 3. quæſt. 6. art. 7. concluſ. 3. & concl. 4.* Garcia *de Nobilit. gloſſ. 2. num. 33.* Monter à Cueba *deciſ. 17. num. 3.* vbi quòd nobiles debent eſſe ſuſtentacula belli. Bobadilla *in Polit. lib. 2. cap. 16. num. 9.* vbi rectè docet, hos eſſe velùti neruos, & oſſa corporis politici.

4 Calixtus Ramirez *de leg. Regia, §. 23.* & cum alijs D. Solorçano *dict. lib. 2. cap. 1. num. 77. & 78.* vbi notat, quòd ex hoc in noſtra Hiſpania tòt nobiliſsimi proceres, & Vaſſallorum domini originem habuerunt, & tòt maioratus, qui eam illuſtrant, vt conſtat *ex l. 51. tit. 18. partit. 3.* Ioſephus Ramon *conſ. 37. nu. 128.* vbi quòd feuda à publico patrimonio initium ſumpſerunt, & ea ratione fuerunt introducta, vt

Prin-

Princeps plures haberet milites, qui aduerſûs hoſtes poſſent eum tueri, & quòd in eorum conceſſione publica Regni verſatur vtilitas,& idem confirmat *leg.7. tit.7.lib.5.Recop.*in ratione,quam exprimit prô fundamento illius deciſionis, & exornant latè Caſtillo *lib.3.Controuerſ.cap.28. num. 19.& 20.* ibi: *Idque in hiſce Regnis probatur ex leg. Regiæ 7.tit.7. lib.5. Recopilat. expreſſa deciſione, ibi: Nàmque ex cauſa illa publicæ vtilitatis: quià nobilibus Regnum defenditur, & expedit Reipublicæ domos nobilium conſeruari, & augeri,& ſi non conſeruentur, & augeantur, damnum Reipublicæ euenit.*D.D.Ioanes de la Rea *allegat. 115. num.37.tom.2. Allegat.Fiſcal.* quod etiàm latè comprobat Eſcouar *de Puritate,& nobilit.prob. 2.part.quæſt.1.gloſſ.2.à num.1.cum multis ſeqq.*Amaya *in l.1.C.de Anonis,& tributis, lib.10. num.85.*

5 Quę quidèm maiori innititur ratione, hi enim perſonalitèr ſeruiunt; inquo potior Regis, & Regni vtilitas conſiſtit, quàm,ſi perceptis manu ſua feudorum reditibus, vèl ex ærario, ſeû theſauris ſuis, in militibus conductitijs eos erogaſſet, quorum non eſt par fidelitas, & cõſtantia, nobilium Vaſſallorum fidelitati, quiâ, vt plurimûm,qui pecunia redimuntur in neceſsitate deficiunt, vndè cûm Alexander Magnus tali mercato vteretur, & multos pecunia, & donis velet ſibi adquirere; fuit à Philippo eius patre de hoc increpatus,& reprehenſus,in hæc verba: *Quæ te fili ratio in hanc tàm vanam ſpem induxit, vt eos, fideles tibi futuros exiſtimares quos pecunia ad amorem tuum compuliſes? à charitate iſtud præſtatur, ſcilicèt, amor, & beneuolentia, quæ intèr Principem,& Vaſſallos ſuos conſiſtit ratione feudi, & fidelitatis viciſsim debitæ,& non quòd pecunia redimatur, qua ceſſante, amor eſſe deſiſteret. Hi profectò mercenarij cùm lupum vident, ideſt hoſtem, ei cordialitèr non reſiſtunt,prò cuſtodia ouũ, ſeù ſubditorum, ſed fugiunt iuxtà illud. Ioan 10. vbi mercenarius, & qui non eſt Paſtor, cuius non ſunt oues propiæ, id eſt, qui non habet Subditos in Regno,nèc terram,videt lupum venientem, & dimitit oues, & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oues: ſcilicèt regnicolas, quià ad mercenarium non pertinet de ouibus &c.* & cum Gullielmo Benedicto obſeruat Ramon *dict. conſ.37. num.117. verſ.Secunda ratio*, Caſaneus *in Catalogo Gloriæ mundi, 5.part. conſider.19.* & eum referens, & benè exornans Eſcouar *de Purit.& nobil.prob. dict.2.part. quæſt.1.gloſs.2. num.13.*

6 Et probatur expreſsè *in l.2. tit.21. partit.2.* in illis verbis: *Mas porque eſtos à tales vieron deſpues muchas vegadas,q̃ non auiendo verguença, oluidaban todas eſtas coſas ſobredichas,è en logar de vencer ſus enemigos, vencianſe ellos. Ouieron por bien los ſabidores, que cataſſen homes para eſtas coſas, que*

ouieſſen

ouieſſen en ſi verguença naturalmente. E ſobre eſto dixo vn Sabio, que huuo nome, Vegecio, que fabla de la Orden de Caualleria, que la verguença vieda al Cauallero, que non fuya de la batalla, è por ende ella le faze vencer. prò quo faciũt *l.3.l.Omne delictum 6.§ Qui in acie, ff.de Re militari, l.1.in princip. & l.2.ff.de his, qui not.inf.* & quę in hoc notant Petrus Faber *lib.* 1. *Semeſtrium, cap.*18. *circà fin.* Bobadilla *in Polit.lib.*1.*cap.*10. *num.* 43.& 44.& alia adducta à Diana *tom.*8. *reſol.mor. tract.*7. *miſcellan. reſolut.*45. vbi probat virum nobilem, vel militem agreſſum ab aliquo, non teneri fugere, etiàm ſi ità poſſet euadere mortem, quià ex tali fuga magnum dedecus, & ignominiam incurrit, & cum Hypolito Marſilis *in l.*1. *de Siccarijs,* Antonius de Vallis *lib.* 3. *tract. var. tit. de litteris diſpenſ. caſu* 1.*num.*109.latè Plaça *in Epitom.delictor.lib.*1.*cap.*28.*num.*11.

7 De qua materia, & ſeruitio militari Regibus à Magnatibus, Ducibus titulatis, & Dominis Vaſſallorũ preſtando, vel perſonalitèr, vel cum equitibus, ſeù militibus, dicti vulgò, *lanças,* qui loco talis ſeruitutij ſubrogati ſunt, agunt D.Molina *de Hiſpan. Primog.lib* 1.*cap.*13.*nu.*47.Bobad. *in Politic.lib.*2.*cap.*16.*nu.*6.*& cap.* 17.*nu.*18.Amaya *in l.*2.*C.de Annonis, & tributis, lib.* 10. *numer.*85. D.Rea *allegat.*62. *num.* 11. *tom.*1. *Allegat.Fiſcal.*& nouiſsimè D.Didacus de Balmaſeda *de Collectis, quæſt.*19.*n.*31. Et ego latè ſermonem inſtitui in allegatione, quã ex munere Fiſcalis huius ſeruitij mihi iniuncti, ſpeciali labore ſcripſi, ocaſione contradictionis factę per Nuntium Apoſtolicum in hac Curia tùnc exiſtentem, exactioni, quę ex bonis Spolij Epiſcoporum, & Prælatorum Eccleſiaſticorum fiebat, eius quantitatis, quam tempore mortis ratione huius ſeruitij debebant, qui in memoriali, ſeù ſupplicatione Domino Regi exhibita, expoſſuit, hoc eſſe nouum tributum nullo Iure, nèc ratione debitum ab Eccleſiaſticis, & eorum bonis. In qua hanc Regaliam comprobaui, & rationes, & fundamenta Iuridica congeſsi, & propoſui, quibus nititur obligatio preſtandi idem ſeruitium in Epiſcopis: & reliquis Prælatis Eccleſiaſticis horum Regnorum, qui à Noſtro Catholico, & Potentiſsimo Monarcha ad faſtigium tantę dignitatis euecti ſunt, & ab eo acceperunt, & habent terras, bona temporalia, & alios honores iuxta deciſionem *l.*52. *tit.*6. *partit.*1. & quę in hoc notant *l.*1.*&* 6. *& l.*8. *tit.*4. *lib.*6. *Recopil.* Mieres *de Maiorat.*2.*part.quæſt.*6. *num.*193. Gregorius Lopez *in l.*5. *tit.* 15. *partit.*2.*gloſſ.*6. Oliuanus *de Iure Fiſci, cap.*8.*num.*2.Flores de Mena *lib.*2. *variar. quæſt.*21. *num.* 242. D.Ioan. de Quiñones *en el Tratado de las Langoſtas, cap.*4. *num.* 23.*&* 24. D.Ioannes del Caſtillo *lib.*7.*controu.de tertijs, cap.*9.*n.*20.

D.D.

D.D.Ioanes de la Rea *dict. alleg. 62.num.11. tom.1.Alleg.Fiſc.* Sanchez *lib.2.conſil.moral.cap.4.dubit. 57. num.10.* Bobadilla *in Politic. dict.lib.2. cap. 17. ex num. 23.* D. Franciſcus de Amaya *in dict. l.2. C.de Annonis, & tributis, lib.10. num.85. & ſeqq.* qui latè, & elegantèr comprobat, licèt non adducat Doctores ſuprà relatos, & idem probat Balmaſeda *de Collectis dict.quæſt.19. num.29.*

8 Circà quod cautè legendus eſt Alciatus *de Singulari certamine, cap.32.in fin.* dùm ait Comites, & Duces, fortunę bonis exutos, propiè non retinere dignitatem, licèt nudum nomen retineant, quem refert Menochius *de Arbitrarijs, lib.2.quæſt.68.num. 54.*Gratianus *lib.2.Controu.Foren. cap. 291. num. 60.* Narbona *ad Leges Regias in l.9.tit.1.lib.4. Recopilat.gloſſ.11.num.2.*In quo meritò diſſentit Menochius, ibi: *Et contrarium dicendum eſt: Nàm verè dignitas in prædicto honore conſiſtit, etiàm ſinè bonorum conſideratione.* vt ex *l.2.& 5.tit.26.partit.4.* probat Aluarado *de Coniectur. mente defuncti, lib.2. cap.4. num.51.* ibi: *Nàm hoc ſeruitium non venit ex natura bonorum, eo quòd bona ob id feudalia ſint, nàm ex conceſsione honoris tantùm ſeruitium Regi debetur, vt dictis legibus 2. partitarum probatur.* Amaya *dict. num.85.* & in Epiſcopis ſolùm titulatis, & ſinè adminiſtratione, & loco, tenent Iacobatius *de Concilio, lib.1. art.2. num.68. & ſeqq.* & cûm eo Menochius *ibidèm nu.53.*& Gratianus, & Narbona *in eiſdem locis.* Sicùt etiàm Clericus, habens ſolũ titulum beneficij abſquè reditibus, fori priuilegio gaudet, Graſis *de Effect.Cleric.effectu 1. nu.1224.* & cùm alijs Auguſtinus Barboſa *in Collectan. ad cap.6. Seſsionis 23. Concilij Tridentini, num.15.*

9 Quę reſolutio apprimè comprobatur ex eo, quòd Dux, Comes, ſeù Marchio, ſi cedant, vèl in alium renuntient dignitatem ſtatus, ſeù Comitatus, retinent etiàm pòſt ceſsionem, & refutationem nõ ſolùm nomen, ſèd etiàm honores, & præeminentias antiquas dignitatis, vt doctè, more ſuo, probat D.D. Alphonſus de Olea *de Ceſsion.Iur. & action.tit.3.quæſt.3. num.23.& ſeqq.* vbi plures in id adducit.

10 Et ſimilitèr vxor Ducis, Comitis, ſeù Marchionis, quę ex tali matrimonio, mariti genere nobilitatur, & eius ſplendore, & radijs coruſcat, *l. Fœminæ, ff.de Senatoribus, l.Fiſcus, §.finali, ff.de Iure Fiſci, l.Filij, §. Vidua, ff. Ad municipalem, l.Mulieres, C.de Dignitatib.lib.12.l.vltima, C.de Incoliſ. lib.10.* etiàm mortuo viro, & in viduitatis ſtatu permanens, Duciſſa, Comitiſſa, & Marchioniſſa cognominatur, & talis præeminentijs, in memoriam, & honorem præcedentis matrimonij, frui debet, vt eſt Text.*in cap.Dilecti de arbitris,* & de Iure Regio apertè decidunt *l.9.tit.11.lib.2.& l.18.tit.14.lib.6. Recopil. l.de Decurione*

curione 14. *C. de Decurionibus, lib.* 10. ibi: *In memoriam prioris dignitatis.* & probant Maſtrillo *de Magiſtratibus, lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 20. *& ſeqq.* vbi alios adducit, ſicût etiàm Cyriacus *tom.* 3. *controuerſ. Forenſ. cap.* 401. *nu.* 72. Tiraquell. *de Nobilitat. quæſt.* 18. *à num.* 5. *& in tractatu, ceſſante cauſa, nu.* 110. Pichardo *in Tractat. de Nobilitate communicãda intèr virum & vxor. à num.* 55. Garcia *de Nobil. gloſſ.* 1. §. 1. *num.* 44. Villadiego *in foro juzgo, in prologo, in l.* 8. *num* 48. Beſoldus *conſ.* 88. *part.* 2. Stephan. à Nathen *Iuſtit. vulnerat. tit.* 3. *cap.* 10. *num.* 1. Gaſpar Klock *de Contributionibus, cap.* 15. *num.* 32. *& ſeqq.* vbi benê exornat, ſicût etiàm Diana *part.* 8. *reſolut. mor. tract.* 7. *miſcell. reſolut.* 23. Taſſon *ad Pragmat. de antefato, verſ.* 8. *obſeruat.* 2. *num.* 14. Ioannes Franciſcus de Ponte *conſ.* 31. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi benè in puncto. Amaya *in l. vlt. à num.* 24 *C. de Incolis, lib.* 10. Eruditiſsimus D. D. Alphonſus de Olea *de Ceſſ. Iur. tit.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 29. & nouiſsimè Excelentiſsimus D. D. Chriſtoforus Creſpi *obſeru.* 117. *num.* 95. *& num.* 98. in vltima editione, & ſæpè laudatus, ſêd numquàm ſatîs D. D. Petrus de Salçedo *in Teathro honoris, gloſſ.* 53. *à num.* 1. *& num.* 7. *& ſeqq.* vbi dat plures.

11 Quod adeò eſt verum, vt quamuis alteriùs viri ſecundis nuptijs copuletur, eandem dignitatem, & eius prærogatiuas retineat, & conſeruet, dummodò ſecundus vir non ſit indignus, & inferioris conditionis, vt probat *dict. leg. Fœminæ, ff. de Senatoribus, in fin.* ibi: *Tandiù igitùr clariſsima erit, quandiù Senatori nupta eſt, vèl clariſsimo, aùt ſeparata ab eo, alij inferioris dignitatis non nupſit. l.* 7. *tit.* 2. *part.* 4. ibi: *Eſſino caſare con otro de menor guiſa. & dicta lex* 9. *tit.* 11. *lib.* 2. *Recopilat.* ibi. *Saluo, ſi caſare otra vez con hombre que no ſea hidalgo.* & idem tenet *Gloſſa vltim. in fin. & ibi* Abbas *num.* 14. *in cap. Ex parte B. de foro competenti.* Ciriacus *vbi ſuprà num.* 73. Fontanella *de Pactis nuptial. claus.* 7. *gloſſa* 3. *part.* 15. *à num* 40. *& num.* 65. loquitur de Comitiſa, quę, mortuo viro, nubit alij non comiti, ſêd ſanguine non inferiori, & ait vocari poſſe *Señoria*, quem refert, & ſequitur Capiblãco *de Varonibus pragmat.* 8. *part.* 2. *num.* 193. *&* 194. *& tom.* 2. *cap.* 57. *num.* 12. pereruditus ſanè vir, & celebris huius Curię aduocatus D. Ildephonſus Carrillo *en el Origen de la Dignidad de Grandes*, quem tractatum inſeruit pòſt opus Salaçaris de Mendoza *de las Dignidades Seglares de Caſtilla, diſcurſu* 7. *à principio, & in verſic. Es regla general*, loquens de viduis Magnatum, & Ducum, ſic ait: *Las viudas de Grandes retienen las preeminencias que alcançaron, no ſolo en ſu viudez: Pero lo que es mas, aunque deſpues ſe caſen con perſona que no ſea Grande, y con las ſegũdas bodas ceſſe la ficcion de permanecer en el primer matrimonio,*

monio, durante la viudez. D. Catalina de Zuñiga y Sandoual fue caſada de primer matrimonio con Don Felipe Pacheco, Duque de Eſcalona, y viuda del Duque, casò con el Marquès de Cañete, que no tenia las preeminencias de Grandeza, Pero ſe declarò debia gozarlas la Marqueſa. Eandem reſolutionem tamquàm veriorem amplectitur D. Creſpi *dict. obſeru. 117. à num. 95. & num. ſeqq.* conuenit cum Carrillo, eius verba referens.

12 In caſu contrario, ſcilicèt, viri contrahentis matrimonium cum Duciſſa, Comitiſſa, ſeù Marquioniſſa, magnum verſatur dubium, & plures Doctores id negant, quià maritus nobilitate, vèl dignitate vxoris coruſcare non poteſt, *Authent. de Conſulibus, §. Hoc itàque.* Bartolus *in l. fin. C. de Verbor. ſignif. num. 3.* vbi Iaſſon *num. 17.* Tiraquel. *de Nobilitat. cap. 18. num. 13.* Franciſcus de Pretis *lib. 1. feſtiuar. lect. cap. 7. num. 22.* nèc ex ea valet nobilitari *l. fin. C. de Nuptijs, dict. l. fin. C. de Verb. ſignif. & dict. l. Mulieres, C. de Dignitat. lib. 12.* & hæc ſententia, de Iure communi, vt verior ab interpretibus approbatur. Sèd attento Iure Regio, & diſpoſitione *leg. 9. tit. 1. part. 2.* in illis verbis: *Y eſto es quando alguno caſa con dueña, que es heredera del Reyno, que maguer el no venga de linage de Reyes, puede llamarſe Rey deſpues que fue caſado con ella.* Et noſtrę Hiſpanię conſuetudine, melioris notę Authores affirmatiuam ſequuntur, quià cùm Regnum ſit caput dignitatum, eius membra, quę ſunt Ducatus, Comitatus, Marquionatus, non debent à capite diſcindi, & diuerſo Iure cenſeri ad Text. *in cap. Cùm non licèt de præſcript.* vt ſunt Pichardo *vbi proximè ſub num. 51.* Burgos de Paz *in Proœmio leg. Taur. num. 4. vſquè ad 15.* Garcia *de Nobilit. dict. gloſſ. 1. §. 1. num. 45.* vbi quòd maritus Comitiſſę, ea mortua, dicitur Comes, *y goza de la Señoria.* Gutierrez *de Tutelis, part. 1. cap. 18. num. 32.* Maſtrillo *dict. cap. 13. nu. 39. & ſeqq.* Fragoſo *de Regimine Reipubl. part. 1. lib. 3. diſputat. 6. §. 10. num. 194.* qui tenet, quòd ſi mulier Duciſa, aût Comitiſa nubat, & in dotem non det Ducatum, aùt Comitatum, non erit maritus Dux, nèc Comes, etſi more recepto dicatur Dux, aùt Comes. Quod etiàm videntur ſentire Rainaldus *de Nobilitat. quæſt. 16. princip.* & Tiraquellus *in ſimili Tract. dict. cap. 18. num. 40.* adducti à Maſtrillo *num. 46.* ſèd contrarium ſaniori Iudicio tenet D. Creſpi *vbi proximè num. 109.* D. D. Alphonſus de Olea *dict. quæſt. 3. num. 33.* vbi alios adducit; Et quamuis *num. 34. & 35.* ſoluto matrimonio, & mortua vxore, hoc non procedere ſentiat, & tales præeminentias in marito ceſſare, cum Maſtrillo *vbi proximè num. 38.* & Galeota *controuerſ. 55. pèr totam.* Vbi alij, qui ità de Iure ſtatuunt. Tamèn ait de vrbanitate, etiàm vxore de-

defuncta maritum ſuperſtitem appellari Comitem, *& Señoria*, & in facto ità obſeruatum in Italia referunt Ioannes Baptiſta Thoro, Marinis, & Capiblanco ab eo adducti, qui vltimus ait procedere, etiàm ſi maritus, pôſt mortem vxoris, ad ſecundas tranſeat nuptias, Carrillo *dict. diſcurſu 7. verſ. En riguroſos terminos de derecho*, vbi refert Magnates, qui pòſt obitum vxorum, quarum erat dignitas, honores, & prærogatiuas priſtinas conſeruarunt. D. Creſpi *vbi proximè à num.* 103. *cum ſeqq.* vbi idem ſequitur, & cum eo, & alijs ità ſentit, & concludit etiàm D. Olea *in vltima impreſsione addita, dict. q. 3. n. 35.*

13 Et in his caſibus Duces, Comites, ſeù Marquiones, qui non Iure propio gaudent honoribus, & prærogatiuis talium dignitatum, ſed ſolûm eas retinent, & cõſeruant in vim ſocietatis coniugalis precedentis, & Iuris ex ea quæſiti, & in eorum perſonis radicati; Exiſtentibus alijs in reali, & actuali poſſeſsione ſtatus, & bonorum, quę ad eos tranſierunt ex ſucceſsione, vêl ex gratia Principis; non tenentur contribuere in dicto ſeruitio militari, quià tale onus, ſicût alia quęcumque ſpectant ad eos, qui rem poſsident Iure propio, & fructus ſuos faciunt, *vt quæſt. ſeq. num.* 4. oſtenditur, vêl quibus ſtatus & dignitas à principio pèr Regem collata fuit, etiàm ſinè bonis, proptèr quam principalitèr tenentur ad tale obſequium, & ſeruitium, vt iàm diximus *num.* 8. Et cùm iàm, licèt obitèr, viderimus hanc communem vtilitatem in beneficium Regij Fiſci cedentem, pergamus ad eius peculiares prærogatiuas, & priuilegia, & dignoſcamus caſus, in quibus eis vti debet, vèl non, contra priuatos.



QVÆSTIO XIII.

In qua initium ſumit ſecunda ſpecies vtilitatis publicę conſideratę in beneficio, & augmento Camerę Fiſcalis, quæ in tres partes diuiditur, & in hac quæſtione agitur de hypotheca, & Priuilegio Fiſci ratione Iurium, & Tributorum ſibi à priuatis debitorum.

Summarium Quæſtionis Dezimæ tertiæ.

Num. 1. *Fiſcus nihil aliud eſt, quàm Camera Fiſcalis, in cuius cõſeruatione, & augmento vtilitas publica verſatur, pecuniarum enim, & ærarij vis Rempublicam ſtabilit, & ideò prò eius exactione plura priuilegia ei à Iure indulta ſunt.*

2 *Rex vice duarũ perſonarũ fungitur, & plura munera diuerſis reſpectib⁹ repreſentat; & ideò materia diuiditur* in tres partes. In prima *agitur de hypotheca, & prælatione ratione Iurium, & tributorum, vèl reliquationis officij, vèl adminiſtrationis publicæ* vſquè ad quæſt. 15. In ſecunda *de eadem hypotheca in contractibus* vſquè ad quęſt. 23. In tertia *de eodem Iure prò delictis, & pœnis* vſquè ad finem.

3 *Fiſcus habet hypothecam tacitam in bonis priuatorum prò exactione collectarũ, & tributorũ ſibi debitorũ.*

4 *Bona Allibrata, & Acataſtrata prò tributis, & collectis ſunt Fiſco tacitè obligata, & eſt onus reale, quod ſequitur bonorum poſſeſſorem, non ſolùm prò tempore quo poſſedit, ſed etiàm prò anteriori.*

5 *Emens talia bona à priuato tenetur ad onera præterita; Emens verò à Fiſco non.*

Fiſcus plerũq; vendit prædia, ſinè onere præteriti tributi, vèl reliquorũ. Et declarantur Text. in l. Imperatores, ff. de Publicanis, & vectig. & l. fin. in fin. C. de Fide inſtrum.

6 Text. in l. Idem Iulianus, aliàs cûm ſeruus 39. §. Hæres, ff. de Legatis 1. *explicatur.*

7 *Clericus, ad quem deuenit prædiũ debitis tributorũ Regaliũ, vèl gabellarum affectũ, tenetur ea ſoluere, etiàm prò tempore præterito, & poteſt prò hoc conueniri coràm Regijs Iudicibus.*

8 Text. in dict. l. Imperatores, ff. de Publican. *loquitur de prædijs Principi tributarijs, prò quo onere præfertur in eo Fiſcus omnibus, & quibuſcumque creditoribus debitoris, & hoc à Iure, non verò ab aliquo ſpeciali priuilegio.*

9 *Poſſeſſor prædij non ſolùm tenetur prò tempore præterito, quandò onus eſt reale, & afficit, & ſequitur rem, ſed etiàm quandò eſt mixtum, ſcilicèt in collectis, ſeù indictionibus impoſitis perſonis non ſimpliciter, ſed proptèr bona.*

Collectarum exactor non poteſt prò tempore præterito exequi emptorem

rem rei obligatæ in alijs bonis, ſed ſolùm in illa re.

10 *Onera, ſeù munera realia, perſonalia, ſeù mixta, quæ ſint declaratur remiſsiuè.*

11 *Fiſcus prò tributis, & collectis præfertur omnibus debitoris creditoribus, quià tributorum præſtatio omnem contractum temporis antiquitate præcedit.*

12 *Fiſcus prò* ſeruitio Regio, moneda forera, & ſeruitio Millionum *præfertur omnibus creditoribus, etiàm expreſſam hypothecam anteriorem habentibus.*

13 *Et idem prò ſeruitio militari, quod à Feudatarijs, Magnatibus, & alijs Titulatis præſtatur, & num.* 14.

14 *Seruitium militare præfertur omnibus alijs oneribus feudi.*

15 *Refertur* Decretũ Regiũ expeditum die 2. Aprilis anni 1648. *iuxtà ſupradicta, vt ibi declaratur.*

16 *Fiſco àn prò gabella detur hypotheca, & prælatio? & proponitur ſententia concedens Ius hypothecarium aduerſus res venditas, ad quemcũque vadant, etiàm exemptũ.*

17 *Gabella nõ eſt onus reale, nèc ſequitur rẽ, ſed debetur ratione cõtractꝰ.*

18 *Prò Gabella, de Iure communi, non competit hypotheca.*

19 *Adducitur Azeuedo, qui ſolùm concedit prælationem gabellarijs, quandò bona debitoris venduntur pèr Iudicẽ in publica ſubhaſtatione prò ſatisfactione creditorum, quià tùnc eſt neceſſariũ præambulum.*

20 *Et hoc caſu gabellæ creditum præfertur cuicumque creditori, etiàm anteriori, & priuilegiato, & ipſi Fiſco, & refertur circà hoc ſingularis competentia excitata intèr duos gabellarios.*

21 *Proponitur ſententia concedens gabellario hypothecam, non tamèn prælationem.*

22 *Gabellæ exactio hodiè de Iure Regio gaudet hypotheca, & priuilegio prælationis aduersꝰ omnes creditores*

23 *Fiſcus non tenetur de euictione, quandò eius nomine, & pèr ſuos Iudices, res prò tributis, & functionibus fiſcalibus diſtrahuntur.*

1 HIC initium ſumit tractatio ſpectans ad Ius Fiſci, & ſecundam vtilitatem publicam à Bartolo conſideratam *in d.l.* 1. *n.* 25. *ff. Sol. Matr.* & relatam *ſupr. hoc Tit. q.* 1. *n.* 11. qui in Camera Fiſcali eam proponit: Nàm licèt regularitèr Fiſcus vtatur Iure priuati, *l. Itèm veniunt, §. Aptanda, verſ. In priuatarũ, ff. de Petit. hæred.* vbi Paulus, & reliqui *Gloſſ. verb. pertinet in l.* 1. & *ibi* Bald. *C. Eod. tit.* Iaſſon *in l. Re con iuncti, n.* 121. *ff. de l.* 3. Hoc intelligẽdũ eſt, niſi in Fiſco aliud, quàm in priuatis ſpecialitèr ſit conſtitutũ, vt Bald. ſubiunxit *in d.l.* 1. *C. de Petit. hæred.* Boſsius *in Prax. tit. de Priuil. Fiſci, n.* 75. Sfortia *de Reſtit. p.* 1. *q.* 3. *n.* 83. Plura autèm priuilegia Fiſco conceſſa ſunt proptèr publicas neceſsitates, quas prò bono publico ſubire ei neceſſe eſt, vt idem Baldus notat *in l.* 1. *in principio, C. de Condict. ex lege*, & pleraque com-

commemorat *in l. 1. C. de Hæredit. vèl action. vend.* & latiùs Affli&tis *in cap. 1. num. 15. de fratribus de nouo beneficio inueſtitis, in vſibus feudorum.* Et quidẽ optima ratione, quià eſt robur, & fundamentum, & velùti anima Reipublicę. Idem Baldus *conſ. 271. num. 2. lib. 1.* Nàm nihil aliud eſt Fiſcus, quàm Populi Patrimonium, vt aplicat Aretinus *in l. Cùm ſeruus 39. aliàs apùd Iulianum, §. Conſtat columna 2. verſic. in gloſſ. ff. de Legatis 1.* & facit *Nouella 52. Leonis Imperatoris, in principio*, his verbis: *Si pecuniarum nerui ſufficiens, & copioſa illarum materia eſt, remque publicam pecuniarum vis ſtabilit. l. 1. §. In cauſa, ff. de Quæſtionib.* Eſcouar. *de Nobilit. & puritat. probanda, 2. part. quæſt. 8. nu. 16.* Ioannes Aloiſius Catalanus *de Indulto, cap. 55. num. 118. & 126. & ſeqq.* & Imperator *in l. Lex, quæ tutores, §. fin. C. de Adminiſtr. tut.* in pecunia robur omne patrimoniorum veteres poſſuiſſe ait, vt notat etiàm Iacobus Cujacius *lib. 6. obſeruat. obſeruat. 19.* & ſingularitèr Imperator *in Authent. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio* docet his verbis: *Propter ineuitabilem Fiſcalium exactionem, ſcientibus vobis noſtris ſubiectis, quià militares expenſæ, & hoſtium incurſiones multa egent diligentia, & non poſſunt citrà pecunias hæc agi, cauſa videlicèt nullam recipiente dilationem.* quod benè exornat Azeuedo *in l. 1. tit. 8. lib. 9. Recopil. num. 1. & 2.* & meliùs dicitur Camera Regis *in l. 33. tit. 13. part. 5.* ibi: *Tal priuilegio hà el debdo de la Camara del Rey*, vbi Gregor. *gloſſ. 1.* ait: *Nota Cameram Regiam idem eſſe quod Fiſcum.* Rodriguez *de Concurſu, 1. p. art. 1. num. 6.* & latiùs comprobauimus *ſupr. tit. 2. quæſt. 2. nu. 13.* & ideò, quòad eum ſpectat, meritò ſpeciali aliqua prærogatiua exigere poteſt, & debet.

2 Et cùm Potentiſsimus Rex noſter, & quilibet Monarcha vice diuerſarum perſonarum fungatur, & plura munera, & officia diuerſis reſpectibus repreſentet, facilioris expeditionis, & intelligẽtię gratia, materia in ſequentibus quæſtionibus proponètur, ſic diſpertita.

¶ Primò agetur de hypotheca, & priuilegio, ſeù prælatione Fiſci ratione Iurium, & tributorum ſibi debitorum pèr priuatos in ſignũ dominij, & ſuperioritatis, nêcnon & protectionis, & conſeruationis publici ſtatus, vt proximè diximus, ſibi cõpetentis, vèl prô reliquatione officij, vêl adminiſtrationis publicę ab eo cuilibet iunctę.

¶ Secundò de eadem hypotheca, & priuilegio in cõtractibus.

¶ Tertiò de eodem Iure prò delictis, ſeû pœnis.

3 In bonis priuatorũ prô exactione tributorũ, & collectarũ à Iure inducta eſt hypotheca tacita ad fauorẽ Fiſci, vt probant Text. *in l. 1. C. In quib⁹ cauſis pign. vèl hypoth. tacitè cõtrah.* his verbis: *Vniuerſa bona eorum, qui cenſentur, vice pignorũ tributis obnoxia ſunt. vbi gloſ. verb. cenſentur*, declarat, id eſt, *qui cenſum, id eſt, tributum præſtant. l. 1. C. Si proptèr public. penſit. vend. fuer. celeb. in fin.* & de

& de Iure communi eſt Text. *in l. Idem Iulianus aliàs cùm ſeruus 39. §. Hæres, ff. de leg.* 1. vbi Gothofredus *in Pandectis, litt. E.* notat, & comprobat, *l. Cùm poſſeſſor 5. §. fin. ff. de Cenſibus, l.* 1. *& 2. C. de Capiendis, & diſtrahendis pignoribus, tributorum cauſa, lib.* 10. *l.* 25. *tit.* 13. *part.* 5. ibi: *Otroſi, dezimos, que ſi alguno fuere tenudo de dar algun tributo al Rey, que todos ſus bienes de, le, ſincan obligados al Rey, faſta que paguen aquel tributo.* vbi Gregorius *gloſſ.* 2. ſingularis Text. *in l. Hæredes 4. C. de Omni agro deſerto, lib.* 11. ex quo prò functionibus Fiſcalibus vnum ſatis notabile deducitur; ſcilicèt, quòd hęredes ad illas in tantùm tenentur, quòd etiàm ſi renuntiauerint hæreditatem, tenentur cedere bonis, quę habuerunt à defuncto quocumque titulo intèr viuos, tamquàm talibus debitis obnoxijs, vt ibi notant *Gloſſ. verb. Titulo.* Angelus, Nicola de Neapol. Ioannes de Platea, & Lucas de Pena, & cum eis Ioannes Franciſcus de Ponte *de Poteſtat. Proregis, tit.* 4. §. 8. *num.* 12. licèt *num.* 18. dicat hoc in practica non ſeruari. Et Gregorium Lopez refert, & ſequitur idem probans Rodriguez *de Concurſu creditor.* 1. *part. art.* 5. *num.* 18. Felicianus *de Cenſibus, tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 7. *in fine.* Acoſta *de Priuileg. creditor. reg.* 2. *ampliat.* 2. *num.* 26. Epiſcopus D. Nicolaus Fermoſino *in Allegat. Fiſcal. allegat.* 19. *num.* 24. *& ſeqq.*

4 Nàm bona Allibrata, & Acataſtrata prò tributis, & collectis ſunt Fiſco tacitè obligata, vt notant Bart. Baldus, & reliqui Doctores *in dict. l.* 1. *C. In quibus cauſ. pignus, vèl hypothec. &c.* Neguſantius *de Pignorib. part.* 2. *membro* 4. *nu.* 125. cum alijs adductis â Ioanne Maria Nouario *lib.* 1. *quæſt. forenſ. quæſt.* 21. *num.* 10. & â Mantica *de Tacitis, lib.* 11. *quæſt.* 18. *num.* 12. *& ſeqq.* vbi quòd hoc onus eſt reale, & ſequitur poſſeſſorem bonorum, & quòd intelligitur de his, quę habent certam formam, & vniformem præſtationem, dummòdo intelligamus tributa cenſus, & collectas teneri ſoluere illos, qui rem poſsident Iure propio, & fructus eius faciunt ſuos, vt probat Bartolus *in l. Obſiſtere, C. de Annon. & tribut. lib.* 10. *& in l. hi, penès, C. de Agricol. & cenſ. lib.* 11. & cum alijs Cancer *lib.* 1. *variar. cap.* 14. *num.* 92. vbi reſoluit locatorem prædij, quĩ eius mercedem recepit à conductore in pecunia numerata, debere ea ſoluere. Muta *tom.* 1. *ad capit. Reg. Siciliæ, cap.* 39. *num.* 119. *cum ſeqq. & num.* 127. Ægidius Boſsius *in Praxi tit. de Fiſco, & priuilegijs eius num.* 26. *& ſeqq.* Gutierrez *de Gabellis, quæſt.* 169. *num.* 1. Caldas *de Iur. Emphiteut. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 33. & cum alijs Mercurialis Merlinus *de Pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 18. Pacificus *de Saluiano intèr dicto inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 207. & 208. D. Ioſeph Vela *diſſertat.* 34. *num.* 59. & 60. *tom.* 2. vbi ex hoc infert, ſpeciali huius cauſę fauore, tertiũ, & ſingularem rei, ſeù prędij tributarij poſſeſſorẽ, nõ ſolũ teneri ad tributa Fiſco debita prò tẽpore,

quo poſſedit, ſèd etiàm prò tempore præterito, & anteriori, vt ibi probat ex *l. Imperatores, ff. de Publicanis, & vectig. & alijs Iuribus*, licèt ſecùs ſit in alijs cauſis.

5 Fauſtus *in Conſil. prò Ærario, claſſi 9. conſ. 40. verſ. Planum autèm eſt.* Emanuel Aluarez Pegas *reſolut. Forenſ. cap. 3. num. 350.* Ægigius Boſſius *in Praxi, tit. de Principe, & eius priuilegijs, num. 111.* vbi *ex dict. l. Imperator. & l fin. in fin. C. de Fide inſtrum.* notat quòad onera præterita eſſe differentiam intèr ementem talia bona à priuato, quià tenetur; & à Fiſco: quià tùnc non tenetur prò præteritis: Sicùt etiàm in ſpecie *l. fin. C. de Cenſibus, & peræquatoribus, lib. 11.* quandò Fiſcus conſignat alicui poſſeſſionem fundi (Perequator enim miniſter Fiſci erat, vt explicat Gloſſ. *in Rubric. illius tit. & in l. fin. verbo publicas, C. Sinè cenſu, vèl reliquis*, & Hotomanus *de Verbis Iuris, verb. Peræquatores*) fundus non tranſit obligatus ad penſiones anteacti temporis, nèc prò eis habet hypothecam Fiſcus. D. Gregorius Ganuerro *deciſ. 4. num. 8.* Andręas Capanus *de Iure releuij, par. 4. quæſt. 25. num. 10. & 11.* D. Franciſcus de Amaya *in l. 2. C. de Annonis, & tributis, lib. 10. num. 5.* vbi cum Platea, Cujacio, & Gothofredo intelligit *l. Si qui proſcribente 6. C. de Fide, & Iur. haſtæ fiſc. lib. 10.* in Fiſco auctionante, & fundũ debitoris ſub haſta vendẽte; quià plerũque Fiſcus vendit prædia, ſinè onere præteriti tributi, vèl reliquorum, vt faciliùs inueniat emptorem.

6 Et conducit ad materiam bonus Textus *in dict. l. Idem Iulianus aliàs cùm ſeruus 35. §. Hæres, ff. de leg. 1.* qui loquitur in Fiſco, & ità ait: *Hæres cogitur legati prædij ſoluere vectigal præteritum, vèl tributum, vèl ſolarium, vèl cloacarium, vèl prò aquæ forma.* vbi omnes Doctores notant, & Gothofredus *in eo litt. D.* ibi enim Fiſcus, prò tributis, & onere pręterito primò egit contra legatarium poſſeſſorem, & demùm legatarius contra hæredem, vt declarat Gloſſ. *verb. Præteritum*, & ità interpretantur Bart. Alberic. Immola, Paulus, Alex. & Iaſſon, & cum eis Garcia *de Expenſis, cap. 11. num. 51.* vbi *ex hoc text. & dict. leg. Imperatores* probat vſufructuarium teneri ad tributa, & onera præterita, tamquàm poſſeſſorem naturalem rei prò ipſis obligatę, & tacitè hypothecę ſubiectę, & ipſum recurſum habere contra hęredes defuncti, prò decurſis ſuo tempore, contra Gloſſ. *in dict. §. Hæres, verb. ſolarium*, & Caſaneum *in Conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 6. nu. 4.* & Auendaño *de Exequend. mand. 2. par. cap. 14. num. 15.* qui contrarium tenuerunt, & ſuprà traditam concluſionem ex eiſdem Iuribus firmat Matheus de Afflictis *deciſ. 95. num. 4. & 5.* & Vrſillus *in Addit. num. 2.* & plures ad id refert, Ioanes Baptiſta Thoro *in Compendio deciſ. tom. 1. verb. Poſſeſſor nouus, fol. 402.* optimè D. Franciſcus de Amaya *in l. 2. C. de Annonis, & tributis, lib. 10. num. 4. & num. 6.* prò explicatione *dict. l. Cùm ſeruus 39. §. Hæres* declarat,

in

in electione Fiſci eſſe, vèl cum legatario experiri, tamquàm cum poſſeſſore, vèl cum hærede, qui iàm cæpit debere tributum præteriti temporis, ex perſona defuncti, & cùm res ſit obligata, tenetur eam luere, *l. Si res 57. ff. de Legatis 1.* vt ibi notant pòſt Bartolum, Caſtrenſis, Duarenus, & alij. Ponte *de Poteſt. Proregis, tit. 4. de Regalibus impoſit. in princip. num. 9. & ſeqq.* Paulus Staibanus *Iunior. cent. 2. reſolut. Forenſ. reſolut. 176. num. 43. & ſeqq. & à num. 62.* vbi benè declarat.

7 Et ſingularitèr, prò inſtituto noſtro, confirmat Graſsis *de Effectibus Clericatus, effect. 1. num. 874.* vbi pluribus comprobat Clericum, ad quem deuenit prædium debitis tributorum Regalium, vèl gabellarum affectum, teneri ea ſoluere, etiàm prò tempore præterito, & poſſe ad hoc conueniri coràm Procuratore Cæſaris, & eius Iudicibus, vt ibi declarat, quod latè comprobauimus *ſuprà Tit. 2. quæſt. 5. à principio, & à num. 28.*

8 Et prò materię perfecta intelligentia obſeruandum eſt, quòd *dict. l. Imperatores, ff. de Public.* loquitur de prædijs vectigalibus, & Principi tributarijs, non de prædijs priuatorum, & quòd prò tributo Principi debito, ratione talis prędij, ab eo alicui cum hoc onere dato, præfertur in eo omnibus, & quibuſcumque creditoribus debitoris, vt probat Acoſta *de Priuileg. credit. reg. 2. ampliat. 7. num. 20.* qui refert Authores, qui idem tenent in priuato, qui rem ſuam in cenſum dedit, prò quo etiàm eſt addendus Flores de Mena *lib. 1. var. quæſt. 6. art. 3. nu. 31. & ſequentibus*, & itèm, quòd diſpoſitio eius Text. non ex priuilegio ſpeciali Fiſci, ſed ex Iure procedit, quià vectigalia imponuntur rebus, vèl perſonis prò rebus, & ideò Iuriſconſultus, in illis verbis: *In vectigalibus ipſa prædia non perſonas conueniri*, cauſam poſſuit in obligatione ab ipſa originali impoſitione prouenientę, & non in Iure extraordinario priuilegij, ut obſeruat Ganauerro *dict. deciſ. 4 à num. 56.*

9 Et non ſolùm procedit in onere reali, quod ſequitur rem vtî affectam illa obligatione, ſeù hypotheca, ſed etiàm in collectis, ſeù alijs indictionibus, quę imponuntur perſonis non ſimplicitèr, ſed propter bona, & patrimonium, quod munus, ſeù onus dicitur mixtum ab Acurſio *in l. Reſcripto, §. Sciendum, verb. Talia, ff. de Muneribus, & honoribus*, & à Bartolo *ibidem, & in l. 1. C. de Mulieribus, & in quo loco*; notabilitèr Baldus *in l. hi qui, C. Qui bon. ced. poſſ. & in l. 1. C. de Sententijs, quæ prò eo, quod interſt, col. 5.* Otalora *de Nobilit. 2. part. cap. 1. à num. 2. & num. 3.* declarat, quando, & quomodò prô prętęritis collectis poſsit ſubſiſtere hoc caſu obligatio, & meliùs Flores de Mena *lib. 2. var. quæſt. 21. §. 4. num. 165. vbi ex l. hi, qui fin. C. de Prædijs, & omnibus rebus Nauicularium, lib. 11. & l. fin. C. de Debitoribus Ciuitatum, lib. 10.* & alijs authoritatibus probat, exactorem collectę non poſſe com-

compellere emptorem alicuius rei ad ſoluendas collectas, præteritas, debitas à venditore, niſi ſolûm ratione rei, illam pignorando, nèc poſſe confugere ad alias res propias ipſius emptoris, quod etiâm tenet Surdus *deciſ.* 311. *num.* 5. & prò hac hypotheca latê Mantica *de Tacitis, & ambig. conuention. lib.* 11. *tit.* 18. *per totum.*

10 Et Flores de Mena *eadem quæſt.* 21. §. 1. *à num.* 2. exactè diſtinguit, & declarat hæc onera, ſeù munera realia, perſonalia, & mixta, prò quo videndi ſunt etiàm Guido Papa *quæſt.* 5. Otalora *de Nobilitat. part.* 1. *cap.* 2. Pater Molina *de Iuſt. & Iur. tom.* 3. *diſput.* 661. Gutierrez *de Gabellis, quæſt.* 1. Rebuffus, Platea, & Valençuela *in Rubr. C. de Annonis, & tributis, lib* 10. D. Franciſcus de Amaya *in l.* 3. *illius tit. C. de Annonis, & tributis à num.* 24. & maximê *à num.* 30. vbi benè onerum, & tributorum genera recenſet. Marta *de Iuriſdict. part.* 4. *centur.* 1. *caſu* 11. *à num.* 7. *& à num.* 11. D. Franciſcus Merlinus *in Controuerſijs Forenſibus, centur.* 1. *cap.* 2. *à num.* 2. Petrus Barboſa *in repetitione, leg. comperit, C. de Præſcript.* 30. *vèl* 40. *annorum, à num.* 7. Cæſar Gallupus *in Methodo feudali, tom.* 2. *cap.* 5. *num.* 44. vbi quòd collectę imponuntur materialitèr rebus, perſonę verò formalitèr. D. Franciſcus de Claperijs *in Centuria cauſarum Fiſcal. cauſa* 42. *quæſt.* 1. vbi latiſsimè materiam declarat. Franciſcus Marcus *deciſ.* 457. *&* 458. *tom.* 1. Parladorus *in Seſquicent. differ.* 74. Ægidius Thomatus *in ſpetiali tract. de muneribus patrim. ſeù collectis.*

11 Prò his ergò tributis, ſeû collectis Fiſcus eſt anterior, & prę-fertur omnibus debitoris creditoribus, qui Fiſco anteriores eſſe non poſſunt, cùm tributorum præſtatio omnem contractum temporis antiquitate præcedat, vt pòſt Cynum notat Baldus *in l.* 1. *C. Si propter public. penſitat. num.* 2. qui Text. in fin. ait: *Potior eſt enim cauſa tributorum, quibus priore loco omnia bona ceſſantis obligata ſunt* & facit *l. in liberto* 77. *ff. de Solut.* vbi Conſultus dicit: *In liberto anterior contractus operarum eſſe non poteſt, ſinè quibus libertas ei data non eſſet.* & hanc concluſionem probant Odofredus, Iacobus de Rabena, Albericus, Angelus, & Paulus de Caſtro *in dict. l.* 1. & cum eis Felicianus *de Cenſibus, tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 10. vbi probat, non ſolùm in re ipſa tributo, & collectę ſuppoſita (vt voluerunt Surdus *d. deciſ.* 311. *nu.* 5. & ibi Hodierna *in Addit. num.* 2. Capicius Galeota *tom.* 1. *controu. forenſ. controu.* 21. *num.* 2. Alfaro *de Officio Fiſcalis, gloſs.* 34. *num.* 28. vbi declarat. Aſinius *de Execution.* §. 7. *cap.* 36. Curia Philippica *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 15.) ſèd etiàm in omnibus bonis debitorum cuicumque creditori Fiſcum præferendum, quem ſequitur Gaito *de Credito, cap.* 4. *quæſito* 11. *num.* 2053. *& ſeqq.* vbi *num.* 2060. ſic reſoluit: *Meritò concluditur Fiſcum in huiuſmodi exactionibus, tamquàm anteriorem hypothecarium, præferri quibusuis creditoribus,*

bus, cùm notum ſit Fiſcum habere duplex priuilegium, temporis, ſcilicèt, & cauſæ, dict. l. 2. C. de Priuileg. Fiſc. &c. & repetit *in Appendice ad dictum cap. 4. num. 116.* D. Franciſcus Merlinus *cent. 1. controuerſ. Forenſ. cap. 2. nu. 21. & 22.* Epiſcopus Fermoſino *in Allegat. Fiſcal. alleg. 17. num. 24. & alleg. 19. nu. 25.* Regens Ioannes Franciſcus San Felicius *deciſ. 397. num. 31. par. 3.* vbi inſerit allegationem doctiſsimi Ioannis Dominici Gaito, qui ſe citat vbi ſuprà, & ità ait: *Et non reperitur alter verus Dominus, nèc aliquis anterior creditor, eò quià Fiſcus prò tributis, collectis, & cæteris functionibus fiſcalibus, præfertur omnibus creditoribus hypothecarijs, etiàm anterioribus.*

12 Flores de Mena *lib. 1. var. quæſt. 6. art. 3. num. 18.* vbi quòd exactores tributorum, vtputà *del ſeruicio Real, ò moneda forera*, præferuntur omnibus creditoribus, & etiàm doti, *& num. 19.* ità extendit ad ſeruitium millionum. *Ex quo infertur, quòd Fiſcus habet hypothecam priuilegiatam, & præfertur omnibus prò debitis ex ſeruitio nouo, de los millones, ex eo, quià eſt impoſitum ob præcipuas, & vrgentes bellorum, & Regis neceſsitates, & eſt ſicùt debitum primipilare, & non ſolùm contra debitores collectarum ſeruitij, ſed etiàm contra collectores, & locatores, & idem in gabellis.* & eum refert, & ſequitur Rodriguez *de Concurſu, part. 1. art. 5. num. 16.* ſicùt etiàm Auguſtinus Barboſa *in Collectan. ad dictam l. 1. C. Si propter publ. penſitat. num. 13.* Nonius Acoſta *de Priuileg. creditorum, regula 2. ampliat. 2. num. 25.* vbi ſequitur Rodericum, & expreſiùs *eadem reg. 2. ampliat. 7. num. 16.* in illis verbis: *Quod proculdubio eſt admitẽdum, ſi debita hæc deſcenderent ex tributis, del nueuo ſeruitio de los millones, quià nedùm aduerſus hypothecas tacitas anteriores Fiſcus præferri debet, ſed etiàm contra eſpreſſas anteriores, ex eo quià cùm hoc tributum impoſitum ſit ob præcipuas, & vrgentes bellorum neceſsitates, perindè haberi debet, àc ſi de cauſa primipili iudicandum eſſet, &c.* Et eos ſequitur, addens Gaitum, nouiſsimè Antonius Maria Bertolus *in Addit. ad Rodriguez art. 2. 1. part. num. 32.* & idem probat Siguença *de clauſulis inſtrum. lib. 2. cap. 11. num. 138.* & latè D. Epiſcopus Fermoſino *in Tract. de legibus ſæcularibus in repetition. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. quæſt. 14. num. 2. & ſeqq. & in Allegat. Fiſcal. alleg. 61. num. 14. & ſeqq.* vbi hanc concluſionem limitat in caſu, quo concurrat cum creditoribus, qui in neceſſariam rei conſeruationem impendèrunt. Iacobus Gutherius *de Officio Domus Auguſtæ, lib. 3. cap. 31. verſ. Fiſcus etiàm prò tributis.* Cæſar Gallupus *in Methodo feud. tom. 2. cap. 5. nu 42.* ibi: *Adeò quòd prò quantitate, quæ imponitur, nullus creditor præferatur Fiſco.* benè cum alijs D. D. Petrus de Salçedo *in Tract. de Contrabanis, cap. 29. verſ. Por eſſo los Eſcritores inconcuſamente en accion tributaria, indiccion, exaccion, ò otro qualquier genero de derecho impueſto à las perſonas, ò à las coſas, anteponen al Fiſco*

à los

à los acreedores, que por qualquier contracto, ò hypotheca intentaren cobrar del deudor Fiſcal.

13 Et idem procedere in ſeruitio militari (quod dicitur *de lanças*)& probauimus *quæſt.antecedenti, num.7.* præſtari debere à feudatarijs,&Dominis vaſſalorum,Magnatibus, ſeû Titulatis, & Prælatis Eccleſiaſticis prò defenſione, & munimine Regni, quod ſucceſſit, & ſubrogatum fuit loco ſeruitij perſonalis, ad quod tenentur, & ideò retinet eiuſdem naturam, & cùm ſit onus feudi, & bonorum, ipſis cohærens talitèr quôd ex bonis,& ſupêr bonis exigitur, dominus prò eo, & prô omnibus ſuis Iuribus Dominicalib⁹eſt anterior, & pręfertur omnibus creditoribus feudatarij, vt tenent Gloſſa, Pariſienſis *in §. 59. gloſſ. vnica, num.4.* Maſtrillo *deciſ.112.num.20.& num.* 54.vbi loquitur in hoc ſeruitio militari, & alijs eiuſdem generis, & probat non procedere in releuio, quià non eſt onus feudi, nèc ex eius natura debetur, ſêd ex more, & conſuetudine illius Regni, de quo videndus eſt Paulus Stayban. Iunior *cent.2 reſolut.Forenſ. reſolut.* 176. *num.76. & ſeqq.* vbi probat in Tribunali illius Regni ità executionem procedere fauore Fiſci cõtra quemcumque poſſeſſorem prò releuio,ſicùt prô Adhoa. Nàm eo ipſo (vt inquit *num.79.*) quòd feudum conceditur,remanet feudatarius obligatus ex lege inueſtiturę ad omnia onera, & obligationes, quę ratione feudi debentur, & Fiſcus prò eis habet tacitam hypothecam ſupêr feudo, quod etiàm probant Andræas Capanus *de Iure releuij, quæſt.5. num.3.& ſeqq.*& cum eo Cæſar Gallupus *de Concurſu creditor. part.4 cap.3. num.22.* D.Gregorius Ganauerro *deciſ.4. num.20. & ſeqq.*

14 D. Philippus Camarata *deciſ.26.* vbi latè defendit prælationem procedere prò ſeruitio militari, licèt non prò releuio (in qua deciſione fundat onus ſolutionis releuij non ad vſufructuarium, vt Franchis *deciſ.131.num.29.*& alij Doctores ab eo adducti *num.3.*dixerunt, ſed ad propietarium ſpectare)benè Nicolaus Intrigliolus *de Feudis, cent.1.quæſt.9.num.284.* vbi cum PetroGregorio *de Conceſſ.feud. part.2.quæſt.10.verſ.Limito nunc,& part.8.quæſt.4. verſ.ex quibus,* ità ait: *Subditque,quòd onus ſeruitij militaris tamquàm antiquius pignus, & magis priuilegiatum,præfertur omnibus alijs oneribus feudi,& creditor prò huiuſmodi expenſis poterit præferri omnibus alijs perſonis habentibus Ius ſupèr feudo prò quouis alio onere ipſius feudi putà dotis de Paragio, vitæ& militiæ, reſtitutionis dotis, ſubiugationum, & ſimilium,&c.* ſequitur Caſtillo *deciſ. Siciliæ 215. num.1. & ſeqq. tom.3.* D.Didacus Balmaſeda *de Collectis, quæſt.19. num.31.* vbi expreſsè loquitur in prælatione prò hoc ſeruitio *de lanças,* benè Marius Muta *tom.1. ad capit.Reg.Sic.cap.39. num.* 72.*& deciſ.24.num.7.& 8.* Peregrinus *de Iure Fiſci, lib.6. tit.4.num.43. verſ.Aùt vendit.*vbi benè diſtinguit

intèr

intèr onus ordinarium impoſitum ex lege, & authoritate Principis, & onus extraordinarium, & eum ſequitur Poſtius *de Subhaſt. inſpect.* 18. *num.* 225. *& ſeqq. part.* 1.

15 Et iuxtà hanc ſententiam dimanauit reſolutio capta pèr grauiſsimos viros, & doctiſsimos Senatores, quibus Dom. Noſter Rex negotium commiſsit in dubijs occurrentibus, ſupèr exactione facienda prò ſeruitio militari ex bonis Dominorum Titulatorum, & ſimilium de quibus egimus, & in fructibus fideicommiſſi, maioratus, ſeù feudi. Nàm præcedente matura deliberatione, & Regia conſultatione, expeditum fuit *Regium Decretum die ſecunda Aprilis anni* 1648. quò in prædictis cauſis in concurſibus creditorum, vêl alibi obuenientibus, talis forma data fuit. Quòd omnes obligationes, & hypothecę contractę ſupêr prædictis bonis, antequàm ex eis feudum, ſeû maioratus erigerentur, vèl dignitas feudalis à Principe cócederetur, prælationem haberent. At verò quòad eos, qui poſteà contraxerunt, Fiſci cauſa pręualeat, & omninò præferatur, & ſecundùm hanc determinationem obſeruatũ eſt. Quę conuenit principijs ſuprà relatis, & maximè his, quę notant Peregrinus, & Poſtius in locis proximè citatis, & nouiſsimè ità benè diſtinguit Antonius Maria Bertolus *in Additionibus ad Rodriguez de Concurſu, articul.* 5. 1. *part. num.* 53.

16 Quibus conſentaneum eſt quærere, ân prò gabella detur Fiſco eadem hypotheca, & prælatio? in qua quæſtione Marius Burgius *de Laudemio,* 1. *part. inſpect.* 9. *num.* 25. *in Addition.* cum Rolando *conſ.* 32. *num.* 1. *vol.* 1. ait bona debitoris gabellę eſſe tacitè hypothecata prò Iure gabellę, & Gironda *de Gabellis,* 4. *part.* §. 1. *num.* 7. cum Rebuffo, Tiraquello, Boſſio, & alijs tenet competere gabellarijs Ius hypothecarium aduerſùs res venditas, & poſſe gabellam exigi â poſſeſſore, emptore, vèl alio tertio poſsidente, & prò ea prælationem competere omnibus creditoribus, dicens eſſe onus ipſi rei venditę aflixum, & ſic ad quemcumque vádat, etiàm ſi ſit Eccleſia, vèl Eccleſiaſtica perſona, tranſire cum ſuo onere, vt ab ipſa re poſsit recuperari, prò quo ponderat de Iure Regio *l.* 8. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recopilat.* in illis verbis: *Sean obligados los dichos heredamientos, y coſas que fueron vendidas.* & cum eo ſentit Laſarte *de Gabellis, cap.* 7. *nu.* 59. qui nituntur authoritate Azeuedi *in l.* 10. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopilat. num.* 2. *& leg. Imperatores ff. de Publican. l.* 1. *C. In quibus cauſ. pign. vèl hypothec. l. fin. C. Sinè cenſu, vèl reliq. fundum, &c.*

17 Sèd hæc reſolutio viribus non ſubſiſtit, nàm ſi attendamus ad Ius commune, talis hypotheca, & prælatio ex ea, non poteſt procedere, gabella enim non eſt onus reale, nèc ſequitur rem, ſêd debetur ratione contractus, & ideò Text. *in dict. l. Imperatores,* & ſimiles ſuprà relati, qui loquuntur in oneribus realibus prædiorum vectigalium

non

non poſſunt ei adaptari, vt animaduertunt Gutierrez *de Gabellis, quæſt.169. num.4.* vbi probat Ius pignoris, gabellario competens in proſequutione gabellę, intelligendum eſſe non in ipſa re vendita, quę à venditore non eſt obliganda, ſêd tradenda, ſêd in reliquis bonis ipſius, adducens Laſarte *in dict. Tract.cap.18. n.54.& 55.qui in præfat.nu.29.* & poſteà *in Addit. ad eandem præfationem eodem num.* idem tenet, & Felicianus *de cenſ.lib.3.cap.5. num.10. part.2.* Rodriguez *de Concurſu credit. 1.part. art.5. num.15. in fine.*

18 Et ideò de Iure communi non competere prò gabella hypothecam, verius eſſe probant Petrus Surdus *deciſ.31.num.10.* & ibi Hodierna *in Addit. num.7.* Felicianus *de Cenſibus dict.lib.3.cap.5. num.10. verſ.Ego verò part.2.* cum quo conuenit Gaito *de Credito, cap.4.quæſito 11. num.1831. in fin.*

19 Et Azeudo *in dict.l.8. tit. 18. lib.9. Recopilat. num.10.& 11.* declarans ea, quę dixerat *in dict.leg. 10. tit.6.lib.3. Recopil. num.2.* & reſolutionem Girondę, & Laſarte, prô qua eius authoritate iuuantur, conſtituit talem diſtinctionem, quòd ſi bona debitoris pèr Iudicem vendantur in publica ſubhaſtatione prò ſatisfactione creditorum, vèl ad inſtantiam alicuius ex eis, qui executionem fecit, tùnc gabellę creditum, & gabellarius prô eo habebit prælationem reliquis creditoribus, tamquàm neceſſariũ præambulum prô ſatisfactione. Secùs verò ſi bona ſimplicitêr vendantur à debitore, & gabellarius ſe opponat prò gabella, quià tûnc ait creditores, priores tempore, præcedere debere, & idem ſequuntur Laſarte *dict.cap.7.num.59.* vbi quôd in his Iudicialibus venditionibus priûs deducẽda eſt gabellę quantitas, & ex reliqua pecunia ſatisfaciendi ſunt creditores, prò qua parte ſufficiat: Nàm patrimonij quantitas computatur, deducto eo, quod explicandarum venditionum cauſa in proxenetis, præconijs, & gabellis impenditur, *l.Quantitas, vbi Gloſſa,* & Doctores *ff.Ad leg.falcid. l.Quod priuilegium, verſ.Planè, ff.Depoſiti.* Gutierrez *de Gabellis, quæſt. 23.nu.16.& quæſt.53. nu.3.& ſeqq. & quæſt.169.num.7.* Rodriguez *de Concurſu creditor. 1.part. dict. art.5. num.17.* vbi Antonius Maria Bertolus *in Additionibus num.51.* quęrit, quid dicendum in paritate temporis, & cauſæ, ſcilicèt, in debito tabernarij prò gabella vini, & prò penſione tabernę? & cum Reuetterio *deciſ.378.* ait deciſſum ad fauorem gabellę vinarię cõtra Dominum tabernę prô penſione ipſius.

20 Et hoc caſu adeò gabellario credito fauent Doctores, vt ei prælationem concedant cuicumque alio creditori anteriori, & priuilegiato, & etiàm ipſimet Fiſco, & refert Laſarte *dict.cap.7.num.60.* controuerſiam, de qua conſultus fuit, excitatam in Taurinenſi Ciuitate intèr gabellarium membri rerum mobilium, venditarum prò executione ſolutionis alteriùs gabellę,

bellę, membri hæreditatum priùs debitę, & contractę, ex eo quòd pretium bonorum mobilium venditorum non ſufficiebat prò ſolutione vtriuſque gabellę, in qua ait pòſt longam cogitationem, perpenſis Iuris principijs, conſuluiſſe gabellarium rerum mobilium prò ſua decima, ſeù gabella eſſe preferendum in diſtributione pretij alteri gabellario. Et eum refert, & ſequitur Gutierrez *de Gabellis, quæſt.* 23. *num* 16. *& quæſt.* 53. *num.* 4. *& 5.* & ſingulariter Amaya *in l.* 1. *& 2. C. Nè Fiſcus rem, quam vendidit, euincat, lib.* 10. *num.* 15. vbi non dubius, ſicùt Laſarte, ſed firmiter idem defendit; hanc reddens rationem: *Quia vtrumque debitum ſit Fiſcale, nequè quod vna ſtatio vendit, alia debet retrahere, & prætendere aliud lucrum.*

21 Et ipſemet Azeuedo *in dict. leg.* 8. *num.* 12. licèt hypothecam concedat prò gabella; negat tamèn prælationem gabellario competere aduerſùs reliquos creditores, & eum ſequitur Felicianus *de Cenſibus dict. libr.* 3. *cap.* 5. *num.* 11. *verſic. Deniquè*, & idem defendit Maqueda *in l. priuilegia, ff. de priuileg. creditor. num.* 93. vbi prò cenſibus, & tributis Principi debitis tacitam tantùm hypothecam Fiſco indulget, non verò priuilegium prælationis, & ad hoc ponderat *l fin. §. Negotiatori, ff. Qui potiores in pign. hab.*

22 Sèd Acoſta *de priuilegijs credit. regul.* 2. *ampliatione* 7. *à num.* 11. materiam diſcutit, & reijcit diſtinctionem Azeuedi ſuprà poſitam, & ſimilitèr reſolutionem Maquedę ait ſolùm de Iure communi defendi poſſe, & declarat *dictam leg. fin. §. Negotiatori*, & fundamentis prò ſua ſententia adductis reſpondet: Abſolutè probans hodiè, attentis Regijs conſtitutionibus, in fauorem Fiſci, & gabellarij quæſtionem decidendam; nàm *in l.* 25. *tit.* 13. *part.* 5. hypotheca, ei conceditur prò omnibus tributis, & Iuribus ei debitis, *& in l.* 33. *eiuſdem tit. & partitæ* priuilegium prælationis indulgetur prò omnibus debitis, ad Cameram Regiam ſpectantibus, vt ibi latè exornat. Laſarte *de Gabellis dict. cap.* 7. *num.* 59. *& ſequentibus*, vbi benè declarat. Gironda *in eodem tractatu dict.* 4. *part. §.* 1. *num.* 3. *& ſequentibus, vbi num.* 7. ità concludit: *Ideòque gabellæ exactio præfertur omnibus creditoribus.* Gutierrez *dict. quæſt.* 23. *num.* 17. *& quæſt.* 53. *num.* 5. Rodriguez *de Concurſu creditor.* 1. *part. art.* 5. *numer.* 16. Nigro *de Laudimio, tom.* 1. *quæſt.* 38. *numer.* 16. Gabriël Pereira *deciſ.* 23. *numer.* 4. vbi reſpondet etiàm *ad dictam legem final. §. Negotiatori, ff. Qui potiores in pign. habeant.* Azeuedo *in leg.* 1. *tit.* 17. *num.* 135. *& in l.* 8. *tit.* 18. *numer.* 10. *lib.* 9. *Recopilation.* Curia Philippica *libr.* 2. *cap.* 12. *numer.* 15. *tom.* 2.

23 Cui prælationi competenti cauſę tributorum, & functionum Fiſcalium alia prærogatiua ſpecialis addenda eſt, ſcilicèt Fiſcũ

(qui alias de euictione non niſi ad ſimplum tenetur) non teneri nèc ad ſimplum, ſi eius nomine, & pèr ſuos Iudices res debitoris ob tale debitum vendatur, *leg. Si ob cauſam, C. de Euiction.* niſi expreſsè Rex iuberet, vt ità fieret inſtrumentum venditionis, vt notat Gregor. Lopez *in l. 23. tit. 18. part. 3. gloſſ. 10.* Alfaro *de Officio Fiſcalis, gloſs. 34. nu. 48. & 49.* Guzman *de Euiction. quæſt. 8. num. 20. & 21.* Hermoſilla *in Notis ad l. 32. titul. 5. partit. 5. gloſſ. 1.* Amaya *in l. 2. C. Nè Fiſcus rem, quam vendidit, lib. 10. num. 32.*

QVÆSTIO XIV.

De Hypotheca, & Priuilegio Prælationis competente Fiſco contra bona eius, qui exigit, vèl adminiſtrat vectigalia, vèl quoſcumque reditus Regios ex nominatione, ſeù deputatione publica, vèl contractu ſupèr tali adminiſtratione celebrato, & agitur de cauſa Primipilari.

Summarium Quæſtionis Decimæ quartæ.

Num. 1. Fiſcus habet hypothecam tacitam, & prælationem in bonis eius, qui exigit, vèl adminiſtrat quæcumque Iura, vèl reditus ſuos ex nominatione, vèl contractu: & hæc hypotheca extenditur etiàm ad bona futura, ſicùt extenditur generalis, & expreſſa.

2 *Concluſio prædicta comprobatur de Iure Regio.*

3 *Fiſcus præfertur in concurſu bonorum ſui adminiſtratoris, ſupèr bonis adquiſitis pòſt contractam obligationem cum Fiſco, nõ verò in anteà quæſitis affectis ſpeciali, vèl generali hypotheca.*

4 *Primipilaris cauſa, in adminiſtratione bonorum Regij patrimonij, ſpeciali nota digna eſt; nàm in ea hypotheca tacita legalis, non ſolùm procedit in bonis exercentis officium Primipili; ſed etiàm vxoris non obligatæ, & filiorum, licèt patribus hæredes non exiſtant.*

5 *Priuilegium prædictum non habet locum in bonis proprijs vxoris, quæ non ſunt dotales, vt in paraphernalibus.*

6 *Primipilus apùd Romanos erat Præfectus, ſeù Centurio decimæ Legionis, quæ erat prima, & cæteris preſtantior.*

7 Re-

7 *Referuntur Authores, qui de hoc officio latè ſermonem inſtituerunt, & ratio diſpoſitionis redditur.*

8 *Officij denominatio prædicta conuenit ſignificationi ei aſsignatæ pèr leges Partitarum.*

9 *Primipilus, attentis legibus, militaris annona dicebatur, quæ à Primipilo adminiſtrabatur, & pèr capita legionum diuidebatur, & num. 10.*

10 *Militaris annonæ cura ſummè expedit, cùm ab ea totius exercitus robur, àc nerui, & Reipublicæ ſalus dependeat, quæ eſt vera ratio priuilegij cauſæ Primipilaris, vt metu pœnæ territus officio ſuo benè fungeretur, & num. 11. & 12.*

13 *Authores, qui hanc reſolutionem, & fauorem militaris annonæ exornant, referuntur.*

14 *Vtilitas publica operatur, quòd Fiſcus, in defectum bonorum Primipili, habeat obligata bona vxoris dotalia, & ſimùl bona filiorum, etiàm ſi hæreditatem repudiauerint.*

Fiſci priuilegium in hac cauſa ampliatur, vt poſsit agere aduerſus debitores illius, qui exercuit officium antè excuſum principalem, & antè diem.

15 *Filius, licèt regularitèr videatur ſe immiſcere bonis Patris ſoluendo creditoribus hæreditarijs, & actus ſimiles faciendo, aliud procedit in hoc debito Primipilari, nàm, licèt illud ſoluat, non videtur adire, nèc ex eo poteſt conueniri ab alijs creditoribus hæreditatis.*

16 *Fiſcus ex cauſa Primipilari præfertur omnibus alijs creditoribus anterioribus.*

17 *Priuilegium cauſæ Primipilaris àn hodiè habeat locum? & cui officio conueniat?*

18 *Citantur Authores, qui ſentiunt Primipilum hodiè eſſe Theſaurarium Generalem Principis, & numero 19.*

20 *Referuntur alij, qui tenent hoc officium hodiè non eſſe in vſu, nèc prædicta in practica ſeruari.*

21 *Mercurialis Merlinus negat hoc priuilegium Fiſco contra eius Theſaurarium.*

22 *Primipilaris cauſæ priuilegium poteſt hodiè obſeruari in Principis patrimonio, militiæ deſtinato, & iàm ad bella parato, & ſic contra ſtipendiarios, ſeù Theſaurarios Exercitus, vulgò*, Pagadores, ò Probeedores, y tenedores de baſtimentos de los Exercitos.

23 *Fraudatio ſtipendiorum, & præmiorum militum tendit ad euerſionem Reipublicæ, quià milites, eis priuati, ſigna, & exercitus deſerunt.*

24 *Fiſci patrimonium ad ſuſtentationem belli deſtinatum, defendendum eſt priuilegio cauſæ Primipilaris, ordinarium verò ſecundùm ordinarias Iuris regulas iudicandum. Et num. 25.*

26 *Eadem reſolutio comprobatur.*

27 *Stipendiarij, & Theſaurarij Exercitus, ſi cauſam publicam fraudantes decoquant, & aufugiant, iuſtiſsimè harum legum diſpoſitioni ſubiacent.*

28 *Reprehenditur Eſcouar* de Ratiocinijs cap. 39. num. 10. *dùm contrarium voluit Couarr. & Barboſam ſuprà dictam ſententiam tenentes.*

1 EAdem hypotheca, & priuilegium prælationis cõpetit Fiſco contra bona eius, qui exigit, & adminiſtrat vectigalia, vèl quoſcumque reditus Regios, ſeû alia Iura ex nominatione, ſeû deputatione publica, vel contracta ſuper tali adminiſtratione celebrato, *l. Aufertur 46. §. Fiſcus, ff. de Iure Fiſci*, quę generalitèr ſtatuit: *Fiſcus ſempèr habet Ius pignoris, l. Si is qui 28. & ibi Gloſſ. verb. contraxerit, ff. Eodem, l. 2. C. de Priuileg. Fiſci dict. l. 3. C. Eodem*, vbi Baldus, & Salycetus benè declarant, *l. 2. C. In quibus cauſis pign. vel hypoth. tacitè contrahatur. l. Si quis poſthàc, §. Sed in his, C. de bonis Proſcriptorum, iuncta gloſs. verb. habuerit*, vbi idem Salycetus *num. 5.* ità ait: *Nota quod Fiſcus habet tacitam hypothecam in bonis ſui adminiſtratoris. & num. 7. ex dict. gloſſa, & ex l. 3. C. de Priuilegio Fiſci*, probat, & defendit contra aliquos contrarium tenentes, hanc hypothecam tacitam extendi ad bona futura, ſicùt extenditur hypotheca generalis, & expreſſa, *ex l. fin. C. Quæ res pign.* & latè traditis à Carleual *de Iudicijs, tom. 2. diſputat. 24. num. 1. & 2.* Boſſio *in Praxi, tit. de Fiſco, & eius priuilegijs num. 31.* Hartmano Hartmanî ab Epingen. *lib. 2. practic. Forenſ. obſeruat. tit. 26. obſeruat. 22.*

2 Et de Iure Regio probat Text. *in l. 23. tit. 13. part. 5. in fin.* ibi: *Eſſo miſmo dezimos, que debe ſer guardado de los bienes de los homes que reciben el derecho del Rey, l. 25. ſeq.* ibi: *Eſſo miſmo dezimos, que todos los bienes de aquellos, que cojen los pechos del Rey, ò que fazen algunos pleytos de arrendamientos con èl, ò de otra manera qualquier para recabdar ſus derechos, como de ſuſo diximos, le fincan obligados faſta que cumplan aquel pleyto que puſieron con èl.* Et cum Dyno *in cap. Qui prior de regulis Iuris, in 6.* & alijs Capicius *deciſ. 129.* vbi loquitur in debito Camerariorum adminiſtrantium publicam pecuniam, & ait, quôd Fiſcus præfertur alijs creditoribus anterioribus. Auendaño *de Exequend. mand. part. 1. cap. 7. num. 14. in fin.* Bobadilla *in Politic. lib. 5. cap. 6. num. 24.* vbi ità ait: *Los bienes del Recetor de penas de Camara, y de qualquier adminiſtrador, y deudor de las coſas fiſcales, y derramas publicas, aſsi los preſentes, como los futuros eſtàn hypotecados tacitamente à la ſeguridad, y paga dellas.* Rodriguez *de Concurſu creditorum, part. 1. artic. 2. numer. 7.* & Antonius Maria Bertolus *in eius Additionibus, numer. 32.* Eſcouar *de Ratiocinijs, cap 39. numer. 8.* qui ità ait: *In Fiſco autèm dubitari non poteſt, quìn tacitam hypo-*

hypothecam habeat in bonis eorum, qui pœnas Camerales, & Fiſcales recuperant, vèl quoquomòdo Regis bona adminiſtrant. Hugo Donellus *de Pignoribus, cap. 4. verſ. Quod ad Fiſcum attinet.*

3 Idem comprobat Cæſar Gallupus *de Concurſu, & prælat. credit. part. 4. cap. 3. num. 16.* ibi: *Tamèn ex ſpeciali lure ſupèr bonis illorum, qui cum ipſo contraxerunt, ex cauſis fiſcalibus alicuius adminiſtrationis, collectionis tributi, & ſimilium, habet tacitam hypothecam cum prælatione, & ſic prò quantitate ſibi debita præfertur omnibus creditoribus in concurſu.* Notat tamèn, quòd iſta prælatio competit in concurſu ſupèr bonis adquiſitis pêr debitorem pòſt contractam obligationem cum Fiſco: nàm in bonis anteà quęſitis, non erit præferendus creditori priori in tempore, habenti illa ſpecialitèr, vêl generalitêr hypothecata, quià iſte tùnc erit præferendus Fiſco, *ex l. Si is qui 28. ff. de Iur. Fiſc. & l. Si fundum, C. Qui potiores in pig. hab.* de quo ex profeſsò (Deo dãte) agendum eſt infrà.

4 Et in hac adminiſtratione bonorum Regij patrimonij, procedente ex officio alicui iniuncto, ſpeciali nota digna eſt cauſa Primipilaris; nàm in ea obligatio, & hypotheca tacita legalis non ſolùm reſultat, & procedit in bonis exercentis officium Primipili, ſêd etiàm vxoris non obligatę, & filiorum, licèt Patribus hæredes non exiſtant (contra ordinarias Iuris regulas) ex potiſsimo cauſę priuilegio, vt probant Text. *in l. Satis notum eſt 4. C. in quib. cauſ. pign. vèl hypoth. tacitè contrah. l. Vtilitas 3. & l. 4. ſeq. C. de Primipilo, lib. 12. gloſs. in verbo alienat in cap. Ex parte de conſuetudine*, vbi quòd in cauſa Primipilari bona vxoris obnoxia ſunt Fiſco, ſi omnia bona mariti exhauſta ſunt, Gloſſ. *in dict. l. Si quis poſthàc, §. fin. verb. Cæſarianis, C. de Bonis proſcriptorum.*

5 Quod tamèn non procedit in rebus propriis mulieris, quę nó ſunt dotales, vt, *ex l. 1. C. de Priuileg. Fiſci*, notat Maximilianus Fauſtus *in Conſil. prò Ærario, claſi 8. conſ. 15. num. 14. & claſi 9. conſ. 40. verſ. 6. non leue priuilegium eſt, & conſ. 41. verſ. Filij autèm*, Carleual *de Iudicijs tom. 2. diſput. 19. num. 6. & 7.* vbi ponit bonam remiſsionem. Peregrinus *de Iur. Fiſci, lib. 6. tit. 6. num. 42.* Faria *in Addit. ad Couarrub. lib. 1. cap. 16. num. 40.* vbi quòd hoc priuilegium cauſę Primipilaris ad bona paraphernalia non extenditur, quoniàm hæc penès vxorem ſempêr extant, nêc ad dominium mariti transferuntur, de quo iàm *ſuprà hoc Titulo, quæſt. 4. numer. 17.* quid de Iure Regio, & in praxi obſeruetur, diximus. Et ideô videndum eſt in quo conſiſtat officium, & quę ſit cauſa huius tàm ſpecialis priuilegij?

6 Prò quo ſciendum eſt, quòd apùd Romanos, cuiuslibet legionis militaris ſignum vexilare erat Aquila, vt tradit Plinius *lib. 10. cap. 4.* & Alexander ab Alexandro *lib. 4. dierum genialium, cap. 2.* &

cuilibet legioni, & aquilę præerat Centurio, qui Primipilus dicebatur, iſque quadringentos milites ducebat, & gubernabat, & erat caput ſuę legionis. Qui autêm erat præfectus decimę legionis, & primi ordinis, Comes dicebatur, & tãquàm caput ipſius legionis decimę merita conſequebatur, & commoda, vt ex Vegetio, & alijs authoribus docent Alciatus *in l. 1. C. de Primipilo, lib. 12.* Corraſius *lib. 5. miſcellanearum, cap. 4.* D. Couarr. *lib. 1. var. cap. 16. num. 7.* Antonius Pichardo *in §. Si quis agens 33. inſtit. de action. num. 57.* vbi verius credit Primipilum fuiſſe Ducem, & caput legionis, ſeû Tribunum militum, *vulgò, Maeſſe de Campo.* Nèc vnus tantûm Primipilus in exercitu erat, ſêd totidèm, quòt legiones erant, pèr excellentiam tamèn, quiâ decima legio erat prima, àc cæteris præſtantior, & nobilior, eius Centurio Primipil⁹ dicebatur, qui quidèm reliquis aliarũ legionũ Centurionibus honoris cauſa præferebatur, vt ex Tito Liuio *lib. 2. decade 5.* tradit D. Couarrubias *vbi ſuprà*, & Abbas *in dict. cap. Ex parte de conſuetudine num. 6. in fin. ſupèr Gloſſa, verb. alienat* huius ſpecialitatis rationem reddit, proptèr magnum periculum, quod in eis vertebatur, cùm erant primi in bello, & primi in hoſtem prodibant, & addit etiàm ex Nicolao de Matarelis hoc ideò ſtatutum, nè proptèr gemitus vxoris, & filiorum malè gererent eorum officium.

7 De quo videndi ſunt latè agentes Bartolus, Angelus, & Platea *in l. 3. C. de Primipilo, lib. 12.* Peregrinus *de Iure Fiſc. lib. 6. tit. 6. num. 43.* Petrus Gregorius *lib. 19. Syntagmat. Iur. cap. 3. num. 22.* Ælianus *de Re militari, lib. 2.* & Vegecius *in eodem Tractatu, & lib.* Ripa *in l. Priuilegia, ff. de Priuileg. credit. num 44.* Petrus Bellinus *de Re militari, tit. 11. num. 11.* Claudius Cotereus *de Iur. & priuilegijs militum, cap. 22.* Menochius *conſ. 429. num. 5. & conſ. 254. num. 11.* Capicius *deciſ. 129. à num. 13.* Mantica *de Tacitis conuent. lib. 11. tit. 18. à num. 8.* & cum alijs Auguſtinus Barboſa *in Collectan. ad dictam l. Officiales, C. de Epiſcopiſ. & Cler. num. 3.* Bertachinus *in Repertorio, verb. Primipilarius.* Camillus de Laratha *conſ. 80. num. 8.* Fontanella *de Pactis nuptial. tom. 2. clauſ. 7. gloſſ. 2. part. 3. num. 7.* Maximilianus Fauſtus *in Conſil. prò Ærario, claſi 9. conſ. 40. verſ. Sextum non leue priuilegium eſt.* Gulielmus Benedictus *in capit. Raimuntius de teſtamentis, 1. part. verbo in eodem teſtamento relinquens, el 1. num. 218.* ibi: *Præterea à amore coniugis, & filiorum ſæpè homines retrahuntur ab illa fallentia, &c.* Donatus Antonius de Marinis *allegat. 125.* vbi latè de materia.

8 Et prædicta denominatio conuenit ſignificationi tali officio aſsignatę, *pèr l. 16. tit. 9. part. 2.* ibi: *E teniendolo por honra muy ſeñalada, llamaron à los que traen las ſeñas de los Emperadores, è de los Reyes, Primipilarius, que quiere tanto dezir en Latin, como Oficial,*

que

que lleua la primera ſeñal del Gran Señor, è le llamaron Præfectus Legionis, que quiere tanto dezir, como Adelantado ſobre las Compañas de las Hueſtes, &c. Vt notat Gregor. Lopez *ibi gloſſ.* 2. & Humada *in Scholijs ad eandem Gloſſ.* quam ad id expendit Eſcouar *de Ratiocinijs, cap.* 39. *num.* 10. verſ. *Ego autèm*, vbi miratur, quòd Doctores eam non animaduertetint. Caſaneus *in Cathalogo Gloriæ Mundi, part.* 9. *conſider.* 20. Ioſeph Ramon *conſ.* 86. *num.* 12. vbi latè exornat, *quam legem, & l.* 11. *tit.* 18. *part.* 4. ad id refert Salaçar de Mendoça *en el Origen de las Dignidades de Caſtilla, lib.* 3. *c.* 19. verſ. *Hablan de èl.*

9 Si verò ad Iuriſconſultorum, & Imperatorum reſponſa, & Conſtitutiones oculos cóuertamus; Inueniemus illum Primipilum nuncupari, qui adminiſtrationem, & curam militaris annonę habebat, & eam pèr capita militũ deducebat, *vt in l. Officiales* 4. *C. de Epiſc. & Clericis*, vbi Gloſ. verb. *Primipili*, ibi: *Vèl Primipili; id eſt, primæ, & maximæ adminiſtrationis, quam gerebat. Et in l. Sèd & Milites* 8. *§. fin. ff. de Excuſat. Tutor.* iuncta Gloſſ. verb. *Exercent Primipilum*, his verbis: *Id eſt, vexillum, aliàs dicitur adminiſtrator maior.* vbi, & Gothofredus *in Pandectis, litter. T.* ità ait: *Qui fuit Primipili Centurio, primus Centurio, primus Centurionum, primi ordinis Centurio, dicitur etiàm eo nomine, is qui nondùm depoſuit Primipilum, cuius præcipuum munus fuit in exhibenda militari annona. L. Non ſolum* 10. *§. Qui Primipilum, ff. Eodem*, ibi: *Rurſus in Militares neceſsitates aſſumptus fuerit.* vbi Gothofredus *litter. D.* declarat: *Ad exhibendam annonam. L. Pater* 23. *ff. de Admend. legat.* vbi Gloſſ. verb. *Primipili*, & facit *l. Solita* 3. *& l. Ordinariorum* 7. *C. de Cohortalibus, Principibus, Cornicularijs, ac Primipilarijs, lib.* 12. & expreſsiùs *l. Speciebus, C. Eodem*, vbi Cujacius *iuncta l. Septèm, C. de Erogatione militar. annonæ*, vbi Lucas de Pena ità exorditur: *Quædam ſpecies annonarum erant perferendæ in Exercitum: quod præcipuè ſpectabat ad Officium Primipili, &c.* Et clariùs exprimitur *in l.* 6. *tit.* 4. *lib.* 8. *Codicis Theodoſiani*, dûm dicit: *Primipilaribus, qui ad paſcendos Milites ſolemnitèr ad limina deſtinantur.* Et idem Lucas de Pena *in l. Vtilitas, C. de Primipilo, lib.* 12. *num.* 6. quam legem ad id ſingularitèr ponderat Guido Pancirolus *in Notitia vtraque Dignitatum, cap.* 21. exornant Vegecius *de Re Militar. lib.* 2. *cap.* 8. Alexand. ab Alexand. *lib.* 1. *Dierum Genial. cap.* 5. vbi & Tiraquellus, Alciatus *in Rubric. C. de Primipilo, lib.* 12. Corraſius *lib.* 5. *Miſcelan. cap.* 4. Anton. Auguſtinus *lib.* 5. *Singular. ad Modeſtinum, tit. de Excuſat. Tutor. cap.* 8.

10 Et D. Couarrubias *dict. cap.* 16. *num.* 7. ſic concluſionem, & eius veram rationem exponit: *Quod ab origine præmiſſa deductum fuiſſe, ex eo apparet, quòd cùm in Legione primus eſſet Primipilus, totiuſque legionis commoda conſequeretur, militarem quoquè annonam pèr capita militum diui-*

diuidebat; indè igitur factũ eſt, vt militaris annona Primipilus dicta fuerit. Quod cùm comprobaſſet, & ex Vegecio *dict. cap.* 8. dixiſſet, ab antiquis diuinitùs inſtitutum eſſe, vt ex donatiuo, quod Milites conſequebantur, dimidia pars ſequeſtraretur apùd ſigna, & ibidèm ipſis Militibus ſeruaretur; deindè proſequitur: *Ex quibus ſatis eſt veroſimile annonam militarem Primipilum dici, eamque ab ipſo Primipilo, id eſt, primo Legionis Centurione, qui toti Legioni præerat, adminiſtrari. Nèc mirùm videri debet, ob eam adminiſtrationem bona dotalia obligare hoc ordine, vt tùnc ad dotales res periculum perueniat, cùm vniuerſis viri facultatibus exactis nihil reſiduum inueniretur, dict. l. Satis, ſiquidèm è Militari annona, totius Exercitus robur, àc nerui, necnòn Reipublicæ ſalus dependeat, &c.* quem ſequitur Eſcouar *de Ratiocinijs dict. cap.* 39. *num.* 10. ibi: *Quapropter mirandum non erit, quòd ob ſimilem adminiſtrationem bona etiàm dotalia vxoris tacitè obligata manerent hoc ordine, vt tùnc bona dotalia excuti deberent, cùm vniuerſis viri facultatibus excuſis, nihil reſiduũ remaneret, & ità eſt intelligẽdus text. in dict. l. Satis notum: Et ratio, qua motus fuit Imperator Iuſtinianus, ea fuit, nempè, quià deficiente huiuſmodi annona militari, totius exercitus robur, àc neruus deficiebat, & ſic totius reimilitaris, & Reipublicæ ſalus periclitabatur. Vndè nè in re tanti momenti huiuſmodi Primipilus doloſus, vel negligens eſſet, non ſolùm eius bona, verùm, & dotalia vxoris prò reliquis ex hac adminiſtratione reſultantibus (particulari priuilegio) huic cauſæ primipilari affecta fuerè, & fuit vnum ex peculiaribus priuilegijs in fauorem militaris annonæ conceſsis In l. 1. & vlt. C. de Primipilo, & hanc veram eſſe huius Officij, & adminiſtrationis cognitionem tradit Couarr. ubi as dict. cap.* 16. *num.* 7. *verſ. Hæc ſanè.*

11 Conuenit etiàm Garcias Toletanus *in Lucerna rubric. dict. tit. de Primipilo, num.* 5. vbi ſuprà dicta declarat his verbis: *A veteribus quoquè illud conſtitutum legimus, vt ex donatiuo, quod milites conſequebantur in bello, dimidia pars apùd Vexilla, & ſigna ſequeſtraretur, ipſiſque Militibus ſeruaretur. Quo interìm annona publica ſuſtentati, eorum Caſtrenſe peculium locupletius fieret, ſcienteſque fortunarum ſuarum partem apùd ſigna depoſitam eſſe, de deſerendo Militiam non facile cogitarent, vt tradunt Corraſ. & Couarr. vbi ſupr. Itaquè iſtius donatiui, dimidia pars ad curam, & adminiſtrationem Primipili Centurionis pertinebat, ſimùl atque ſtipendiorum ſolutio, & annonæ militaris diſtributio interˋ Milites ſuæ cuiuſque Legionis, quorum omnium Primipilus ipſe rationẽ Fiſco reddere tenebatur, ex qua, ſi debitor ſupererat, voluit lex Ius ſpeciale conſtitui in cauſa Primipilari; In hoc quòd Primipili vxoris bona etiàm dotalia prò tali adminiſtratione hypothecæ ſubiecta ſint. L. 3. infrà eodem, necnòn filiorum facultates, tametſi hæredes Patris non ſint, l fin. infrà eodem. Et hæc eſt vera huius admi-*

adminiſtrationis cognitio, &c. Et in eadem ſententia fuit Alciatus non ſolùm *in loco ſupràdicto*, ſèd expreſſiùs *in Tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 41.* vbi conciſſe ità ait: *Vndè dic, quòd penès Primipilares collocabantur ſtipendia, & annona militum, quam indè ipſi illis diuidebant: Vndè niſi in tempore ſatisfeciſſent, vertebatur magnum periculum famis, & penuriæ in exercitu, & propterea fuit inductum, vt etiàm vxor, & filij prò tali debito tenerentur.*

12 Sequuntur Mantica *de Tacitis conuent. lib. 11. tit. 18. num. 11. & tit. 26. num. 8.* Petrus Barboſa *in l. 1. part. 7. num. 3. ff. Solut. Matrim.* vbi benè more ſuo comprobat, & exornat, ſic concludens: *Cùm apùd Primipilum collocarentur non ſolùm ſtipendia, ſed & annona militum, magnum periculum totius exercitus vertebatur, ſi Primipilus illa non benè diſtribueret: Et ideò vt metu pœnæ territus officio ſuo benè fungeretur, conſtitutum fuit, vt prò mala adminiſtratione dos vxoris, & bona filiorum eſſent obligata.* Guido Pançirolus *dict. cap. 21.* ibi: *Cùm verò omnium grauiſsima eſſet hæc cauſa; ſtatutum eſt, vt etiàm dotes coniugum Primipilorum prò ea in ſubſidiũ ſint obnoxiæ, cauſa enim publica priuatæ præfertur.* Hugo Donellus *de Pignoribus, cap. 4. circà fin. verſ. In Fiſci priuilegio,* hanc reddens rationem: *eſt enim Primipilus, qui militari annonæ curãdæ præpoſitus eſt, cuius cura, & adminiſtratio omnibus rebus potior, & antiquior eſſe debet: vtpotè cuius neglectus, aùt interuerſio, vel minima, maximas interdùm in militibus corporum, & animorum remiſsiones facit,* quod latiſsimè comprobat, & exornat Donatus Antonius de Marinis *dict. allegat. 125. à num. 23. per plures ſeqq. vſquè ad 64.* pôſt hæc ſcripta viſus.

13 Quam reſolutionem, & fauorem militaris annonę (cuius appellatione quę contineantur, exprimitur *in l. 1. C. de Erogat. militar. annonæ, lib. 12.* vbi Doctores, & Ponte *in loco ſtatim citando num. 30.* & Guido Pançirolus *dict. cap. 21. verſ. Species verò*) ob quem hic rigor & ſpecialiſsimum priuilegium â Iure inductum eſt, notant, & latè exornant Capicius *deciſ. 129. num. 13. & 14.* Iacobus Menochius *de Præſumpt. lib. 2. præſumpt. 72. nu. 25. & 26.* Peregrinus *de Iur. Fiſci, lib. 6. tit. 6. num. 42.* Gregor. Lopez *in leg. 25. tit. 13. part. 5. gloſs. 7.* Floreś de Mena *lib. 1. var. quæſt. 6. art. 3. nu. 17.* Maſtrillo *de Magiſtrat. lib. 5. cap. 9. num. 9.* Ponte *de Poteſt. Proreg. tit. de Regalib. impoſit. §. 8. num. 5.* Cardoſo *in Prax. Iudicum, verb. Maritus, num. 11.* Carleual *de Iudicijs, tom. 2. diſputat. 19. num. 6.* Gaito *de Credito, cap. 4. quæſito 11. num. 1898.* Merenda *lib. 6. Controu. Iuris, cap. 39. num. 5.* Mercurialis Merlinus *de Pignorib. lib. 3. tit. 3. quæſt. 94. num. 1. vſquè ad 11.* Faria *in Addit. ad Couarr. dict. cap. 16. num. 39.* Fabius Capicius Galeota *reſponſo Fiſcali 6. num. 63.* Camillus de Laratha *dict. conſ. 80. n. 8. & ſeqq.* Ioannes Dominicus Taſſonus *ad Pragmat. de antefato, verſ. 3. obſerv. 3. num. 352.* ibi: *In quo adeſt*

l. 3.

l.3. diſponens vt prò debito Primipili prælatio detur, etiàm reſpectu dotis quià vtilitas publica eſt præferenda priuatis, &c. Rodriguez *de Concurſu, & priuileg. creditorum, part.1. art. 2. num. 4.* vbi adducit Meiter *in Tract. de Pignoribus, & hypothecis, lib.2. de Priuilegijs creditor. tit.3. de priuilegio fiſci, num.6. & 7.* Antonius Maria Bertolus *in Addition. ad dictũ art.2.1. part.num.15.* Pater Gabriël Vazquez *in Opuſculis, tit. de Pignoribus, §.2. num.62.* D.D. Ioannes de Solorçano *de Iure Indiar. tom.2. lib. 5. cap. vnic. num.129.* vbi ſe remittit ad aliquos DD. *& in Politica Indiana, lib.6. cap.15. circà fin. verſ.1. ſi el Fiſco, fol.1026.* vbi facit mentionem tractatus, quem de hoc argumento dicit nouiſsimè edidiſſe D. Franciſcum Samaniego, Regium Fiſcalem in Audientia Argentina, quem non potui ad manus habere. Fontanella *de Pactis nupt. clauſ.7. gloſſ. 2. part.3. num.10.* Paulus Staibanus *cent.2. reſolut. Forenſ. reſolut.194. à num.4.*

14 Reſtat ergò, quôd in hac cauſa publica vtilitas operatur, quòd Fiſcus habeat obligata, in defectum bonorum exercentis tale officium, bona vxoris, licèt non conſenſerit, nêc in obligatione interuenerit, & ſimùl bona filiorum quamuis non ſint hæredes Patris, & eius hæreditatem repudiauerint, vt conſtat in Iuribus relatis, & in filijs ſpecialitèr tenent Bart. & Lucas de Pen. *in dict. l.3. C. de Primipilo.* Afflictis *in cap.1. de fratribus de nouo benef. inueſt. num.26.* Capicius *dict. deciſ.129. num.17.* Mantica *de Tacitis dict. lib.15. tit.18. num.9.* Fontanella *dict. clauſ.7. gloſſ.2. part. 3. num.7.* Ramon *dict. conſ.86. nu.8.* Reſtaurus Caſtaldus *de Imperatore, quæſt.110. priuileg.257.* Ioannes Franciſcus de Ponte *de Poteſt. Proreg. tit.4. de Regalibus impoſit. in §.8. num.4.* Capiblancus *de Varonibus in ſingularibus, qui ſunt poſt tom.1. ſingulari 62. num.113.* Barboſa *in dict. l.1. Solut. matrim.7. part. num.1.* vbi etiàm ampliat Fiſci priuilegium in hac cauſa Primipilari, vt poſsit indiſtinctê agere aduerſùs debitores illius, qui exercuit officium, antè excuſum principalem debitorem, cûm aliàs non poſsit: & vt poſsit antè diem exigere tales debitores, vt ibi explicat.

15 Idem comprobat. Gracianus *diſcept. Forenſ. tom.4. diſcept.733. num. 2. & 3.* vbi quôd hoc adeô procedit, vt licèt filius videatur adire Patris hæreditatem, vêl eius bonis ſe immiſcère, ſoluendo creditoribus hæreditarijs, vêl ſolutiones recipiendo, vèl in habitando domum Paternam cum ſimilibus actibus, de quibus *in l.1. C. de Repud. hæred. l. Gerit, ff. de Adquir. hæred.* nihilominùs aliud eſt in hoc debito Primipilari, nàm licèt illud ſoluat, vèl ad hunc effectum tales actus fecerit, adire non videbitur, neque tenebitur creditoribus, cûm enim filius teneatur, quamuîs non ſit hęres, dicitur actus, qui citrà Ius, & nomẽ hętedis poteſt fieri, *l. Quod hærede, §. Papinianus, ff. de Adquir. hæred.* & notat Platea *vbi ſuprà*, quod

quod ſequuntur, & comprobant Gothofredus *in dict. l. fin. C. de Primipilo, litt. K.* Petrus Gregor. *in Præludio optimi Iureconſulti, lib. 5. cap. 9. num. 2.* D. D. Laurentius Ramirez de Prado, eruditiſsimus Supremi Conſilij Senator *in Theſera legum, pag. 2. fol. 22.* Antonius Perez *ad dictum tit. C. de Primipilo, num. 5.* & nouiſsimè Ioannes Hieronimus de Iranço *in Tractat. de Proteſtatione, conſiderat. 89. num. 24.*

16 Et in hoc caſu fiſcus, non ſolùm habet prædictum priuilegium, & præfertur vxori Primipili, ſèd etiàm omnibus alijs creditoribus anterioribus, *l. 1. C. de Priuileg. Fiſc.* Peregrinus *dict. lib. 6. tit. 6. num. 43. in fin. & tit. 7. num. 11.* Maſtrillo *de Magiſtr. lib. 5. cap. 9. num. 91.* Barboſa *vbi ſuprà num. 1.* Mantica *dict. tit. 18. num. 8. & ſeqq. & tit. 26. nu. 8.* Fontanella *vbi ſuprà num. 7.* Paulus Staibanus *dict. reſolut. 194. num. 18.* Merlinus *de Pignoribus, lib. 3. tit. 3. quæſt. 94. num. 4. & 5.* Ponte *de Poteſt. Proregis, tit. 4. de Regalibus impoſit. §. 8. nu. 8.* Gaito *de Credito dict. cap. 4. quæſito 11. num. 1908.*

17 Et cùm hoc Fiſci priuilegium tàm ſpeciale, & exorbitans à Iure ſit, operę pretium erit inueſtigare, àn hodiè habeat locum, & cui officio conueniat?

18 Et quidèm Angelus *in l. 1. C. de Priuilegio Fiſci*, ità ait: *Et eſt Primipilarius officium maius Principis; & credo quòd intelligitur de Generali Theſaurario Principis, in cuius burſa omnes introitus Principis ſunt, ff. de Excuſat. tutor, l. Sèd àn milites, §. fin. in curia appellatur Primipilarius Camerarius Domini Noſtri Papæ.* & cum eo idem tenet Reſtaurus Caſtaldus *de Imperatore, quæſt. 110. priuileg. 257.* Alex. *in l. à Diuo Pio, § in vendit. colum. 10. ff. de Re Iudic. in Addit. incipi. in quantum gloſs. dicit,* vbi ponit Primipilarem prò adminiſtratore rerum Principis. Martinus Laudenſis *de Fiſco nota 214.* Franciſcus de Parma *de Priuileg. Fiſci, priuileg. 18.* Haitmanus Hartmani ad Epingen *lib. 2. practic. forenſ. obſeruat. tit. 26. obſeru. 19.* Rebuffus *in Tract. de Fiſco, & bonorum confiſcat. num. 214.* Antonius Capicius *deciſ. 129. à num. 15.* vbi plures gloſſ. & authoritates adducit; in quibus nominatur Adminiſtrator maior, quas notauimus *ſuprà n. 9.* & firmat eſſe Theſaurarium Primipilum, licèt in illa cauſa referat votatum contra Reginam, quę pretendebat gaudere priuilegijs Fiſcalibus contra pupilum, Primipili hæredem.

19 Afflictis *in Conſtitut. Regni patres prò filijs, num. 8.* vbi nominatìm tradit Theſaurarium Generalem Regis eſſe Primipilum, & cum eo, & alijs Ioannes Franciſcus de Ponte *de poteſt. Proregis, dict. tit. 4. de Regalibus impoſit. dict. §. 8. nu. 2. & ſeqq.* vbi Ioannes Baptiſta Thoro *in Addition. ad num. 1.* latè agit de origine, & qualitate huius officij Theſaurarij Regij. Ioannes Dominicus Taſſonus *ad pragmat. de antefato, verſ. 3. obſeru. 3. num. 351. & ſeqq.* vbi latè agit de hoc Officio Regij Theſaurarij, & aliquibus

quæſ-

quæſtionibus ad illud ſpectantibus. Fabius Capicius Galeota *reſponſo Fiſcali 6.num.64.* ibi: *Et quamuis ſciam variè à Doctoribus explicatum munus Primipili, attamèn intelligendum eſſe prò debito Theſaurarij, & Camerariorum adminiſtrantium publicam pecuniam, deſtinatam prò Regni tuitione, & publicis neceſsitatibus, vt Primipilarij dicantur primi Adminiſtratores Regiæ pecuniæ, &c.* Gracianus *tom.4. diſcept. forenſ. cap. 733.num.6.* ibi: *Hodiè autèm Primipili dicuntur, qui habent officium Theſaurarij, & pecunias Principis colligunt, &c.* & plures refert Maſtrillus *de Magiſtr. lib.5.cap.9.num.89.* Hartmanus *lib.2. pract. obſeruat. tit.27. obſeru.19.*

20 Verùm Paulus de Caſtro *in l.1. C. de priuileg. Fiſci*, ait hodiè tale officium non eſſe in vſu, quem refert Peregrinus *dict. tit.6.num.43. in fin.* & ex eo quòd ſit difficillimum aſſignare quid ſit, & dicatur officium Primipili, dicunt Doctores prædicta hodiê non procedere, vt in Regno Neapolitano teſtatur Regens Ponte *dict.§.8.num.18.* his verbis: *Sèd quæ dicta ſunt de theſaurario, vxore, eiuſque hæredibus in practica non ſeruantur.* & de Regno Luſitanię, quòd nèc etiàm hæc obſeruentur, docet Alfaro *de Officio Fiſcalis, gloſſ.16.num.94.* & de Regno Sicilię refert D. Garcias Maſtrillus *de Magiſtrat. dict. lib.5. cap.9. nu.91.* ibi: *Attamèn in Regno non ſeruantur, vt vidi pluriès practicatum, & determinatum pèr doctiſsimos Viros in eodem Tribunali degentes.* Fontanel. *dict. clauſ.7. gloſſ.2. part.3.num.8.* ibi: *Sèd hoc vix alicubi obſeruatur propter ſuam aſperitatem.* & relatis authoritatibus ſupradictis, concludit: *Nèc nos, qui circà annos viginti quatuor cauſas in noſtra Cathalonia ducimus, tale quid, vèl vidimus, vèl audiuimus practicatum.* Barboſa *in dict. l.1. p.7. num.4* qui indeciſus manet in illis verbis: *Cæterùm cùm Primipilus olìm haberet penès ſe ſtipendia, & præmia militum, quæ illis diſtribuebat, & hæc hodiè non fiant pèr prædictos officiales, amplùs deliberandum eſt.* Capiblancus *de Varonibus in ſingularibus dict. ſingul.62. num.113.* Fontanella *vbi ſuprà num.11. & 12.* qui Barboſam refer, & ſequitur. D. Ioſeph Ramon *dict. conſ.86. num.10.* nouiſsimè Ioannes Franciſc. Marcianus *in diſputat. forenſ. diſput.47. num.49. & 50. tom.1.* Gaito *de Credito dict. quæſito 11. num.1909.*

21 Mercurialis Merlinus *de pignoribus, lib.3. tit.3. quæſt.94.* cùm poſſuiſſet, & comprobaſſet hoc ſpecialiſsimum priuilegium cauſę Primipilari â Iure conceſſum, *à num. 11.* diſputat, àn illud hodiê habeat Camera Principis contra eius Theſaurarium, & generalem publicarum pecuniarum adminiſtratorem? & poſitis rationibus, quibus pars negatiua innititur, *à num. 15.* refert fundamenta, quę faciunt prò parte afirmatiua, & tandèm *num.23.* concludit: *Hæc ſecunda opinio, licèt multùm ſit probabilis, non eſſet tamèn de facili in iudicando ſequenda, niſi vſu comprobata apparèret, quià prima opinio maxima nititur*

æqui-

æquitate, & magis communis eſt. Et ea ratione in *dict. deciſ.* 129. Capicij contra Fiſcum, & Dominam Reginam, & in fauorem particularium creditorũ deciſum fuit, quià differunt valdè hæc officia, vt latè comprobat Camillus de Laratha *dict. conſ.* 80. *à num.* 8. *per totum.* Fontanella *vbi ſuprà num.* 14. Ramon *dict. conſ.* 86. *à numer.* 11. vbi benè exornat, & conuenit cum Fontanella. Donatus Antonius de Marinis *dict. allegat.* 125. *à num.* 72. *vſquè ad num.* 104. vbi lato, & eleganti calamo exponit differentiam, quę verſatur intèr officium Primipili, & Theſaurarij Regij.

22 Sèd in hac controuerſia (ſi quale quale meum Iudicium interponere liceat) non videbitur à recta, & prædictorum Iurium congruente ratione deuiare qui patrimonium Fiſci militię deſtinatum, & iàm ad id paratum, ab alio Fiſci patrimonio diſtinguat, vt militare patrimoniũ iudicari debeat ſupèr omnem legem, & eius cauſa ſempèr precipua ſit, cui conueniat deciſio *dict. leg. Satis notum, C. in quibus cauſis pign. tac. contr. l. Vtilitas, l. fin. C. de Primipilo, lib.* 12. ità vt habeat locum in ſtipendiarijs, ſeũ Theſaurarijs exercitus, vulgò, *Pagadores, ò proueedores, y tenedores de baſtimentos de los Exercitos*: Nàm cùm rationes, quibus Iura, & Doctores mouentur, vt tale, & tàm ſpeciale contra communes regulas priuilegium concederent; ſint eæ potiſsimę, ſcilicèt, maximum periculum, quod ex eius mala adminiſtratione Imperio imminebat, & damnum, ſeù exitium, quod poterat ſequi ſtatui publico, videtur hoc aptè accomodari tali officiali, cui cura annonę militaris, & ſtipẽdium, ſeũ ſuſtentatio militum cõmiſſę ſunt, quod probatur ex propria ſignificatione exercitij, ob quod conceſſum fuit priuilegiũ, vt prætèr dicta benè declarat Franciſcus Hothomanus *de Verbis Iuris, verb. Primipilus*, his verbis: *Primipilus poſteà, & Primipilum in libris noſtris vſurpari cœpit prò adminiſtratione militaris annonæ, quæ Primipili Centurionibus mandabatur, vt eam annonam ſuis militibus præbèrent: eos que benè curatos Reipublicæ, cũ vſus foret, præſtarent, l.* 3. *l.* 7. *& l.* 8. *C. de Cohortalib. Princip. qua de cauſa tàm multa ſingularia, & præter Iuris ordinarij rationem in Primipilari cauſa paſsim conſtituta legimus, vt leg.* 3. *& l.* 4. *C. de Primipi. leg.* 4. *C. In quibus cauſis pignus.* & expreſsè D. Couarrub. *dict. cap.* 16. *numer.* 7. cuius verba retulimus *ſuprà numer.* 10. vbi cùm probaſſet talem adminiſtrationem eſſe propriam, & genuinam officij, ità noſtram diſtinctionem præſenſit: *Hæc ſanè vera eſt huius officij, & adminiſtrationis cognitio, quæ Accuſium, Bart. in d. tit. de Primipilo, & Panormit. in dict. cap. Ex parte, omninò latuit. Nèc deciſio d. l. Satis, eſt deducenda ad ea, quæ fiſco prætèr cauſam Primipili debentur.* & cum eo, Duareno, Corraſio, & Alciato ità exemplificat Antonius Pichardo *in §. Si quis agens* 33. *inſtitut. de actio. n.* 57. his verbis:

Et ſic Primipilus dicebatur, qui Primipilum, id eſt, militarem annonam exercebat, vulgò, Proueedor, y pagador del Exercito, y gente de guerra. Scipio Gentilis *de Donationibus intèr vir. & vxor. lib. 3. cap. 31. verſic. ex his apparet.*

23 Idem comprobat Petrus Barboſa *in dict. l. 1. part. 7. num. 3.* vbi tenet cum Luca de Penna *in l. Vtilitas ad fin. C. de Primipilo, lib. 12.* Primipilum eſſe officium adminiſtrationis pecuniæ, quiâ Primipilus tamquâm caput legionis apùd ſigna conſeruabat dimidiũ ſtipendij militum, & etiâm eorum cómoda; & proſequitur: *Quod ſi ea non redderet militibus, vèl non diſtribuebat, vt debuit, vèl etiàm aufugit non redditis prædictis, tùnc, & dos mulieris prò huiuſmodi debito tenebatur, & c.* & paulò inferiùs: *Iuxtà prædicta igitùr dicendum eſt. Ideò dotem vxoris, & bona filiorum obligari prò debitis Primipili, quià fraudatio ſtipendiorum, & præmiorum militum videtur tendere ad euerſionem Reipublicæ, nàm milites, priuati ſuis ſtipendijs, ſigna, & exercitum deſerunt, quo vtiquè Reſpublica permanet, & defenditur, & conſeruatur,* & citat Corraſ. Bolognet. & Alciatum. Ioan. Franciſc. Marcian. *lib. 1. diſput foren. dict. diſput. 47. num. 48. & 49.* D. Hieronymus Altamir. *in Rubr. C. de Filijs officialium, cap. 2. num. 23. & cap. 3. num. 8. & ſeqq.* vbi eandem rationem ponderat.

24 Quibus rationibus ineſt differẽtia prædicta patrimoniorũ, & eorum curam habentiũ, vt benè in puncto obſeruat, ſic Barboſam percipiens, D. Gregor. de Ganauer. doctus Regię Camerę Neapolitanę Conſiliarius *conſ. 2.* nàm cum eo ſic ſentit *num. 46. Vbi admirabili eruditione demoſtrat, bona fiſci, ad ſuſtentationem belli deſtinata, defendenda eſſe illorum Iurium authoritate cõtra priuilegiũ dotis; adeò, vt non ſolùm dos cædat Primipilo, ſed ſit illi tacitè hypothecata in ſubſidiũ, & etiàm, vt eius debitum exigatur à filio non hærede Primipili debitoris, & ſic contra omnes Iuris regulas.* Conſtituit enim Barboſa ingentem differentiam intèr patrimonium fiſci militię deſtinatum, & patrimonium fiſci deſtinatum ad alia, & ait militare patrimonium iudicari ſupèr omnem legẽ, *d. l. Satìs notum, & d. l. Vtilitas,* Patrimonium verò ordinarium Fiſci iudicari ſecundùm Iuris ordinarias regulas.

25 Quam diſtinctionem, & ſeparationem patrimoniorũ Principis, & officiorum ad illa ſpectantium mirificê confirmat Ramon *dict. conſ. 86. num. 14. & 15.* his verbis: *Quarè cùm diuerſum ſit officium Primipili à Theſaurario, vèl Receptore pecuniarum Principis, de vno ad aliud non benè infertur, maximè cùm adſit diuerſa ratio. Nàm quæ mouit, vt proptèr Primipilare debitum, nedùm contra ipſum Primipilum, ſed & contra vxoris, & filiorum bona procederetur, illa potiſsimè conſideratur, quià optima, legaliſque Primipili adminiſtratio totius Reipublicæ ſalutem, emolumentumque primariò intuebatur, àc pecuniæ, & annonæ militaris diſſipatio in pernitiem*

totius

totius Prouintiæ tendebat, quippè milites, ſuis ſtipendijs orbi, ſigna, & exercitum deſerebant, in quibus Populi ſalus conſiſtit, ideò, vt nè in ſe ipſo ſolùm, verũ & in vxore, & filijs magìs ipſe torqueretur, & tàm ingenti pœna perterritus rectè officio ſuo fungeretur: contra Iuris regulas, & omnem Iuſtitiæ, & æquitatis rationem ſancitum fuit, vxoris dotem, bonaque filiorum Primipili prò ipſius debito remanere obnoxia. Et hoc cõprobato aliquib⁹ ex authoritatibus relatis, & ſpecialitèr cõmendato Panormit. *in dict. cap. Ex parte de conſuetud. ſuprà poſito num. 6.* in illis verbis: *Nè propter gemitus vxoris, & filiorum malè gererent eorum officium*: proſequitur: *Quarè cùm hæc ratio ceſſet in Rationalibus Principis, Theſaurarijs, Receptoribuſque redituũ, & emolumentorum Regij patrimonij, quorum officiũ priuatam Principis vtilitatem, non publicam, reſpicit, ex l. vnic. C. de Caduc. tollen. eoſdem Primipilaris dignitatis rigor, & odioſa, ac dura ſanctio minimè comprehendit, &c.*

26 Et hanc ſententiam, licèt non ità comprobatam, ſequuntur Antonius Merenda *lib. 6. cõtrou. Iur. cap. 39. in fin.* & eum referens Merlinus *de Pign. dict. q. 94 n. 28.* ibi: *Secunda opinio videtur recipienda cõtra Theſaurarios Belliquos, nos vocamus Collaterales, & Cõmiſſarios exercitus, &c.* D. Franciſc. de Alfaro *de Officio Fiſcal. gloſſ. 16. priuileg. 21. nu. 95.* vbi relato prædicto priuilegio debito Primipili publicę vtilitatis, & militię cauſa cõceſſo, ità ait: *Quod non difficile eſſet extendere ad rei dominicæ Adminiſtratores, apùd nos vulgò, Oficiales Reales, cùm quãlibet publicã pecuniam, quolibet modo ad Regem pertinentem, recipiant, & cuſtodiant; ſed id numquàm vidi ſeruari, & ſinè dubio ad eos, quos dicimus Probeedores del Exercito.* & deindè *num. 97.* agens de cõpetentia dotis, & fiſci, idem ex magno Salmaticenſi Præceptore confirmat, ibi: *Exiſtimo igitùr Pronùnc in hac controuerſia Fiſcũ doti, vèl ecõuersò præferri, cùm id Iure cautum ſit, vt in Primipilo vidimus, aliàs autèm nullam debere in eis differentiam conſtitui, quod & ſentit olim meus Præceptor D. Ioannes de Aualos in l. Aſsiduis, C. Qui potiores, repetens in Salmaticenſi Academia, qui & priuilegia Primipili hodiè intelligi poſſe in his, qui dicuntur Probeedores, vèl Pagadores del Exercito.* D. Didacus Ibañez de Faria *in Addit. ad d. cap. 16. Couar. n. 42.* vbi ſequens Merlin. *vbi ſuprà*, ità ait: *Sèd dubitatur, nùm deciſio d. l. Satìs, hodiè locum obtineat in Regijs Theſaurarijs, de quo diſputat Merlin. dict. q. 94. à n. 11. & cum communi negatiuè reſoluit, quod limitat in eis, qui adminiſtrant pecuniam, vèl annonam Exercitus, victui deſtinatam, vulgò, Pagadores, y tenedores de baſtimentos. Nàm in his dictæ leg. Satìs conſtitutionem admittendam docet.* & idem probat Siguença *de Clauſulis inſtrum. lib. 2. cap. 11. num. 137.* Curia Philippica *lib. 2. cap. 12. num. 28. tom. 2.*

27 Vndê in noſtra materia notabilitèr infertur, quòd ſi iſti ſtipendia, & prouiſiones non erogauerint, & promptas habuerint,

vèl recepto prò ſe ſtipendio, deſeruerint, aût aufugerint foro cedentes, & milites, exercitum, & cauſam publicam fraudantes, & tali periculò exponentes, iuſtiſsimè Fiſcus præferetur, non ſolûm in eius bonis, ſed vxoris, & filiorum, vt ſpecialiter in eis loquutus fuit Lucas de Penna *in dict. l. Vtilitas, C. de Primipilo, lib.* 12. *n.* 6. vbi illa verba Tex. *& ideòſi conſtiterit Fiſco ſatisfactum eſſe ob cauſam Primipili*, ità exponit: *Id eſt adminiſtrationem: Fortè enim Primipilarius recipiebat à Fiſco ſtipendia prò ſe, & militibus, ſubſe, vèl vexillo, aùt pilo ſuo conſiſtentibus, quæ non erogauit, vèl recepto prò ſe ſtipendio militiam deſeruit, & aufugit, quarè tenetur etiàm vxor, vt hìc, & filij, licèt non ſint hæredes, vt infrà l. proxima.* & eum refert, & ſequitur Capicius *dict. deciſ.* 129. *n.* 17. & Barboſ. *in dict. l.* 1. *part.* 7. *nu.* 7. *ff. Solut. Matr.* cuius verba poſſuimus *ſuprà n.* 23.

28 Nèc contra prędicta attendi debet Eſcouar *dict. cap.* 39. *nu.* 10. dùm dicit lapſos fuiſſe eos, qui tenent Primipili officium adminiſtrationem pecuniæ ſtipendij militum continere, & *dict. l. Satìs* eſſe extendendam ad dotes vxorum, & bona filiorum. Nàm, præterquàm quòd in declaratione huius termini, quam fecit, non manet ſinè reprehenſione, vt eſt videre apûd Maſtrillum *dict. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 90. & Fontanellam *dict. claus.* 7. *gloſſ.* 2. *par.* 3. *num.* 7. ad id mouetur *ex dict. l.* 16. *tit.* 9. *part.* 2. quę ſolùm exemplificat officium in ſignifero; ſed non inde ſequitur, quòd impugnet, nèc corrigat alia exercitia, & qualitates officij in ipſis Iuribus, & tot grauiſsimorum Authorum explicationibus, & authoritatibus contentas, vt in puncto reſpondet Capicius *dict. deciſ.* 129. *num.* 18. ad Lucam de Penna, & Panormita. eandem ſignificationem, quam lex partitę, attribuentes huic officio, his verbis: *Lucas ponit originem officij, & non negat quìn loco illius antiqui, hodiè ſit Adminiſtrator Generalis.* & poſita etiàm declaratione Abbatis *in d. cap. Ex parte*, quòd Primipilarij erant illi, qui deferebàt in bello prima pila, id eſt, tella, ait: *Tamè non negat Abbas, quìn ad inſtàr illorũ, hodiè ſumantur Adminiſtratores primi pecuniarum Fiſcalium.* & meliùs carpitur Eſcouar à Gaito *de Credito dict. cap.* 4. *quæſito* 11. *num.* 1904. his verbis: *Et quidquid præſupponat Eſcouar vbi ſupr. verſ. Ego autèm, dicens eruditiſsimos Couarr. & Barboſ. locis citatis, non decerpſiſſe veritatem huius articuli ex legibus partitis, poſtquàm ſi hodiè Primipilus eſſet Aſerius maior ille, qui antiquitus erat, nulla bona ratio aſsignari poterit, quarè prò debito Primipili vxor, & filij tenerentur, niſi eidem dignitati adiuncta fuiſſet adminiſtratio annonæ militaris, ad hoc, vt ſi Primipilus fraudaſſet ſtipendia militaria, militũque præmia nõ exoluiſſet, in quo conſiſtit Reipublicæ euerſio, cùm milites ſtipendijs, & præmijs priuati, ſigna, & exercitum deſerunt, quo tota Reſpublica defenditur, &c.* Quibus abſoluitur hæc quæſtio, & comprobata manet hæc ſpecialis Primipilaris cauſę prærogatiua.

QVÆS-

QVÆSTIO XV.

In qua agitur de hypotheca inducta in fauorem Fiſci ex ſuis contractibus, & latè expenditur, & exornatur Regula *leg.* 2. *C. de Priuilegio Fiſci*, quòd Fiſcus, & dos pari paſſu ambulant.

Summarium Quæſtionis Decimæ quintæ.

Num. 1. *Hypotheca tacita inducitur à Iure in fauorem Fiſci ex contractibus cum eo celebratis.*

2 *Fiſcus, & dos pari paſſu ambulant, & æquali priuilegio potiuntur,* ex l. 2. C. de Priuileg. Fiſci, *quæ declaratur.*

3 *Adæquatio prædicta ſolùm procedit in hypotheca, aliàs enim à Iure in pluribus caſibus dos magis priuilegiata, quàm Fiſcus reperitur.*

4 *Adæquatio, & paritas dotis, & fiſci, de qua* in dict. l. 2. *procedit intèr ipſos, & quòad ipſos, non autèm reſpectu tertij.*

5 *Fiſcus, & dos ſi æquali Iure accedant ad concurſum decocti, & de prioritate alteriùs ex eis conſtet, ſeruatur intèr eos Regula* cap. Qui prior de regulis Iur. in 6.

6 *Quod procedit de Iure cõmuni, & non ex priuilegio ſpeciali, & ideò nõ poteſt trahi ad caſus, in quibus, aùt fiſcus, aùt dos habent ex legis diſpoſitione aliquod priuilegium.*

7 *Sèd in dubio, & quãdò de anterioritate temporis non cõſtat intèr eos, tùnc dos præfertur Fiſco ſecundùm ſaniorem ſententiam, de qua nu.* 8. *vbi redditur ratio.*

9 *Quod intelligendum eſt cæteris paribus; nàm ſi Fiſcus reperiretur in poſſeſsione rerum, melior eſset eius conditio.*

10 *Fiſcus ſi concurrat ad bona decocti, non cum dote, ſed cum alio priuato, etiàm priuilegiato, in caſu dubij circà anterioritatem præfertur ei, ſi agit ex cauſa oneroſa, ſecùs verò ſi agat ex cauſa lucratiua.*

11 *Fiſcus præfertur etiàm quandò Ius ipſius, & priuati eſt æquale, & ambo veniunt ex eadem cauſa, vèl oneroſa, vèl lucratiua; & hoc quãuis priuatus ſit in poſſeſsione, & num.* 12.

13 *Creditores eiuſdem Iuris, velùti perſonales, & ſinè qualitate poſſeſſionis, ſeù alia priuilegiata, omnes ſimùl admituntur prò rata, niſi in obligatione facti, in qua primus præfertur.*

14 *Et idem erit in creditoribus æquali Iure prælationis priuilegiatis ſupèr vnare, cuius pretium non ſufficiat omnibus.*

15 *Et in creditoribus hypothecarijs eiuſdem temporis.*

1 HErmogenianus *in l. Aufertur 46. §. Fiſcus, ff. de Iure Fiſci* generalitèr ſtatuit, quòd *Fiſcus ſemper habet ius pignoris*, vbi Acurſius *verb. pignoris*, declarat *ex ſuo contractu*, & Gothofredus *litt. M.* ait: *Ex cauſa tributorum, & ſuorum contractuum, l. Sempèr, §. Conductores, ff. de Iure Immunit. l. 2. C. in quibus cauſ. pign. vèl hypothec. tac. contr.* his verbis: *Certum eſt eius, qui cum Fiſco contrahit, bona velùti pignoris titulo obligari, quamuis ſpecialitèr id non exprimatur. Gloſſ. verb. contraxerit, in l. Si is, qui 28. ff. de Iur. Fiſci, l. 2. & 3. C. de Priuileg. Fiſci*, vbi Baldus, & Salycetus benè declarant. *l. 23. & l. 25. tit. 13. part. 5.* quę eſt hypotheca tacita à Iure inducta ſinè facto, ſeù prouiſione hominis, & vires ſuas extendit etiàm ad ea bona, quę tempore talis contractus non erant in bonis debitoris contrahentis, vt in dictis Iuribus probatur, *& in l. 10. ff. de Manumiſſion.* quam concluſionem comprobant, & latè exornant omnes repetentes in dictis locis. Neguſancius *de Pignor. 2. par. membro 4. ex num. 113.* Peregrinus *de Iure Fiſci, lib. 6. tit. 6. ex nu. 1.* Alfaro *de Officijs Fiſcalis, gloſſ. 34. §. 5. num. 63. & num. 116.* Mantica *de Tacitis, & ambig conuent. lib. 11. tit. 18. ex num. 4.* Ægidius Boſsius *in Praxi, tit. de Fiſco, & eius priuilegijs, nu. 31.* Amaya *in l. 1. C. de Iure Fiſci, lib. 10. num. 3.* D.D. Ioannes de la Rea *allegat. 44. num. 18. tom. 1. allegat. fiſcal.* D. Gregorius Ganauerro *deciſ. 4. num. 22.* D. Petrus Noguerol *alleg. 33. num. 76.* Regens Reuerterius *deciſ. 74. num. 2.* D. Ioannes del Caſtillo *lib. 4. controuerſ. cap. 61. num. 59.* Mercurialis Merlinus *de Pignorib. & hypoth. lib. 3. tit. 3. quæſt. 85.* Rodriguez *de Concurſu, artic. 2. 1. part. num. 1. & 7.* Ioannes Franciſcus de Ponte *conſ. 17. num 65. tom. 2.* Sebaſtianus Guacinus *de Confiſcat. bonor. concluſ. 22. num. 10.* Nicolaus Euerardus *in Locis legalibus in loco de Fiſco ad dotem, nu. 1.* Maximilianus Fauſtus *in Conſilijs prò Ærario, claſſ. 9. conſ. 40. num. 1. in principio.* Capicius Galeota *reſponſo fiſcali 6. num. 34.*

2 Et cùm *in dict. l. 2. C. de Priuilegio Fiſci*, probetur vulgare illud, ſatìs ab omnibus decãtatum, axioma, ſcilicèt, Fiſcum, & dotem pari paſſu ambulare, & æquali priuilegio potiri, vt ſtatuit etiâm Gloſſ. *ibi verb. Ius Fiſci, & in l. Dotis tuæ, C. de Iure dotium, verb. magis eſſe*, & pèr ea Iura probauit Bartolus *in l. 1. ff. Solut. Matrim. num. 26.* quem clariùs explicatum communitèr omnes ſequuti fuerunt, vt pêr Parpagliam *in dict. l. 1. num. 36.* Soccinum Iuniorem *nu. 260.* Petrum Barboſa *in eadem l. 1. part. 7. num. 16. verſic. concluſio ſecunda ſit*, & teſtatur de communi Cardinalis Mantica *de Tacitis, & ambiguis, lib. 11. tit. 25. num. 3.* Matienço *in l. 7. tit. 16. lib. 5. Recopilat. gloſſ. 5. num. 5.* Et iàm viderimus tàm præcipuam, & ſingula-

gularem Fiſci prærogatiuam, & prælationem in cauſa Primipilari, etiàm quôad dotem, operę pretium erit, pro perfecta aſſumpti enucleatione huius regulę declarationem exponere.

3 Nàm hæc adæquatio perpetuò vera non eſt, quià cùm diuerſi ſint caſus, & naturalis, & frequens eorum variatio, in aliquibus dos potiori gaudet priuilegio, & in alijs Fiſcus ei prętertur. Et prętèr hanc paritatem, quam habent in hypotheca, priuilegia quę ſunt data doti, non communicantur Fiſco, Soccinus Iunior *in dict. l. 1. num. 19. ſolut. matrim.* ſicùt etiàm priuilegia fiſci non extenduntur ad dotem. Sed reuerâ dos regulariter eſt priuilegiata; Fiſcus verò ſolùm in caſibus à Iure expreſis, vt ait Soccinus, & ſequuntur Menochius *de Præſumpt. lib. 2. præſumpt. 72. num. 4.* Fabius de Anna *conſ. 123. num. 23. tom. 2.* Gaito *de Credito dict. cap. 4. quæſito 11. nu. 1880.* Andręas Georgius *allegat. 39. num. 28.* Barboſa *in dict. l. 1. 2. p. num. 24. & ſeqq.* vbi latè agit de materia, & ponit plures, & validas rationes adhoc, vt dos in Iure reperiatur magis priuilegiata, quàm Fiſcus. Villalobos *in Ærario comm. opinion. litt. D. num. 254. verſ. Dos eſt magis priuilegiata.* Ioſeph de Melle *in Addit. ad deciſ. 1. Gizzarelli num. 81.* Faria *in Addit. ad Couarr lib. 1 cap. 16. nu. 12. & 13.* de quo videndus eſt etiàm Mercurialis Merlinus *de Pignoribus lib. 3. tit. 2. quæſt. 77. à num. 3.*

4 Æquiparatio ergô, & paritas, de qua *in dict. l. 2.* procedit intèr ipſos, & quòad ipſos, non autèm reſpectu tertij, nèc in illius præjudicium, & ità text. declarandus eſt, vt intèr ipſos conquaſſentur priuilegia, non vt communicata cenſeantur in damnum alteriùs, & ideô ſigillatim de his caſibus videndum erit.

5 Si ipſi ſoli æquali Iure muniti, ſcilicèt, vèl hypothecę expreſſę, vèl tacitę ad concurſum decocti accedant, & de prioritate alteriùs ex eis liquidò conſtet, neutri illorum prælatio priuilegiata indulgetur, ſed intèr eos obſeruatur Regula *cap. Qui prior de regulis Iur.* cum concordantibus, vt probatur expreſsè *in dict. l. 2. & in l. 29. & 33. tit. 13. part. 5.* vbi Gregorius hanc æquiparationem in tacita hypotheca animaduertit *in l. 29. gloſſ. 3. & in l. 33. gloſſ. 2.* Matienço *in l. 7. tit. 16. lib. 5. Recopil. gloſſ. 5. num. 5.* Gutierrez *lib. 3. pract. quæſt. 99. nu. 7.* Nicolaus Euerardus *in Locis legal in loco de Fiſco ad dotem, num 1.* Barboſa *in l. 1. 6. part. num. 9. ff. Solut. Matrim.* vbi quòd, attentis dictis legibus Regijs, ceſſat differentia, quę intèr fiſcum, & dotem de Iure communi poterat dari in hac hypotheca, & prælatione, & omninò procedit æquiparatio, quos etiàm ſequitur D. Ioannes del Caſtillo *lib. 3. controu. cap. 4. num. 12. & 13.* Acoſta *de Priuileg. credit. reg. 2. ampliat. 6. num. 414.* Gaito *de Credito, cap. 4. quæſito 11. nu. 1613. & melius 1879.* Molfeſius *conſ. 13. num. 8.* Gizzarellus *deciſ. 1. numer. 22.* vbi

Ioſeph

Ioſeph de Melle *in Addit. num.65. & ſeqq.* ità reſoluit. Et ſic, quandò expreſsè apparet quis ſit anterior Fiſcus, vèl dos, conquaſſatis priuilegijs, habet locum *dict. regula, qui prior, &c.*

6 Neguſantius *de Pignor. 4. membr. 2. part. princip. numer. 108.* Mercurialis Merlinus *de Pignor. & hypoth. lib. 3. tit. 2. quæſt. 68. num. 19. & 20.* vbi *num. 21.* obſeruat hanc æquiparationem, & quòd prærogatiua temporis intèr eos ſeruetur, non prouenire ex priuilegij paritate, & regula quòd priuilegiatus non vtatur priuilegio contra paritèr priuilegiatum; ſêd de Iure communi, vt qui prior eſt tempore potior ſit Iure: nàm tempore *dict. l. 2. C. de Priuilegio Fiſci*, quę fuit Imperat. Antonini *& legis dotis 9. C. de Iure dotium*, quę fuit Decij, nó erat adhùc introductum priuilegium, quod poſteà adinuenit Iuſtinianus poſterior Imperator *in l. Aſsiduis, C. Qui potiores in pign. hab.* & ideò tenet hanc parificationem fundatam in Iure communi, & non in priuilegio, non poſſe trahi ad caſus, in quibus aùt fiſcus, aùt dos habent ex legis diſpoſitione aliquod priuilegium, nàm in his non poſſunt dici pares, ſed vnus altero magis, aût minus priuilegiatus ſecundùm diuerſitatem caſuum.

7 Sèd ſi dubium ſit circà anterioritatem contractus, vèl facti, ex quo reſultat Ius (nàm de tempore priori non conſtat nequè per ordinem naturę, nèc per ordinem protocoli, appoſitionem horę, nèc pèr alios modos, quos recenſent Neguſantius *de Pignor. dict. 4. memb. 2. par. num. 109.* Franciſcus Roccus *in Tract. de Decoctione mercatorum, nota 99. num. 296. & ſeq.* Peregrinus *de Iure Fiſci, lib. 6. tit. 6. num. 39.* Merlinus *de Pignoribus, lib. 3. quæſt. 77. num. 24. & ſeqq. & lib. 4. tit. 1. quæſt. 4.* Pareja *de Inſtrum. edition. part. 2. tit. 7. reſolut. 5.* Marta *deciſ. 75.* vbi declarat quomodò debeat ſeruari prælatio ex ordine protocoli. Curia Philippica *lib. 2. cap. 12. num. 40. tom. 2.* Otero *de Paſcuis, cap. 11. num. 11.* vbi probat, in facultate expedita eadem die, qua alienatio bonorum facta fuit, quòd vigeat præſumptio eam præceſiſſe) Velùti in duobus inſtrumentis eodem die confectis, vnum fauore dotis, aliud autèm Fiſci; tùnc Salycetus *in dict. l. 2. num. 3.* pêr illum Text. *& gloſſã ibi*, tenet, quòd ſi ambo veniant antê ſententiam prò altero latam, prô rata debent admitti, quem ſequitur Tiraquellus *de Iure Primogeniorum, quæſt. 17. num. 15.* & idem defendunt Bald. Nouellus *de Dote, part. 9. priuileg. 1.* & Vincentius Herculanus *in l. 1. ff. Solut. Matrim. num. 5.* qui mouentur ea ratione quòd cûm ex dictis Iuribus dos, & fiſcus æquali priuilegio potiantur, & pari paſſu incedant, intèr ſimiles creditores non datur in Iure prælatio, ſêd omnes ſimùl admittuntur prò rata, *l. Priuilegia, ff. de Priuileg. credit. l. Si debitor, l. Si fundus, §. Si duo, ff. de Pignor.* cum alijs ſtatîm referendis.

8 Sèd contraria ſententia, ſcili-

ſcilicèt, in hoc caſu dotem præferendam eſſe Fiſco apùd grauiores Authores præualuit, & eam defendunt Baldus *in l. Dotis tuæ, C. de Iure dotium*, Nicolaus de Neapol. Alexander, Soccinus Senior, Soccinus Iunior, Vulgarinus, & Ripa *in dict. l. 1. ſolut. matrim.* Alciatus *ibidem, & de præſumptio, reg. 3. præſumpt. 41. num. 2.* Neguſantius *vbi proximè num. 108. & 109.* & cum alijs Præſes Couarrubias *lib. 1. variar. cap. 16. num. 6.* vbi quòd hæc ſententia eſt verior, & tenenda. Boſsius *in Praxi, tit. de Fiſco, & eius priuilegijs nu. 77.* Menochius *de Præſumption. lib. 2. dict. præſumpt. 72. num. 18.* Peregrin. *de Iure Fiſci, lib. 6. tit. 6. num. 33.* Barboſa *in dict. l. 1. Solut. matrim. 2. part. num. 21. verſ. Vndè infertur, & num. 22.* Gutierez *lib. 3. practic. quæſt. 99. numer. 15.* Gaito *de Credito, cap. 4. quæſito 11. num. 1883. & ſeqq.* Pacianus *de Probat. lib. 2. cap. 25. n. 97.* Faquineus *lib. 10. controuerſ. cap. 33.* Matienço *in dict. l. 7. tit. 16. lib. 5. Recopilat. gloſſ. 5. num. 5.* Merenda *lib. 6. controu. Iuris, cap. 40.* Fabius de Anna *conſ. 123. nu. 21. & 22. tom. 2.* Ioſeph de Melle *in Addit. ad deciſionem primam Gizzarelli, nu. 78.* Gail *lib. 2. practic. obſeru. obſeru. 86.* Meiret *lib. 2. de priuileg. creditor. tit. 5. num. 149.* Rodriguez *de Concurſu credit. part. 1. art. 2. num. 3. & 4. verſ. Nihilominùs.* Mantica *de Tacitis conuent. lib. 11. tit. 25. num. 11.* vbi quòd dos ideò præfertur, quià habet duplex priuilegium, ſcilicèt, tacitę hypothecę, & prælationis in tacita hypotheca, qua ratione nitũtur etiàm ſuprà dicti Doctores, aſſerentes non idem eſſe in Fiſco; & ità in hoc non habere idem Ius: & etiàm comprobat Faria *in Addit. ad Couarrubiam in dict. cap. 16. num. 36.* & cum Pacifico, Fõtanella, & alijs Pareja *de Inſtrum. edit. part. 2. tit. 7. reſolut. 5. num 48. in fin.* Gironda *de Gabellis, 4. part. §. 1. num. 27.* Fermoſino *in Alleg. Fiſcal. allegat. 61. num. 15.* Marinis *in obſeruat. ad deciſ. 378. Reuerterij num. 3.*

9 Et ideò hæc ſententia, videlicèt quòd in hoc caſu cauſa dotis ſit potior, tenenda eſt. Dummodò intelligatur cæteris paribus, nàm ſi Fiſcus reperiretur in poſſeſsione, & detentione rerum, eius conditio eſſet melior, & in ea maneret, vt decidit Salycetus *in dict. l. 2.* & notat Bartolus *in dict. l. Si fundus, §. Si duo, ff. de Pignor.* & cum eis Peregrinus *de Iure Fiſc. dict. lib. 6. titul. 6. num. 34.* vbi conuenit cum Salyceto, his verbis: *Et benè, iudicio meo, quià poſſeſsionis additamentum efficacitèr ampliat Iura fiſci, §. Commodũ inſtit. de interdictis, cap. Si à Sede de præbendis, in 6.* de cuius explicatione, & magno effectu poſſeſsionis latè agit Gonçalez *ad reg. 8. Chancell. §. 3. proœmiali à num. 50.* & eandem ſententiam probat Antonius Maria Bertolus *in Addit. ad Rodriguez de Concurſu, art. 2. 1. part. nu. 8.* notat Bart. *in d. leg. ſi fundus, § ſi duo.* Nèc obſtare cauſam dotis eſſe potiorem, quià id verũm eſt cæteris paribus. Raudenſis *lib. 1. var. cap. 10. num. 6.* Helfricus Vlricus *lib. 3. var. reſol. tract. 1. q. 21. opinione 5.*

Verùm

10 Verùm ſi competentia non ſit inter Fiſcum, & dotem, ſed Fiſcus concurrat cum alio priuato, etiàm priuilegiato, in caſu eiuſdem dubij circà anterioritatem, tũnc diſtingunt Doctores, quòd aùt fiſcus concurrit ex cauſa oneroſa, velùti Iuris proprij, & tũnc præfertur priuato, aût ex cauſa lucratiua, quià venit contra indignum, vêl petat pœnam ex cauſa delicti, & tũnc præfertur priuatus, & prò eo ſcriptura, & inſtrumentum confert Ius anterius, vt receptũ in praxi refert Couarr. *dict. cap.* 16. *num* 2. vbi Faria *in Addit. num.* 16. Peregrinus *de Iure Fiſci dict. tit.* 6. *num.* 32. vbi concludit hanc diſtinctionem optimè conſiderari ex parte Fiſci, àn ſcilicèt, prætendat cauſam oneroſam? vt priuilegio locus ſit; àn verò lucratiuam? & tùnc minimè. D. Olea *de Ceſſ. Iur. & act. tit.* 8. *quæſt.* 3. *num.* 18. & 19. Amaya *in l.* 1. *C. de Iure Fiſci. lib.* 10. *num.* 39. Mantica *de Tacitis conuent. dict. tit.* 25. *à num.* 17. Rodriguez *de Concurſu dict. artic.* 2. *num.* 15. Gallupus *in eodem Tractat. part.* 4. *cap.* 3. *num.* 57. Acoſta *de Priuileg. credit. in præfation. ad reg.* 3. *ex num.* 17. Farinacius *in Fragmentis*, 1. *part. litt. F. num.* 197. & exornabimus *infrà quæſt.* 17. *num.* 10.

11 Sèd in caſu; in quo Ius vtriuſque ſit æquale, velùti ſi tàm Fiſcus, quàm priuatus veniant ex eadem cauſa, vêl oneroſa, vèl lucratiua, licêt aliqui dixerint æqualitèr admittendos prò rata, *ex dict. l. Si fundus, §. Si duo, ff. de Pignor.* vt ſunt Faquineus *lib.* 10. *controu. cap.* 33. *in fin. verſic. Quarta ſententia.* Acoſta *in Præfat. ad dictam regul.* 3. *num.* 26. Amaya *in l.* 1. *C. de Iure Fiſci, lib.* 10. *num.* 46. vbi alij. Fermoſino *in Allegat. Fiſcal. alleg.* 61. *num.* 1. & *ſeqq.* vbi *num.* 3. quòd in arbitrio Iudicis erit hoc caſu pronuntiare prò Fiſco, vèl prò priuato, aſſumendo hoc ex natura, & qualitate negotij, cauſę, & dubij. Tamèn verius eſt Fiſcum præferri priuato, vt probat Couarr. *dict. cap.* 16. *num.* 2. *verſ. Sed ſi fiſcus agat.* Peregrinus *de Iure Fiſc. dict. lib.* 6. *tit.* 6. *à num.* 21. vbi ex profeſsò proponit quęſtionem, & ſic reſoluit, & comprobat, ſatisfaciens fundamentis cõtrarię partis. D. Olea *dict. tit.* 8. *quæſt.* 3. *nu.* 18. vbi hanc ſententiam, tamquàm veriorem, amplectitur. Pacificus *de Saluiano interdict. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 479. Lazarius Phænucius *in Tract. de momento temp. cap.* 18. *num.* 16. Merlinus *de Pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 27. Capicius Galeota *lib.* 2. *controu. forenſ. controuerſia* 66. *num.* 51. Maximilianus Fauſtus *in Conſilijs prò Ærario, claſi* 9. *conſ.* 40. *verſ. Tertium Fiſci priuilegium eſt.*

12 Et hoc ampliatur, etiàm quòd priuatus ſit in poſſeſſione, nàm nihilominûs inſtrumentum, & cauſa fiſci prçualebit, vt voluit Bart. *in dict. l.* 1. *C. de Iure Fiſci, lib.* 10. *pèr text. ibi. & in l. Quæ nondùm, §. Quod dicitur, ff. de Pignor.* & cum eo ità tenet Peregrinus *dict. tit.* 6. *n.* 24. quem ſequitur Petrus Barboſa *in l.* 1. 2. *part num.* 4 *ſoluto matrim.* Carraſco *ad Leges Regias, cap.* 11. *num.* 183. *in fine*, quamuìs ſecûs eſſet in duo-

duobus priuatis, nàm præueniens in poſſeſsione præfertur *l. Si debitor, dict. l. Si fundus, §. Si duo, ff. de Pignor.* Neguſantius *de Pignoribus, part. 5. membro 2. ſub num. 31.* Franchis *deciſ. 260.* Marius Muta *deciſ. 26. num. 26.* Amato *reſolut. 31. nu. 7.* Zeuallos *Comm. contra comm. quæſt. 248. num. 49.* Gaito *de Credito, cap. 4. quæſito 11. num. 1834.* Acoſta *de Priuileg. creditor. reg. 3. ampliat. 4. nu. 37.* Peregrinus *de Iure Fiſci, dict. tit. 6. nu. 24. verſ. Licèt ſecùs eſſet.* D. Olea *dict. quæſt. 3. num. 21.* Carraſco *dicto num. 183. verſ. Cum hac reſolutione.* Pareja *de Inſtrum. edit. dict. tit. 7. reſolut. 5. num. 63.* Zeuallos *tom. 1. commun. contra comm. quæſt. 248. nu. 29. & ſeqq.*

13 Nàm certa Iuris regula eſt, quòd ſi concurrant ad bona decocti creditores eiuſdem Iuris, & ſinè qualitate poſſeſsionis, ſeù alia priuilegiata, velùti in creditoribus perſonalibus, ſeù chirografarijs (ſic dictis, quiâ ex chirografo ſola debitoris perſona obligatur) non attenditur tempus, nêc ex eius anterioritate aliquis eorum præferatur, ſed omnes ſimûl admittuntur prò rata, *l. Priuilegia, ff. de Priuileg. credit. l. Prò debito, C. de bonis Auth. Iudicis poſsid.* quę loquitur in chirografarijs, & vtrobîque notant Doctores; bonus Text. *in l. 11. tit. 14. partit. 5.* quę præfert etiàm creditorem perſonalem, qui priùs habuit prò ſe ſententiam, & eius executionem in bonis debitoris, vbi Gregorius *gloſſ. 1. & 3. & in l. 2. tit. 15. eadem partit. in principio*, quod latè explicuimus *ſuprà Tit. 4. quæſt. 2.* Tuſchus *litt. D. concluſ. 109. num. 1.* Thomàs Anelus Salernitanus *deciſ. 60. nu. 1. & 2.* Caſtillo *lib. 3. controu. cap. 16. num. 77.* Rouitus *deciſ. 45. num. 11.* Antonius Gomez *lib. 2. var. cap. 2. num. 20. circà princip.* vbi declarat hoc procedere in debito merè perſonali ad pecuniam, vèl intereſſe, ſecûs vero ſi ſit ad factum, quià tûnc primus præfertur, & idem repetit *in l. 40. Taur. num. 16. verſic. 4. deducitur*, quem refert, & ſequitur D. Ioſeph Vela *tom. 1. diſſertat. 19. num. 38.* Mantica *de Tacit. conuent. lib. 11. tit. 22. num. 21.* vbi etiàm conuenit cum eo: & concluſionem principalem benè comprobat D. D. Franciſcus Salgado *in Labyrint. credit. part. 2. cap. 4. num. 154. & à num. 157.* exemplis declarat, in caſu quo bona decocti inſufitiunt ad ſatisfaciendum integrè creditoribus, quomodò hoc damnum, & diminutio diſtribuenda ſit intèr eos prò ea parte, prô qua vnuſquiſque exigere debet ex eius bonis?

14 Et idem obſeruabitur intêr creditores, pari, vèl æquali Iure prælationis priuilegiatos, ſupêr vna re, cuius pretium non ſufficeret omnibus, putà ſi plures mutuaſſent ad emendam rem, vèl haberent aliud ſimile priuilegium, quià ſi ſint eiuſdem temporis, fiet diuiſio intèr eos pèr æs, & libram, vt animaduertit Ripa *in l. Priuilegia, ff. de Priuileg. credit. col. 1. verſ. in 2. par.* Ioannes Franciſcus Ponte *deciſ. 34. num. 11.* & cum eis Cæſar Gallupus *de Concurſu, & prælat. credit. p. 4. cap. 3. num.*

num. 53. *& ſequentibus*, vbi quòd hoc eſt certum, quandò non conſtat de prioritate, ſaltîm pèr horam, & quòd hoc caſu præferetur ille, cui leges magìs fauent in anuiguis, vt dos, & Fiſcus, vt ibi comprobat.

15 Eadem forma ſatisfactionis prò rata habebit etiàm locum in creditoribus hypothecarijs eiuſdem temporis, velùti eiuſdem diei, & datę, vt probatur *in dict. l. Si fundus, §. Si duo, ff. de pignor.* Peregrinus *de Iure Fiſci, dict. lib. 6. tit. 6. num. 22. verſ. Horum opinio, & num. 33. verſ. Adducunt rationem.* Franchis *dict. deciſ. 260. num. 4.* vbi Amendola *in Addit. num. 2.* Gaito *de Credito, cap. 4. quæſito 11. num. 1834.* qui latè probat. Carraſco *ad Leges Regias, cap. 11. num. 183.* vbi cum Baldo *conſil. 254. vol. 2.* limitat, quandò vnus eorum eſt in poſſeſsione rei, quiâ is præferetur ex *dict. l. Si debitor. ff. de pignoribus*, vt ſuprà proximè notauimus *hac quæſt. num. 9.* & probat etiàm D. Olea *dict. quæſt. 3. num. 25.* Merlinus *de pignor. lib. 4. tit. 1. quæſt. 4. num. 23. & 33.* D. Salgado *vbi proximè num. 139. & ſeqq. & num. 165.* concludit ex dictis *pèr totum caput*, & maximè *à num. 139.* creditores ſimùl, & eodem tempore cõtrahentes cum poſſeſſore maioratus vltrà ſummam permiſſam in facultate Regia, admittendos eſſe prò rata, & idem obſeruandum in duobus, pluribus vè creditoribus ſeparatîm cum poſſeſſore maioratus eodem die contrahentibus in diuerſis inſtrumentis, de quorum tamèn anterioritate non appàret.

QVÆSTIO XVI.

Vtrùm, quandò adeſt dubium circà anterioritatem contractus, vèl facti ex quo reſultat Ius, & prælatio, velùti in duobus inſtrumentis eodem die confectis; Si alterùm contineat horam, ſit præferendum, tàm in concurſu cum dote, & Fiſco, quàm cum reliquis creditoribus?

Summarium Quæſtionis Decimæ ſextæ.

Num. 1. Inſtrumenta duo eodem die confecta ſi concurrant, illud præfertur, quod eſt confectum cum expreſsione horæ, tàm intèr priuatos, quàm in concurſu cum dote, ſeù Fiſco.

Prioritas hæc debet attendi, non ſolùm ſi ſit, & probetur pèr diem, vèl pèr horam,

horam, ſed etiàm pèr momentum, punctum, & inſtans. Et num.2. cõprobatur tamquã verior ſentẽtia.

3 *Temporis momentum ſpectatur in hypothecis contrahendis.*

4 *Hora conſtat ex quatuor punctis, quadraginta momentis, & ſexaginta minutis.*

5 *Inſtrumentum habens cum expreſſione horæ habet intentionem fundatam de hora, & qui pretendit ſuum anteriori hora confectum, tenetur probare.*

6 *Capicius Galeota* tom.2.controu. *66.* num.48. *dùm contrarium tenuit, refutatur.*

7 *Horæ appoſitio non ſolùm attenditur, & prælationem operatur in inſtrumentis eodem die confectis; ſed etiàm in omnibus actibus eiuſdem generis, & qualitatis, & exẽplificatur in prouiſionibus beneficiorum. Et num.8. in teſtamentis, & poſſeſſionibus, & in præuentione, quòad Iuriſdictionem, intèr duos Iudices æquales.*

9 *Horæ appoſitio àn profit in renuntiationibus officiorum?*

10 *Horæ expreſio àn præciſè requiratur, ſub vitio nullitatis, in executionibus faciendis in bonis debitorũ?*

11 *Horæ expreſsio àn ſit neceſſaria in accuſationibus, & qua cautela in hoc procedendum ſit?*

1 SED in omnibus caſibus in quæſtionibus antecedentibus propoſitis; in quibus adſit dubium circà anteriotitatem contractus, vêl facti, ex quo reſultat Ius, velûti in duobus inſtrumentis eodem die confectis; ſi alterum ex prædictis inſtrumentis ſit confectum cùm expreſſione horę non ſolùm inter priuatos, ſed etiàm in concurſu cum dote, ſeû Fiſco, & in tèr eos, erit anteferendũ, Gloſſ. *in l.Si ex pluribus 89.§.Lutius, verb.die obligauit, ff.de Solut. l.Si fundus, §.Si duo, ff.de Pign.cap.Duobus verb.Si nõ appareat de reſcriptis, in ſexto.* Bald. *in l.Creditor.in princ. ff.Qui potio.* Iaſ. *in l.1.§.2. ff.de Edendo.* Decius *conſ. 689.& in cap.Paſtoralis de reſcriptis, nu.7.*vbi quòd prioritas in puncto eſt attendenda, Corſetus *in Repert. verb. Inſtrum.* Soccin. *in l.Qui duos, ff.de rebus dubijs,* vbi id probat pêr illum text.*& in l.1.n.3.ff.Soluto matrim.* Anton.Gomez *in l.45.Tauri n.148.*Petr.Barboſa *in l.1. 2.p.nu.9. ſoluto matrim.* Ludou.Peguera *deciſ. 48. nu.3.* vbi quòd ſufficit probare hanc prioritatẽ pèr diem antè, vèl pêr horam, vèl pèr momentũ.Peregrin.*de Iur.fiſc.lib.6.tit.6.nu.35.* Fœnuc.*de momento tẽporis, cap.17.nu.6.* vbi quòd non ſolum ratione vnius horę dicitur vnũ prius altero iuxtâ *d.gloſ.in d.l.Si ex pluribus 89 §.Iutius fin.ff.de Sol.*ſed etiã ratione momẽti, & puncti, & idem cõprobat *cap. 32.nu.12.*Alexander Turaminus *in repetit. l. Non puto, ff. de Iur. Fiſci, part.1.cap.1. num.29.*

2 Tuſchus *litt.P. concl.83.n.9.* & 10.Felician.*de Cenſib.tom.1.lib.3. cap.5.n.16.*Acoſta *de Priuileg.credit. in præfat. ad reg.3.n.2.& c.32.n.12.*

Mercurialis Merlinus *de Pignor. & hypoth lib.4.tit.1. quæſt.4.num.1. & 2. & num.33.* Menoch. *de arbitrar. lib.2.caſu 48.nu.24.* Gaito *de credito, cap.4.quæſito 11.num.1862. & ſeqq.* vbi adducto Mantica *de Tacitis conuent.lib.11. tit.22. à num.11.* qui conatur contrarium defendere, nihilominùs in hac reſidet ſententia, numero, & authoritate plurium Doctorum fulcita, quos ait Manticam ſenio confectum commodè non valuiſſe videre. Franciſcus Roccus *in Tract. de Decoctione mercator.nota 99.num.296.* Carraſco *ad Leges Regias, cap.11.num.181.* vbi quòd antiquitas vnius horę præfertur, etiàm ſi ſit priuatę perſonę contra Fiſcum. Pareja *de Inſtrum. edition.part.2.tit 7. reſol.5. num.44.*

3 Ioannes Iacobus Anichinus *de præuent. inſtrument. cap.3. quæſt. 4.num.6. & 7.* vbi ità ait: *Sic namquè in concurſu creditorum, is primo loco graduari debet, qui de eius credito probat ex inſtrumento pèr horam priùs confecto.* & ibi probat, & verùm eſſe etiâm contra perſonas priuilegiatas, præſertim Fiſcum, & dotem, *& num.11. & ſequentibus* adiectionem horę importare prælationem, attẽto Iure communi, immô non ſolùm horę, ſed & puncti, & inſtantis. Paulus Bellonus *de Poteſt. eorum quæ in continenti fiunt, cap.182.num. 6.* vbi quòd in hypothecis contrahendis momentum temporis ſpectatur. Bertaçola *de Clauſulis inſtrument.clauſ.1: gloſſ.5.num.42.* Monter à Cueba *deciſ.2. à num.62.* vbi de materia momenti temporis benè agit, & declarat quantùm operatur momentum in actibus momentaneis; Coſta *de portione rata, quæſt. 38.num.8.*

4 D.D. Franciſcus Salgado *in Labyrint.cred.2.p.dict.cap.4.nu.166. & ſeqq.* vbi pluribus comprobat. D. Didacus de Narbona *in Horografia Iuris in antelogio, num.77. & ſeqq.* Moëz *in Comment. ad cap. Tibi, qui, de reſcriptis, in 6.n.8.* Taſſon *ad Pragmat. de antefato, verſ.9.obſeru.2.n.12.* Aloiſius Riccius *in Praxi aurea fori Eccleſiaſt. reſolut.103. pèr totam,* vbi *nu.2.* cum Accurſio *in l. Cùm biſſextum 98. gloſſ. fin. ff. de Verbor. ſign.* & alijs, obſeruat horam conſtare ex quatuor punctis, quadraginta momentis, & ſexaginta minutis, quod latiùs declarat, & exornat Narbon. *in dict. antelogio num.31. & ſeqq.* vbi totius materię puncta, & minuta elegantêr percurrit. Anichinus *vbi proximè à num.12.* Gonçalez *ad reg. 8. Chancel. §.3. proœmiali à num.45.* D. Molina *de Hiſpanor. primog. lib.3. cap.1.n.18.* vbi quòd Primogenitus præfertur ſecundo genito, etiàm ſi precedat pèr momentum, & quòd ſi non poteſt conſtare de ea precedentia, diuiditur intêr eos, ſi ſint eiuſdem ſexus, maioratus, & etiàm Regnum.

5 Et ratio huius reſolutionis ea eſt ſecundùm relatos Doctores, quià licêt de Iure communi hora diei, in qua cõtractus, ſeũ eius inſtrumentũ celebratur de neceſsitate non debeat apponi, vt tenent Gloſ. *in verbo dies ad Speculatorem in tit. de Inſtrument. editio. §. Breuitèr ſub n.7.*

Feli-

Felinus *in cap. 1. num. 12. de fide inſtrum.* Parladorus *lib. 2. rerum quotid. cap. 20.* & cum alijs Fontanella *de Pactis nuptial. tom. 1. clauſ. 1. num. 12.* & Narbona *in dicto antelogio, num. 76.* Tamèn habens inſtrumentum cum expreſsione certę horę, habet intentionem fundatam, quòd fuerit cõfectum hora certa illius diei, quarè qui prætendit inſtrumentum ſuum anteriori hora confectum fuiſſe, id probare tenetur: ſempèr namquè probatio certi, & determinati temporis, præualere debet probationi temporis incerti, & probatio certa non debet offuſcari, vèl impediri pèr incertam, & dubiam probationem.

6 Et quamuis Capicius Galeota *tom. 2. controuer. forenſ. controu. 66. num. 48.* contendat inſtrumentum, in quo appoſita eſt hora, non præſumi anterius alio, eadem die cõfecto, niſi alitèr conſtet de prioritat, ex Decio *in cap. Paſtoralis de reſcriptis, num. 18.* Marta, & alijs, & hoc dubium reddat noſtrum Parejam *vbi proximè dict. reſolut. 5. num. 47.* hæc opinio vera non eſt, nèc ſequenda, quià loquitur contrà cõmunem Doctorum ſententiam, quam ipſemet Galeota *tom. 1. controu. forenſ. controu. 49. num. 3.* ſequutus fuit ſibi contrarius, vt rectè animaduertit eum in hoc refutans D. Olea *dict. tit. 8. quæſt. 3. num. 14.* & his non viſis, prædictam ſententiam reijcit D. Didacus de Narbona *vbi ſuprà in dicto antelogio, num. 81. & ſequentibus,* vbî reſpondet fundamentis cõtrarijs, *& num. 85.* ità concludit: *Securè igitur tenendum erit, ex duobus inſtrumentis eodem die ſtipulatis, illud primùm reputari, quod horam ſuæ obligationis continet, etiàm ſi alterum ſit rei, vèl perſonæ habentis beneficium prælationis. & num. 88.* ampliat cum Phænutio *dict. cap. 18. nu. 5.* etiàm quòd is qui habet inſtrumentum, ſinè hora, ſit in poſſeſsione.

7 Et hæc reſolutio habet etiàm locum, & procedit in omnibus actibus eiuſdem generis, & qualitatis, ſcilicèt, confectis eodem die, in quorum altero appoſita ſit hora, vt in duabus prouiſionibus beneficiorũ, vt explicant, & declarant Tuſchus *litt. D. concl. 21.* Gonçalez *ad regulam 8. Chancell. dict. §. 3. proœmiali à num. 45.* & meliùs *à nu. 100.* & cum alijs Narbona *vbi proximè num. 93. & ſeqq.* quod etiàm proſequitur, aliqua ſingularia proponens *hora 12. à num. 93.* Fontanella *de Pactis nupt. tom. 1. clauſul. 1. num. 13. & num. 22.*

8 Et in duobus teſtamentis eadem die ordinatis, nâm præualet illud, in quo hora fuit ſcripta, & reuocat aliud, vt comprobant Guillelmus Benedictus *in cap. Rainuntius, verb. teſtamentum 2. à num. 27.* Cattelianus Cotta *in memorabilibus verb hora, verſ. & ideò,* latè Menoch. *de arbitr. lib. 2. cap. 78. pèr tot. & de adipiſcenda, remed. 4. n. 792.* vbî quòd hæc eſt certiſsima opinio, & à Rota aprobata in omnibus actibus, vt etiàm teſtantur Gracianus *tom. 4. diſcept. forenſ. cap. 742. n. 73.* Gaito *de credito dict. cap. 4. quæſito 11. n. 1874.*

Ripol *cap.*13. *variar. num.*181. Argelus *de Adquir. poſſeſ. quæſt.*14. *art.* 1. *num.*52. *in fin.* Narbona *vbi ſuprà num.*101. *& à num.*97. extendit ad poſſeſsiones, vt anterior pręſumatur quę horam habuerit cum Menochio in prædictis locis, Poſtio, & alijs; & ad effectum præcedentię ponderat Maſtrillo *de Magiſtratibus, lib.*5. *cap.*4. *nu.*12. Aloiſius Riccius *in Praxi aurea fori Eccleſiaſt. reſol.*103. Et in præuentione quòad Iuriſdictionem intèr duos Iudices ęquales Iaſſon *in l.*1. *ſolut. matrim. num.*4. Azeuedo *in l.*1. *tit.*13. *lib.*8. *Recopil. num.*4. *&* 5. vbi quòd cauſatur pêr vnius horę, ſeù momenti ſpatium, & ibi pèr totàm legem iſtius præuetionis materiam declarat, *& dict. num.*4. quòd ideò cauti Iudices faciunt apponi horam citationis, quem refert, & ſequitur Ioannes Iacobus Anichinus *de præuent. inſtrum. cap.*3. *quæſt.*4. *num.*4. Rojas *de Incompatibilit. Regnor. & maiorat uum, part.*2. *cap.*5. *num.*42. & de præuenientibus eadem hora Farinacius *in Praxi, tom.*1. *tit. de Inquiſit. quæſt.*7. *num.*63. D. D. Franciſcus Salgado *in Labyrinth. credit. part.*2. *cap.*4. *num.*171.

9 Et in viginti diebus requiſitis in renuntiante, vt viuat pòſt renuntiationem officiorum, iuxtà Text. *in l.*4. *tit.*4. *lib.*7. *Recopil.* tenet Didacus Perez *in l.*22. *tit.*2. *libr.*7. *ordinamenti gloſſ.*1. *verſ. Prætereà dies termini*, quòd ſi conſtat de hora renuntiationis, currunt hi viginti dies de momento ad momentum, cùm aliàs non currant niſi à principio illius diei, in quo facta fuit renuntiatio, & eum ſequitur Azeuedo *in dict. l.*4. *tit.*4. *lib.*7. *Recopilat. num.*7. *in fine, & num.*10. de qua quæſtione agit etiàm Leon *en las Confirmationes Reales, part.*2. *cap.* 6.

10 Et in executionibus faciendis in bonis debitorum, àn ex diſpoſitione *l.*21. *tit.*21. *lib.*4. *Recopil.* requiratur expreſsio horę ſub vitio nullitatis? diſputant, & declarant Paz *in Prax.*4. *par. tom.*1. *cap.*3. *num.* 34. Azeuedo *in l.*10. *tit.*7. *lib.*4. *num.* 85. *& in l.*18. *tit.*21. *num.*1. *eod. libr.* Parladorus *lib.*2. *rer. quotid. cap. fin.* 6. *part.* §. *vnic. num.*28. Rodriguez *de Execut. cap.*5. *num.*32. Narbona *in dict. antellogio num.*75.

11 Et in accuſationibus ân ſit neceſſaria, & qua cautela in hoc procedendum ſit? Paz *in Praxi, tom.* 1. 5. *part. cap.*3. §. 6. *num.*21. Vela *de modo procedendi in cauſis crimin. cap.* 5. *num.* 17. benè Alfaro *de Officio Fiſcalis, gloſſ.*44. *num.*2. Narbona *in dict. antellogio num.*104.

QVAS-

QVÆSTIO XVII.

An in dubijs cauſis prò Fiſco, vèl potiùs contra Fiſcum ſit decidendum? ad declarationem Text. *in l. Non puto, ff. de Iure Fiſci*, & ſimùl enodatur *l.* 1. *C. de Iure Fiſci, libr.* 10. & ceſſante dubio, quod Ius habeat ex hypotheca anteriori? & agitur de materia *l. Si is, qui* 28. *ff. de Iure Fiſci.*

Summarium Quæſtionis Decimæ ſeptimæ.

Num. 1. *Fiſcus àn in dubijs cauſis ſit condemnandus, vèl in eius fauorem iudicandum?*

2 *Fiſcus vtitur Iure communi, vbi ſpecialitèr non reperitur priuilegiatus.*

3 L. Non puto, ff. de Iure Fiſci *declaratur, quòd procedat quandò Fiſcus aduerſus priuatum agit de lucro captando, & perperàm ex ea infertur in anuiguis quæſtionibus contra Fiſcum pronuntiari debere.*

4 *Fiſcus in dubio debet præferri priuato in cauſa oneroſa, & in cauſa lucratiua, econtrà priuatus Fiſco.*

5 *Quæſtio dubia* in l. Non puto, ff. de Iure Fiſc. *intelligitur reſpectu probationum, vèl quià cauſa ſit coniecturalis. Et nu.* 6. *vbi ſupradicta comprobantur.*

7 *Creditor poſterior, ex cauſa oneroſa, àn præferatur anteriori ex cauſa lucratiua, velùti donatario anteriori cum hypotheca, vèl conſtituto? & diſtinguitur intèr creditorem ex cauſa lucratiua cum hypotheca, vèl conſtituto, vt iſte præferatur, ſecùs verò qui non habet.*

8 *Fiſco agente ex cauſa oneroſa contra priuatum ex cauſa lucratiua poſſidentem, In dubio prò Fiſcali inſtrumento præſumetur quòd ſit anterius, & explicatur Text.* in l. 1. C. de Iure Fiſci, lib. 10.

9 L. 1. C. de Iure Fiſci, lib. 10. *àn contineat ſpeciale priuilegium fauore Fiſci, vèl eius deciſio ſit ſecundùm Ius. Et num.* 10. *reſoluitur procedere ex particulari fiſci priuilegio, quod dilucidè declaratur.*

10 *Fiſci inſtrumentum priuati inſtrumento anterius præſumitur.*

11 *Tempus probandum eſt ab eo, qui in eo ſe fundat, ſed hoc limitatur fauore fiſci agentis hypothecaria aduerſus priuatum.*

12 *Fiſcus in dubio, ſi agit ex cauſa oneroſa, præfertur priuato agenti ex cauſa lucratiua; ſed ſi ambo veniant ex eadem cauſa, ſeruatur intèr eos* Regula qui prior de regulis Iur.

13 *Fiſcus quandò præferatur priuato, dubio prioritatis ceſſante?*

14 *Fiſcus agens hypothecaria contra aliquem, & aliquam rem, non tenetur probare talem rem fuiſſe in bonis illius, qui obligationem contraxit tempore obligationis, ſicùt priuatus tenetur.*

15 *Fiſcus præfertur omnib⁹ creditoribus chirografarijs, etiã anteriorib⁹.*

16 *Fiſcus habens expreſſam hypothecam, licèt poſteriorem, præfertur priori creditori habenti tacitam, ſicùt præfertur dos.*

17 *Fiſcus concurrens ad bona communis debitoris cum alio creditore anteriore, ſiuè generalem, ſiuè ſpecialem hypothecam habente, non vtitur lure ſpeciali, ſed ſeruatur intèr eos* Regula, qui potior. de regulis Iuris.

18 *Creditores habentes hypothecam anteriorem preferuntur poſterioribus, non ſolùm in bonis iàm quæſitis pèr debitorem, ſed etiàm in his, quæ pòſt hypothecas poſteriores contractas, ei obuenerunt. Quod fallit ſi concurrant cum Fiſco, nàm eo caſu ſolùm operantur effectũ hypothecæ in bonis, quæ debitor habebat antequã contraheret cum Fiſco.*

19 *Fiſcus in bonis à debitore adquiſitis pòſt ſuum contractum potior eſt prioribus creditoribus, etiàm expreſſam hypothecam gneralem habentibus, & redditur ratio.*

20 *Comprobatur eadem concluſio, & referuntur Authores, qui eam, &* l.Si is, qui 28.ff.de Iure Fiſci, *declarant, & limitatur quòad dotem habentem anteriorem hypothecam.*

21 *Fiſcus non ſolùm præfertur anterioribus creditoribus in bonis poſteà quæſitis, ſed etiàm in fructibus prouenientibus pòſt ſuum contractum ex bonis, & hypothecis aliorum creditorum anteriorum, quod ſpeciali nota addendum eſt Fiſci priuilegijs.*

22 *Fiſcus àn in caſu* dict.l.Si is, qui 28. ff. de Iure Fiſci *excuſetur ab onere probãdi bona, quæ pòſt ſuam obligationem fuerunt adquiſita?*

23 *Fiſcus in bonis poſteà quæſitis ſolùm præfertur creditoribus deducentibus Ius ſuum ex hypotheca anteriori, non verò illis, qui ſimùl cum hypotheca habent aliud priuilegiũ, & declaratur* l.fin.in principip.ff.Qui potior.in pign.&c.

24 *Fiſcus habet priuilegium in hypothecaria, & etiàm in perſonali, & ideò præfertur his, qui ſolùm habent priuilegium in perſonali.*

25 *Creditor perſonalis, vt poſsit agere contra debitorem debitoris ſui, quæ requirantur? & num.26.*

26 *Creditor debitoris calamitoſi indiſtinctè, ſiuè ſit chirografarius, ſiuè hypothecarius, poteſt debitorem compellere, vt actiones ſuas cedat, vèl ſinè ceſsione aduerſus debitores eius experiri.*

27 *Fiſcus quomodò poſsit debitorem debitoris ſui conuenire, & qua prærogatiua in hoc gaudeat?*

28 *Priuato, habenti ſimùl cum actione perſonali hypothecariam, competit Ius conueniendi actione vtili debitorem debitoris ſui.*

29 L.1. C. de conueniendis Fiſci debitoribus, lib.10. *declaratur.*

1 Cog-

1 COgnita iàm, & ſpecificè expoſita cõtrouerſia dotis, & Fiſci, & in quo conueniant, & diſtinguantur, vt progrediamur ad reliqua Fiſci priuilegia, præferentiam intêr cæteros creditores ei indulgentia (de alijs enim ipſius priuilegijs non eſt noſter ſermo) priùs opportet amouere obicem, qui videtur reſultare ex deciſione, *leg. Non puto, ff. de Iure Fiſci*, vbi Modeſtinus, ſic ait: *Non puto delinquere eum, qui in dubijs quæſtionibus contra Fiſcum facile reſponderit.* & in ea animaduerti ſolet; in dubio aduerſûs Fiſcum iudicandum eſſe: quod vt ſingulare notat Matheſilanus *notabili 72.* & conuenit Plinius *in Panegyrico ad Trajanum*, dùm dixit: *Quæ præcipua tua gloria eſt, ſæpiùs vincitur Fiſcus, cuius mala cauſa numquàm eſt, niſi ſub bono Principe.* iunctis alijs, quę in id adducunt Couarr. *dict. cap. 16. nu. 1.* Simancas *de Catholic. inſtitut. tit. 9. num. 53.* Menoch. *conſ. 305. num. 25. & conſ. 451. num. 39.* Faquineus *lib. 10. controu. cap. 32. verſ. Altera ſententia.* Pacianus *de probat. lib. 2. cap. 25. num. 85. verſ. Et hoc quidèm.* Carleual *de Iudicijs, tom. 2. diſput. 1. num. 34.* vbi plures. Farinacius *in Fragmentis, verb. Fiſcus num. 149.* & comprobauimus *ſuprà Tit. 2. quæſt. 4. num. 41. & 42.* Prò quo notandum eſt.

2 Primò, quòd Fiſcus vbi ſpecialitêr nõ reperitur priuilegiatus, vtitur Iure communi vt priuatus *l. placuit 37. ff. de Iur. Fiſc. l. Idem Iuris 12. ff. de Compenſat. l. Cùm viciosè 25. ff. de Pignor. l. 1. C. de Conductor, & Procurator. lib. 11. gloſſ. in l. Item veniunt 22. §. In priuatorum, verb. in publica, ff. de Petit. hæredit.* Martinus Laudenſis *de Fiſco, in princip. quæſt. 14.* Peregrinus *de Priuileg. Fiſc. lib. 6. tit. 1. num. 1.* Barboſa *in l. 1. par. 7. num. 19. in fin. ff. Solut. matrim.* Zeuallos *Commun. contr. comm. quæſt. 822. num. 10.* D. Petrus Noguerol *alleg. 33. num. 84.* Giurba *conſ. 67. num. 14.* D. Franciſcus de Amaya *lib. 3. obſeruat. cap. 2. num. 24. & in l. Vnic. C. Pœnis Fiſcalibus credit. præf. num. 14.*

3 Secundò, quod *dict. lex. Non puto* debet intelligi, quotiès Fiſcus aduerſûs priuatum agit de lucro captando, âc de pœna, ab eo exigenda, qui crimen aliquod commiſiſſe dicitur, eiuſque patrimoniũ ob id ad Fiſcum delatum cenſetur, vt tùnc indubio contra Fiſcum iudicandum ſit, vt tenent Iaſſon *in l. 1. ſolut. matrim. num. 37.* vbi, & Cumanus *num. 11.* Soccinus *numer. 8.* Ripa *num. 4.* & cum eis, & alijs Couarrubias *dict. cap. 16. num. 1.* qui ità legem percipit: *Immò fortaſsis ea fuit Iuriſconſulti mens, vt in dubio quotiès anuiguum fuerit, habeat nè Fiſcus in altqua controuerſia priuilegium, potentius vè Ius, quàm priuatus? aduerſus Fiſcum pronuntiemus, eum pari Iure vt priuatum cenſentes.* & Faria *ibi in Additionibus, num. 9.* cum Menochio, Barboſa, Ioanne Garcia, & Carleual ait, in eo text. conſultum dum-

dumtaxàt probare non eſſe priuilegium Fiſco, vt in dubijs prò eo pronuntietur, vt doti, & libertati; atque ideò non delinquere, aût facere contra Ius, qui eadem facilitate, qua contra priuatos, contra Fiſcum iudicauerit, quandò ei licuerit prô arbitrio, quam maluerit partem amplecti proptêr dubium, & proſequitur, quôd perperàm ex eo infertur in quæſtionibus anuiguis aduerſûs Fiſcum pronuntiari debere; immò nulla ratione poſſe ſuaderi, vt deterioris conditionis, quâm priuatus, ſit Fiſcus.

4 Benè Neguſantius *de Pignor. 4. membr. 2. part. num. 117. & ſeqq.* vbi quòd hæc eſt vera ſententia, quam defendit ab impugnatione Alexandri; *& num. 118.* ità reſoluit: *Ego autèm puto, quòd magis vera, & communis opinio ſit illa, quam firmat Iaſſon videlicèt, quòd quandò ſumus in cauſa oneroſa, indubio præferri debeat fiſcus priuato, quandò autèm ſumus in cauſa lucratiua præferri debeat in dubio priuatus fiſco; hanc enim opinionem tenet Iacobus de Veluis in l. 1. in fin. C. de Caducis tollend. & Raphael Cumanus, Angelus de Aretio, & Iaſon ſuprà relati, & ſic quòd dicta lex non puto, loquatur in cauſa lucratiua. Alia autèm lura, quæ allegantur in contrarium, loquuntur in cauſa oneroſa, & quòd dicta opinio procedat, ſiuè dubiũ verſetur in articulo Iuris, ſiuè in articulo facti, quià cùm leges loquantur indiſtinctè, indiſtinctè debent intelligi, l. de pretio, ff. de Publiciana, &c.* quem referunt, & ſequuntur Mercurialis Merlinus *de Pignor. lib. 3. tit. 3. quæſt. 92. num. 6.* Reuerterius *deciſ. 378. num. 2. & ibi* Marinis *in Addition. num. 2.*

5 Peregrinus *de Iure fiſci, lib. 6. num. 23.* vbi quôd *dict. l. Non puto* optimè debet intelligi, & declarari de dubijs quæſtionibus, ſcilicèt, reſpectu probationum, vt quiâ nõ ſint certę, vèl quiâ cauſa ſit coniecturalis; adeò quôd non conſtet de Iure, & cauſa fiſci. Singularitèr Gothofredus, à Doctoribus non animaduerſus, *in l. 2. C. ad leg. Iul. de vi publ. vel priu. litt. L.* vbi proponit caſum Rhotomagi anno 1563. coràm Carolo IX. Francorum Rege, ſic deciſum in re dubia aduerſûs Fiſcum in fauorem Sororum petentium dotes ab eo, qui ex confiſcatione ſucceſſerat fratri maiori. D. D. Petrus de Salçedo *in Tractatu del Contrabando, cap. 29. verſ. Pero en el ſegundo in nota marginali num. 68.*

6 Alexander Turaminus *in Peculiari, & ſpetioſa repetitione*, quã fecit *ad dict. l. Non puto, part. 1. cap. 2. à num. 1. & per totum*, vbi relatis aliorum Doctorum ſententijs, cõcludit generalitêr eſſe intelligendam, videlicêt, quòd vbi nulla alia ratio quæſtionis intèr Fiſcum, & priuatum deffiniendę ſupeditetur, tùnc contra Fiſcum reſpondendũ, & iudicandum ſit, vt ibi comprobat, & declarat, *& cap. 3. ſeq.* eam generalem acceptionem ab omnibus opugnationibus defendit: & in idem conſentiunt Antonius Gomez *in lege 9. Taur. num. 25.* vbi agens de tacito fideicommiſſo relicto

licto indigno, quod Fiſco aplicatur, & probans quòd ad eius comprobationem tamquam rei occultę ſufficient veriſimiles coniecturę, & præſumptiones, ità ſingulariter declararat: *Vnum tamèn eſt, quòd in dubio, quando vertitur dubiũ àn caſus ſit dignus confiſcatione, vèl non, vèl àn probatio taciti fideicommiſsi, vèl conjecturæ concludat, vèl non, ſempèr eſt iudicandum, & interpretandum contra Fiſcum, qui prætendit cauſam lucratiuam, & odioſam text. eſt in l. Non puto, ff. de Iure Fiſci, &c.* Hodierna ad Surdum *deciſ.* 13. *num.* 9. D. Gregorius Ganauerro *deciſ.* 1. *nu.* 121. vbi quod *dict. l. Non puto*, ſi attentè perlegatur non probat contra Fiſcum in dubio pronuntiandum, nàm Conſultus, in illis verbis: *Non puto delinquere* non vult dicere quòd id ſit licitum, ſed veriùs intelligendum eſſe, quòd dicat id eſſe illicitum proptèr rationem dubitandi, vt ibi explicat, & tenet etiâm Amaya *in l.* 1. *C. de Iure Fiſci, lib.* 10. *num.* 49. *& in l. Vnic. C. Pœnis fiſcalibus eodem libro, num.* 8. Fermoſino *in Allegat. Fiſcal. alleg.* 61. *num.* 9. nouiſsimè collega meus quôndam, & ſempêr amicus D. Didacus Antonius Faxardo, Senator Mediolanenſis *in Allegat. Fiſcalibus part.* 1. *alleg.* 9. *à num.* 280. *& num.* 285.

7 Prò perfecta materię aſſequutione, proponitur quæſtio illa ſpinoſa, & ſatis dubia, àn ſcilicèt, creditor poſterior ex cauſa oneroſa præferatur anteriori ex cauſa lucratiua, velùti donatario anteriori cum hypotheca, vêl conſtituto. In qua licèt prò creditore ex cauſa oneroſa tenuerint aliqui Doctores, & alij prô creditore ex cauſa merè lucratiua, vera reſolutio eſt, quòd creditor ex titulo lucratiuo, qui non habet hypothecam, ſed perſonalem tantum actionem, non præfertur poſteriori creditori ex cauſa oneroſa; ſecûs vero ſit, ſi habeat hypothecam, vèl cóſtitutum, nàm tùnc gaudebit temporis prærogatiua, & præferetur, vt relatis vtriuſque ſententię aſſertoribus, & eorum rationibus perpenſis, tenent, & comprobant Ioannes Dominicus Gaito *de Credito, cap.* 4. *quæſito* 11. *num.* 1235. *& ſeqq. & in Appendice part.* 2. *reſolut.* 1. *& reſolut.* 2. vbi impugnationes contra prędictam reſolutionem factas pèr Regentem Rouitum *in Appendice ad deciſionem* 68. in qua egit de materia, remouet, & *part.* 3. *dictæ Appendicis* Gaito refert opinionem Carleual priûs *in quibuſdam Iuris allegationibus prò fiſco ſcriptis*, comprobatam, & poſteà repetitam in tractatu *de Iudicijs*, *tom.* 2. *diſputat.* 30. dùm mordicùs tenet prô creditoribus ex cauſa oneroſa abſolutè, cum Gutierrez. D. Ioanne Franciſco del Caſtillo, Paſchalio, Conſtantio, & alijs. Sèd pèr decem reſolutiones ſequentes neruosè, & ſolidis fundamentis ſententiam ſuam defendit, & confirmat, contrarijs ſatisfaciens. Antoninus de Amato *tom.* 1. *reſolut foreni. reſolut.* 26. *nu.* 16. vbi eodem diſtinctionis fædere prædictas diſsidentes opiniones con-

conciliat, benè D. Ioannes de Xatt *deciſ 79.* vbî cum Gaito ſentit contra Rouitum, latè, & elegantêr D. Ioannes Franciſcus Marcianus *lib. 2. diſputat forenſ. diſput. 55. pèr totam*, vbî ex profeſsò quæſtionem diſcutit, & Rouiti, & ſequacium rationes, & fundamẽta excludit, & proſequitur *diſputat. 56.* Ioannis Maria Prato *in Addition ad dictum Paſchalium de Patr. poteſt. par. 2. cap. 9. num. 45.* D. D Alphonſus de Olea *de Ceſſ. Iur. & act. tit. 4. quæſt. 3. nu. 27.* Pichardus *in § Quædam actiones 20. in repetitione, l. Priuilegia, ff. de Priuileg. credit. num. 70.* & faciunt tradita pèr Carraſco *ad Leges Regias, cap. 11. 3. par. à num. 206.* vbî loquitur in vxore petente arrhas in concurſu contra creditores poſteriores. D. Franciſcus Merlinus *centur. 2. controu. forenſ. cap. 19. pèr totum*, vbî *num. 17.* ſummè extollit Gaitũ, & ad illum ſe remittit.

8 Suppoſita ergò hac reſolutione, concluſio fauore Fiſci ampliatur, vt procedat quandò Fiſcus agit ex cauſa oneroſa contra priuatum ex cauſa lucratiua poſsidentem, nàm in dubio prò Fiſcali inſtrumento pręſumetur, vt probat inſignis text. *in l. 1. C. de Iure Fiſci, lib. 10.* cuius duę lecturę proponũtur à Bartulo, Ioanne de Platea, Rebuffo, & cæteris Doctoribus. Prima eſt: Donatarius, conuentus à Fiſco hypothecaria, debet probare donationem interceſiſſe, & pręceſiſſe obligationem fiſcalem, vt abſolutio ſequatur. Secunda verò ſic exponitur: Donatarius conuentus à Fiſco actione pauliana reuocatoria alienatorum in fraudem creditorum, in dubio debet probare donationem præceſiſſe, vt abſoluatur à petitione Fiſci; in vtraque lectura, ſuppoſita ſpecie illius, qui cùm obligatus fuiſſet fauore Fiſci adminiſtrationis ſuę rationem reddere, prædia filijs ſuis emãcipatis donauerat, & poſteâ Fiſcus ex prædijs reliquationem exigere volebat. Valençuela Piſcator *in eadem lege num. 11.* verùm eius ſenſum in eo conſiſtere exiſtimauit, vt ſpeciale Ius prò Fiſco proponat in eo, quòd licèt Fiſcus actor ſit, nèc probet ſui iuris, & obligationis prioritatem, obtinebit tamèn in cauſa, niſi reus à ſe conuentus liquidò probet ſui Iuris anterioritatem, & ità, te dubia ſic exiſtente, præſumit lex in Fiſci fauorem, dummodò tamèn duo copulatiuè concurrant. Primùm quòd Fiſcus agat ratione contractus, & conſequentèr ad damnum vitandum; alterum quòd agat aduerſùs titulo lucratiuo poſsidentem, & carpit omnes Doctores, qui perperàm, & citrà omnem legis mentẽ, putarunt ex ea generaliter deduci poſſe regulam, quòd in dubijs ſit prò Fiſco iudicandum.

9 Et licèt Alexander Turaminus in dicta interprætatione *legis non puto, ff. de Iure Fiſc. cap. 3. nu. 12. & ſeqq.* acutè conatus fuerit defendere nullum ſpeciale priuilegium dictam legem Fiſco concedere, ſèd ſecundùm Ius ſtatuere, quià Fiſcus in ea venit aduerſùs donata pèr

eius

eius administratorem, tamquâm alienata, & donata in eius fraudem, cûm bona illa propter obligationem donatoris, & administratoris bonorum Fiscalium essent fisco tacitè hypothecata *ex dict. l.2. C.In quibus caus pign.vèl hypoth.tac.contr.* & cùm fraus, qua fiscus nullam dicit donationem, non possit à donatario purgari nisi ex tempore, eiusque prioritate, Iure text. mandat probationem fieri ab eo, qui se fundat in tempore; cûm regulare sit vnumquemque probare debere fundamentum suę intentionis, ex *l.Actor.C.de probat. l.Eum actum, ff. de Negot.gestis.* Bart.Immola, & cęteri *in l.illa ff.de Verbor.obligat.* cùm autèm Fiscus, ad Iudicium prouocans Patrem, probat ex administratione illum debitorem esse, ac bona donata pèr eum possessa fuisse, satis prô vtili Saluiano interdicto obtinere videtur, ex notatis pèr Bartolum *in l.1.num.3.ff.de Saluian. interdicto, & in l.3. C. Eodem,* & si reus legitimè se defendere intendit, necesse est excipere veram esse administrationẽ, tamèn antè illius susceptionem fuisse sibi factam donationem, & cum hoc excipiendi modo prioritatem temporis deducat; ità ab ipso excipiente probari debet, non propter Fisci priuilegium, sed quià reus in sua exceptione actor est *l.2.ff.de Except. l.in exceptionibus 19. ff. de probat.* cum vulgatis.

10 Tamèn hæc interpretatio non amplectitur à Doctoribus, quià regulariter secundùm Ius, creditores non possunt obtinere, nisi probent rem donatam sibi anteà fuisse obligatam, vt probat Text. *in l.de rebus 13.C.de Donat.antè nuptias* ât verò Fiscus *in dict. l.1.* agebat contra Donatarios, quibus aiunt Imperatores incumbere onus probàdi donationem suam præcessisse Fisci obligationem, ex particulari Fisci priuilegio, moti ea ratione, quòd agit de damno vitando, hoc est, de debito exigendo à debitore, qui reliqua soluere tenebatur; filij verò de lucro captando, & ità sentiunt cum Bulgaro *in l.1. ff.Soluto matrim.num.6.* Barbosa *in eadem lege 2.part.num.19.* Menochius *de Præsumpt.lib.2.dict.præsumpt.72.num.7. vers.Secundus casus.* Castillo *lib. 5. controuers.cap.89.num.131.* vbi probat illud priuilegium Fisco concessum *in l.1.* non esse generale, sed restringendum ad terminos illius text. scilicèt, quandò Fiscus agebat de damno vitando, & possessor de lucro donationis, & extrà illos terminos procedere dispositionem *dict. leg.Non puto, ff. de Iure Fisci,* Couarr. *lib.1.var.dict.cap.16.num.2.* quem sequitur D.D.Alphonsus de Olea *de Cess.Iur.& act. tit.8.q.3. nu.* 18. vbi alios citat, & dicit ità intelligendum Alfaro *de Offic. Fiscalis, gloss.16. priuilegio 25.& 35.& gloss. 34.num.128.* dùm indistinctè tradit, instrumentum Fisci priuati instrumento anterius pręsumi. Fatia *in Addit.ad dictũ cap.16.Couarr. num.16.& num.17. & num.45.* vbi alios adducit. D.Francisc.de Amay. *in Commentarijs ad dict l.1.C.de Iure Fisci,*

*Fiſci, num.*30. & Fuluius Conſtancius *in eiſdem commentarijs, num.*14. Carleual *de Iudicijs, tom.*2. *diſput.*30. *num.*29. *&* 30. Ludouicus Peguera *deciſ.*48. *num.*1. *&* 2. & benè Philippus Paſchalis *de Viribus patr. poteſt. part.*2. *cap.*9. *num.*45.

11 Eandem reſolutionem amplectitur Fuluius Pacianus *de Probationibus, lib.*2. *cap.*25. *num.*84. *& ſeqq.* vbi cõcluſionem generalem, quòd tempus ſit probãdum ab eo, qui in eo ſe fundat ex *l. Matrem, C. de Probat. l. Eum, qui §. Publiciana, ff. de Publicia. in rem act. l. Eum actum, ff. de Negot. geſtis,* & alijs ab eo adductis *à num.* 10. Limitat fauore Fiſci agentis hypothecaria aduerſûs priuatum, & quôd hoc verê procedit in ſpecie *dict. l.* 1. *C. de Iur. Fiſc.* ſic affirmans *num.* 85. *& hoc quidèm videtur eſſe verùm in caſu expreſſo in dict. l.* 1. *C. de Iur. Fiſc. lib.*10. *Vbi videtur concedi ſpecialitèr hoc priuilegium Fiſco ſecundùm communem intellectum illius legis, vèl vbi tractatur de cauſa lucratiua ex parte priuati, & oneroſa ex parte fiſci, vt ait Soccinus in dict. l* 1. *num.*6. *col.*1. *ff. Solut. matrim. Sèd extrà illum caſum, & alios ſimiles priuilegiatos, non procedit limitatio, immò fauorabilior eſſe cenſetur cauſa priuati, &c.*

12 Reſtat ergò quòd in dubio Fiſcus, agens ex cauſa oneroſa, prę-fertur priuato agenti ex cauſa lucratiua; ſed ſi ambo veniant ex eadem cauſa, vèl oneroſa, vèl lucratiua ſeruabitur inter eos *Regula Qui prior de regul. Iur.* cùm tùnc vtatur Iure priuati.

13 Ceſſante dubio in materia prioritatis, vèl poſterioritatis hypothecę, quandô Fiſcus concurrit cum alio creditore priuato, conſtituendę ſunt ſequentes regulę.

14 Prima, quòd licèt priuatus, agens actione hypothecaria cõtra aliquem, tenetur probare non ſolùm hypothecam, ſed etiàm tempore conſtitutionis eius talem rem fuiſſe in bonis illius, qui obligationem contraxit, & cuius voluntate hypothecę ſubiecta fuit, vt probant apertalura *in l. Antè omnia* 23 *ff. de probat. l. Si ſuperatus* 3. *ff. de Pignoribus, l.*18. *tit.*13. *part.*5. vbî Gregorius Lopez *gloſſ.*1. *verb. ſuya,* latiſsimè declarat; ſicùt etiàm Afflictis *deciſ.* 383. *& ibi* Vtſillus *in Addit.* & Fuluius Pacianus *de probat. lib.*2. *cap.*25. *num.*19. vbi quòd concluſio procedit, quandô agitùr de ſpeciali obligatione, nàm in generali ſufficit probare quandocũquè fuiſſe in bonis debitoris pòſt contractam obligationem. D. Ioſeph Vela *diſſert.*46. *n.*8. *&* 9. *tom.*2. vbi, & quid, quandò tertius habet cauſam à debitore? Hæc regula nó procedit in Fiſco, nàm ſi actionem hypothecariam contra aliquem, & aliquã rem proponat, non adſtringitur hoc probationis onere, quod quidêm, licèt aliqui Doctores generalitèr acceperint, verè ſolùm procedit, & debet admitti in caſu ſpeciali *dict. l.* 1. *C. de Iure Fiſci, lib.*10. & extrà illum, generalitèr prædicta Iuris regula vti debet, vt benè probant Amaya, & Pacianus *in locis proximè relatis*, ſed videndus eſt

Maxi-

Maximilianus Fauſtus *in Conſilijs prò Ærario, claſſ. 9. conſ. 40. verſ. Quantum priuilegium Fiſci eſt.*

15 Secunda, quòd Fiſcus, ex ratione prædicta hypothecę ſibi à Iure competentis in ſuis contractibus, præfertur omnibus creditoribus chirografarijs, etiàm anterioribus, vt argumento *l. 34. ff. de rebus Auth. Iud poſſid. l. 28. ff. de Iur. Fiſci, & l. 1. C. Si propter publicas penſit.* probat Maximilianus Fauſtus *in Conſil. prò Ærario, claſſ. 8. conſ. 15. num. 14.* Regens Salernitanus *deciſ. 60. num. 2.* Pegueta *deciſ. 38. num. 8.* Rodriguez *de Concurſu creditor. art. 2. 1. part. in principio*, & ibi Anton. Maria Bertolus *in Addit. num. 3.*

16 Tertia, quòd ſi Fiſcus habeat expreſſam hypothecam, licèt poſteriorem, præferetur priori creditori tacitam habenti, ſicùt etiàm dos præfertur, vt notauimus *ſuprà hoc Tit. quæſt. 3. num. 4.* & licèt in hoc de Iure communi fuerint diuerſę ſententię, tamèn de Iure Regio indubiè procedit ex diſpoſitione *leg. 33. tit. 13 partit. 5.* vt obſeruant Petrus Barboſa *in l. 1. 6 p. num. 9. ff. Solut. matrim.* Gutierrez *lib. 3. Pract. quæſt. 99. num. 17.* Matienço *in l. 7. tit. 16. gloſſ. 5. num. 5. lib. 5. nouæ Recopil.* Caſtillo *lib. 3. controu. cap. 4. num. 14.* Azeuedo *in l. 16. tit. 7. lib. 9. Recopil. nu. 4.* Acoſta *de Priuileg. credit. reg. 2. ampliat. 7. num. 164.* Alfaro *de Officio Fiſcalis, gloſſ. 16. priuileg. 21. nu. 100. & 101. & priuileg. 22. num. 102.* Bobadilla *in Polit. lib. 5. cap. 6. n. 29.* D. Rea *deciſ. 85. num. 6.* Anton. Maria Bertol. *in Addit. ad Rodrig. vbi proximè n. 6.*

17 Quarta, quòd ſi aduerſùs communem debitorem Fiſcus cócurrat cum alio creditore anteriore, ſiuè generalem, ſiuè ſpecialem, hypothecam expreſſam habente, tûnc ſeruanda eſt intèr eos Regul. *Qui prior de regul. Iur.* vt ex *dict. l. 33.* & Couarr. tenet Flores de Mena *lib. 1. var. cap. 6. §. 3. num. 28.*

18 Quę concluſio, licèt generalitèr procedat in omnib⁹ creditoribus, excepto Fiſco, in quibus Iure communi attento, primus creditor, habens generalem hypothecam, tempore priorem, præfertur poſterioribus creditoribus, nó ſolùm in illis bonis, quę iàm quæſita erant pèr debitorem, ſed etiâm in his, quę pòſt ſecundam hypothecam ei obuenerunt, vt probant Tex. *in l. 2. ff. Qui potiores in pig. hab. l. Si ignorante, C. de Remiſſione pign.* Bart. *in l. Si is, qui 28. ff. de Iur. Fiſci, num. 2.* Ripa *in l. Priuileg. num. 16. ff. de Priuileg. credit.* Neguſancius *de Pignor. 2. membr. 5. part. num. 39.* vbi dicit communem, Peregrinus *de Iur. Fiſc. lib. 6. tit. 6. num. 15.* Mercurialis Merlinus *de Pignor. lib. 4. tit. 1. quæſt. 2. num. 19.* Mantica *de Tacitis, & ambig. conuent. lib. 11. tit. 22. n. 26.* Tamèn concurrente cum eis Fiſco, ſolùm habet locũ in bonis, quę debitor habebat antequá contraheret cum Fiſco, in quibus primus creditor, cui debitor bona ſua ſpecialitèr, aût generalitèr obligauit, præferetur, vt colligitur *ex l. Si fundum, C. Qui potiores in pign. hab. l. vnica, C. Rem alien. gerentibus,*

l. Si pignus, l. vltim. ff. Qui potiores, gloſſ. vltim. in dict. l. Si is qui, recepta ab omnibus, vt ibi notat Bart. Couarr. *dict. cap. 16. num. 2.* Neguſantius *vbi proximè num. 42.* & Peregrinus *num. 16.* Mantica *dict. lib. 11. tit. 25. num. 5.*

19 Nàm in bonis à debitore adquiſitis pòſt contractum cum Fiſco geſtum, fiſcus priotibus creditoribus etiâm expreſſam hypothecam generalem habentibus ſempèr, & vbîque potior erit, & prælationem habere debet, ex ſpeciali priuilegio ei conceſſo *in dict. l. Si is, qui 28. ff. de Iure Fiſci*, quod notant, & latè comprobant, & exornant Bartolus, & reliqui Doctores communitèr *in illo text.* Gregor. Lopez *in dict. l. 33. tit. 13. par. 5. gloſſ. 4. verb entoncè, verſ. Cùm & fiſcus.* Couarr. *dict. lib. 1. cap. 16. nu. 2. verſic. Et his ſufragatur.* Gutierrez *lib. 3. Practic. quæſt. 99 num. 11.* Barboſa *in l. 1. 2. part. ſolut. matrimon. num. 12. & 16.* Mantica *de Tacitis conuent. dict. lib. 11. tit. 25. num 6. & 7.* vbi *num. 8.* hanc reddit rationem quòd bona, antèquam fuerint ipſi debitori adquiſita, non poſſunt dici obligata, quià in rebus alienis non poteſt conſiſtere hypotheca, nèc adquiſitio retrotrahitur, Salycetus *in l. Aſſiduis, num. 4. verſ. & attende, C. Qui potiores in pign. hab.* Vndè cùm natiuitas hypothecę in idem tempus concurrat, priuilegiatus debet præferri non priuilegiato. Baldus *in conſ. 189. num. 2. lib. 3.* nâm quôad ea bona Fiſcus, & priuatus videntur eſſe pares, & in pari cauſa fiſcus potior intelligitur, *l. 1. C. de Iure Fiſci, lib. 10.* & ſic fauore Fiſci non inſpicitur ordo tacitę, vèl expreſſę conuentionis, ſed adquiſitionis. Peregrinus *de Iure Fiſci, dict. lib. 6. tit. 6. num. 15.* quam rationem expendit etiâm Turaminus *in dicta repetitione, leg. Non puto, part. 1. cap. 3. num. 27.*

20 Rodriguez *de Concurſu credit. 1. part. art. 2. num. 5.* Caſtillo *dict. lib. 3. cap. 4. num. 19.* Tuſchus *litt. F. concluſ. 383. num. 28.* Gaito *de credito, cap. 4. quæſito 11. num. 1542. & 1831. & num. 1895. vbi num. 1896.* quôd in his bonis non præfertur doti habenti anteriorem hypothecam. Fontanella *de Pactis nuptial. tom. 2. clauſ. 7. gloſſ. 2. part. 3. num. 6.* D. D. Ioannes de la Rea *deciſ. 20. num. 32. & ſeqq.* vbi benê declarat in quo conſiſtit priuilegium, & deciſionem *legis fin. ff. Qui potiores in pign. habeant.* quę videbatur obſtare. Caſtillo *dicto cap. 4. num. 19.* Pereira de Caſtro *deciſ. 23. num. 4. & deciſ. 39. num. 5.* Acoſta *de Priuilegijs creditorum, regul. 2. ampliat. 7. num. 161.* Nicolaus Antonius Gizzarellus *deciſ. 1. num. 3. & 33. & ibi* Ioſeph Melle *in Addition. num. 61.* & Didacus de Mari *num. 12.* Fuluius Conſtantius *in l. 1. C. de Iure Fiſci, num. 17.* Mercurialis Merlinus *de Pignoribus, & hypoth. lib. 3. tit. 3. quæſt. 87. à num. 4.* vbi latè de intellectu prædictarum legum. Amaya *in eadem l. 1. C. de Iur. Fiſc. lib. 10. nu. 41.* Nicolaus Euerardus *in locis legal in loco de fiſco ad dotem nu. 3.* Maximil. Fauſt.

in

in Conſilijs prò ærario, claſ. 9. conſ. 40. verſ. *Secundū priuilegiū eſt.* Epiſcop. Fermoſ. *in alleg. Fiſc. alleg.* 61. *à n.* 26.

21 Idem tenet Carleu. *de Iud. tom.* 2. *diſp.* 28. *n.* 9. *& diſp.* 34. *pèr tot.* vbi ex profeſſò materiâ percurrit, & *prædict. l. Si is, qui* declarat, & exornat, & ſingularitêr cóciliat cū *d. l. Titius vlt. ff. Qui potiores in pign. hab. & à n.* 20. probat Fiſcū, nó ſolū præferēdū eſſe in bonis poſteâ quæſitis, anteriorib⁹ creditoribus, ſed etiá in fructibus natis, & prouenientibus, ſeû adquiſitis pòſt ſuū córactum ex bonis, & hypothecis aliorū creditorū, quę antè illū debitor habebat, quod quidē ſpeciali nota priuilegijs Fiſci addendū eſt. Nā ipſe *n.* 26. ait: *In quare videò ſæpè ſæpiùs erratū cū magno Fiſci damno, nō attēto eius priuilegio. Ego verò ſæpiùs hāc ſentētiā practicaui, & iuxtà eā definiui multas cauſas Fiſcales, quarum ſpatio multorū annorū, Iudex fui, &c.* Et eum in hoc refert, & ſequitur Faria *in Add. ad Couar. d. c.* 16. *n.* 24. *in fin.* & prò hoc faciunt tradita pèr Alex. *in l. Si Conſtante, n.* 38. *ff. Solu. matr.* & pèr Barboſ. *ibid. n.* 47.

22 Attamē, quòad onus probandi, nullū habet Fiſcus priuilegiū, nā ſi egerit aduerſùs creditorē, ità debet Fiſcus probare poſterioritatē, id eſt, bona fuiſſe quæſita pòſt córactā obligationem cū primo creditore, Sicùt primus creditor debet probare ſuam prioritatem, id eſt, bona eſſe primò quæſita, quandò agit aduerſùs ſecundū creditorem, vt concludit Bart. *in d. l. Si is, qui* 28. *n.* 3. *in fin.* his verbis: *Et ſic ei, qui dicit prioritatem, vèl poſterioritatem incumbit probatio, ità docet Oldrad. quod puto verū, & probatur in l. Nō ſolùm,* §. *Sèd, vt probari, ſup. de nou. oper. nunciat. & l. Eum actum, in fin. & ibi gloſſ. ſup. de negot. geſt. & l. Matrem, C. de Probat. & de Præſcript. cap. fin. in Clement.* quem in his terminis ſequuntur Neguſant. *de Pign. 2. membr. 5. p. n.* 43. Pacian. *de Probat. d. lib* 2. *cap.* 25. *n.* 88. Fuluius Conſtant. *in d. l.* 1. *C. de Iur. Fiſc. lib.* 10. *n.* 19. Mieres *de Maiorat. p.* 1. *q.* 52. *n.* 47. ibi: *Vndè ſi prior agit contra Fiſcum, ſecundum creditorem, debet probare adquiſitionem factam, priuſquàm fuiſſet contractum cū Fiſco; ſed ſi Fiſcus agèret contra primū creditorem debet probare adquiſitionem bonorum factam pòſt ſuam obligationem, &c.* Merlin. *de Pignor. d. q.* 87. *nu.* 17. Didac. de Mari *in Addit. ad d. deciſ.* 1. *Gizzarel. nu.* 14. Rodriguez *de Concurſ. credit. art.* 2. 1. *part. n.* 10. & ibi Bertol. *in Addition. n.* 41. *& n.* 42. refert, licèt non ſequatur, contrarium tenentes, ſcilicèt, Fiſcū omninò eſſe exemptum ab hoc onere probandi.

23 Sèd prædicta reſolutio, deſumpta *ex dict. l. Si is, qui*, intelligenda, & obſeruanda eſt fauore Fiſci, quòad creditores Ius ſuum deducentes ſolùm ex hypotheca tempore anteriori, nâm ſi tales creditores ſimùl cum anterioritate temporis in hypotheca habeant aliquod priuilegium, putà, quià eſſet creditor ex cauſa tutelę, eſſet pupillus, vèl minor, & ſimiles, tùnc ratione duplicis priuilegij,

ſcilicêt, prioritatis temporis, & tutelę, minoris ętatis, &c. priuatus præferretur Fiſco, etiâm in bonis quæſitis poſt obligationem Fiſci, ità pêr Text. *in dict. l. fin. in princip. ff. Qui potiores in pign. habeantur*, intelligit *ibi Gloſſa, in verbo, Præferenda*, & Bart. *dict. l. Si is qui* ſequuntur Capicius *deciſ.* 129. *num.* 12. Alfaro *de Officio Fiſcalis, gloſſ.* 16. *priuileg.* 23. *num.* 105. Rodriguez *de Concurſu credit.* 1. *part. art.* 2. *ſub nu.* 8. verſ. *Quod quidem Ius*, Acoſta *de Priuileg. credit. in præfatione ad regulam* 2. *à num.* 1. vbi pluribus comprobat. Gaito *de Credito, cap.* 4. *quæſito* 11. *num.* 1548. D. Franciſcus Merlinus *tom.* 1. *Controuerſ. For. cap.* 2. *num.* 34. *&* 35. vbi ità declarat *dictam l. fin.* ibi: *Nobis amplectenda eſt antiquorum ſententia dicentium, ideò in ea ſpecie Setam fuiſſe prælatam Fiſco, quià duplici, ſiuè maius, triplici priuilegio fouebatur, nempè prioritatis, tutelæ, & minoris ætatis, &c.* D. Petrus Noguerol *allegat.* 17. *num.* 51. Conſtantius *in dict. l.* 1. *C. de Iur. Fiſc. num.* 18. Cæſar Gallupus *de Concurſ. credit. part.* 4. *cap.* 3. *num.* 16. verſ. *Imò ſi iſte creditor*, Mercurialis Merlinus *dict. quæſt.* 87. *num.* 14. Donatus Antonius de Marinis *in Obſeruation. ad deciſ.* 74. *Reuerterij num.* 3. *& ad deciſ.* 380. *num.* 4. vbi probat diſpoſitionem *d. l. Si is qui*, ſolũ procedere in Fiſco cũ priuatis creditoribus cõcurrẽte.

24 Quinta regula ſit, quòd Fiſcus habet priuilegiũ in hypothecaria, & ſimûl in perſonali, & ideò habet fortius Ius, & priuilegium, quo præfertur his, qui ſolũ habent priuilegium in perſonali, vt ſunt pupillus, & minores, qui ſi concurrant cum eo, & nõ habeant hypothecam expreſſam, Fiſcus, etiá poſterior tẽpore, præfertur eis, ſicût etiàm dos; & idem procedit in reliquis priuilegiatis in hypotheca, vt probant Platea *in l.* 1. verſ. *Itẽ nota, n.* 4. *C. Pœnis Fiſcal. credit. præf. lib.* 10. Flores de Mena *lib.* 1. *Var. q.* 6. *art.* 3. *n.* 23. Alfaro *de Offic. Fiſcal. gloſſ.* 16. *nu.* 162. *& gloſſ.* 34. *nu.* 127. Peregrin. *de Iur. Fiſc. lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 56. vbi ità tenet per Text. *in l. Quod quis, ff. de Priuilegijs creditorum.* Scipio Rouitus *deciſ.* 83. *nu.* 32. Gaito *de Credito, cap.* 4. *quæſito* 11. *n.* 2050. Regẽs Reuerterius *dec.* 74. vbi Marinis *in Obſeru.* exornat, & benè declarat qui ſint priuilegiati creditores, qui in actionibus perſonalibus cæteris nõ priuilegiatis præferuntur. Caſtill. *lib.* 4. *Contr. c.* 61. *n.* 57. *& ſeqq.* vbi optimè agit de materia.

25 Sexta regula huic conſentanea ſuccedit fauore Fiſci, nàm quáuîs creditor perſonalis (in quo procedunt *l. à Diuo Pio, §. Sic quoquè, ff. de Re iud. & l.* 1. *& 2. C. Quandò Fiſcus, vèl priuatus debitorẽ debitoris ſui cõuen. poſſ.*) nõ mãdatis ſibi actionibus, vèl nõ dato, nomine debitoris in ſolutũ non poſſit agere cõtra debitorẽ debitoris, niſi ſolũ in caſu, in quo debitor principalis ſit cõdemnatus, & nõ ſit ſoluẽdo, vêl clarê, & perſpicuè cõſtet de debito, vêl pèr inſtrumentũ publicũ, ſeù eius apertã cõfeſſionẽ, vt benè cum Bartulo *in dict. §. Sic quoquè, &*

Surdo

Surdo *conſ.4. num.* 27. comprobat D.Petrus Noguerol *alleg.* 35. *num.* 17. *& ſeqq.* vbi adducit Rotę *deciſionem quæ eſt* 760. *part.*2. *recentiorũ.* Farinacij iuxtà hanc ſententiam; ſic enim ait Farinacius *num.*2. *Et quàmuis ad hunc effectum, vt creditor poſsit agere cõtra debitorem debitoris, tria requirantur, nempè primò quòd talis debitor fateatur debitum. Secundò, quòd principalis debitor fuerit condemnatus. Tertiò, quòd principalis debitor fuerit excuſus, & non ſit ſoluendo, vt etiàm ab eadem Rota deciſum teſtatur Ludouicus Poſtius deciſ.*338. *poſt tractatum de manutenendo, nu.*2. qui addit eundem Surdũ *deciſ.*206. *num.*15.

26 Quod etiàm ſequitur eruditiſsimus D. D.Alphonſus de Olea *de Ceſſ.Iur, & action.tit.*4. *quæſt.*4. *à num.*1.vbi latè de materia, & licèt *num.*6.non cõueniat cum Noguerol dicens non rectè ſcripſiſſe, creditorem perſonalem, qui debitorem ſuum cõdemnatũ non habet, aduerſũs debitorem eius poſſe experiri etiâm in illis caſibus. Tamèn re verà materia attentè perpenſa prædicta concluſio vera videtur, & ſatis comprobatur in prædictis deciſionibus, & ex dictis ab eo *à num.* 10. qui *num.*5. limitat in creditore debitoris calamitoſi, qui belli infortunia fuit paſſus; nàm is indiſtinctè, ſiuè chirografarius, ſiuè hypothecarius creditor ſit, poterit debitorem ad cedendum actiones ſuas compelere, vel ſinê ceſsione, ſiuè abſit, ſiuè adſit debitor, aduerſũs debitores eius experiri *ex Auth. Nè quis cogatur bonis cedere, in fin. collat.*9. & Mancio *in Patrocinio debitorum decade* 2. *quæſt.*2. *à num.*44. *& num.*83. cum quo cõſentit etiàm Rota *dict.deciſ.*760. *nu.*2. *in fin.* probans excuſionem debitoris principalis non eſſe neceſſariam in caſu decoctionis ipſius. Et D. Olea in debitore debitoris debitũ agnoſcente, conuenit cum Noguerol *dict.quæſt.*4. *num.*17. *&* 18.

27 Hoc procedit in priuatis, ſed Fiſcus non ſolùm in illis caſibus, verùm etiàm ſpeciali prerogatiua, in alijs tribus poteſt debitorem debitoris ſui excutere, etiâm debitore ſuo non condemnato. Primus eſt cum debitor principalis non eſt ſoluendo, *l. Non intelligitur, §. Multa, ff. de Iure Fiſci, l. Non prius, C. Quãdo fiſcus, vel priuatus, l.*1. *C. de Condictione ex lege.* Secundus, quando ex ratione fiſci apparet debitum fuiſſe contractum, vt explicat Bartol. *in d. §. Multa.* Tertius eſt cum ex contractu Fiſcali debitores conueniuntur, *vt dict. §. Multa* quos recenſet Peregrin. *de Iur. Fiſci, lib.*6. *tit.*7. *num.*26. & eum refert, & ſequitur Gutierr. *de Gabellis, quæſt.* 164. *num.*19. Trentacinquius *lib.*3. *var. tit. de Solutionibus, reſol.*16. *à nu.* 3. Alfaro *de Offic. Fiſcal. gloſſ.*16. *priuileg.*4. *num.*31. D.Olea *vbi proximè num. fin. in Addition.* benè Ioannes Paulus Xamar *part.*1. *Rerum iudicatarum diſſinit.*10. *num* 41. *& ſeqq.*

28 Quod non mirũ videri debet, cum actioni perſonali accedat etiàm hypothecaria, quã diximus sẽper fiſcũ habere ex ſuis contracti

bus, quo caſu etiàm priuatis hoc Ius, conueniendi actione vtili debitorem debitoris, competit, ſiuè in generali obligatione bonorum, ſiuè in ſpeciali, vt comprobant Noguerol *dict. alleg.* 35. *num.* 16. & *num.* 21. D. Olea *dict. quæſt.* 4. *à num.* 24. Leon *deciſ. Valentiæ* 63. *num.* 8. & *ſeqq. tom.* 2.

29 Ex quibus lucem accipit text. *in l.* 1. *C. de Conueniendis Fiſci debitor. lib.* 10. vbi Fiſcus priûs conductorem prædiorum fiſcalium, deindè fideiuſſorem indemnitatis ab eo datum, & poſt hos, debitorem debitoris conuenire debet, nõ interueniente ibi aliquo priuilegio Fiſci quòad debitoris debitores, vt rectè declarat Amaya *in l.* 1. *C. de Decurionibus, lib.* 10. *à num.* 9. & 12. & cum eo, & alijs Epiſcopus Fermoſino *in Allegat. Fiſc. alleg.* 12. *à num.* 3. Carrocius *de Remedijs ſubſid. remedio* 77. *num.* 2.

QVÆSTIO XVIII.

In lucem deducuntur aliqua ſpecialia priuilegia, competentia Fiſco exequenti, & ſubhaſtanti bona conductorum vectigalium, gabellarum, vèl aliorum redituum Regalium, deprompta ex legibus Regni, proptèr fauorem publicum exigendi debita fiſcalia, ex quibus, neceſsitatibus ingruentibus ſubueniri queat.

Summarium Quæſtionis Decimæ octauæ.

Num. 1. *Expenditur diſpoſitio* leg. 16. tit. 7. lib. 9. Recopilat. *ſecundùm quam, executionem, & licitationem bonorum conductoris vectigalium, ſeù aliorum redituum Regalium, factam à Fiſco, ſolùm poſſunt impedire creditores, qui pèr inſtrumenta publica oſtenderint tales conductores ab eis conducta habere illa eadem bona, quæ venduntur; & ſic omnibus alijs præfertur Fiſcus.*

2 *Refertur Gironda, qui, huius priuilegij mentionem faciens, defendit vxorem conductoris in hoc caſu præferri Fiſco, ſi anteriorem cauſam habeat.*

3 *Confutatur Azeuedo, qui, vt duritiem* leg. 16. *euitet, omnes creditores priores expreſſas hypothecas habentes Fiſco præfert.*

Dubitatio non eſt admittẽda cùm verba ſunt clara. Lex generalitèr loquens generalitèr eſt intelligenda.

4 *Leges Regni plura priuilegia conceſſerunt Fiſco prò exactione ſuorum*

rum redituum contrà communes regulas.

5 *Executio facta in bonis conductorum prò luribus Regijs, non admittit vllam defenſionem prætèr ſolutionem, vèl ademptionem luris percipiendi; Cùm regularitèr in omnibus cauſis executiuis admittantur omnes exceptiones, quæ in termino decem dierum poſſunt verificari.*

6 *Forma ſtatuta* in l. à Diuo Pio, §. In venditione, ff. de Re iudicata, *capiendi primò bona mobilia, & ſi non ſufficiant, immobilia, non ſeruatur in cauſis, conductorum Redituum Regalium, ſed omnia bona capiuntur, & meliora, & quæ facilius emptorem inuenire poſſunt, ſubhaſtantur.*

7 *Iudices non poſſunt, nèc debent cõpellere priuatos diuites ad emẽdum res ſubhaſtatas, nec per Fiſcum occupatas. Sed hoc fallit in executionibus factis in bonis conductorum gabellarum, & Regiorum Redituum, quod declaratur, & exponuntur* leges 18. & 19. tit. 7. lib. 9. Recopilat. *quæ hoc priuilegium ſpeciale his cauſis concedunt. Et num.* 8.

9 *Compulſio priuatorum ad emendum bona ſubh. ſtata, quæ emptorem non inueniunt, in debitis Fiſcalibus, qua ſolemnitate, & forma exequenda ſit, tàm quòad apretium bonorum, quàm quòad electionem talium emptorum.*

10 *Remedium læſionis vltrà dimidiam non admittitur in venditionibus, ſeù traditionibus bonorum factis fauore Fiſci præuia prædicta ſolemnitate. Et num.* 11. *Vbi redditur ratio. Et notatur non procedere in his terminis* l. Si quos, C. de Reſcindenda venditione.

12 *Venditione facta pèr Iudices Senatus Patrimonij, vèl eorum delegatos, ſiuè Iure ordinario, ſiuè eo extraordinario compulſionis, ſi cõtrouerſia emergat ſuper ea, cognoſcenda, & terminanda eſt coràm Iudice, qui venditionem fecit.*

13 *Conductor vectigalium, ſeù redituum Regiorum non poteſt opponere exceptionem rei non traditæ, etiàm ſi aliqua portio ei certa non ſit, dummodò maior pars ſalua ſit, & ei tradita.*

14 *Fiſcus poteſt agere via executiua contra tertios poſſeſſores bonorum obligatorum per conductores Regiorum redituum ex quacumque cauſa, licèt ſecùs ſit in priuatis* ex l. 27. tit. 11. lib. 9. Recop. cap. 11.

15 *Diſpoſitio prædictæ legis non poteſt ampliari ad hypothecam conſtitutam in fauorem fiſci ex alia cauſa, quàm cõductionis redituum Regalium.*

16 *Via executiua fauore fiſci non ſolùm habet locum contra tertios poſſeſſores bonorum ſpecialitèr obligatorum, vèl contentorum in memoriali, quod tempore oblationis tenentur conductores producere, ſed etiàm eorum, quæ comprehenſa fuerunt in obligatione generali, vèl poſteà adquiſita, vèl non expreſſa in dicto memoriali.*

17 *Via executiua quandò habet locũ*

contra

contra tertios bonorum poſſeſſores, àn cum ipſis debeat ſequi, & liquidari, vèl ſufficiat exequi principalem debitorem?

18 *Conductores vectigalium, ſeù Regiorum redituum, quandò accedunt ad conductionem, & faciunt oblationem, vulgo* la poſtura *non ſolùm tenentur exhibere memoriale bonorum, ſed etiàm declarare participes, & ſocios conductionis, Quod comprobatur, & num.19 inferitur decretum Conſilij in Aula Millionum ad hoc nouiſsimè expeditum.*

20 *Fiſcus poteſt irrumpere contra participes, & ſocios conductoris, & eos compellere ad ſolutionem. Et num.21. quòd idem Ius habet contra ſecundum conductorem cõducentem à primo.*

22 *Publicus fauor verſatur in exactione debitorum Fiſcalium, quæ ſunt nerui, quibus Reſpublica ſuſtinetur, & ideò peculiaribus prærogatiuis adiubatur.*

23 *Prælationis priuilegium Fiſco cõpetens iuxtà* l.Si is, qui 28. ff.de Iur.Fiſc.*tranſit in eum, qui ſoluit id, quod fiſco debebatur, vt facilius alij debita fiſci exſoluant.*

24 *Priuilegia prælationis, & alia perſonalia Fiſco competentia tranſeunt in ceſſonarium, ſi hoc agatur, non tamèn tranſibunt in ceſſonarium dotis.*

25 *Fiſcus in caſu* l.16. tit.7. libr.9. Recopil.*anteponitur omnibus creditoribus, etiàm non excepta dote. Vtilitas publica fiſci, tamquàm maior, præferenda eſt aliæ minori.*

1 SVprà *quæſt.13.num.16.huius tituli* egimus de hypotheca, & prælatione competentibus fiſco, & gabellario eius Ius habenti, prô exactione gabellę cõtra priuatos debitores; ſed nùnc eandem materiam proſequentes, quòad contractus. Succedit aliud ſingulare quidèm, & extraordinarium prælationis priuilegiũ, Fiſco competens contra ipſos cõductores, ex diſpoſitione *l.16.tit.7.lib.9. Recopilat.* ſcilicèt, quòd ſi conductores Regiarum gabellarum, vèl aliorum reddituum pretium, quo eos conduxerunt, debitis temporibus non ſoluant, & ſic executiuè, & ſummariè contra eos, & eorum bona procedatur, & virtute ſententię addictionis licitationi exponãtur, & creditores talis conductoris ſe opponant, & licitationem bonorum impedire velint, non omnes creditores cuiuſcũmque ſint qualitatis ſunt audiendi, nèc poſſunt eam retardare; ſed tantummôdo illi, qui pèr inſtrumenta publica oſtenderint tales conductores ab eis conducta habere illa eadem bona, quę venduntur; & ſic Fiſcus hoc caſu in bonis conductoris omnibus eius creditoribus præfertur, deciſio legis hæc eſt: *Y que no ſea oido, ni recibido contra ello embargo alguno, que qualquiera perſona quiera poner en la vendida de los*

los dichos bienes; ſaluo, ſi moſtrare por eſcrituras publicas, que los arrendadores de las nueſtras rentas auian arrendado, ò alquilado los dichos bienes de aquel, que quiſiere poner el dicho embargo, refert, & ſequitur Alfaro *de Offic. Fiſcalis, gloſſ. 34. num. 29.* ibi: *facit l. 16. tit. 7. lib. 9. Recopilat. Vbi quæcũque bona poſſeſſa pèr debitorem Fiſci venduntur, niſi ſcriptura probentur non eſſe eiuſdem, &c.*

2 Quod priuilegium non videò exceptum, nèc celebratum pêr reliquos Regni Doctores. Nàm Gironda, qui de eo mentionem fecit, *de Gabellis, 4. part. §. 1. num. 20.* licêt agnoſcat prædictam legem omnes contradictores excludere videri, cûm generalitèr loquatur, ibi: *Que qualquiera perſona quiera poner*, & ibi, *ſi no fuere*, & hanc exceptionem firmare regulam in cõtrarium, *l. Nàm quod liquidè, ff. de penu leg. cum vulgatis*; tamèn defendit vxorem conductoris prò ſua dote præferri Fiſco in hoc caſu, ſi anteriorem cauſam habeat, non obſtante prædicta lege Regia, ex ratione *dict. l. 2. C. de Priuileg. Fiſci*, quià Fiſcus, & dos equiparantur, & pari paſſu ambulant circà prælationis priuilegium, vt dictum eſt.

3 Et Azeuedo *in eadem l. 16. tit. 7. lib. 9. Recopilat.* de eius duritiè conqueritur cum Conſulto *in leg. Proſpexit, ff. Qui, & à quibus.* Et vt eam euitet, non ſolùm vxorem fiſco præfert, ſed omnes creditores priores expreſſas hypothecas habentes, quod quidèm mihi à verbis, & intentione legis alienum videtur, quià eius verba clarè, & expreſsè concedunt Fiſco prædictam prælationem omnibus creditoribus, exceptis his, quos ibî ponit, & cum in verbis non ſit dubitatio non eſt aliàs admittenda, vt ait text. *in l. Ille aùt ille 25. §. Cùm in verbis, ff. de leg. 3. l. Continuus 137. §. Cùm ità, ff. de Verbor. obligat. l. Pediculis 32. §. Argento, ff. de Auro, & argent. leg. l. Non alitèr 69. ff. de leg. 3.* nàm in caſu claro interprætatio dicitur calumnioſa, *l. Si is qui, §. vlt. ff. de rebus dubijs, gloſſ. & DD. in l. Quidquid adſtringendæ 99. de Verbor. oblig.* & ex Cardin. Iaſſone, & alijs tradit Simon de Pretis *de Interpræt. vltimar. volunt. lib. 1. interprætat. 2. dubio 2. ſolut. 1. num. 3. vſquè ad 6. fol. 90.* Sèd lex generalitèr loquens, generalitèr debet intelligi *l. 1. §. Generalitèr, ff. de Legatis præſtandis. l. de Prætio, ff. de Public. in rem actione. l. in fraudem, §. vltim. ff. de Teſtam. milit. l. 1. §. Quod autèm, ff. de Aleatoribus. l. fin. in fin.* vbi Angelus *C. de Dotis promiſſ. cap. Solitæ, § fin. de matorit. & obedient.* cum alijs congeſtis à Barboſa *Axiomate 136. num. 1.* prô quo faciunt optima verba Parladori *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. p. §. 11. num. 8.* ibî: *Nàm ſi verbis apertis lex ità definit, nos legi repugnare qui poſſumus? dura dura & ſi lex ſit, ſufficit tamèn ità ſcriptum eſſe, l. Proſpexit, ff. Qui & à quibus manũ, liberi nõ fiant, ibi enim nobis interpretandi locus relinquitur, vbi legis mens, aùt verba dubia ſunt, non vbi ſunt apperta l. nõ alitèr, ff. de legatis 3.*

4 Et hoc indubiè comproba-

tur,

tur, quià ſi attentè leges antecedentes, & ſubſequentes percipiantur, liquidò apparebit animus, & intentio Dominorum Regum, & Senatorum, qui eas condiderunt, priuilegia, & prærogatiuas largiendi Regio Fiſco prò exactione Regiorum redituum, ab eorum conductoribus facienda, contra communes Iuris regulas.

5 Nàm *in l.15. antecedenti*, in executione facta in eorum bonis prò talibus Iuribus, & reditibus non admittitur oppoſitio, nèc defenſio vlla prætèr ſolutionem, vèl ademptionem Iuris percipiendi, cùm regulatitêr in omnibus cauſis executiuis, *ex l.1. & 2. tit.21. lib. 4. Recopil.* omnes exceptiones, quę in termino decem dierum poſsint verificari, admittátur, vt reſoluunt ex text. *in l. Si is, aquo*, vbi DD. *ff. Vt in poſſeſsion. legat.* & Bartolo *in Extrauaganti ad reprimendum, in gloſſ. verb. Summariè, col.1.* & alijs D. Molina *de Primog. lib.3. cap.13. nu.16.* vbi quòd tûnc dicetur exceptiones in continenti verificari, quandò intrà terminum à Iure aſſignatum inſtantię, & proceſſui principali probantur, vbi Addentes alijs comprobant. Paz *in Prax. tom. 1. 4. part cap.3. num.34.* Azeuedo *in dict. l.1. tit.21. lib.4. Recopilat. num. 159.* Parladorus *lib.2. rerum quotid. cap. fin. 1. part. §.1. num.12. & 5. par. §.11. num.9. & pèr totum.* Rodrig. *de Execut. cap.6. num.25.* Carleual *de Iudicijs, tom.2. tit.3. diſput.1. num. 29.* & meliûs *diſput.16. num.5.* Gutierrez *lib. 1. Pract. quæſt.111. & quæſt.112.* Antonius Pichardo *in Manuduct. ad praxim, part.2.. præcepto 13.* D. D. Franciſcus Salgado *de Reg. Protect. part.2. cap.18. num. 62.* vbi benè declarat, *& part. 4. cap.7. à principio, & num.34.* Gaito *de credito, cap.2. tit.9. num. 3232.* Giurba *deciſ.21. num.1.* D. Franciſcus Merlinus *lib. 1. controu. forenſ. cap.96. num.12. & 13.* optimè Auguſtinus Barboſa *in Praxi exigendi penſiones, part.1. quæſt.7. num.8. & 9.*

6 Et licèt regularitèr in cauſis executiuis, facta executione, & probata ſententia addictionis, ſtatuta ſit forma *in l. à Diuo Pio, §. In venditione, ff. de Re iudicata*, capiendi primò bona mobilia, & ſi ea non ſufficiant, immobilia, & idem caueatur *in l.3. tit.27. part.3. & in l.19. tit.21. lib.4. Recopil.* vbî Azeu. *num.1.* quòd ſi hæc norma non ſeruetur, nulla erit executio, quod *num.38. & ſeqq.* diſputat, & declarat, & etiàm Parladorus *lib.2. rerum quotid. cap. fin. 5. part. §.3. num.2. & ſeqq.* Paz *in Praxi, tom.1. 5. part. cap. 2. num.32.* Curia Philippica *1. tom. 2. part. §.15. num.1. & 3.* Pichardo *in Manuduct. ad praxim, 2. par. præcepto 7. à nu.1.* Rodriguez *de Execut. cap.5. vbi à num.3.* inſertis verbis *dict. l.19.* eius formam ex profeſsò declarat, & comprobat pèr totum caput. Carleual *de Iudicijs, tom.2. tit.3. diſputat.1. à num.11. & num. 27. in fin. & ſeq.* Tamèn in cauſis conductorum Reddituum Regalium hoc non ſeruatur, ſed omnia eorum bona capiuntur, & me-

meliora, & quę faciliùs emptorem inuenire poſſunt, ſubhaſtantur, & venduntur, vt ex *l. Si quis fundum, C. Si propter public. penſit. & l. 18. & 19. tit. 7. lib. 9. Recopilat.* & alijs authoritatibus cõprobauimus *ſuprà Tit. 1. quæſt. 5. num. 5. Et in l. 18.* diſponitur quòd bona mobilia intrà triduum, immobilia verò intrà nouem dies ſubhaſtentur, vt notant præfati Doctores, & Epiſcopus Fermoſino *in Allegat. Fiſcal. allegat. 55. num. 23.* D. Didacus Ibañez de Faria *in Addit. ad Couarr. lib. 2. var. cap. 11. num. 17.* vbi alios refert, & nos latiùs comprobabimus infrà (Deo dante) *Tit. 6. Et l. 17.* antecedens imponit pœnam priuationis officij ipſo facto, & aliam pecuniariam Iudicibus, qui hoc in dictis terminis non obſeruauerint, & in eius executione omiſsi fuerint.

7 Et in *eiſdem legibus 18. & 19.* conceditur aliud priuilegium non minus ſpeciale; nàm cùm regularitèr nemo cogatur inuitus emere *l. Inuitum, C. de Contrah. empt. l. Nèc emere, C. de Iur. deliber. l. 3. tit. 5. part. 5.* nèc priuati teneantur emere res infiſcatas pèr Fiſcum ſubhaſtandas, *vt ex dictis Iuribus, & ex l. licitatio, §. Ad conducendum, ff. de Publican. & vectigal.* cum Nata *conſ. 500. vol. 3.* tenet Peregrinus *de Iure Fiſc. lib. 6. tit. 4. num. 44.* Giurba *deciſ. 86. nu. 2.* Alfaro *de Offic. Fiſcalis, gloſſ. 34. num. 62.* Bobadilla *in Polit. lib. 2. cap. 21. num. 250.* vbi inuehit cõtra Iudices Peſquiſitores, & damnat peſsimam, & ambitioſam eorum praxim, qui prò exigendis ſuis ſalarijs, & expenſis, cõpellunt diuites vicinos inuitos vt emant res, fundos, & bona delinquentium carceratione, & pignoratione ſuorum bonorum, ſicùt etiàm Azeuedo *in dict. l. 18. num. 5.* Gutierrez *de Gabellis, quæſt. 140. num. 6.* vbi ad litteram refert decretum, & declarationem Regiam expeditam ad ſuplicationem Procuratorũ Regni factam *in Commitijs factis anno 1598. & publicatis anno 1604. in eorum cap. 4.* vbi ità iuſſum fuit tamquàm iuſtum, & Iuri conſonum, & prohibitum Iudicibus, nê tales compulſiones, & venditiones facerent, ſub nullitatis pœna, quos citat, & ſequitur Hermoſilla *in Notis ad leg. 3. tit. 5. part. 5. gloſſ. 1. num. 5.*

8 Tamèn in hoc caſu, ſcilicêt, executionis factę in bonis cõductorum gabellarum, & Regiorum redituum, ſi nòn inueniantur emptores bonorum, quę licitationi expoſita ſunt, vt ex eorum pretio Fiſco fatisfiat, coguntur diuites ea emere, & pretium Fiſco inferre, vt expreſsè ſtatuitur in dictis Iuribus; nàm *lex. 18.* præcipit quòd omnia bona, tâm mobilia, quàm immobilia eorum capiantur, & licitationi exponantur, & præconicentur, diſtrahenda mobilia ad tertium diem, & immobilia ad nouenum, & ſi inueniatur licitator offerens prò eis tantam ſummam, quantam conductores, & eorum fideiuſſores debent, non quęrantur ęſtimatores,

nêc

nêc emptores, ſed addicantur ei, qui maius pretium dederit, licêt prædicta bona ſint maioris valoris, vt debitum Fiſcale poſsit exigi, & deindè ſubiungit: *Pero ſi por todos los bienes de los dichos Arrendadores, y de ſus fiadores, no dieren para la dicha almoneda tanta quantia como nos debieren: nueſtra merced es, que en eſte caſo ſean dados apreciadores, y compradores, ſegun que lo nos mandamos, porque nos podamos cobrar todos los marauedis que los tales Arrendadores, y ſus fiadores nos debieren, ò ouieren à dar.* In qua lege Azeuedo *num.* 3. tale priuilegium ſummè extollit, his verbis: *Singularis caſus, & ſpecialis eſt, & maximè notandus.* & paulò pòſt *num.* 4. *& miror quòd nullus ſcribentium in materia gabellarum de hoc meminerit neque inueni, licèt perquiſiui.* ſed de eo mentionem facit Parladorus *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 5. *part.* §. 13. *num.* 21. aſſerens, quòd cûm prædictę leges in ſpecialibus caſibus loquantur, ad alios in argumentũ trahendę non ſunt, & alij Doctores ſtatîm citandi.

9 Debent ergô ea bona appretiari, eo caſu, iuſto pretio, vt ex *l.* 3. *tit.* 5. *partit.* 5. *& l.* 2. *tit.* 22. *part.* 4. notat Azeuedo *in dict. l.* 18. *num.* 3. & pèr peritos nominatos pèr Iudices illius loci vbi executio fit, pèr quos etiàm ſimûl cum exactoribus, & Miniſtris Regijs facienda eſt nominatio, & electio ſimilium emptorum, quibus ea bona ſic æſtimata vendenda ſunt, & electione ſemèl facta, non poſſunt variare, vt formalitêr diſponit *lex.* 20 *ſtatim ſequens illius tit.* 7. *lib.* 9. ibi: *Que los cogedores de los pechos, y derechos Reales no nombren compradores, para que compren los bienes de los Arrendadores, y de aquellos que deben al Rey los marauedis de las dichas rentas, ſin vn Alcalde ordinario del Lugar; y que la nominacion que vna vez hizieren, no ſe pueda variar. Y que ſi precio razonable no ſe hallare por los bienes de los deudores por almoneda publica, ſean eſtimados, y apreciados los bienes de los dichos deudores por apreciadores nombrados, y jurados por los oficiales del Lugar. Y ſegun el dicho apreciamento, y eſtimacion, ſean recibidos por los cõpradores.* vt, relatis eiſdem verbis, notat Gutierrez *dict. quæſt.* 140. *num.* 5. in hunc modum: *Hæc verba ideò retuli, vt obſeruemus ſpecialiſsimum fauorem Fiſci, nempè vt quis compellatur inuitus, ob defectum emptorũ, qui pretio rationabili emant, ad emendas res priuatorum, poſsitas in publica ſubhaſtatione prò debitis fiſcalibus,* & Morla *in Emporio, p.* 1. *tit.* 9. *quæſt.* 23. *num.* 7. Sequitur Hermoſilla *in Notis ad dict. l.* 3. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 1. *num.* 5. atteſtans ſic deciſſum vidiſſe, ibi: *Et ſic obſeruatum fuiſſe in praxi vidi, & in Supremo Conſilio confirmatum.* Villadiego *in Politica, cap.* 2. *inſtruct. num.* 145. ſequitur nouiſsimè Balmaſeda *de Collectis, quæſt.* 99 *num.* 12.

10 Ex quo deducitur alia non leuis, nèc prætermitenda prærogatiua, proueniens ex tali obſeruatione, & forma executioni data;

nàm

nàm venditis, ſeû traditis bonis hoc modo, & præuia dicta ſolemnitate, etiâm ſi maioris ſint valoris, ſeû æſtimationis, & debitores intendant pretium taxatum fuiſſe iniuſtum, nullo modo ſunt audiendi, nèc poſſunt læſionem, etiàm vltrà dimidiam, proponere, vt cócludit *dict. l.* 20. *in fin.* his verbis: *Y mandamos, que la tal vencion, que ſe haze contra voluntad de los compradores publicamẽte, y por apreciadores, no ſe pueda retraer, aunque aya engaño en la mitad del juſto precio.* Quod idem etiàm ſtatuitur *in l.* 6. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopil.* prò limitatione *leg.* 1. *illius tit.* dùm generalitèr in omnibus venditionibus, & cótractibus admittit remedium læſionis vltrà dimidiũ iuſti pretij, vt notat Azeu. *in eis, & in d. l.* 20. *n.* 2. ſic ait: *Et ſaltèm fauore Regis in caſu noſtræ legis, & ſimilium procedat hæc Angeli, & ſequacium opinio* (quę tale remediũ excludebat) *ad limitationem dictæ communis opinionis.*

11 Sequitur Morla *in Empor. p.* 1. *tit.* 9. *q.* 23. *n.* 7. vbi, licèt reſoluat in venditione facta cum Iudicis decreto, & in publica ſubhaſtatione admitti remediũ *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* Tamèn limitat in noſtris terminis, & ait prædictas leges in hoc caſu procedere, reddens rationem, *quià tales periti nõ vt teſtes deponunt, ſed vt Iudices ſententiam dicunt, quæ tranſit in rem iudicatam.* & ſubiungit: *Vndè cùm illæ leges in caſu ſpecialiſsimo loquantur, extrà illum non ſunt trahendæ ad aliam alienationem factam in publica ſubhaſtatione, etiàm ex cauſa neceſſaria.* & ſic dicit intelligẽdam eſſe *l Si quos* 16. *C. de Reſcind. vendit.* Sèd ſalua táti viri pace, hæc *l. non videtur* loqui in his terminis; nàm agit de emptione volũtaria, nõ neceſſaria, vt patet ex illis verbis: *Etenìm periniquum eſt, vt alienis rebus ſub gratioſa auctione diſtractis, parùm accedat publico nomini, cùm totum pereat debitori.* & ç ſtimatio facienda pèr peritos in arte, ibi requiſita, eſt ad effectum ſubhaſtationis publicè exequendę, nè ſub eo prætextu res viliùs vendatur, vt *infrà* 2. *p. tit.* 6. (ſi Deus annuat) latiùs demoſtrabitur.

12 Prò coronide huius priuilegij addendũ eſt, quòd in his caſibus, in quibus Iudices Senatus Patrimonij, ſeû eorũ delegati, ſiuè Iure ordinario, ſiuè extraordinario cópulſionis, tales venditiones perficiunt, & emptores in poſſeſſionẽ bonorum immittunt; ſi quæſtio, & controuerſia emergat ſupèr tali venditione, vèl prò læſione, aût euictione, vèl ex alia quacumque cauſa, cognoſcenda, & terminanda eſt pèr talem Iudicem, qui venditionem fecit, & hoc Iure ſpeciali ex Tex. *in l. vlt. C. Si aduerſus Fiſcum reſtit. in integr. verſ. Si quidèm, & ibi gloſſ. verb. Patris,* & Bart. *ibi* ità declarat dictam legem. Paul. de Caſtr. *in l. ſi Probus aliàs* 1. *C. Si aduerſus Fiſcum n.* 4. & loquitur in fortioribus terminis Peregr. *de Iure Fiſci, lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 41. Morla *in Empor. p.* 1. *tit.* 9. *n.* 98. benè Guzm. *de Euiction. q.* 8. *nu.* 19. vbi in praxi ità deciſum refert contrà Clericum, qui eme-

rat domum à quodam executore Senatus Regij patrimonij, & cauſa mota ſuper nullitate venditionis in Senatu, declinatoriam propoſuit; & nihilominùs iuſſum fuit, vt reſponderet, & lis ibi proſequuta fuit, vt iterùm in alio caſu ſimili deciſum fuerat, & faciunt tradita *ſuprà Tit. 2. quæſt. 2. num. 5.*

13 Item in his conductionibus aliud ſpeciale notari debet, quòd licèt in cõtractibus correſpectiuis emptionis, & venditionis, locationis, & conductionis, & ſimilibus, agenti ex eis obſtet exceptio rei non traditę, quià venit ex ipſa contractus natura, etiamſi defectus in minima parte conſiſtat, vt apertè probatur *in l. Iulianus 3. §. Offerri, ff. de Actionib. empt. l. Cùm proponas 21. C. de Pactis*, vbi Bart. & reliqui Doctores cum latè traditis prò exornatione materię â Cancerio *lib. 2. var. cap. 3. n. 108.* Graſsis *de Except. except. 13. à num. 7.* Hermoſilla *in Notis ad l. 27. tit. 5. par. 5. gloſſ. 2. n. 3. & ſeqq. & ad l. 32. eodem tit. & part. gloſſ. 1. n. 341. & ſeqq. & ad l. 58. gloſſ. 1.* vbi quòd etiàm in contractibus nominatis ope exceptionis, opponendo de non implemento, reſcinditur contractus. Guzman *de Euiction. q. 24 per totam* D. Ioan. del Caſtillo *lib. 8. controu. de alimentis, cap. 67. nu. 8.* vbi quàm plures Doctores cumulat. Staibanus Iunior *cent. 2. reſolut. 184. à nu. 7.* Hoc non pertinebit ad eum, qui aliquod corpus vectigalium, vèl redituum conduxerit, nâm, etſi portio aliqua ex his certa ei non ſit, quiâ aliqua de cauſa ab alio detineatur, dummodò maior pars ſalua ſit exceptioni locus nõ erit, ſicuti conſtat *ex l. 34. tit. 5. partit. 5.* ibi: *Eſſo miſmo dezimos que ſeria, ſi algun home cõpraſſe todas las rentas de algun almoxarifazgo, ò de alguna heredad, que maguer lo venciesſen en juizio, por alguna coſa ſeñalada que ſaliesſe de aquellas rentas, que non ſeria tenudo el vendedor de la ſanear, nin de la deſcontar.* & notat Parlad. *lib. 2. rer. quotid. c. fin. 5. p. §. 11. n. 28.*

14 Prædictis priuilegijs, his cauſis indultis, aliud non leuis notę accedit, deſumptum *ex l. 27. tit. 11. lib. 9. Recop. cap. 11.* nàm cùm de Iure communi regula generalis ſit, aduerſùs tertium poſſeſſorem executionem locũ non habere, ſiuè ex ſententia, ſiuè ex inſtrumento guarentigio, quod obtinet vim ſententię, vt probant Text. *in l. 1. & toto tit. C. Quibus res iudicata non nocet, l. Sæpè 63. ff. de Re iudicata, l. Nàm poſteà 9. §. fin. cum lege ſeq. ff. de Iure iurando, l. 1. §. 1. ff. de Litigioſis.* Bart. *in l. Creditores 3. n. 23. C. de Pignor.* Baldus *in l. 2. nu. 1. C. Si vnus ex plurib. hæred. & in l. 2. n. 1. C. Si aduerſus creditorem præſcriptio opponatur.* Angelus *in l. 1. §. Si hæres num. 1.* Immola *num. 1.* Alex. *num. 1.* Iaſſon *n. 3. ff. ad Trebellianũ.* Roder. Suarez *in l. Poſt rem iudicatam in declaratione legis Regni, limitat. 1. n. 1.* & cum multis Paz *in Prax. 1. tom. 4. part. cap. 1. num. 49. & 50.* Auiles *in cap. 10. prætor. num. 56.* Auendaño *de Exequend. mand. 1. p. cap. 16. n. 7. & in l. 4. & 5. tit. de las Excepciones,*

ciones, n.26. Peguera *deciſ.7.ex n.1. p.2.* vbi latè de regula, & eius ampliationibus, & limitationibus Parlad. *lib.2.Rer.quotid.cap.fin.p.4. §.5.ex n.1.* Rodrig. *de Execut.cap.4. n.45. verſ. Verumtamèn.* Hoc non procedit, & limitatur de Iure noſtro Regio *in prædicta l.27. cap.11.* ex qua Fiſcus poteſt vti via executiua contrà tertios poſſeſſores bonorum obligatorũ pèr conductores Regiorum redituum, etiàm ſi in prædictis bonis ſuccedant titulo particulari emptionis, donationis, aùt alio, nèdum ſi ſuccedant titulo vniuerſali hęreditatis, ità enìm apertis verbis definit: *El Derecho de la via executiua que ſe tiene contra los bienes que obligan, es mi voluntad, que paſſe contra los terceros que ſucedieren en los bienes obligados por compra, donacion, ò herencia, ò por otro qualquier titulo.* Curia Philippica *tom.1.part.2.§.9.num.13.*

15 D. Petrus Noguerol *alleg. 33.n.69.& ſeqq.* vbi defendit, hanc legem loquentem, & inducentem nouam formam in contractibus cum Fiſco initis, ſupèr locationib⁹ redituum ſuorũ, & ſui patrimonij, de qua materia in capitibus præcedẽtibus agit, non poſſe ampliari ad hypothecam conſtitutam in fauorem Fiſci ex alia cauſa, quàm conductionis redituum Regaliũ.

16 Prædicta comprobat Carleual *de Iudicijs, tom.2.lib.1.tit.3.diſputat.11.n.6.* vbi quòd hæc limitatio practicanda erit, non ſolùm quòad bona ſpecialitèr obligata Fiſco à conductoribus Regiorum redituum tempore conductionis, & contentis in memoriali bonorũ quod tempore oblationis producere tenentur, quo declarare debent bona, quę habent iuxtà *dict. l.27.cap.3.* Sèd etiàm quòad bona obligata generalitèr, aût quià fuerunt poſteà adquiſita, aùt forsàm in dicto memoriali non expreſſa, quoniàm verba legis generalia *in dict.cap.11.* omnia cõprehendunt, & quòd ità pronuntiauit (tempore quod fuit Iudex decoctionum, vt notauimus *ſuprà Titulo 2. q.4.n.9. & 10.*) Proferens ſententiam executiuam contra quoſdam tertios poſſeſſores quorũdam Iuriũ, id eſt cenſuum impoſitorũ ſupèr Regijs reditibus, Fiſco obligatorum in contractu conductionis, & iubens ea vendi, à qua cum fuiſſet interpoſita appellatio ad Regij Patrimonij Conſiliũ, ſolemnitèr diſcuſſo articulo, & ab eo (qui aderat relationi cauſæ) propoſita noua illa conſtitutione, quę eo tempore recentèr edita erat, & ideò non omnibus nota, ſententia confirmata fuit, & executioni mandata.

17 Sèd circà hoc animaduertendum eſt quòd licèt Parladorus *lib.1.rerum quotid. cap.10. num.28.* ſingularitèr obſeruet, in his caſib⁹ in quibus via executiua habet locum contra tertiũ rei poſſeſſorem, velùti in prædio ſpecialitèr obligato cum pacto abſoluto de non alienando, & ſimilibus (de quibus agunt idem Parladorus *lib.2.rerum quotid.cap.fin.4.par.§.5.* Curia Philippica *tom.1.2.part.§.9.* Carleual

de Iudicijs, tom.2. lib.1. tit.3. diſput. 11) poſſe abſquè ipſius tertij poſſeſſoris citatione exequi Iudicatũ, & rei obligatę poſſeſsionem aprehendi, & caſu quo tertius ille poſſeſſor ſe opponat, eam eſſe confirmandam, tamèn, vt ipſe admonet *in fin.* conſultius erit ad tollendas has ambiguitates, vt à principio tertius poſſeſſor citetur ad addictionis ſententiam, & ità ei res iudicata, ſicuti & debitori nocebit. Immò, vt recto Iuris tramite procedatur, via executiua cum ipſo tertio poſſeſſore rei debet ſequi, & liquidari, & non eſt neceſſaria debitoris principalis citatio, vt præclarè reſoluunt Alexander *conſ.85. num.4. vol.4.* Parlador. *dict.cap fin. 4.part. §.5. num.* 18. & 19. Curia Philippica *dict.§.9.num.*15.

18 Et non ſolùm conductores, ſeù venientes ad conductionẽ vectigalium, vèl quorumcumque Regiorum redituum ſimûl cum oblatione, ſeù folio, vulgo, *pliego en que hazen la poſtura*, tenentur exhibere prædictum memoriale bonorũ, ſed etiàm declarare, & manifeſtare in eo participes, & ſocios, quos ſibi adiunxerunt in tali contractu, vèl quibus aliquam eius partem communicarunt, vt definitum extat *in dict.l.27.tit.11.lib.9. Recopil. cap.3.* ibi: *Y que en papel aparte juntamente con el tal pliego, digan, y declaren los bienes que tuuieren, y los participes, y los bienes dellos, y los fiadores que han de dar para las primeras poſturas, ò pujas, y los bienes que tienen los dichos fiadores.* Et in conductionibus ſeruitiorũ millionum, idem cautum eſt *in condit.11. primi generis, & in inſtructione facta die 4. menſis Octobris anni 1659.* prò adminiſtratione ſeruitij 24. millionum *in cap.11.* quod nouiſsimè, alijs additis, pèr Decretum Conſilij in Aula Millionum confirmatum fuit, quod quià ſpecialem prouiſionem circà hoc continet, & non extat prę manibus, eius eſt tenoris.

19 *En la Villa de Madrid à treinta dias del mes de Abril de mil y ſeiſcientos y ſeſenta y nueue años. Los Señores Preſidente, y del Conſejo de Hazienda de ſu Mageſtad en Sala de Millones. Dixeron, que eſtando diſpueſto, y preuenido por leyes del Reyno, que no ſe reciban por Arrendadores de las rentas Reales perſonas que no ſean conocidas, y mayores de 25. años, y precediendo declaracion de los bienes que tuuieren, y de los participes, y bienes dellos, y otras coſas que pertenecen à la ſeguridad, y buen cobro de las dichas rentas. Se han introducido, y introducen en arrendarlas perſonas no conocidas, y ſin caudal alguno, que de ordinario ſon ſupueſtas, y inducidas para hazer las poſturas, y pujas por otras, para quien ſon las rentas, como algunos los declaran deſpues de auerſeles rematado, y otros, aunque no lo declaran, ſe ha venido en conocimiento, que no tienen en las poſturas, y pujas que hazen, mas que el nombre, de que reſultan muchos inconuenientes, y ſe ſigue mucho perjuizio à la Real Hazienda, pues al tiempo de querer cobrar de los tales pone-*

ponedores, ò las anticipaciones que ſe ofrecen por razon de los arrendamiẽtos, ò el precio dellos ; no ſe halla que tengan caudal alguno con que cumplir lo vno, ni lo otro, y ſe retiran, auiendo muchas vezes eſte genero de perſonas, con pujas ſupueſtas hechas de orden de otras, deſuiado de hazerlas à hombres de conocido caudal, y de buen credito, con propoſiciones indebidas. Para cuyo remedio, y que ceſſen los inconuenientes referidos. Acordaron, y mandaron, que de aqui adelante antes de admitirſe los pliegos que ſe dieren para los arrendamientos de las rentas de millones, los que los dieren, declaren con juramento ante el Eſcriuano Mayor de las dichas rentas, lo ſiguiente. De donde ſon vezinos, y naturales, y que edad tienen. Que tiempo à que reſiden en la Corte, y en que calle, y caſa viuen. Si ſon caſados, y los nombres de ſus mugeres, ò ſi ſon ſolteros. Que hazienda tienen, y donde, y de que calidades. Si tienen participes en los arrendamientos para que dieren los pliegos, y de quienes ſon, nombrandolos por ſus nombres. Que ſi los que dieren los pliegos no fueren conocidos por el Eſcriuano Mayor de rentas, dèn dos teſtigos de conocimiento, que con juramento depongan dèl, y digan donde viuen. Y auiendo precedido eſta diligencia, ſe haga con ella relacion de los pliegos en el Conſejo, para que en razon de ſu admiſion ſe prouea lo que mas conuenga. Y mandaron, que de eſte Auto ſe tome la razon en los Libros de la Eſcriuania Mayor de rentas, y que el original ſe ponga en el del Conſejo, y lo ſeñalaron.

20 Ex qua cautela, & reſolutione, alia infertur non minùs Fiſco fauorabilis, ſcilicèt, poſſe irrumpere contra hos participes, ſeù ſocios (quos vocant Caratarios) & eos compellere ad ſolutionem quantitatum ex conductione debitarum, licèt cum eis nullam cõuentionem fecerit, nèc illi obligationem contraxerint, niſi reſpectu conductoris, quę eſt doctrina originalis Angeli *in l. 1. ff. de loco publico fruendo*, quam comprobauimus *ſupra Tit. 3. quæſt. 1. num. 12.* In quo obſeruandum eſt, quòd longè differt conductionem facere abſolutè, & ſinè qualitate cedendi, vêl nominandi participes, ſeù ſocios, ſeù pro ſe & participibus, ſeû perſonis nominandis, quo caſu procedunt ſupradicta, vèl cõducere expreſsè cum facultate cedendi in alium, vêl prò perſona nominanda. Nàm in his terminis ceſsione, ſeû nominatione facta in perſonam idoneam, & quę legitimè ſatiſdet cum approbatione Senatus, omne Ius transfertur in nominatum, reſoluto Iure nominantis, aquo non habet Ius, ſed à Regio Fiſco, àc ſi immediatè cum eo conductionem inijſſet, retrotracta nominatione ad tempus contractus, vt latè exponunt, & explicant adducti â D. Petro Noguerol *allegat. 11. num. 88. & ſeqq.* Paulus Xamar *deciſ. 10. num. 21.* & in puncto locationis gabellarum. Marta *conſ. 143.* Hodiern. *ad Surd. deciſ. 226. n. 1.* & ſequitur Poſtius *de Subhaſtat. tom. 1. inſpect. 34. nu. 130.*

21 Quibus conſequens eſt alia concluſio, nota digna, ſcilicèt, quòd quamuis cõducens à primo conductore, vero Domino non teneatur, *l. Si in lege* 24. *§. Si colonus, ff. Locati*, de quo videndus eſt D. Olea *de Ceſſ. Iur. & act. tit.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 2. *& ſeqq.* Tamèn ſi conductores vectigalium, ſeù Regalium Iurium alijs ſublocent in totum, vèl in partem, præterquam quòd ipſi non liberantur niſi forma tradita *in l.* 18. *tit.* 11. *lib.* 9. *Recopilat.* Hi ſecundi Fiſco tenentur, ſicùt primi, & poſſunt pèr eum conueniri ſaltèm pòſt primos, vt probant Peregrinus *de Iure Fiſci, lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 8. Carrocius *de Executione, quæſt.* 10. Ponte *de Poteſt. Proregis, tit. de Regalib. impoſit. §.* 8. *num.* 22. Alfaro *de Offic. Fiſcal. gloſſ.* 16. *priuileg.* 3. Bertachinus *de Gabellis, par.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 15. Deciſio Genuę 14. *num.* 24. Marius Curtel. *deciſ.* 15. *num.* 17.

22 Reſtat ergò ex omnibus ſuprâdictis, quòd ſimili ratione in caſu *illius legis* 16. *tit.* 7. *lib.* 9. *Recop.* executione facta in bonis conductoris gabellarum, ſeù Regiorum reddituum; Fiſcus omnibus creditoribus præferendus ſit, exceptis his, qui oſtenderint pêr inſtrumenta authentica, bona licitationi expoſita ab eis conducta habere; & ratio, quę ad hanc deciſionem, & reliqua priuilegia animaduerſa, debuit influere, eſt fauor ille publicus, & cauſa apprimê neceſſaria ad ſalutem, & incolumitatem Populi, quę Suprema lex eſt, quam directò reſpicit ſolutio debitorum Fiſcalium, quę ſunt nerui, quibus Reſpublica ſuſtinetur, vt probatũ extat *ſuprà hoc Titulo, quæſt.* 11. *nu.* 5. & ideò eorum exactio extraordinarijs, & peculiaribus prærogatiuis meritò adiubatur, quam rationem perpendit Baldaxar de Angelis *in Prato ſupèr Codicem, in l. de ijs* 3. *C. de Epiſcop. & Clericis, nu.* 3. nâm vt Leotardus *de Vſuris, quæſt.* 39. *num.* 47. prò aſſeruandis Principum pecunijs ratiocinatur: *Summè expedit publicas pecunias velùti ſacras ſeruari præſidij cauſa, vt ex illis, neceſſitatibus publicis, quæ interdùm repentè ingruunt, quàm citiſsimè ſubueniatur.*

23 Et confirmatur ex reſolutione Bartoli, & Salyceti *in l. fin. C. de Priuilegio Fiſci* in quo tex. priuilegium prælationis Fiſco competens, de quo *in l. Si is, qui* 28 *ff. de Iure Fiſci*, tranſit in eum, qui ſoluit id quod debebatur Fiſco; cùm regularitêr conſtans regula ſit in contrarium, *ex l. Ex pluribus* 43. *ff. de Adminiſtratione tutorũ, & alijs.* Et hoc ſpeciale eſt in Fiſco, ea ratione, vt facilius alij debita Fiſci exoluant, vt relatis Laudenſi, & Lucano, Neguſantio, & Tiraquel. ex veriori reſolutione probat Petrus Barboſa *in l. Pòſt dotem* 41. *nu.* 62. *ff. Solut. matrim.* ibi: *Sèd reſpondendũ eſt ſpeciale eſſe in Fiſco, vt liceat etiàm priuilegium prælationis transferre in ſoluentem id quod Fiſco debebatur, vt ſic facilius, alij debita fiſci exſoluant.* prò qua ſpecialitate adducit etiã Tex. *in l. Herennius* 43 *ff. de*

Vſu-

Vſuris, vbi & ceſſonarius Fiſci poteſt exigere ab eius debitoribus vſuras, quas illi ſpeciali fauore debent in contractu ſtricti Iuris, etſi non ſint in ſtipulationem deductę eadem ſpeciali ratione, vt Fulgoſius *in d.l. Herennius* notat.

24 Et Barboſa *num.* 63. ex hoc infert prò declaratione *l.* 2. *C. de Priuilegio Fiſci* hanc notabilem differentiam, quòd priuilegia prælationis, & alia perſonalia, Fiſco competentia, tranſeunt in ceſſonarium, ſi hoc agatur; non tamèn tranſibunt in ceſſonarium dotis, *ex §. Fuerat inſtit. de actionibus*, & notatis pèr Bald. *in dict. leg. fin. n.* 7. *C. de Priuileg. Fiſc.* & alijs pèr eum adductis, & latè à nobis *ſuprà hoc Titulo, quæſt.* 8. *num.* 9. *& ſeqq.* & idem ſentit Gaito *de Credito, cap.* 4. *quæſito* 11. *num.* 1710. dùm ait intelligendum Text. *in dict. l. fin. C. de Priuileg Fiſci* illa ratione, quià cauſa fiſcalis dicitur priuilegiata, non Fiſcus, ſubiungens hæc verba: *Cùm pèr diuitias Fiſcales defenditur Reſpublica ab hoſtibus, & aliæ communes parantur vtilitates.* ſequitur, & declarat Fermoſino *Alleg. Fiſcal.* 10. *num.* 3. *& ſeqq.* D. Olea *de Ceſſione Iur. & act. tit.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 26.

25 Quod benè conſonat deciſioni *dict. leg.* 16. dùm in hoc caſu Fiſcum omnibus creditoribus anteponit, etiàm non excepta dote, quę aliâs æquale Ius cum eo habet; cùm hæc ratio ſpecialis fauoris publici, conſiſtentis in exactione debitorũ Fiſcalium, id operetur, ſicùt in caſu ponderato à Barboſa *dict. num.* 63. Quià vtilitas publica Fiſci præferenda eſt priuatorum cõtractibus, vt decidunt Imperatores *in l.* 3. *C. de Primipilo, lib.* 12. Fermoſino *in Allegat. Fiſcal. allegat.* 5. *num.* 25. licèt enim vtilitas publica verſetur etiàm in priuilegijs exactioni dotis conceſsis, vt iàm latis *in hoc Titul.* vidimus. Tamèn fauor publicus, & vtilitas publica maior præferenda eſt alię publicę minori, *l. Cætera*, *§. Sed ſi quis*, vbi Paulus de Caſtro, & reliqui Doctores notant, *ff. de Legatis* 1. *l. Actione*, *§. Labeo*, *ff. Prò ſocio*, *cap. Bonæ de poſtulat. prælatorum.* Nata *conſ.* 500. *num.* 12. *volum.* 3. Sfortia *de Reſtitut. part.* 1. *quæſt.* 18. *art.* 8. *num.* 52.



QVÆS-

QVÆSTIO XIX.

In qua limitatur diſpoſitio *l. Quoties, C. de Rei vindicat.* in venditione, ſeù donatione rei facta à Principe duobus. Nàm primus præfertur poſteriori, etiàm exiſtenti in poſſeſsione, & quid in priuato contrahente, ſinè hypotheca expreſſa ſupèr eadem re, cum priuato, & cum Fiſco?

Summarium Quæſtionis Decimæ nonæ.

Num. 1. *Re vendita, ſeù donata duobus, diuerſis temporibus, ille præfertur, & habet potius Ius, cui primò res tradita fuit, etiàm ſi ſit poſterior, & exornatur Text.* in l. Quoties, C. de Rei vendicatione.

2 *Concluſio prædicta* l. Quoties, C. de Rei vendicat. *limitatur in venditione, ſeù donatione eiuſdem rei facta à Principe duobus, in qua primus præfertur poſteriori, etiàm exiſtenti in poſſeſsione.*

Princeps ex ſolo contractu, vèl conceſſione dominium transfert ſinè traditione, & idem in Eccleſia.

3 *Couarr.* lib. 2. var. cap. 19. num. 3. *refertur, qui hoc verum cenſet, quandò conſtat Principem voluiſſe rei dominium transferre, ſiuè agatur de contractu, ſiuè de priuilegio, ſed in dubio ait in priuilegijs præſumendum eſſe dominium translatum fuiſſe, ſecùs verò in contractibus, quod comprobatur, & exornatur num.* 4.

5 Legis quoties, C. de Rei vendicat. *diſpoſitio non habet locum in re vendita cum hypotheca, & ideò Fiſcus, qui in omnibus ſuis contractibus eam adquirit, in eo caſu præfertur priuato.*

1 ALIVD Priuilegium prę-lationis conceditur cõtractui cum Fiſco celebrato, ſeũ donationi ab eo factæ; nàm cùm regularitèr ex diſpoſitione *l. Quoties, C. de Rei vindicat.* in re vendita, ſeũ donata duobus, diuerſis temporibus (ſi enim ſit eodem tempore concurrunt prò rata, *vt ex l. Si fundus, §. Si duo, ff. de Pignoribus,* probat Gregorius Lopez *in l. 50. tit. 5. part. 5. gloſſ. 2.* Carnalco *ad Leges Regias, cap. 11. num.* 183.) ille debeat præferri, & habeat potius

potius Ius, cui primò res tradita fuit, etiàm ſi ſit poſterior, de cuius concluſionis exornatione latè agunt prætèr ordinarios, ibidem Gregorius Lopez *in dict. l. 50. gloſſ. 1.* & Hermoſilla *in Notis ad eam.* Antonius Gomez *lib. 2. var. cap. 2. ex num. 20. & ibi* Ayllon *in Addit.* D. Couarr. *lib. 2. variar. cap. 19.* vbi Faria *in Addition.* Gutierrez *de Iuramento confirmat. part. 1. cap. 30. & in repetit. l. Nemo poteſt. ff. de Legatis 1. num. 40. & in §. Sui inſtit. de hæredum qualit. & differ. num. 197.* Auguſt. Barboſa *in Collectanea ad dict. l. Quoties, num. 2.* vbi quàm plures Doctores adducit, *& per totam Collectaneam* materiam exponit. Fontanella *de Pactis nuptial. 1 p. claus. 4. gloſſ. 12. num. 135.* vbi quòd prædicta lex non procedit in hypothecis. Marta *voto 35. num. 13.* Reuerterius *deciſ. 73.* & Marinis *in eius obſeruationibus.* Moëz *in Commentarijs ad cap. Tibi, qui 12. de reſcriptis, in 6. num. 7.* vbi cum Gutier. *dict. cap. 30. de Iuram. confirm. num. 2.* diſtinguit intèr pignus, & hypothecam quòad hoc, & declarat *l. 13. & l. 14. tit. 13. partit. 5.*

2 Hoc ſingulatitèr limitatur in venditione, ſeù donatione eiuſdem rei facta à Principe duobus, in qua primus præfertur poſteriori, etiàm exiſtenti in poſſeſsione, ea ratione, quiâ ex ſolo contractu, vèl conceſsione Principis dominium transfertur, ſinè traditione, & ideò primus in hoc caſu plenũ Ius in re adquiſiuit, in cuius præjudicium non potuit ſecunda cõceſsio vllum ſortiri effectum, argumẽto eorum, quę notant Ioannes Andręas *in cap. Olim de verbor. ſignific.* Baldus, & Iſernia *in cap. 1. §. Inueſtitura, de noua forma fidelit. n. 2.* idem Bald. *in Proœmio feudorum num. 28.* Angelus *in l. Officium, ff. de Rei vindicat.* Decius *in l. Traditionibus, C. de Pactis num. 4.* & in ſpecie ſic notant Iaſſon *in dict. l. Quoties, columna 2. & conſ. 27. lib. 1.* Ludouicus de Gozadinis *conſ. 14. nu. 13. & num. 15.* vbi prò hac ſententia expendit Text. *in cap. Abbate ſanè de ſententia, & re iudicata, lib. 6.* Sicùt etiàm Ludouicus Romanus *conſ. 298. circà præmiſſam dubij conſultationem,* vbi Horatius Mandoſius *in Addit. litt. F.* & arguit Romanus, & probat quòd quemadmodùm cùm Eccleſia varijs temporibus duobus rem eandem concedit, intèr illos potior eſt, qui titulo prior fuit, licèt non poſſeſſione, ità & idem ſit in conceſſione Principis, cùm pèr omnia eadem ratio locum ſibi vendicet in eo. Narbona *ad Leges Regias, in l. 11. tit. 5. lib. 7. Recopil. gloſſ. 2. nu. 7.* vbi prò hac concluſione adducit vt ſingularem *legem Prædia, C. de locatione Prædiorum ciuilium, lib. 11.* & alijs comprobat. Nicolaus Euerardus Iunior *conſilio 41. num. 200. part. 1.*

3 Verùm Couarrubias *lib. 2. Variar. cap. 19. num. 3.* cum Decio *in l. Certi condictio, §. vlt. num. 7. ff. Si certum petatur, & conſ. 187. num. 4. & conſ. 689. col vlt.* & alijs, hanc difficilem quæſtionẽ ità definien-

dam

dam exiſtimat, vt ſi conſtet Principem voluiſſe rei dominiũ tranſferre, ſtatîm citra aliquam traditionem, vel corporalem aprehenſionem, id translatum eſſe dicatur, ſiuè tractemus de contractu, ſiuè de priuilegio, ſiuè de feudo; poteſt enim Princeps hoc facere, quem admodùm, & ipſa lex poſſet. Quòd ſi dubia ſit hac in re volũtas Principis, tûnc ſanè in priuilegijs, aût vbi Iure priuilegij is vtitur, in alicuius rei donatione, præſumendum eſt dominium ex voluntate tacita Principis translatum ſtatîm fuiſſe abſque traditione. Eadem voluntas conſtare poterit ex verbis à Principe donationi, aût cõtractui adſcriptis. ſi verò de ſimplici contractu agatur, dicendum eſt, non eſſe translatum dominiũ abſque traditione, vel aprehenſione poſſeſsionis, cum in cõtractibus præſumendum ſit, Principem iuxta Iuris communis regulas, & deciſiones contraxiſſe, & hæc opinio placet Molinæ *de Iuſt. & Iur. tom. 1. tract. 2. diſput. 3. verſic. Quià volunt.*

4 Quas concluſiones ex profeſsò declarat, & comprobat D. Didacus Ibañez Faria *ibi in Addit. à num. 26.* inconcusè ſequens Authoris reſolutionem in duobus caſibus, ſcilicèt, quandò Princeps exprêſsim vult dominium, ſinê traditione transferri, & quando liberalitatem exercet, & ſi de tranſlatione dominij dictum non ſit. Sèd in vltimo caſu, ſcilicêt, cum Princeps ex cauſa onerosa alienat, nèc de transferẽdo dominio quicquam decernit, licêt referat aliquos Doctores idem ſentientes, ex eo quòd Princeps dominium ex ſuo contractu transfert ſinê traditione, *num. 35.* ipſe cum Faquineo *lib. 7. controu. cap. 33. verſ. Secundus articulus,* & Cabedo *deciſ. 30. par. 2. num. 9.* & Auguſtino Barboſa *in Collectan. ad dict. l. Quotiès, num. 17.* qui plures ad id adducunt. Idem cum Couarr. defendit, ſcilicêt, conſtitutionem prædictæ legis etiàm in hoc caſu eſſe admittendam. Paulus Pariſius *conſ. 11. num. 17. p. 1.* Thomàs del Bene *in Tract. moral. tractatu 2. dubitat. 10. ſectione 12. num. 5.* vbi in donationibus idem alia ratione defendit.

5 Econtrà verô ſi priuatus contractum ineat, ſinè hypotheca expreſſa ſupèr eadem re, cùm priuato, & cum Fiſco, cauſa fiſci ſempêr erit potior, ea ratione quia *lex. Quoties* non habet locum in re vendita cum hypotheca, vt probant Tiraquel. *de Vtroque retractu, §. 3. gloſſ. Vnica, num. 5. & 6.* Anton. Gomez *lib. 2. variar. cap. 2. num. 20. verſ. Secundò deducitur, & in l. 40. Tauri, num. 16. verſ. Ex quo primò deducitur.* Gutierrez *de Iuram. confirmat. par. 1. cap. 30. num. 2.* Auguſt. Barboſa *in dict. Collect. ad l. Quotiès, num. 21.* Fontanella *de Pactis nuptial. par. 1. clauſ. 4. gloſſ. 12. num. 135.* vbi ſignanter probat *ex l. Creditor 12. §. Si priori fin. ff. Qui potiores in pign. habeant.* in illis verbis: *Nàm & in pignore placet, ſi prior conuenerit de pignore, licèt poſteriori res tradatur*

datur a dhùc potiorem eſſe priorem. vndè cùm Fiſcus hypothecam in omnibus ſuis contractibus adquirat ipſo facto, vt probatum extat, nil mirùm quòd ex cõtractu cum eo celebrato præferatur, etiàm ſi alij priuato res eadem traddita fuerit.

QVÆSTIO XX.

An Fiſcus poſterior creditor rem obligatam poſsit capere, & vendere, & ſatisfactis ex pretio prioribus creditoribus, reſiduum prò ſuo credito retinere?

Summarium Quæſtionis Vigeſsimæ.

Num. 1. *Fiſcus, etiàm poſterior creditor, poteſt res obligatas capere, & vendere, & ſatisfactis ex pretio prioribus creditoribus potius Ius habentibus, reſiduum prò ſuo credito retinere. Et num.* 2. *vbi prò concluſione expenditur Text.* in l. Res, quę 22. §. Res autêm, ff. de Iure Fiſci.

3 *Fiſcus, ſicùt quilibet creditor hypothecarius, poteſt offerre primo creditori, hypothecæ incumbenti, vèl ad eam agenti, creditum ſuum, & cogere vt ei actiones cedat.*

4 *Fiſcus, tranſacto tempore ſufficiente ad inducendam præſcriptionem, excludetur ab hoc Iure offerendi.*

1 PRÆTER caſus, in quibus Fiſcus prælationis priuilegio gaudet aduerſùs reliquos creditores, in omnib⁹ alijs, in quibus ſuccumbit, & omnibus, vèl aliquibus cedit, aliam habet prærogatiuam, ſcilicèt, quòd rem obligatam poteſt capere, & vendere, & ſatisfactis ex pretio prioribus creditoribus potius Ius habentibus, reſiduum prò ſuo credito retinere, *vt ex gloſſ.* 2. *in l. Vnica, C. Pœnis Fiſcalibus creditores præferri, lib.* 10. originaliter docet Ioannes de Platea *in eadem lege num.* 4. ibi: *Fiſcus autèm eſt benè priuilegiatus in hoc, quòd rem obligatam ſibi, & alijs creditoribus præ omnibus poteſt vendere; ſed tamèn debet prioribus creditoribus hypothecarijs ſoluere, & quod ſuperſt prò ſe retinere, &c.* refert, & ſequitur Gregor. Lopez *in l.* 33. *tit.* 15. *part.* 5. *gloſſ.* 3. *in fin.* his verbis: *Et nota quòd in caſu, in quo*

alius

alius creditor in hypotheca eſt priuilegioſior Fiſco, poteſt Fiſcus vendere hypothecam, & ſatisfacere primis, & reſiduum ſibi retinere, &c.

2 Alfaro *de Officio Fiſcalis, gloſſ. 34. num. 129.* qui ità extollit: *Et in hoc caſu eſt illud notabile Fiſci priuilegium, nàm & caſu quo alius priuatus in hypotheca Fiſco præfertur, poteſt Fiſcus rem ſumere, & totam vendere, & priori creditori ſatisfacere.* & idem dixerat *eadem gloſſ. 34. nu. 28.* vbi ad hoc adducit *l. Res, quæ 22. §. Res autèm, ff. de lure Fiſci*, quę quidèm eſt formalis, licèt ab alijs non animaduerſa, in ea enîm Marcianus ità concludit: *Res autèm nexas pignori diſtrahere procuratores poſſunt; ſed etſi antè alij res obligatæ ſunt lure pignoris, non debet procurator Ius creditorum lædere. Sèd ſiquidèm ſuperfluum eſt in re, permittitur procuratori vendere, ea lege, vt in primis, creditoribus præcedentibus ſatisfiat, & ſi quid ſuperfluum eſt, Fiſco inferatur, aùt ſi acceperit totum Fiſcus, ſoluat ipſe. Vèl ſimplicitèr ſi vendidit Procurator, iubebit pecuniam, quam deberi creditori priuato fuerit probatum, exolui ei, & ità Diuus Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt.*

3 Poteſt ergò Fiſcus, ſicût, & quilibet alius creditor hypothecarius offerre primo creditori, hypothecę incumbenti, vèl ad eam agenti, creditum ſuum, & cogere, vt ei actiones ſuas cedat *l. 1. & fin. C. Si antiquior creditor pignus vendiderit. l. 1. & l. Prior, C. Qui potiores in pign. habea. l. 2. C. de Pignor. l. Potior, §. fin. ff. Qui potiores, &c.* Theſaurus *deciſ. 157. num. 1.* Franchis *deciſ. 12. pèr totam*, vbi quòd ſecundus creditor tenetur offerre primò creditori pecuniam ſolutam, & vſuras medij temporis, deductis tamèn fructibus ex re perceptis, & *ibi* Amendola *in Addit.* alijs comprobat. Aſinius *de Executionib. §. 7. cap. 104. & ſeqq.* vbi latè materiam declarat, ſicût & Ludouic. Moroſius *in Tract. de lure offerendi pèr totum.* Fabius de Anna *conſ. 36. & conſ. 37. tom. 1.* Arias de Meſſa *lib. 1. variar. cap. 16. à num 23.* Merlinus *de Pignor. & hypoth. lib. 4. quæſt. 48. num. 5.* D. Olea *de Ceſſion. Iur. & action. tit. 5. quæſt. 1. num. 25.*

4 Sèd ſi multum tempus labatur, ſufficiens ad inducendam præſcriptionem huius Iuris offerendi, quę in hoc caſu locũ habet, vt latè, & benè prę omnibus comprobat Aſinius *dict. §. 7. cap. 115.* (vbi *in fin.* diſtinguit prò vera materię intelligentia tale Ius, à facultate offerendi) nullum Fiſco competit priuilegiũ; ſed etiàm excluditur oblato pretio, vt in puncto cõſultus reſpondit Fulgoſius *conſ. 126. pèr totum*, & Peregrinus *de lure Fiſci, lib. 6. tit. 7. nu. 55.* cum eo dicit contrà Fiſcum reſpõdiſſe, licèt ipſe caſu eueniente relinquat cogitandum, ſed Ludou. Morotius *in dict. tractat. de lure offerendi (qui eſt pòſt conſilia) n. 60.* eis relatis, reſoluit in hoc non eſſe hæſitandũ, quià cùm Fiſcus in eo nõ reperiatur priuilegiatus, priuatorũ Iure vti debet ex *l. Itèm veniunt, §. In priuatorũ, & ibi gloſ. verb. in publica, ff. de Petit. hæred.* cũ vulgatis.

QVÆS-

QVÆSTIO XXI.

Creditores ex cauſa depoſiti, quandò, & quomodò præferantur in concurſu cum cæteris, & cum Fiſco?

Summarium Quæſtionis Vigeſimæ primæ.

Num. 1. *Proponitur materia.*

2 *Deponens pecuniam obſignatam, vèl rem, quæ pondere, numero, vèl menſura conſiſtat, vt ſpeciem, non amittit dominium, & ideò in concurſu, ſi res extat, præfertur in ea omnibus creditoribus.*

3 *Deponens pecuniam ad numerũ, amittit dominium, & hoc caſu, vèl ſi res non extet, impropiè dicitur depoſitum, & creditores hypothecarij deponenti præferuntur.*

4 *Depoſitarius poteſt vti pecunijs depoſitis ad numerum, & quomodò teneatur de caſu fortuito?*

5 *Depoſiti regularis & extantis; & irregularis diſtinctio comprobatur de Iure Regio, & exornatur num.* 6.

7 *Depoſiti priuilegium de Iure communi ſolùm concedebatur in bonis publici Nummularij, ſeù depoſitarij. Hodiè verò idem procedit penès quemcumque res depoſita ſit.*

8 *Amator Rodrig.* de Cócurſ. art. 6. 1. p. n. 46. *dùm dixit actionem depoſiti eſſe priuilegiatam, & etiàm non extante pecunia depoſita ad numerum, præferendũ eſſe deponentem creditoribus, etiã expreſſas hypothecas habẽtibꝰ, reprehẽditur.*

9 *Deponentes, ſi ſoli ſimùl concurrant, prò rata admittuntur.*

10 *Deponens, ſi vſuras recipit, amittit priuilegium depoſiti.*

11 *Deponentes, in caſu pecuniæ depoſitæ ad numerum, vèl quo res non extat, ſi concurrant cum creditoribus chirografarijs, habentibus priuilegium perſonale, illis præferuntur, non verò illis, qui habent actionem perſonalem priuilegiatam, vt Fiſcus, qui ideò eis anteponitur, & declarantur* l. Si ventri, §. In bonis de priuileg. creditorum, & l. Si hominem, §. Quoties, ff. Depoſiti. *Et rediguntur ad concordiam num.* 12.

12 *Priuilegia perſonalia priora depoſito referuntur, & itèm poſteriora remiſſiuè.*

13 *Fiſcus præfertur creditori, qui in nauem extruendam, inſtruendam, vèl emendam credidit, & ideò ſimiliter deponenti, qui cedit prædictis creditoribus.*

14 *Fiſcus habet priuilegium in hypotheca, & ſimùl in perſonali, & ideò præfertur his creditoribus, qui ſolũ habent priuilegiũ in perſonali.*

15 *Fiſcus præfertur creditoribus concurrentibus ad bona decocti ex cauſa depoſiti non extantis, & probatur num.16.*

17 L.9. tit.3. partit.5. *declaratur, dùm Fiſco in criminibus concedit prælationem reſpectu deponentis, & quomodò hoc debeat intelligi. Et num.18. aptiùs interpretatur, vt procedat quandò damnum, vèl maleficium fuit factum in re fiſcali, quo caſu Fiſcus præfertur deponenti.*

19 *Fiſcus, prò damno dato in fundo, ſeù re fiſcali, habet in contienti bona eius, qui damnum dedit, tacitè hypothecata, non expectata ſententia. Et comprobatur num. 20.*

21 *Fiſci pecunia depoſita pèr ſuſceptorem, exactorem, ſeù adminiſtratorem apùd Banchum, vèl mercatorem ſuo nomine, & non fiſci, nèc vt eius officialem, ſi concurrat Fiſcus cum alijs creditoribus in caſu decoctionis, præfertur ex ſpeciali priuilegio omnibus alijs creditoribus chirografarijs, etiàm tẽpore prioribus, licèt in pecunia priuati, poſita pèr alium, nulla actio detur in hoc caſu domino pecuniæ.*

22 L. Nòn intelligitur, §. Multa, ff. de Iure Fiſci *ponderatur prò concluſione præcedenti, & eius materia expenditur.*

23 *Adducitur, in terminis quæſtionis propoſitæ,* deciſio 60. *Regentis Thomæ Salernitani, in Fiſci fauorem.*

1 IN creditoribus ex cauſa depoſiti, concurrentibus cum cæteris in concurſu ad bona camporis, ſeù Bancherij, qui labefacta fide decoxit, & aufugit, ſequentes cócluſiones obſeruandę ſunt.

2 Prima, quòd ſi depoſitum ſit factum de pecunia obſignata in Sacculo, ſi nè numeratione, quo caſu deponitur vt ſpecies, & non tranſit eius dominium in depoſitarium; & idem in alijs rebus, quę pondere numero, vèl menſura conſiſtunt: Tùnc, ſi res extat, cùm dominium remaneat apûd deponentem, ei competit rei vindicatio, & ideò præfertur omnibus creditoribus, vt apertè probant *l. Si ventri, §. In bonis, verſ. Si tamèn nummi, ff. de Priuileg. credit.* in illis verbis: *Si tamèn nummi extent, vindicari eos poſſe puto à depoſitarijs, & futurum eum, qui vindicat, antè priuilegia. l. Procuratoris 5. §. Planè, & verſ. Sed ſi dedi, ff. de Tributoria action. l. Depoſui 38. in principio,* ibi: *Hanc enim pecuniam, cùm mea maneat, non eſſe peculij, &c. ff. de Peculio, l. Si is, qui depoſitam 8. C. Depoſiti,* ibi: *Niſi nummi extent, tùnc enim contra poſſidentem vti rei vindicatione potes, l. Licèt, §. Rei, ff. Depoſiti, l. 1. §. Si pecunia, l. Lucius 24. la 1. ff. Eodem, vbi Gloſſa, verbo terminos,* declarat notiſi-

mos

mos depoſiti terminos eſſe, quandò depoſitor, nèc dominium, nèc poſſeſſionem rei amittit *l. In naue Sauphei, ff. Locati, l. Si hominem, §. Quotiès, l. Si ſacculum, ff. Depoſiti*, ex quo prouenit, quòd ſi res ità depoſitę pereant caſu fortuito, vèl aliàs culpa leui, vèl leuiſsima depoſitarij, dummodò dolus illius non interueniat, deponenti pereunt, vt probatur *in §. Præterea inſtitut. quibus modis re contrahit. obligatio*, vbi notant, & exornant omnes Doctores, maximè Pichardus. *l. 3. tit. 3. part. 5.*

3 Sèd ſi pecuniæ non deponantur obſignatę, nèc clauſę, ſed ad numerum, & vt tandumdèm redderetur, cùm pèr immixtionem cum alijs pecunijs, & confuſionem amitat dominium deponens, & transferatur in depoſitarium, *l. Si alieni nummi, ff. de Solut. l. Si à furioſo, & l. Nàm etſi fur, ff. Si certum petatur.* Vèl ſi res non extent, licèt depoſitum dicatur, eſt impropiè, & egreditur depoſiti terminos, *l. 2. dict. tit. 3. partit. 5.* Rodriguez *de Annuis reditibus, lib. 3. quæſt. 11. num. 86. & 87.* Euia Bolaños *in Curia Philippica, tom. 2. lib. 2. cap. 2. num. 21. & 22.* qui ex hoc inferunt, talem depoſitarium poſſe cum dicta pecunia negotiari, & lucra indè prouenientia ſibi adquirere. Azeuedo *in l. 9. tit. 11. lib. 5. Recopilat. num. 10. & 11.* & tùnc creditores hypothecarij præferuntur, *dict. l. Procuratoris, §. Planè ff. de Tributoria action. l. Eos, C. Qui potiores in pignore habeantur*, ex quo probant omnes Doctores, creditores habentes actionem realem hypothecariam præferendos eſſe creditoribus perſonalem actionem, etiàm priuilegiatam, habentibus, *l. Si ventri, §. In bonis, ff. de Priuilegijs creditorum*, quò loci Iuris Conſultus ait, quòd in bonis menſularij vendendis potior pôſt priuilegia eorum cauſa eſt, qui pecuniam apùd menſam, fidem publicam ſequuti, depoſuerunt.

4 Et in hoc caſu depoſitarius pecunijs ità depoſitis vti poteſt Gloſſ. *in l. 3. verb. Obnoxium, C. Depoſiti*, & eſt textus expreſſus *in l. Die ſponſaliorum, §. Qui pecuniam, ff. Depoſiti*, & tenetur de caſu fortuito, quià genus perire non poteſt *l. Incendium, C. Si certum petatur.* Decius *in Regula contractus, num. 8. ff. de Regulis Iuris*, de quo, & concluſione *dicti §. Præterea inſtitut. qq. mod. re contrah. obligat.* videndi ſunt Valerus *de Different. vtriuſque Iur. verbo depoſitum, differ. 4.* & Diana *part. 1. reſolut. moral. tractat. 8. reſolut. 74.* Rodriguez *de Concurſu, artic. 6. 1. part. à num. 6.* Cancer. *lib. 3. variar. cap. 8. à nu. 48.* Ioannes Baptiſta Coſta *de Portione rata, quæſt. 121. à num. 7.* vbi quatuor caſus proponit, in quibus periculum inopię, vèl decoctionis depoſitarij ſubſequutę non ſpectat ad deponentem, latè Arias de Meſſa *lib. 2. Variarum, cap. 35.* Petrus Surdus *conſ. 391. num. 19. lib. 3.* vbi probat, quòd licèt depoſi-

tarius regulariter ſolùm teneatur de dolo, & lata culpa. Tamẽ quãdò habet mercedem aliquam, tenetur de leui. Gama *deciſ.* 189. vbi loquitur in caſu quo, ſequeſtrata pecunia ad inſtantiam creditoris eius qui depoſuit, depoſitarius decoxit, & ait periculum eſſe debitoris, qui impedimento conſenſit, & Flores *in Addit.* declarat hoc procedere, niſi adſit culpa, aùt negligentia creditoris in recuperando depoſitum.

5 Quę diſtinctio manifeſtè comprobatur de Iure Regio *in l.9. tit.3.partit.5.* vbi Gregorius notat, & itèm *in l.11. tit.14. eadem partit. in fin.* & eam ſequuntur, & exornant Baldus *conſ.*400. *num.*8. *lib.5. & conſ.*432. *lib.*1. *& in l.Prò debito, C. de Bonis authoritate Iudicis poſſidendis,* vbi in his terminis quæſtionem proponit, dicens: *Frequentèr ocurrere, mercator enim labefacta fide decoxit, & aufugit, inſurgunt deponentes, & petunt depoſitum; vendentes inſtant, & petunt pannos, aùt pretia, hypothecarij ſe offerunt, & ſe præferendos aiunt, vxores verò, & nurus, dotium ſuarum cauſa, ſe potiores inquiunt. Concurrunt & alij prò extortis vſuris; deniquè, & alij ſimplices priuilegiarij eorum cauſam meliorem eſſe dicunt, quæritur ergò quo ordine ſatisfieri debeat? quorum vè cauſa ſit prius?* Et abſolutè reſpondet, primô loco rationem habendam Dominorum rerum, & ponit exemplum in deponente, ſi extat depoſitum.

6 Et diſtinctionem, & materiam proſequuntur Carrocius *de Depoſito, part.2.quæſt.*47. Mantica *de Tacitis conuent.lib.*10.*tit.*10. *in fin.* Matienço *in l.7.tit.16. lib.5. Recopilat.gloſſ.5. num.*1. Stracca *de Decoctoribus, vltima parte, num.*11. latè declarans, & plures referens Caſtillo *lib.3. controuerſ. cap.*16. *à num.*49. *cum ſequentib.* Ludouicus Peguera *deciſ.*38. vbi in puncto de Bancherio fallito fuſsè, & doctè diſſerit, vt teſtatur Cancer *libr.* 3. *Variar.cap.*8. *num.*70. elegantèr, & plenè in prædicto caſu concurſus ad bona depoſitarij decocti Carleual *de Iudicijs, tom.*2. *lib.*1. *tit.*3. *diſputat.*31. *num.*1. *& à num.*5. *cum ſequentibus,* vbi totam materiam, tàm in depoſito regulari, quàm irregulari complectitur. Franciſcus Roccus *de Decoctione mercator. nota* 13. *num.*44. Aloiſius Catalan. *de Indulto, cap.*55. *num.*103. *&* 104. Hermoſilla *in Notis ad dict. l.*9. *tit.*3. *part.*5. *gloſſ.*1. *num.*2. Rodriguez *de Concurſu, art.*6. 1. *part. à num.*46. & ibi Bertolus *in Additionibus, num.*205. Molina *in Veritatibus Iur. verit.*25. *in princip.* Flores de Mena *lib.* 1. *variar. quæſt.*6. *art.* 3. *num.*40. Rodriguez *de Annuis reditibus, lib.*3. *quæſt.*11. *à num.*26. Honoratus Leotardus *de Vſuris, quæſt.*32. *num.*15. Petrus Barboſa *in l. Si cùm dotem, §. fin. ff. Soluto Matrimonio, num.*32.

7 Anton. Pichardo *in Commentar. ad l.Priuileg. ff. de Priuil. credit.* qui eſt *in §. Quædam actiones inſtit.*

de

de actionib. à num. 42. vbi num. 43. animaduertit, quòd licèt Iure cõmuni inſpecto *ex dict. § In bonis, & d.l. Quotiès* hoc priuilegiũ tantũ concedatur in bonis publici nummularij, ſiuè depoſitarij. Hodiè tamèn *ex dict. l. 9. partitæ* Idem eſt admittendum, & procedit penès quemcumque res depoſita ſit, etſi nullum tale officium exerceat, vt etiàm tenuerunt, & exornarunt Caſtillo *ibidem num. 56. & ſeqq.* & Rodriguez *num. 49.* & totam materiam ſingularitèr exponit Auguſtinus Barboſa *in Votis deciſiuis, lib. 3. voto 82. per totum,* vbi in peculiari caſu decoctionis Franciſci Roderici mercatoris Matritenſis ſindici Monaſterij Diui Franciſci, cui traditę fuerant plures pecuniarum ſummę in depoſitum, & vt eas legalitèr, & fidelitèr diſpenſaret in neceſsitates fratrum, prò tempore occurrentes, in concurſu Monaſterij, & creditorum anteriorum expreſſas, vèl tacitas hypothecas habentiũ, reſoluit *num. 22.* creditores præferendos, *& numeris ſeqq.* comprobat, & reſpondet cõtrarijs. Molina *in Veritatibus Iuris, dicta veritate 25. à num. 14. cum ſequentibus.*

8 Acoſta *de Priuilegijs credit. regul. 1. ampliat. 12. à num. 1.* vbi *num. 10.* meritò carpit Rodriguez *de Concurſu, vbi proximè num. 46.* & ab eo cauendũ monet, dùm aſſeruit actionem depoſiti eſſe priuilegiatam, & ideò, etiàm non extante, & perempta pecunia depoſita ad numerum, deponentem, quatenùs tempore priorem, præferendum eſſe alijs creditoribus priuilegiarijs, etiàm expreſſas hypothecas habentibus tempore poſteriores, cùm loquatur contra *Text. expreſſum, in dict. l. Eos, C. Qui potiores in pign. habea.* & idem obſeruat eius Additionator Anton. Maria Bertolus *in Addit. ad dict. artic. 6. 1. part. num. 221.*

9 Quòad ipſos verò deponentes, ſi ipſi ſoli concurrant, intèr eos nulla datur prælatio, ſed ſimùl omnes prò rata admittuntur, vt dixit Vlpianus *in dict. l. Si hominem 7. § Quotiès in fin. ff. Depoſiti,* ibi: *Itèm quæritur, vtrùm ordo ſpectetur eorum, qui depoſuerunt, àn verò ſimùl omnium depoſitariorum ratio habeatur? & conſtat ſimùl admittendos, hoc enim reſcripto principali ſignificatur.* Quià omnes eadem actione, ſcilicèt perſonali, ſinè hypotheca, nèc priuilegio nituntur, & ideò ſimùl veniunt in tributum *dict. l. Prò debito, de Bonis auth. Iud. poſsid. dict. l. Procuratoris, § Si plures, & § Planè, ff. de Tribut. actione,* Gloſſa *in l. Priuilegia, verb. Ex cauſa, ff. de Priuileg. credit.* ibi: *Si verò paria ſunt priuilegia, vt duo deponentes, & ſic eiuſdem tituli, tùnc concurrant, licèt vnus antè alium cõtraxerit, & c. l. 11. tit. 14. part. 5.*

10 D. Ioannes del Caſtillo *dict. cap. 16. num. 78.* vbi limitat in creditore ex cauſa depoſiti, qui vſuras recepit, is enim habetur àc ſi depoſiti titulum non haberet, vt ibi benè comprobat, & eum refert, & ſequitur D. D. Franc. Salgad.

in Labyrintho credit. part. 2. cap. 4. num. 155. & 156. & vtramque concluſionem comprobat, & exornat Carleual *de Iudicijs dict. diſputat. 31. num. 2. & num. 16.* Auguſtinus Barboſa *dicto voto 82. num. 31. & ſeqq. & num. 40.* bonam cautelam Angeli obſeruat. Amator Rodriguez *de Concurſu, 1. par. art. 6. num. 51.* de quo, præter ibi adductos, videdus Nouarius *lib. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 145.* vbi latè comprobat recipientem aliquid ex bancho, vèl campſore ratione vſurarum priuilegiũ depoſiti amittere. Rodriguez *de Redditibus, lib. 3. quæſt. 11. num. 38. & nu. 40.* vbi declarat. Honoratus Leotardus *de Vſuris dict. quæſt. 32. pèr totam.* Petr. Barboſa *vbi proximè in fine.* Ioannes Baptiſta Coſta *de Portione rata, quæſt. 121.* vbi probat deponentium vnum repetentem portionem ratam depoſiti ſimûl facti, non teneri alijs eam communicare, etiàm ſi emerſerit decoctio depoſitarij. benè Zeuallos *de Cognit. pèr viam viol. 2. part. quæſt. 1. num. 42.* vbi ſequitur Caſtellum *& num. 44.* limitat concluſionem, vt non procedat in his, qui non habent liberam adminiſtrationem in pecunia depoſita, vt ſunt pupilli, poſſeſſores maioratus, ſeù Capellanię, & ſimiles.

11 Secunda concluſio ſit, quôd ſi deponentes concurrant cum alijs creditoribus, in caſu quo pecunia non fuit depoſita obſignata, vèl res depoſitę non extant, ſi tales creditores ſolùm ſint chirographarij, habentes priuilegium perſonale, deponẽtes præferentur illis, ſi verò habeant actionem perſonalem priuilegiatam, vt habet Fiſcus, tùnc poſponantur, & Fiſcus exiget creditum ſuum antè eos, vt apertè probatur *in dict. l. Si ventri 9. §. In bonis, ff. de Priuilegio credit.* ibi: *In bonis menſularij vendendis, pòſt priuilegia, potiorem eorum cauſam eſſe placuit, qui pecunias apùd menſam, fidem publicam ſequuti, depoſuerunt.* iunctis vltimis verbis, quę prædictam diſtinctionem cõfirmant, ibi: *Si tamèn nummi extent, vindicari eos poſſe puto à depoſitarijs, & futurum eum, qui vindicat, antè priuilegia*, in quo ſenſu accipiendum eſt etiàm reſponſum Vlpian. relatum *in dict. l. Si hominem 7. §. Quotiès, ff. Depoſiti*, in illis verbis: *Quotiès foro cedunt nummularij, ſolet primo loco ratio haberi depoſitariorũ, hoc eſt, qui depoſitas pecunias habuerint, non quas fœnore apùd nummularios, vèl cum nummularijs, vèl per ipſos exercebant, & ante priuilegia, igitùr ſi bona venerint, depoſitariorum ratio habetur*, id eſt in caſu quo bona extant, *vt in dicto verſic. Si tamèn.*

12 Et ſic notant Bartolus *in dict. §. Quoties*, & Franciſcus Ripa *in dict. §. In bonis, num. 1.* qui *nu. 12.* veram mentem *dict. §. In bonis*, exponit, & concordiam cum *§. Quoties*, dicens deponentem præferri creditoribus, etiâm priuilegiatis, *in dict. §. Quoties*, ſed quòd ab ea regula excipiuntur quędam priuilegia, quę deponenti præferuntur, ſcilicèt pupilli, & mutuantis ad refectio-

fectionem domus, pòſt quę deponens præfertur, vt formaliter *in dict. §. In bonis* relatio debet fieri ad priuilegia in principio legis poſita, quem ſenſum tamquâm veriorem ſequitur, & comprobat Petrus Barboſa *in l. Si cùm dotem, §. fin. ff. Solut. matrim. num.* 34. & cum eo, & alijs Caſtillo *dict. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 55. vbi exemplificat etiàm in dote, & in impenſa funeris. Rodriguez *de Concurſu, art.* 6. 1. *part. num.* 48. Carleual *dict. diſputat.* 31. *num.* 13. qui ſic conciliant prædicta Iura, & cum Accurſio *in eis*, & alijs referunt priuilegia perſonalia priora depoſito, quæ ei præferuntur, & etiàm poſteriora, quę ei cedunt.

13 Et confirmatur prædicta reſolutio hac ſpeciali ratione, quiâ creditor, qui in nauem extruendam, vêl inſtruendam, ſeù emendam credidit, habet etiàm priuilegium, vt probat Paulus *in leg. Qui in nauem* 26. *alàs* 11. *ff. de Priuileg. creditor.* & nihilominùs Marcelus *in l. Quod quis eodem tit.* dat prælationem Fiſco reſpectu talis creditoris, his verbis: *Quod quis nauis fabricandæ, vèl emendæ, vèl armandæ, vèl inſtruendæ cauſa, vèl quoquomodò crediderit, vèl ob nauem venditam petat, habet priuilegium pòſt Fiſcum.* & notat Helfricus Vlricus *lib.* 3. *variar. reſolut. tract.* 3. *par.* 5. *quæſt.* 6. *verſ. Quià Fiſco*: ergò ſi creditores ex prædictis cauſis præferuntur deponenti, & Fiſcus eis præfertur, à fortiori præferetur etiàm deponenti.

14 Quod corroboratur alia Iuris regula, quę docet Fiſcum habere priuilegium in hypothecaria, & ſimùl in perſonali, & ideò habere fortius Ius, & priuilegium, quo præfertur his, qui ſolùm habent priuilegium in perſonali, vt ex Ioanne de Platea *in l.* 1. *num.* 4. *C. Pœnis Fiſcalibus credit. præferri, lib.* 10. Flores de Mena, Alfaro, Peregrino, & multis alijs, comprobauimus *ſuprà hoc Titul. quæſt.* 17. *num.* 24. *incipienti* 5. *regula ſit.*

15 Et hæc prælatio competens Fiſco concurrenti ad bona decocti cum alijs creditoribus ex cauſa depoſiti non extantis, manifeſtè probatur *in dict. l.* 9. *tit.* 3. *p.* 5. in illis verbis: *O ſi ouieſſe ante fecho algun pleyto con el Rey, porque fueſſen ſus bienes obligados.* vbi Gregor. *gloſſ.* 8. adducit Iura de Iure communi id comprobantia. & eam notant, & comprobant Accurſius *in l. Priuilegia* 16. *verb. Ex cauſa, ff. de Priuileg. credit.* vbi cùm dixerit paria priuilegia, velùti duos deponentes, & ſic eiuſdem tituli debere concurrere, & idem etiàm ſi ſint diuerſa, ut in condictione ob cauſam prô dote futura, & in depoſito, vêl ſi vnus habeat actionem tutelę, & alter depoſiti, declarat hoc modo: *Niſi nominatìm probetur alterum in priuilegio perſonalis actionis præferendum, vt in quatuor caſibus. Primus in Fiſco, vt infrà eodem, Quod quis.* Rodriguez *dict. artic.* 6. *num.* 48. Carleual *dict. diſputat.* 31. *num.* 13. Anton. Pichardo *in Commentario ad dict. l. Priuilegia, nu.* 42. ibi: *Et antè quædam priuilegia, vt in dict.*

dict. §. Quoties, vbi idem Accurſius recenſet nonnulla priuilegia maiorem prærogatiuam habentia, nempè dotem, Fiſcum, mutuantem in refectionem, & funerariam, &c. & paulò inferiùs, *& expreſsè comprobatur in l. 9. tit. 3. part. 5. Qui creditores excepti ideò depoſitoribus præponuntur, quià in eorum priuilegijs maior verſatur vtilitas Reipublicæ, quæ in funeribus, dotibus, rationibus Fiſcalibus, & ædificijs conſeruandis perſpicitur. Vndè ex regula noſtri text. prælationem habent.*

16 Et ità abſolutè tenet, licèt non comprobet, Hermoſilla *ad dict. l. 9. tit. 3. part. 5. gloſſ. 8. num. 1.* vbi ità ait: *Nota primò ex contractu, quòd ſi quid ex cauſa Iuris propij fiſco debetur, præfertur omnibus creditoribus chirographarijs, etiàm priuilegiatis, vt deponenti, &c.* & idem probant Amaya *in l. vnica, C. Pœnis Fiſcalib. credit. præfer. num. 21.* vbi ità elegantèr *leg. 9.* percipit: *Hancque mentem fuiſſe legis Regiæ apertè indicat ſeries ipſa, quæ cùm in depoſito loquatur, quod cetera alia credita antecedit, excipit hypothecam, funeris impenſam, & alia priuilegia, inter quæ connumerat ſi cum Rege contraxiſſet, ex quo tacitè bona Iure pignoris tenerentur.* & eum referens, & ſequens Epiſcopus Fermoſino *in Allegat. Fiſcal. alleg. 18. num. 43.*

17 Tertia erit concluſio in hoc eodem puncto, *& in eadem leg. 9. tit. 3. parti. 5.* quòd non ſolùm in contractu, ſed etiàm in delicto (de cuius Iure, & hypotheca competente Fiſco in bonis delinquentis ſtatîm ex profeſsò agendum eſt) in hoc caſu ſpeciali depoſiti lex eandem hypothecam, & prælationem Fiſco cõcedit, in illis verbis: *O por malfetrias que ouieſſe ante fecho, porque ouieſſe algo de pechar, cà eſtonce las debdas ſe deben ante pagar, que el condeſijo.* Quę lex, cùm videatur repugnare Iuris principijs, quibus docemur Fiſcum in criminalibus non habere tacitam hypothecam in bonis delinquentis, niſi pòſt ſententiam (vt dicemus) omninò intelligenda eſt in caſu, quo debitor depoſiti antequàm depoſitum ſuſciperet propter delictum pœna fuiſſet affectus, & poſteà depoſitum accepiſſet, tũnc enim ratio expoſtulat, vt Fiſcus præferatur, non depoſitor, quod conſtat ex æquiparatione caſuum, quandô anteà contraxit cum Rege, obquem contractum remanſerunt eius bona obligata, & quandò commiſit delictum, & condemnatus eſt, vt eam intelligunt Valençuela *in dict. l. vnica, C. Pœnis Fiſcalib. num. 17. & ſeqq.* & eum ſequens Garcia Toletanus *in Lucerna rubricarum ad illum titulum num. 8.* Amaya *ibidem à num. 18.* vbî benè, & latè declarat. Fermoſino *dict. alleg. 18. num. 42. & ſeqq.*

18 Vèl alio modo, & quidèm non incongruo, nec Iuri, & verbis legis alieno, ſed ſat conuenienti (vt videtur) poteſt lex intelligi, & exponi cum Gregorio Lopez *in ea gloſſ. 9. in verb. Malfetrias*, vbi notans legem illam nõ probare, quòd in delictis habeat Fiſcus tacitam hypo-

hypothecam, ſed tantûm quòd in proſecutione ſortis propter delictum habeat priuilegium perſonale, vt præferatur alijs creditoribus, cum quibus delinquens contraxit; ſic eam declarat: *Dic ergò quòd iſta lex intelligatur, non quandò Fiſcus petit pœnam delicti, quià tunc præferentur creditores indiſtinctè, ſed quandò damnum fuit datum, vèl maleficium fuit factum in re Fiſcali: nàm ſi Fiſcus agit ad tale damnum, præfertur etiàm depoſitario.*

19 Immò tali caſu poteſt dici, quòd Fiſcus habeat bona delinquentis tacitè hypotheca; quià bona delinquentis in Fiſcum ſunt tacitè obligata ſecundûm Azo. *C. de Priuileg. Fiſci in ſumma in princ.* & hoc eſt quod etiàm voluit Baldus *in l. Reſcriptum, in princip. ff. de Pactis in lect. antiqua* pròut *ibi* refert Alex. quòd ſi Fiſcus perſequatur rem familiarem, vt quià agat prò damno dato in fundo Fiſcali, habeat in continenti bona tacitè hypothecata, non expectata ſententia, nâm tùnc propiè non proſequitur pœnam; aliàs melioris conditionis eſſet delinquens in damnum Fiſci, quàm contrahens, quod non eſt dicendum, ſecundũ eum, & ſatis videtur probari *in iſta lege*; *Et gloſſ. 10 ſeq. verb. Antefecho* idem probat, etiàm ſi damnum ſit datum pòſt in re Fiſcali, diſtinguens hunc caſum, ab eo in quo maleficium, ſeù damnum fieret in re alicuius extranei, prò quo citat *l. 13. tit. 14. eadem part. 5.* in qua ſtatuitur, quòd debitum ex cauſa maleficij, vèl damni dati in re aliena, eſt prius ſoluendum ei qui priùs egit, & qui ſententiam meruit, quàm alijs, quibus ex tali cauſa debeatur, & ipſemet Gregor. *in ea gloſſ. 2.* ait: *Limita niſi daretur damnum in re Fiſcali, vt dixi ſuprà eadem part. tit. 3 l. penult. in Gloſſ. Magna.*

20 Et hanc reſolutionem Alexandri, pòſt Baldum *in dict. leg. Reſcriptum*, aprobatam per Gregorium Lopez *in dict. l. 9. gloſſ. 9.* ſequuntur, & extollunt Laſſon *ibidem*, & Antonius Negulantius *de de Pignoribus, & hypothecis, 4. membro, 2. part. principalis, num. 116.* qui ità ait: *Subdit tamèn vnum Alex. pòſt Baldum ibi in lectura antiqua, quod reputat valdè notabile, videlicèt, quòd quandò Fiſcus conſequeretur rem familiarem, putà quià ageret ex damno dato in fundo Fiſcali, quòd tùnc in continenti haberet bona dicti damnum dantis obligata, tùnc enim non cenſetur propiè proſequi pœnam, aliàs, ſecundùm eum, melioris eſſet conditionis delinquens in damnum Fiſci, quàm contrahens cum eo, quod non eſt dicendum, &c.* Alfaro *de Offic. Fiſcalis, gloſſ. 16. num. 121.* ponens hoc prò vigeſsimo ſeptimo Fiſci priuilegio: *& gloſſ. 34. nu. 135.* Hermoſilla *in Notis ad l. 9. tit. 3. partit. 5. gloſſ. 8. num. 4.* Villalobos *in Ærario, verb. Fiſcus num. 222.* Bobadilla *in Polit. lib. 5. cap. 6. num. 14.* Gutierrez *lib. 2. Canonicarum, cap. 5. num. 58.* Carleu. *de Iudicijs, tom. 2. diſput. 1. num. 27.* Nicolaus Euerardus *in Locis legalibus, in loco de Fiſco ad dotem, in fine.* Mantica *de Tacitis, & ambig. lib. 11. tit.*

tit.18. num.33. verſ.Illud etiàm. optimê in puncto Fuluius Conſtantius *in l.1.C.Pœnis Fiſcal.credit.præſ. num.74.*

21 Quarta concluſio,& quidèm nõ vulgaris,erit,quòd quamuis regularitèr depoſita pèr quemcũque pecunia aliena apûd campſorem,banchum, ſeù mercatorem nomine propio deponentis dominus pecunię nullam habeat aduersûs eum actionem, ſi depoſitum factum ſit ad numerum;nàm pèr commixtionem pecunię cum alia pecunia banchi fuit translatum dominium,& non poteſt dici alicuius,*ex dict.l.Si alieni,ff.de Solut. l.Si à furioſo, & l.Nàm etſi fur.ff.Si certum petatur.* Sèd ſolùm in caſu quo pecunia ſit depoſita obſignata, & extet, habebit Dominus rei vindicationem, *l.Si res,ff.Ad exhibendum,l.Si is,qui 8.in fin.C.Depoſiti,* iuxtà proximè dicta. Tamèn ſi ſuſceptor,exactor, vèl adminiſtrator pecunię Regię, pecuniam illam, ex tali exactione, vêl adminiſtratione redactam, poſuerit in bancho,vèl mercatore ſuo nomine, & non nomine Fiſci,nêc vt talis Officialis Regius,& banchum decoxerit,ſeù mercator,& eius creditores concurrant, Fiſcus ipſo Iure ex ſpeciali priuilegio actionem vtilem adquirit, & ex ea habet priuilegium prælationis, & præfertur omnibus alijs creditoribus chyrographarijs, etiàm tempore prioribus,vt ſingularitèr probatur *in leg. Non intelligitur, §.Multa,ff.de Iure Fiſci,vbi gloſſ.verb.Defecerint in fine.*

22 In quo text. tres illi caſus proponuntur, in quibus Fiſcus debitorem debitoris ſui,etiàm non condemnatum, conuenire poteſt, vt diximus *ſuprà hoc Tit. quæſt.17. num.27.* & Bartolus ſecundum caſum ità explicat, & cum eo Peregrinus *de Iure Fiſci, lib.6. tit.7. num.26.* his verbis: *Secundus caſus eſt, quandò ex ratione Fiſci apparet debitum fuiſſe contractum,quod Bartol.in dict.§.Multa, explicat, vt quià cum Fiſci rationali de re ad Fiſcum pertinente contraxerit,quo caſu Fiſco quæritur actio,l.Quotiès in principio, ff.de Adminiſtrat. tutorum.* bonus text. *in l.Ex facto 52. §.Planè, ff.de Peculio,* in illis verbis: *Planè ſi ex re pupilli nomina fecit, vèl pecuniam in arcam depoſuit, datur ei vindicatio nummorũ,& aduerſus debitores vtilis actio, ſcilicèt ſi nummos conſumpſerunt, vbi gloſſ.verb. vtilis actio,* ità ait: *Licèt ſuo nomine mutuet tutor, vt Codice Quandò ex facto tutoris, l.Et ſi tutores.* in qua probatur ex ſtipulatione tutoris ſupèr re pupilli quæri pupillo vtilem actionem, vt notat Salycetus *in ea*, & declarat Accurſius *verb.Vtilis actio,* & cum ea conuenit *l.Si tutor, ff.Eodem tit.* & licèt *prædicti textus, & dict.leg. Quotiès,ff.de Adminiſtratione tutorũ* loquantur in tutore, habent etiâm locum in Fiſco pèr *textum formalem in dict.§.Multa.*

23 Quę omnia in puncto comprobat, & exornat Thomàs Anellus Salernitanus *deciſ.60.* cuius ſpeciem ità format: *Thomàs Toloſa Regens Officium Perceptoris*

Pro-

Prouintiæ Bari depoſuit in bancho Bernardi de: ſumma duc. 1300. *de pecunia Regia, exactos à dicta Prouincia, depoſitum tamèn non fuit factum nomine Regiæ Curiæ, nequè etiàm ipſe depoſuit vt Officialis Regius, ſed ſimpliciter partita dicti banchi fuit ſcripta nomine dicti Thomæ Toloſa. Banchum illud decoxit, & concurrunt plures creditores, qui petunt ſe graduari eodem loco, & gradu prò rata eorum debitorum.* Et propoſito primò Iure creditorum, qui allegabant depoſitum non fuiſſe factũ vt ſpeciem, & ſic translatum dominium in depoſitariũ, vèl campſorem, & ampliùs non poſſe dici eſſe Fiſci; nihilominûs in fauorem Fiſci concludit, & deciſum refert in fine, his verbis: *Et ità per ſuprà dicta fuit deciſum in R. C. in fauorem Fiſci, qui habuit à dicto bancho duc.* 1300. *& fuit prælatus Fiſcus omnibus alijs creditoribus dicti banchi, habentibus actionem perſonalem, etiàm tẽpore anteriorem, non priuilegiatam.*

QVÆSTIO XXII.

An hypotheca conſiſtat in mercibus tabernę, ſeù apothecę, obligatis generalitèr à mercatore cum omnibus bonis fauore creditorum? vèl diſtractis mercibus reſoluatur? ad explicationem Text. *in l. Cum tabernam* 34. *ff. de Pignor.* & àn Fiſcus in hoc aliquo ſpeciali Iure vtatur?

Summarium Quæſtionis Vigeſsimæ ſecundæ.

Num. 1. *Hypotheca àn conſiſtat fauore Fiſci in mercibus obligatis generalitèr cum omnibus bonis à mercatore, ſeù officiali publico prò conductione vectigalium, ſeù alio contractu? vèl diſtractis mercibus reſoluatur? prò explicatione* l. Cùm tabernam, ff. de Pignoribus.

2. *Merces apothecæ, ſeù tabernæ non veniunt ſub obligatione generali bonorum.*

3 *Taberna, ſeù apotheca eſt nomen vniuerſitatis, quæ non poteſt eſſe venalis.*

4 *Hypotheca licèt extinguatur ſupèr mercibus apothecæ, quæ venduntur, manet tamèn in illis, quæ earum loco ſubrogantur.*

5 *Apotheca ipſa, vèl pars quotitatiua ipſius ſi alienatur, hypotheca durat, & actio competit contra tertium, in quem alienatio facta eſt, & referuntur Authores, qui materiam explicant, & exornant.*

6 *Ve-*

6 *Venalia apothecæ ſi diſtrahuntur vt ſingula, extinguitur hypotheca, ſi verò vt corpus, conſeruatur. Et ponderatur Excelentiſsimus D.D. Chriſtophorus Creſpi* obſeruat. 58. num. 15. & 16. *ità declarans.*

7 *Adducitur in terminis D. Gregorius Ganauerro* deciſ. 5.

1 VLTIMA ſuccedit quæſtio, non in elegans, in terminis *leg. Cùm tabernam 34. ff. de Pignoribus*, àn fauore Fiſci conſiſtat hypotheca in mercibus obligatis generalitêr cum omnibus bonis à mercatore, ſeû officiali publico prò conductione vectigalium, alio vè contractu cum eo celebrato, vèl diſtractis mercibus reſoluatur?

2 Et quidèm regularitèr ſub obligatione generali bonorũ non veniunt merces apothecę, ſeù tabernæ, quæ ibi deſtinatæ ſunt ad cõtinuam vẽditionem, nàm poſtquàm diſtractę ſunt, non eſt locus Saluiano, vt probatur *in dict. l. Cùm tabernam, cùm & mercium ſpecies mutatæ ſint*, & ibi Baldus, & Salycetus *num. 2.* vndè videtur hypothecam in eis extingui, quod poteſt confirmari ex doctrina Baldi *in l. Certi luris 12. C. de Locato*, & Ioannis Croti *in l. Si conſtante, nu. 95. ff. Solut. matrim.* vbi dixerunt, quôd, licèt ex legis diſpoſitione inuecta, & illata in domum conductam ſint tacitè prò penſione locatori obligata; non tamên venalia, nequè pecunia; ea ratione, quià illa ineſſe non videntur, proptèr celerem motum, prò quo allegant *l. Debitor 32. ff. de Pignor. & l. Caius, ff. de Vſufructu*, quod comprobat, & exornat Reuerterius *deciſ. 378. num. 2.* & ibi Marinis *in obſeruat. num. 1.*

3 Verùm contrarium ſtatuit prædicta lex, quę ità concludit: *Reſpondit, ea, quæ mortis tempore debitoris in taberna inuenta ſunt, pignori obligata eſſe videntur, vbi Gloſſa*, & Bartolus eam reddunt rationem, quòd appellatio tabernę, pròut refertur ad merces, eſt nomen vniuerſitatis, ſicùt grex, peculium, & ſimilia, *vt in l. Cùm Pater, §. Menſæ, ff. de legatis 2.* & ideò licèt merces mutentur, tamèn eadem videtur eſſe taberna, *vt in l. Grege, ff. de Pignoribus, in principio, & l. Peculium, ff. de legatis 2.* nàm in hoc caſu, licèt ſingula pèr ſe non comprehendantur hypotheca: Tamèn cõprehẽduntur aptitudine cum vniuerſitate corporis vniuerſi, *l. Nàm origo 8. ff. Quod vi, aùt clam*, ibi: *Cæterùm pèr ſe ſolæ tegulæ non poſſidentur, ſed cum vniuerſitate ædificij.* ſimilis textus *in l. Diuerſas 30. ff. de Adquirenda poſſeſsione*, vndè ſub nomine vniuerſalis corporis, tabernę, tamquàm vniuerſalitèr cõponentia vniuerſum, continentur: Et ideò vna res loco alterius ſubrogatur, & hoc ſenſu vniuerſitas venalis eſſe non poteſt.

4 Ex

4 Ex quo prouenit facultas alienandi merces illas, tempore obligationis ibi exiſtentes ſecundùm ſuam deſtinationem venditioni expoſitas, & nè comercium impediatur, vt dicebat Peregrin. *de Iur. Fiſc. lib. 6. tit. 6. n. 4.* Rota pèr Farinaciũ *deciſ. 230. n. 4. & deciſ. 232. n. 5. in nouem centur.* ità vt licêt extinguatur hypotheca ſupêr mercibus venditis, remaneat tamèn in illis, quę eius loco ſubrogantur, idem Bart. *in l. Si cõſtante, n. 73.* vbi Alex. *n. 27.* Crot. *in 1. lectur. nu. 81. cum ſeqq. ff. Solut. Matrim.* vbi quòd iſta eſt veriſsima opinio. Salycetus *in l. Vbi adhùc n. 12.* vbi Bald. *n. 19. verſ. Magis videtur, C. de Iure dotium,* idem Bald. *in Rubrica, C. de Verbor. ſignif. n. 4. in fine, & in dict. l. Cùm tabernam, in principio, verſ. Item nota.* Ripa *in l. 1. n. 8. ff. de Pignor.* Iaſſon *in l. Qui Romæ, §. Calimachus, nu. 5. ff. de Verborum obligationibus.*

5 Quarè ſi corpus illud, vèl pars quotitatiua alienatur, ſempèr actio, & hypotheca durat, & competit contra tertium, in quem alienatio facta fuit, quas cõcluſiones, & totam materiam latè comprobant, & exornant, prætèr Baldum, Bartolum, & antiquiores, Couarr. *lib. 2. var. cap. 5. n. 2.* vbi Faria *in Additionibus.* Neguſant. *de Pignoribus, memb. 1. par. 8. num. 52.* vbi de vino, oleo, & ſimilibus, Pacificus *de Saluiano interdicto inſpection 3. cap. 2. nu. 184.* vbi etiàm de alijs mobilibus, & *deciſ. 125. & 126. ad finem operis.* Mareſcotus *lib. 1. Variar. cap. 24. vbi nu. 7. & 8.* de grege, frumento, & alijs granis, ſicût etiàm Seraphinus *deciſ. 1415. nu. 4.* Mantica *de Tacitis conuent. lib. 11. tit. 4. à num. 36.* Gracian. *tom. 5. diſcept. forenſ. cap. 897. num. 16. & 17.* Gaito *de Credit. cap. 4. quæſito 7. à nu. 117. cum multis ſeqq.* Mercurialis Merlin. *de Pignor. & hypoth. lib. 2. tit. 1. quæſt. 45. pèr totam, & num. 34.* quòd idem procedit in pretio mertium donèc extat, *& quæſt. 46.* Qui ex profeſsò omnes quæſtiones ad hæc ſpectãtes diſcutiunt. Manentus *conſ. 143. vol. 2.* Pinelus *in Rubric. C. de Bonis mater. 1. p. nu. 46.* Maceratenſis *lib. 2. var. cap. 57. n. 1. & n. 14.* vbi quôd hypotheca mercium non impedit earum alienationem, Coletus *de Proceſſ. execut. par. 2. cap. 3. num. 6.*

6 Sequitur doctiſsimus D.D. Chriſtophorus Creſpi *obſeruat. 58. num. 15. & 16.* vbi ità verè, & conciſè, more ſuo, reſoluit, quòd ſi venalia diſtracta fuerint vt ſingula, regularitèr hypotheca extinguitur, & non poteſt aduersûs tertiũ agi, niſi tempore Iudicij cæpti res in bonis debitoris eſſent, & poſteà alienatę, idque ratione commertij; ſed ſi veneant vt corpus, vèl in totum, vêl in parte quodditatiua, vt taberna, grex, horreũ, & alia ſimilia, tùnc conſeruatur hypotheca, & poteſt aduersùs tertiũ in ſubſidiũ agi, ſcilicèt, ad corpus, & ea quę in illo ſubrogantur, non quę minutatîm venduntur.

7 Et in contractu conductionis cum Fiſco celebrato à quodam Pharmacopola, qui prò pretij ſecuritate obligauit ſe & ſua, &

deindê duobus annis elapſis currente arrendamento ſuam vendidit apothecam Pharmacopolariã omnibus neceſſarijs inſtrumentis, & aromatibus compoſitam, quæ omnia ſub inuẽtario accepit emptor, & inſimùl ſe obligauit ad eiuſdem apothecę reſtitutionem, vèl ſolutionem mille ducatorum. Et, poſſidente emptore, ſequeſtrauit Fiſcus apothecam, dicens ſibi hypothecatã fuiſſe, & proindè petijt vendi, & de pretio ſibi in partem ſui crediti ſatisfieri, quæſtionem proponit, & ad partes examinat D. Gregorius Ganauerro *deciſ. 5.* in qua tandêm *num.* 24. reſoluit pèr Regiam Cameram, eo referente, fuiſſe deciſum, quôd procederetur ad venditionem apothecę, ſeù mercium eius ſub tali ſequeſtro poſitarũ, & pretium deponeretur in bancho, quod eiſdem Iuris cõmunis fundamentis ſubſiſtit, nèc aliquid ſpeciale in fauorem Fiſci continet.

QVÆSTIO XXIII.

Aqua incipit Ius, & Prælatio Fiſci in bonis priuatorum prò delictis, & pœnis. Fiſcus in bonis delinquentis prò pœnis, ſiuè legalibus, ſiuè arbitrarijs, habet hypothecam à die ſententię.

Summarium Quæſtionis Vigeſimæ tertiæ.

Num. 1. Actio duplex oritur ex quolibet malefitio, vna Reipublicæ, & altera parti offenſæ.

2 *Fiſcus antè condemnationem nullũ habet Ius in bonis delinquentis.*

3 *Confiſcatio ſi ſequatur ex delicto, Fiſcus nullam habet hypothecam, nèc antè, nèc pòſt confiſcationem.*

4 *Pœna pecũniaria ſi ſequatur ex delicto, antè condemnationem Fiſcus nullum habet Ius, nèc hypothecam.*

5 *Fiſcus pòſt cõdemnationem, reſpectu delinquentis, vèl aliorũ poſſidentiũ eius bona ſinè titulo, habet tacitam hypothecam ex die ſententiæ, quæ non porrigitur ad bona antè ſententiam alienata ſecluſo dolo, ſecùs verò reſpectu creditorũ, niſi eſſent eiuſdẽ tituli, quià tùnc ipſe præfertur.*

6 *Adducuntur Doctores, qui declarationem, & ſummam totius materiæ, magiſtraliter proponunt.*

7 *Fiſcus pòſt ſententiam cõdemnatoriam habet hypothecã, quæ tamèn eſt anomala, nèc operatur contra creditorẽ chirografariũ anteriorem. Et num. 8. proponitur materia.*

9 *Fiſcus prò pœnis, ſiuè legalibus, ſiuè arbitrarijs ex malefitijs ſequutis, omnibus delinquentis creditoribus poſtponitur. Et con-*

cluſio

cluſio exornatur numer. 10.

11 *Fiſcus prò perſecutione pœnæ ratione delicti, agit de lucro captando, & ideò creditores qui agunt de damno vitando ei præferuntur.*

12 *Creditor Fiſco præfertur in pœna, etiàm ſi de credito non conſtet, niſi ex confeſsione debitoris Fiſcalis in cauſa pœnali.*

13 *Hypotheca, Fiſco competens in bonis delinquẽtis, non incipit à litis conteſtatione, vt aliqui voluerunt, ſed initium ſumit ſequuta cõdemnatione, & pèr ſententiam.*

14 *Et redditur ratio, & cõprobatur num.* 14.

15 *Confirmatur eadem ſententia de Iure Regio.*

16 *Pœna certa quandò impoſita eſt delinquenti, aùt damnũ facienti ex ſtatuto, ordinatione, vèl conſuetudine: Miniſtri, ſeù cuſtodes poſſunt pœnas illas exigere, & recipere à ſpõtè dante nõ expectata ſentẽtia.*

17 *Referuntur Authores, qui agunt de his cuſtodibus montium, portuum, & confinium, & de eorum miniſterio, & exceſsibus.*

1 QVamuîs ex quolibet maleſitio, iniuria, ſeù damno alicui illato, duplex oriatur actio vna Reipublicę (quę pacata atquè quieta conſiſtere debet, vt monet Vlpianus *in l. Congruit* 13. *ff. de Offic. Præſid. l.* 16. *tit.* 4. *& l.* 1. *tit.* 17. *p.* 3. Baldus *in l.* 1. *col.* 4. *C. Si à non cõpetẽti Iud.* Gregor. Lop. *in l.* 13. pèr ciuiles enim deffenſiones ſæpè Reſpublica læditur, vt ait text. *in l. Si quis ingenuam* 21. *§. in ciuilibus, ff. de Captiuis, & poſtl. reuerſ.* & notat Azeu. *in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 6. *Recopil. num.* 6.) & altera parti *l. Locatio* 9. *§. Quod illicitè, ff. de Publicanis, & vectig.* in illis ſingularibus verbis: *Alterũ enim vtilitas priuatorum, alterum vigor publicæ diſciplinæ poſtulat. l. Stichum* 95. *§.* 1. *ff. de Solut. l. Ità vulneratus, ff. ad leg. Aquil. l. Capitalĩu, §. Famoſos, ff. de Pœnis,* bonus Text. *in l. Si à reo* 70. *§ fin. ff. de Fideiuſſorib.* ibi: *Nàm pœnas ob malefitia ſolui magna ratio ſuadet.* Greg. Lop. *in l.* 13. *tit.* 14. *part.* 5. *gloſſ.* 1. *in fine,* & exornat latè, & elegantêr Azeu. *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 8. *Recop. n.* 63. Et eruditiſsimus D. D. Ioſeph de Retes (iàm dùm hæc quæſtio prelo mãdatur in Regio Supremo Senatu meritiſsimus Cõſiliarius) *lib.* 1. *Opuſculor. cap.* 16. *n.* 9. Marius Burgius *de modo procedendi ex abrupto, q.* 10. *nu.* 1. *& ſeqq.* Gabriël Betart. *in Spec. viſitat. cap.* 3. *n.* 60. Cãcer *lib.* 2. *Var. cap.* 11. *n.* 96. *&* 97. vbi probat Ius quæſitũ Fiſco fauore publicę vindictę pèr accuſationem partis offenſę, non tolli pèr eius remiſſionem ſuperuenientem.

2 Tamèn antè cõdemnationẽ, Fiſcus nullũ habet Ius in bonis delinquentis, *l. Eius, qui delatorem* 29. *ff. de Iur. Fiſci,* ibi: *Verùm oportet conſtare priùs de crimine pronũciare.* vbi Bart. & DD. tex. expreſſus *in cap. Cùm ſecundũ leges, verſ. fin. de Hæreticis, in* 6. vbi Barb. *in Collect. n.* 8. *&* 9. plures refert, & latè Epiſc. Fermoſi.

in Allegat. Fiſcal allegat. 18. *num.* 12. D. D. Ioannes de la Rea *allegat.* 37. *num.* 8. *& 9. tom.* 1. *allegat. fiſcal.* Pater Molina *de Iuſt. & Iure, tract.* 2. *diſputat.* 317. *in princip.* vbi quòd pœnę Fiſcales dicuntur illę, quę Fiſco, ſiuè ex conuentione, ſiuè ex legali diſpoſitione, ſiuè ex facto Iudicis, debentur.

3 Pòſt condemnationem verò ità res declaranda eſt, quòd ſi ex delicto ſequatur bonorum cõfiſcatio, Fiſcus nullam habet hypothecam, nèc antè, nèc pòſt condemnationem; nàm, vt dictũ eſt, antè eam nullum habet Ius in bonis delinquentis, & pôſt eam, cùm effectus ſit Dominus bonorum confiſcatorum, *vt in l. Commiſſa, ff. de Publicanis, & vectig.* iàm res ſua ſibi obligata eſſe non poteſt *leg. Nequè pignus, ff. de Regulis Iuris.*

4 At quandô ex delicto non ſequitur confiſcatio, ſed aliqua pœna pecuniaria, tùnc, ſi ſumus antè ſententiam, & condemnationem, Fiſcus nullam habet hypothecam; quià nondûm dicitur creditor. *l. Si qua pœna, l. Aliud, §. Intèr multa, ff. de Verb. ſignif.* & pòſt condemnationem diſtinguendũ eſt.

5 Nâm reſpectu aliorum creditorum, & in eorum præjudicium non habet Ius, nequê hypothecam in bonis delinquentis, *l. Quod placuit, ff. de Iure Fiſci, Gloſſ. marginalis, in l. Aufertur, §. Fiſcus, ff. Eodem, verbo pignoris, & eadem gloſſ. in l. Reſcriptum* 10. *verb. hypothecas, ff. de Pactis.* Gregor. Lopez *in l.* 25. *tit.* 13. *part.* 5. *gloſſ.* 6. & meliûs *in l.* 9. *tit.* 3. *eadem partit. gloſſ.* 9. vbi benè declarat, niſi fortè eſſent creditores eiuſdem tituli, quià tûnc, cæteris paribus, Fiſcus debet præferri, vt *infrà* comprobabitur; reſpectu verò delinquentis, vèl aliorum poſſidentium eius bona ſinè titulo, Fiſcus habet tacitam hypothecam ex die ſententię, quę regulariter, & ſecluſo dolo, non porrigitur ad bona antè ſententiam alienata, *l. Pòſt contractum, ff. de Donat.* cum poſteâ dicendis.

6 Quam declarationem, & ſummam totius materię magiſtraliter proponunt pôſt Gulliëlmum de Cuneo. Baldus *in dict. l. Reſcriptum, ff. de Pactis, num.* 2. & Alexander *in principio in gloſſ. verb. hypothecas.* Antonius Neguſantius *de Pignor. & hypoth.* 4. *membro,* 2. *part. principalis, num.* 115. *& ſeqq.* Boſius *in Praxi, tit. de Publication. bonor. num.* 81. Iulius Clarus *lib.* 5. *ſentent. § fin. quæſt.* 78. *circà finem, verſ. Sed hìc incidentèr quæro, & ibi* Addentes. Franciſcus Becius *conſ.* 57. *nu.* 6. *tom.* 1. Farinacius *in Prax. tom* 1. *quæſt.* 25. *num.* 190. *& ſeqq.* Azeuedo *in l.* 16. *tit.* 7. *lib.* 9. *Recopil. num.* 7. Hermoſilla *in Notis ad l.* 9. *tit.* 3. *partit.* 5. *gloſſ* 8. *num.* 2. *&* 3. D. Petrus Noguerol *allegat.* 1. *num.* 46. Peregrinus *de Iure Fiſci, lib.* 5. *num.* 180. *& lib.* 6. *tit.* 6. *à num.* 12. Sebaſtianus Cuacinus *de Confiſcat. bonorum, quæſt.* 22. *& de treuga, & pace, part.* 2. *quæſt.* 52. Alfaro *de Officio Fiſcal. gloſſ.* 17. *num.* 42. *& ſequentibus, & gloſſ.* 34 *à num.* 130. Rodriguez *de Concurſu, articulo* 2.

1. *part. à num.* 11. Acoſta *de Priuileg. credit. reg.* 2. *ampliat.* 7. *à num.* 23. Gaito *de Credito, cap.* 4. *quæſito* 11. *nu.* 1860. Fontanella *de Pactis nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 9. *num.* 64. Carleual *de Iudicijs, tom.* 2. *diſput.* 1. *num.* 23. Gutierrez *lib.* 2. *Canonicarū, cap.* 5. *num.* 57. D. Ioannes del Caſtillo *lib.* 8. *controuerſ. de alimentis, cap.* 57. *num.* 19. D. D. Ioannes de la Rea *allegat.* 37. *num.* 9. *part.* 1. *alleg. fiſc.* D. Franciſcus de Amaya *in leg. vnica, C. Pœnis Fiſcal. credit. præfer. num.* 12. *& ſeqq.* & Fuluius Conſtantius *ibidem num.* 106. Capiblanco *de Varonibus, ſingul.* 66. *nu.* 117. Merlinus *de Pignor. & hypothec. lib.* 3. *tit.* 3. *quæſt.* 88. *num.* 17. *& ſeqq.*

7 D. Ferdinandus Arias de Meſſa *lib.* 3. *Variar. cap.* 37. *num.* 13. vbi quòd quamuis Fiſcus pòſt ſententiam condemnatoriam habeat hypothecam, illa tamèn eſt anomala, nèc operatur contra creditorem chirografarium anteriorem. Afflictis *in cap.* 1. *num.* 45. *de fratre de nou. benef. inueſt.* Maximilianus Fauſtus *in Conſil. prò Ærario, claſi* 9. *conſ.* 34. *verſ. Vtrùm autèm, & conſ.* 40. *verſ. Limita in pœnis.* Chopinus *de Demanio Franciæ, lib.* 3. *titul.* 29. *num.* 1. Bobadilla *in Politic. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 114. vbi quòd pœnis Fiſcalibus cópetit Ius hypothecę. Cabreros *de Triplis, cap.* 6. *à num.* 35. Hector Capicius Latro *conſultat.* 33. *à num.* 46.

8 Ex quibus, prò maiori exornatione materię, duę deducuntur concluſiones.

9 Prima, quòd Fiſcus prò prędictis pœnis, & condemnationib⁹, ſiuè legalibus, ſiuè arbitrarijs, ex maleficijs ſequutis, omnibus delinquentis creditoribus poſtponitur, qui ei omninò præferuntur, vt probant Text. *in l. in ſumma* 17. *ff. de Iur. Fiſci*, quę ità ait: *In ſumma ſciendum eſt omnibus Fiſcalium pœnarum petitionem creditoribus poſtponi.* Et *in l. Statius Florus* 48. *§. Cornelio, ff. Eodem, l. Non poſſunt, ff. Eodem*, ibi: *Non poſſunt bona vlla ad Fiſcum pertinere, niſi, quæ creditoribus ſuperfutura ſunt. L. vnica, C. Pœnis Fiſcal. credit præferri, lib.* 10. *l. Si aliquis* 7. *ff. de Donationibus cauſa mortis*, vbi donatio intèr viuos valet, & donatarius præfertur Fiſco, etiàm pòſt patratum delictū, quod non eſſet verum, ſi daretur hypotheca, quià ea bona in donatione contenta reuocaret Fiſcus, quod tamèn verum non eſt, vt probat *textus*, ibi: *Quamuis cæteræ donationes, ſiuè ſuſpitione pœnæ factæ valeant.* iuncto ad idem text. *in l. Pòſt contractum* 15. *ff. de Donationibus.*

10 Et hæc opinio eſt communis, & inconcuſſa, vt notant, prætèr relatos, Bartolus *in dict. leg. Pòſt contractum, num.* 16. *&* 17. *& ibi* Picus *num.* 87. Ioannes Hannibal *num.* 303. idem Bartolus *in dict. l. Reſcriptum, num.* 2. Peregrinus *de Iure Fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 182. *& lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 12. Gracianus *tom.* 2. *diſceptat. forenſ. cap.* 304. *num.* 15. *& ſequentibus.* Surdus *conſ.* 199. *num.* 9. Farinacius *dict. quæſt.* 25. *num.* 193. Pacificus *de Saluiano interdic. inſpect.* 3. *cap.* 4. *numer.* 640.

Merlin. *de Pignor. lib. 3. tit. 3. quæſt. 88. num. 5. & ſeqq.* Carleual *de Iudic. dict. diſput. 1. nu. 26.* Hermoſilla *in Notis ad l. 9. tit. 3. partit. 5. gloſſ. 8. num. 5.*

11 D. Nicolaus Fermoſino *Allegat. Fiſcali 16. à num. 22. & allegat. 18. num. 26. & 27.* vbi reddit rationem, quià Fiſcus prò perſecutione pœnę, ratione delicti, agit vt lucrum captet, & indè euenit, vt priuatus creditor potior eſſe dicatur, quiâ agit vt damnum effugiat, & vt quod ei debetur ex contractu, & ſic ex ſua diligentia, perſequatur, & proſequitur *numeris ſeqq. & num* 40. D. Franciſcus de Amay. *lib. 1. obſeruat. Iur. cap. 11. num. 5. & 16.* In *quo cap.* exponit veram interpretationem *dict. l. Statius Florus, §. Cornelio Fælici, ff. de Iur. Fiſci,* & idem *in l. Vnica, C. Pœnis Fiſcal. credito. præferri, num. 24.* Didacus de Segura *in Tractatu de bonis lucratis conſtan. matrim. nu. 211. verſ. Ergò quemadmòdum.* Mieres *de Maiorat. 2. part. quæſt. 3 num. 29.* & latè Caſtillo *lib. 3. controu. cap. 12. à nu. 82.* Mendez de Caſtro *in Practic. Luſit. lib. 1. cap. 2. num. 11.* Cabreros *de Triplis dict. cap. 6. num. 39. & ſeqq. & num. 2. & ſeqq.* præcipuam concluſionem comprobat, *& num. 8.* hoc in omnibus locum habere ait, ſiuè ſint hypothecarij, ſiuè perſonales, ſiuè chirografarij. Maximilianus Fauſtus *dicta claſi 9. conſ. 34. verſ. Vtrùm autèm in pœnis, & conſ. 40. num. 2.*

12 Et adeò procedit, vt creditor Fiſco præferatur in pœna, etiâm ſi de credito ſolùm conſtet ex confeſsione debitoris Fiſcalis, in cauſa pœnali, quod egregiè probat Baldus *conſ. 476. incipiente Teſtamenta vol. 5.* dummodò confeſsio facta ſit antè condemnationem, & confiſcationem, prò quo eſt mirus *text. in cap. Ex litteris 5. de pignoribus.* Et ſequitur Fuluius Conſtantius *in l. Vnica, C. Pœnis Fiſcal. cred. præf. num. 82.* qui licèt ſentiat non facilè hoc debere admitti, niſi aliundè de credito ſaltùm pèr efficaces, àc validas coniecturas cóſtaret: Tamèn hæc concluſio abſolutè probatur à Cabreros *de Triplis cap. 6. num. 14.*

13 Secunda concluſio eſt, quòd licèt Angelus *in dict. l. Reſcriptum, num. 1.* & Fulgoſius, & Paulus de Caſtro *ibidem* voluerint talem hypothecam, Fiſco competentem in bonis delinquentis, incipere à litis conteſtatione, pèr quam dicitur quaſi contrahi, vt notat Gloſſ. *in l. 2. §. ſi n ff. de Prætor. ſtipul.* tamèn verius eſt non competere, nèc initium ſumere, niſi ſequuta condemnatione, & pèr ſententiam, pèr quam quaſi contrahitur *l. Si qua pœna 244. ff. de Verb. ſignif. l. 3. §. Idem ſcribit, ff. de Peculio,* & prò quaſi contractu, prout prò contractu, Fiſcus aquirit hypothecam, *dict. l. Auferetur, §. Eſcus, ff. de Iur. Fiſc.* & hanc opinionem cótra prædictos, vt Iuri magis conſentaneam, ſequuti ſunt Baldus, & Alexander *in dict. l. Reſcriptum*, quem refert, & ſequitur Neguſantius *de Pignor. dict. 4. membr. 2. p. num. 115.*

Pere-

Peregrinus *dict. tit. 6. lib. 6. num. 12.* Conſtantius *in l. vnica, C. Pœnis Fiſcal. cred. præſ. num. 107.*

14 Et ſequens Farinac. Clarum Guacinum, & alios Merlinus *dict. quæſt. 88. num. 17. vbi num. 14* cum Alexandro reſpõdet fundamento Angeli, & ſequatium, quòd quaſi contractus, qui celebratur pèr litis conteſtationem, ſolùm operatur, vt quis ſit & remaneat adſtrictus inſtantię, non verò pœnę, in quapèr ſententiam condemnandus eſt, *& num. 11* pluribus comprobat Fiſcum ſolùm adquirere ius ad bona delinquentis vindicanda, ſequuta ſententia, & Iudicis officio ob publicam vindictam, & ideô alienari Iure valido poſſe â delinquente, etiàm ex titulo lucratiuo. Et eandem concluſionem latè declarat, & comprobat, Carleual *dict. diſput. 1. pèr tot.* maximè *à num. 16. cum ſeqq.* Gutierrez *lib. 2. Canonicarum, cap. 5. num. 56.* Franciſcus Beccius *conſ. 57. num. 2. tom. 1.* vbi ex hac ratione probat fideiuſſorem datum, de reo ob homicidiũ carcerato repreſentando, qui ob eius fugam ſoluit pœnam Fiſco, adquẽ ob confiſcationem bona peruenerunt, eſſe præferendum.

15 Quod de Iure Regio comprobatur *in l. 11. tit. 6. lib 3. Recop.* in illis verbis: *Otroſi, que no lleuen penas algunas de las que diſponen las leyes, ni de las que ſe puſieren para la nueſtra Camara, ni para otra obra pia, ſin que primero las partes ſean oidas, y ſentenciadas contra los que en ellas incurrieren, por ſentencia paſſada en coſa juzgada.* & itêm *in l. 12. in fin. tit. 26. lib. 8. Recopilat.* & notant Azeuedo *in dict. l. 11.* & latiûs comprobans Auendaño *de Exequendis mandatis, par. 1. cap. 18. à num. 1.* Rodriguez *de Concurſu, art. 2. 1. par. num. 12. verſ. Sìcque nouo Regio Iure cautum eſt.*

16 Sèd ſpeciali nota dignum eſt, quôd ſi ex ſtatuto, ſeù ordinatione, vèl ex conſuetudine, certa pœna impoſita ſit delinquenti, aùt damnum facienti; ſicùti paſſim fit in omnibus Populis, prò cuſtodia defenſarum, vèl ſaltuum publicorum, tùnc cuſtodes, & Miniſtri ad id deputati, pœnas illas exigere, & recipere poſſunt propia authoritate â ſponte dante, non ſpectata Iudicis ſententia, quià magis eſt executor, quàm Iudex, & in pœnis certis à lege, vèl qualibet alia diſpoſitione inflictis, benè poteſt quis iudicare in cauſa propia, quod probatur *in l. 4. tit. 12. lib. 5. ordinamenti, quæ eſt l. 12. tit. 7. lib. 7. Recopilat.* Bobadilla *in Polit. lib. 3. cap. 8. num. 255.* & in puncto notat, & exornat Auendaño *de Exeq. mand. part. 1. cap. 1. num. 13. & 14.* ibi: *Et ſic quandò captus intrà defenſam, vult ſtatìm ſaltuario, vèl cuſtodi publico pœnam ſoluere, cùm recognoſcat bonam fidem, poteſt pœnam cuſtos accipere non expectata Iudicis ſententia*, & paulò inferiùs *num. 15.* ibi: *Et ideò ſi aprehenſi in defenſis volunt ſoluere pœnas, capientes poſſunt ſtatìm eas accipere, ſinè vlla ſententia præcedente, &c.* & idem repetit *cap. 13. num. 12.* &

vtro-

vtrobique ponderat diſtinctionem, quam facit lex. volentis ſpontè pœnam ſoluere à retinente eius ſolutionem, quo caſu dicit, Iudices prædictorum locorum debere eas exequi in illis verbis: *Y ſi algunos no quiſieren pagar las dichas penas, que las Iuſticias de los tales Lugares executen por ellas.* Otero *de Paſcuis, cap. 19. num. 7. & ſequentibus*, vbi licèt de hac poteſtate, & Iuriſdictione cuſtodis, ſinè recurſu ad Iudicem dubitet. Tamèn *num.* 11. non audet ab hac opinione diſcedere, quandò ex inueterata conſuetudine, vèl municipali ſtatuto ità cautum, & obſeruatum ſit, ſed prædicta *l. 12. tit. 7. lib. 7. Recop.* præcipit quòd captis, pignoribus, adducantur illicò coràm Iudice loci, vèl territorij, vbi damnũ acciderit, vt exequatur quod ſit de Iure.

17 De quibus cuſtodibus, & eorum miniſterio, exercitio, & alijs ad illud ſpectantibus, videndi ſunt Auendaño *dict. cap. 1. à nu. 13.* Otero *dict. cap. 19. pèr totum.* Bobadilla *lib. 1. Polit. cap. 13. num. 44. & lib. 4. cap. 5. num. 7. & ſeqq.* vbi loquitur in cuſtodibus portuum, & confinium. Floridus Mauſonius *de Cõtrabannis, quæſt. 20.* D. D. Petrus de Salçedo *in eodem Tract. cap. 20. à num. 13. & in Commentarios ad leges addit. Recop. in l. 8. tit. 12. lib. 3. num. 28. & ſeqq.* Azeuedo *in leg. 3. tit. 3. lib. 4. Recopil. num. 20.* Bayo *lib. 3. var. in collectan. alphabet. litt. C. num. 50.* Medina *de Reſtitut. quæſt. 12. verſ. Alia hìnc oritur dubitatio, & quæſt. 15. in fin.* & prò eorum omiſſione, ſeû exceſsibus, quandò conniuentia, vèl diſſimulatione, aùt pretio permitunt aliquid contra munus ipſis iniunctum, vide *l. 1. C. de Fundis, & ſaltibus rei Dominicæ, & l. Vſus aquę 5. C. de Fundis rei priuatæ, & ſaltibus Dominicæ domus*, & Tyberium Decianum *lib. 3. Syntagmatum Iuris, cap. 15.* & bonam *gloſſ.* Gregor. Lopez *in l. 32. tit. 2. part. 3. gloſſ. 22. quæ eſt finalis.* Vbi quòd eſt officium viliſsimum, & grauitèr ſunt puniendi hoc caſu. Thomàs del Bene *de Parlamentis, tract. 6. dubitat. 16. in corolario à n. 4.* vbi cum Soto, Salon, & alijs declarat ad quid teneantur in foro conſcientię. Amaya *in l. 2. C. de Iure Fiſci, lib. 10. num. 29.* Moles *in deciſ. Regiæ Cameræ, §. 6. membr. 9. num. 3. & ſeqq.*

QVÆS-

QVÆSTIO XXIV.

In qua agitur de Iure competente Fiſco in bonis rei criminoſi, in caſu confiſcationis, & publicationis bonorum ipſius, quę diuiditur in ordinariam, & extraordinariam.

Summarium Quæſtionis Vigeſsimæ quartæ.

Num. 1. *Fiſcus antè ſententiam nullũ Ius habet in bonis delinquentis.*

2 *Confiſcatio, ſeù Publicatio bonorum, quæ idem eſt, ſic accipitur, vt æs alienum deducatur.*

3 *Fiſcus in caſu confiſcationis bonorum eſt loco hæredis, & quomodò hoc intelligatur?*

4 *Publicatione bonorum facta, actiones paſſiuæ in Fiſcum tranſeunt, & res liberatur à creditoribus, quibus tenetur Fiſcus ſatisfacere de bonis condemnati; & ideò omnes creditores ei anteponuntur.*

5 *Confiſcatis bonis delinquentis per ſententiam, cùm iàm ſint propria fiſci, non poteſt in eis conſiſtere hypotheca.*

Fiſcus in caſu confiſcationis, ſi bona incorporata iàm agnouit, & cœpit ſatisfacere creditoribus, ex ſpeciali priuilegio poteſt bona repudiare, & eximere ſe à nexu obligationis.

6 *Confiſcatio eſt in duplici forma, alia ordinaria, alia extraordinaria.*

7 *Ordinaria confiſcatio dicitur, quandò bona à lege* ipſo Iure, *vèl* ipſo facto *confiſcantur, vèl ſi conſuetudine, aùt ſtatuto idem caueatur, & referuntur exempla delictorum, in quibus proccdit. Et num.* 8. *idem comprobatur, & exornatur.*

9 *Iuſtinianus ſuſtulit omnes confiſcationes, ſiuè indictas legibus antiquis expreſsè, ſiuè in pœnæ conſequentiam, excepto maieſtatis crimine.*

10 *Confiſcatio extraordinaria eſt, quæ imponitur ex Iudicis poteſtate, & eius arbitrio, in caſibus à Iure non expreſsis, quæ facultas ſolùm conceditur in ſumma poteſtate conſtitutis, nempè Principi, & alijs ſuperiorem non recognoſcentibus, & ſummis Magiſtratibus.*

11 *Doctores, qui de confiſcationibus diffusè, & plenè egerunt, referuntur.*

12 *Adducitur doctiſsimus D. D. Ioannes de Solorçano, qui agit etiàm de confiſcationibus pèr Inquiſitores factis in Regnis Indiarum, & Iudicium ſuum in hoc interponit.*

Bodi-

13 *Bodinus notatur, dùm confiſcationes euertere nititur, & Reipublicæ in hoc ex ſuo capite conſulère. Et numer.14. extollitur Pater Marquez, qui prò earum juſtificatione inſurgit, & rationibus à Bodino perpenſis ſatisfacit, & alij Authores citantur.*

15 *De confiſcationibus bonorum fideicommiſſi, vèl maioratus remiſſiuè agitur.*

1 HÆC quæſtio verſatur circà confiſcationem, in qua diximus, in eius caſu, nèc antè, nèc pòſt ſententiam, Fiſcum habere hypothecam, & ratio eſt, quià antè ſententiam nullum Ius habet in bonis delinquentis, vt probatur *in l. Aufertur, §. In reatu, ff. de Iur. Fiſci, l. ex Iudiciorum, ff. de Accuſationibus*, & notant omnes Doctores *in præcedenti quæſt.* relati, quià reſpectu pœnę delictorum nullum adeſt priuilegium tribuens Fiſco prælationem, ſed tantûm reſpectu contractus, vt dictũ eſt, & cum alijs in puncto notat Fermoſino *in Alleg. Fiſcal. 18. num. 37. & 38.*

2 Et publicatio bonorum, quę idem eſt quòd confiſcatio, vt probat Sebaſtianus Guacinus *de Confiſc. bonor. concluſ. 6.* ſic accipitur, vt ęs alienum deducatur, *l. Non poſſunt 11. l. in ſumma 17. l. Res quæ 22. §. 1. ff. de Iure Fiſci, l. Mulier 72. ff. de Iure dotium, l. Si marito, ff. Solut. matrim. l. 2. in fine, & ibi gloſſ. ff. de Alimentis, & cibar legatis, l. 10. tit. 2. partit. 3.* vbi Gregor. Lopez *gloſſ. 8. & l. 16. tit. 7. part. 6.* ibi: *Que debe pagar las debdas, que fincaron del teſtador faſta en aquella quantia, que montare lo que èl recibiò de la herencia*, & ibi Gregor. *gloſſ. 4.* ità notat: *Et ſic Fiſcus, licèt non confitiat inuentarium, non tenebitur vltrà vires hæreditarias, vt hìc, & in dict. l. Non poſſunt, & in l. 1. §. An bona, ff. de Iure Fiſci, &c.* D. D. Ioannes de Solorçano *in Polit. Indian. lib. 6. cap. 10. verſ. Y aſsi auiendoſe, fol. 986.* & quòd hoc caſu ſit loco hæredis probat Text. *in l. Intèr eos, §. vltim. ff. de Fideiuſſoribus.* Ioannes Baptiſt. Staibanus *de Intereſſe, lib. 2. tit. 10. quæſt. vnica, num. 72. & ſeqq.* vbi ex hoc probat talitêr ſuccedentem Fiſcum teneri ſtare locationi factę pèr prædeceſſorem. Tonduti *de Præuent. Iudiciali, cap. 30. num. 73. & ſeqq.* vbi quòd non eſt propiê hæres, & ideò probat inſtantiam in eum non tranſire. Intrigliolus *conſ. 22. à num. 16.* vbi latè exornat concluſionem. Cum alijs congeſtis à Fuluio Conſtantio *in l. vnica, C. Pœnis Fiſcal. credit. præfer. num. 55. & num. 110.* & Amaya *ibidem nu. 1. & ſeqq. & num. 91. & in obſeruationibus Iuris, cap. 11. num. 16.* Boſius *in Praxi, tit. de bonor. publicat. num. 13.* Fermoſino *dict. alleg. 18. nu. 29.*

3 Farinacius *in Fragmentis, verb. Fiſcus, num. 189. & in praxi,*

tom.

tom.1. quæſt.25. num 169. & num. 170. & 183. Guacinus *de Confiſcat. bonor. concluſ.23. & concluſ.13.* vbi refert, & indicat caſus, in quibus de Iure communi imponitur bonorum confiſcatio, *& num.9.* probat in eis Fiſcum haberi loco hæredis, & extranei ſucceſſoris, quod etiâm proſequitur, & declarat *concluſ.20.* quòd ſuccedat non per repreſentationem perſonę defuncti, ſed pèr illius anichilationem; & ideò dicitur hæres anomalus, *& num.23.* quòd non tenetur vltrà vires hæreditarias, licèt inuentarium non confecerit, benè Horatius Carpanus *ad nouas Conſtitutionis Mediolani, in cap. Omnium, verb. Vèl reperta, num.513. & ſeqq. & à num.551.* Doctor Didacus de Segura *in Tract. de bonis lucratis conſtante matrimonio intèr maritum, & vxor. num.212.* D. Olea *de Ceſſion. Iur. & action. tit.3. quæſt.9. num.7. & 27.* Conſtantius *in dict. l. vnica, C. Pœn. Fiſcal. credit. præfer. num.157. & 158.* vbi benè declarat.

4 Peregrinus *de Iure Fiſci, lib. 5. tit.1. num.54. verſ. Sic etiàm, & ſeqq.* vbi benè probat, quòd pèr publicationem bonorum paſsiuę actiones in Fiſcum diriguntur, & reus liberatur â creditoribus ſuis, quibus tenetur Fiſcus ſatisfacere de bonis condemnati. Iulius Clarus *lib.5. Sententiarum, §. fin. quæſt. 78. num.29.* vbi Addentes. Becius *conſ.57. num.5. tom.1.* Carleual *de Iudicijs, tom.2. diſput.1. num.50.* vbi quòd in caſu confiſcationis ipſo Iure incurſę ob delictum, vèl rei ſingularis, quę in commiſſum incidit, ſeû quotę partis bonorum, creditores ſunt præferendi, & refert ità practitatum fuiſſe anno 1610. in expulſione Moriſcorum, quibus bona mobilia fuerunt, reſeruata, & ſtabilia confiſcata, expeditis tamèn Regijs reſcriptis Iudicibus ad id deſignatis (quorum ipſe Author fuit vnus) quibus iniungebatur eis, vt ſolueretur omnibus creditoribus. Fermoſino *in Allegat. Fiſcal. allegat.17. num.6.* vbi probat non teneri Fiſcum ex bonis confiſcatis ſatisfacere credita ſolùm virtute inſtrumenti confeſsionati, niſi conſtet de vera numeratione, & traditione, ideò omnes creditores neceſſariò anteponendi ſunt, & Fiſcus nullum Ius contra eos intendere poteſt.

5 Et pòſt ſententiam idem procedit, nàm cum pèr eam efficiatur Dominus illorum bonorũ, quæ ſuperſunt, *vt in l. Commiſſa, ff. de Publicanis, & vectigalibus, leg. Quisquis, C. Ad legem Iuliam Maieſtatis, dict. l.10. tit.2. part.3.* ibi: *Pero ſi la deuda fuere menor que los bienes, lo demàs debe fincar al Rey, è ſi fuere mayor, non es tenudo de pagar, ſi non faſta aquella quantia que reſcibiò.* Ponte *deciſ.29. à num.3.* Peregrinus *de Iure Fiſci dict. lib.5. tit.1. num.52.* non poteſt hypotheca in re propia conſiſtere *dict. leg. Nequè pignus 45 ff. de Regulis Iuris,* cum alijs in puncto adductis â Mantica *de Tacit. & ambig. lib.11. tit.18. num.31.* Carleual *dict. diſput. 1. num.38.* & Conſtantio *in dict. l. vnic.*

l. vnic. C. Pœnis Fiſcal. num. 106. *& num.* 159. ponit circà hoc aliud priuilegium Fiſci ſatis notandum, ſcilicèt, quòd etiàm ſi ſuperſint bona, & ipſe ceperit ſatisfacere creditoribus, poterit (ſi vellit) bona ſemèl agnita, & incorporata repudiare, & eximere ſe à nexu obligationis ex ſpeciali Iure, de quo in text. *in l.* 1. *§. An bona, ff. de Iure Fiſci*, vt ibi probat.

6 Sèd vt materia, quòad noſtrum inſtitutum, exactè percipiatur, obſeruandum eſt, quòd confiſcatio eſt in duplici forma, alia enim eſt ordinaria, alia extraordinaria.

7 Ordinaria dicitur quandô bona à lege *ipſo Iure*, vèl *ipſo facto* confiſcantur, vt in criminibus leſę Maieſtatis Diuinę, vèl Humanę, contrahentium inceſtas nuptias, & pleriſque alijs, quibus ſtatuta eſt pœna publicationis omnium bonorum, iuxtà *l. Manicheos, C. de Hæreticis, l.* 2. *l. Apoſtatarum, C. de Apoſtatis, cap. Vergentis de Hæreticis, cap. Cùm ſecundùm leges, eodem tit. in* 6. *l. Ex Iudiciorum, ff. de Accuſat. l. penult. & fin. C. Ad leg. Iuliam Maieſtatis. l.* 2. *tit.* 26. *part.* 7. & Gregorius *in l.* 8. *tit.* 25. *eadem partita gloſſ.* 3. *l.* 7. *tit.* 1. *part.* 7. quæ loquitur de vtroque crimine læſę Maieſtatis. *Authenth. inceſtas, C. de inceſtis nuptijs, §.* 1. *in Authenth. de inceſtis, & nepharijs nuptijs, leg.* 50. *&* 51. *tit.* 14. *part.* 5. & ibi Gregor. Lopez *in l.* 50. *gloſſ.* 2. *& in l.* 51. *gloſſ.* 3. Sextinus *de Regalibus, cap.* 11. & cum eo, & alijs Fauſtus *in Conſil. prò Ærario, claſſi* 6. *conſ.* 32. vbi quòd idem procedet in ſponſalibus: Et in Sodomita idem probant Decius *in l.* 1. *num.* 7. *C. de ſecundis nuptijs*, quem ſequitur Gregor. Lopez *in l.* 16. *tit.* 1. *part.* 6 *gloſſ. vltim. circà fin.* & expreſſa *l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 8. *Recopil.* vbi Azeuedo *num.* 29. *& ſeqq. & num.* 68. latè Gutierrez *lib.* 2. *Pract. quæſt.* 39. & cum Salçedo, & alijs Sanchez *in oper. moral. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 9. *in fin. & num.* 10. latè Barboſa *de Offic. & Poteſt. Epiſcopi, p.* 2. *allegat.* 44. Hermoſilla *in Notis ad l.* 2. *tit.* 4. *part.* 5. *gloſſ.* 1. *&* 2. *nu.* 17. Alfaro *de Offic. Fiſcal. gloſſ.* 20. *§.* 10. *num.* 153. Tello Fernandez *in l.* 4. *Tauri, num.* 42. *verſ. Poſt hæc.* Vèl ſi conſuetudine, aût ſtatuto idem caueatur.

8 Latè explicant, & declarant prædictos caſus Afflictis *in Conſtitut. Neapolit. lib.* 1 *rubr.* 2. *num.* 25. Franciſcus Lucanus *de Fiſco*, 2. *part. princip. pèr totam.* Caſaneus *in Conſuetud. Burgundiæ, tit. de Confiſcatione bonorum, §.* 1. *rubr.* 2. *num.* 20. *& ſeqq.* Ludouicus de Creſoles *in ſpeciali tractatu, In quibus caſibus Iure ciuili omnium bonorũ, vèl partis publicatio ſit inducta*, vbi latè: & alij relati à Caſtillo *dict. lib.* 8. *de alimentis, cap.* 57. *num.* 3. Iulius Clarus *lib.* 5. *Sententiarum, §. Hæreſis, num.* 12. *& ibi Addit. & § fin. quæſt.* 78. *nu.* 3. *& num.* 1. ait quòd, quidquid ſit de Iure communi, totus mundus ſeruat quòd bona non confiſcantur in aliquo caſu, excepto crimine hæreſis, & læſę Maieſtatis, niſi ex diſpoſitione ſtatuti, vèl con-

conſuetudinis alitèr caueatur. Guainus *de Confiſc. bonor. concluſ.* 13. & *in eius ampliat.* 69. & 85. Horatius Carpan. *ad noua ſtatuta Mediolani in cap. Omnium num.* 13. Peregrin. *de Iure Fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 167. & *ſeqq.* & cum multis Amaya *in l.* 1. *C. de Iure Fiſci, lib.* 10. *à nu.* 57. & meliùs *in l. vnic. C. Pœn. Fiſcal. credit. præfer. à n.* 34. vbi prò explicatione *legis* 5. *tit.* 31. *part.* 7. benè declarat, hodiè ob quę delicta confiſcatio habeat locum, etiàm contra filios, & eorũ legitimam, & *à num.* 46. probat ſolùm procedere in horrendis Hæreſis, & Maieſtatis crimínibus, & non in alijs, nèc in turpiſsimo Sodomię crimine, vt deciſum refert in Regia Granatenſi Curia, in cauſa ibi diſcuſſa, in qua ipſe, tûnc Regius in Chancellaria Fiſci Aduocatus, eius partes egit contra filios, & ſuccubuit, & *nu.* 66. ampliat, etiàm quòd in ſententia contra Sodomitam lata filij repellerentur à bonis Paternis, & Fiſcus anteponeretur. D. Olea *de Ceſſ. Iur. & act. tit.* 3. *quæſt.* 9. *à num.* 28. vbi quærit, àn Fiſcus, qui ex cõfiſcatione ſucceſsit, teneatur ex bonis alere filios ſpurios delinquentis? & àn idem onus tranſeat in ceſsonariũ Fiſci? Farinac. *in Praxi, tom.* 1. *tit. de delictis, & pœnis, q.* 25. *nu.* 10. Philippus Paſchalis *de Viribus patriæ poteſt. p.* 4. *cap.* 5. *à n.* 12. vbi latè de crimine læſę Maieſtatis Humanę, & quòd ad hunc effectũ debet eſſe in 1. capite, & *à num.* 45. vbi de læſa Maieſtate Diuina. D. Ioan. Baptiſt. Ventriglia *in Praxi rerum notabiliũ annotat.* 2. §. 3. *n.* 26. vbi quôd bona Hæretici ipſo Iure ſunt confiſcata, & *à num.* 24. quòd eo ipſo quòd quis eſt Hæreticus, omnes eius debitores ſunt liberati ab obligatione ei ſoluendi. Farinacius *in Fragment. verb. lex à nu.* 92. vbi latê de pluribus verbis importantibus incurſum pœnę ipſo Iure.

9 D. Ioan. Franciſcus Ramos, Regius rei Dominicę Cõſiliarius, eruditiſsimus quidèm, tamquàm hauſto ſucco à fecundiſsima, & copioſa omnium ſcientiarum radice Illuſtriſsimo D. D. Franciſco Ramos del Mançano eius Patre Supremi Cõſilij, & Camerę Senatore, & Catholici Regis Noſtri Caroli Secundi Præceptore; in analectis Academicis de pœna Parricidij *lib.* 9. vbi ſumma dexteritate has bonorum publicationes, & proſcriptiones de Iure priſco exprimit, & quibus caſibus procedant, & quomodò Iuſtinianus *in Authent. Bona damnatorum, C. de bonis Proſcriptor. & Nouella* 134. *cap. vltim.* ſuſtulit omnes confiſcationes, ſiuè indictas legibus antiquis expreſsè, ſiuè indictas in pœnæ conſequentiam, excepto Maieſtatis crimine.

10 Extraordinaria verò eſt, quandò imponitur ex Iudicis poteſtate, & eius arbitrio, in caſibus à Iure non expreſsis *l.* 1. *C. Nè ſinè iuſſu Principis certis Iudicibus liceat confiſcare*, vbi Azo ait, quòd hæc in ſumma poteſtate conſtitutis cõceditur, Principi nempè, & alijs ſuperiorem nõ recognoſcentibus, ſummiſque Magiſtratibus. Et eum ſequuntur Bald. Angel. & reliqui

ibidem Albericus *ſupèr ſtatutis, lib.* 3. *q.* 18. *nu.* 8. *&* 9. Roſental *de Feudis, cap.* 5. *concl.* 62. *n.* 14. quam diſtinctionem vt præcipuam in materia ponunt, & exornant Carpanus *in in d. cap. Omnium, nu.* 679. Sebaſtian. Guacinus *de Confiſcat. bonor. concluſ.* 2. *num.* 1. & Marius Giurba *obſeruat.* 90. *num.* 2. *& ſeqq.*

11 Et de cõfiſcationibus generalitêr agunt *l.* 1. *& pèr tot. ff. & C. de his, quæ vt indignis. l.* 1. *& pèr tot. C. de Bonis damnatorum, & proſcriptorum.* Textus, & Doctores *in cap.* 1. *quæ ſint regalia.* Sixtino *de Regalib. lib.* 2. *cap.* 12. Roſental *de Feud. cap.* 5. *concl.* 55. *&* 62. Borrelus *de præſtantia Regis Catholici, cap.* 15. *& duobus ſeqq.* Boſius *in Prax. tom.* 1. *tit. de delictis, & pœnis, cap.* 25. vbi latê, Peregrin. *de Iur. Fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *per tot.* Guacinus *de Confiſc. bonor.* & Maſsinius *in eodem tractatu pèr tot.* Torre Blanca *de Magia, lib.* 3. *cap.* 11. Bobad. *in Polit. lib.* 5. *cap.* 6. *pèr totum.* Alfaro *de Offic. Fiſcal. gloſſ.* 20. §. 10. *ex num.* 148. *cum multis ſeqq.* Cancer. *lib.* 1. *var. cap.* 6. *à num.* 20. Accacius Ripol *de Regalijs, cap.* 17. *& propriùs cap.* 18. Iulius Clarus *lib.* 5. *Sentent.* § *fin. q.* 78. vbi omnes Addentes. Carpan. *ad Nouas Conſtitutiones Mediolani in cap. Omnium per totum,* vbi latiſsimè.

12 Doctiſsimus D. D. Ioannes de Solorçano *de Iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 5. *cap. vnico, nu.* 83. *& in Politica Indiana, lib.* 6. *cap.* 11. *pèr tot.* vbi in fine agit de confiſcationibus pèr Inquiſitores factis in Regnis Indiarum, & earum retẽtione, declarans quid ipſe in hoc ſentiat, de quo, & forma ſatisfaciendi eis ſalaria egerat *dict. tom.* 2. *de Iur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 24. *nu.* 11. & tractat etiâm Eſcalona *in Gazophilatio Regio, lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 12. *num.* 18. & Bobadilla *in Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 201.

13 Bodinus *in ſua Republica, lib.* 5. *cap.* 3. vbi aliquibus rationibus earum confiſcationũ iuſtificationem euertere nititur, aſſerens conuenientiûs ſibi videri rectę Reipublicę gubernationi bona immobilia, & poſſeſsiones delinquentiũ numquàm confiſcari, ſeù proſcribi, ſed remanere penès hæredes (vt iàm ſtatuit Imperator *in Authent. bona damnatorũ, C. de Bonis damnatorum,* ſolo excepto crimine læſę Maieſtatis in primo capite) & ſolùm mobilia vendi prò expenſis cauſę, & proceſſus, & præmijs delatorum, conſignatis his, quę ſuper eſſent prò operib⁹ publicis, & pijs.

14 Sèd Pater Marquez *en el Gouernador Chriſtiano, lib.* 2. *cap.* 17. ſolita eruditione prò earum iuſtificatione inſurgit, & rationibus â Bodino adductis ſatisfacit, generalem eius reſolutionem meritò impugnans, & eis in caſibus à Iure ſtatutis aſſentiens, tamquàm medium ſummè neceſſarium ad Reipublicę conſeruationem, & continendos homines intrà debitos juſtitię, & modeſtię cancellos. Pater Thom. Sanch. *in oper. moral. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 2. *& ſeqq.* vbi fundamẽta materię magiſtralitèr pręmitit, & rationes etiàm adducit Simancas *de Cathol. inſtitut. tit.* 9. *n.* 1. *&* 2.

Et

15 Et de confiſcationibus bonorum fideicommiſſi, vèl maioratus plenè agit Carena *de Officio Sanctæ Inquiſitionis, p.2.tit.1. §.28. & 29.* & Regens Salernitan. *deciſ. 50. & ibi addit.* & latè Epiſcop. Fermoſino *in Alleg. Fiſc. alleg. 15. à n. 1. vſque ad* 17. vbi diſtinguit intèr poſſeſſorem alium ab inſtituente, qui deliquit, & ipſum inſtituẽtem, & eandem quæſtionem proſequitur *à n. 26.* Emanuel Aluarez Pegas *reſolut. forenſ. quæſt. 17. à n. 12.* Ripol *de Regalijs, cap. 18. num. 77. & ſeqq.*

QVÆSTIO XXV.

De effectu confiſcationis ordinariæ, in qua ſtatìm commiſſo crimine incurritur amiſio bonorum, quorum dominium in Fiſcum tranſit, quod declaratur.

Summarium Quæſtionis Vigeſimæ quintæ.

Num. 1. Ius Fiſco competens in confiſcatione ordinaria proponitur in hac quæſtione.

2 *Crimen commitens, ex quo incurritur confiſcatio ordinaria, ſtatìm amitit bona præſentia, & eorum dominium Fiſco quæritur.*

3 *Poſſeſsio tamèn in eum non tranſit, niſi aprehendatur, vèl expreſsè dicatur.*

4 *Hæretici bona publicantur à die commiſsi criminis, ſicùt etiàm in crimine læſæ Maieſtatis.*

Maieſtatem æternam lædere longè grauius eſt, quàm temporalem.

5 *Bona commitentium vtrumque crimen læſæ Maieſtatis hodiè in noſtro Regno confiſcantur à die cõmiſsi delicti* ipſo Iure, *& eorum dominiũ, & adminiſtratio tollitur.*

6 *Bona præſentia, & non futura, comprehenduntur in confiſcatione ordinaria.*

7 *Delinquens, cuius bona ob delictũ publicantur, etiàm* ipſo Iure, *poteſt nihilominùs teſtari de bonis poſteà quæſitis.*

8 *Publicatis bonis* ipſo Iure, *vèl pèr ſententiam, vèl in conſequentiam condemnationis ad mortem; àn cenſeantur publicata bona, quæ reus habebat tempore delicti, vèl tẽpore ſententiæ? & diſtinguitur intèr confiſcationem inflictam* ipſo Iure, *in qua attenditur tempus delicti, & pœnam arbitrariam, in qua tempus ſententiæ. Et num. 9. redditur ratio, & comprobatur.*

In concordiam reducuntur l. 1. ff. de Pœnis, & l. penult. ff. Si ex noxali cauſa agatur.

10 *Bonorum incorporatio, ſeù aprehenſio non poteſt ſequi, niſi ſententia declaratoria ſupèr facto*

præcedat, quæ ſemper eſt neceſſaria, & num.11. limitatur quandò factum eſt notorium.

12 *Iura omnia, tàm Canonica, quàm Ciuilia imponentia pœnam prò delicto* ipſo Iure, *vèl* ipſo facto *intelligenda ſunt, vt pœna incurratur ſinè ſententia condemnatoria, ſolùm cum declaratoria.*

13 *Fiſco non adquiritur Ius ad rem, quæ incidit in commiſſum, antè ſententiam declaratoriam, quæ ſemper proferenda eſt antè mortem delinquentis.*

14 *Confiſcatio ordinaria operatur duos effectus, qui declarantur. Et num.15. quòd in ea Princeps antè declaratoriam poteſt de bonis diſponere, & fructus adquirit; & quid in foro conſcientiæ?*

1 QVA diſtinctione præhabita confiſcationis ordinarię, & extraordinarię, priùs in hac quæſtione agemus de Iure Fiſco competenti in caſu ordinarię, & in ſequenti de eo, in caſu extraordinarię.

2 In ordinaria ergò, certum eſt delinquentem, ſtatîm commiſſo crimine, amitere bona præſentia, quæ tùnc tẽporis ad eum ſpectant, & eorum dominium in Fiſcum tranſire Text. *in dict. cap. Cùm ſecundùm leges de Hæreticis, lib.6.* ibi: *Ipſo Iure de fratrum noſtrorum Conſilio decernimus confiſcata. & ibi Gloſſ. Ordinar.* & Barboſa *in Collect. num.* 3. & communitèr Doctores *l. Commiſſa, ff. de Public. & vectig. vbi gloſs. verb. Commiſſa, & l.1. C. de Vectigal. & commiſsis, & gloſſ. verb. Si Iure,* & ibi ordinarij *l. fin. ff. Ad leg. Iul. Maieſtat. l. Quisquis, l. fin.* ibi: *Ex quo quis tale crimen contraxit, Cod. Eodem, l. Manichæos, C. de Hæreticis. l.7. tit.1. part.7. l.2. tit.2. eadem part.* ibi: *Debe morir por ello, è todos ſus bienes deben ſer de la Camara del Rey. l.3. & 4.* ibi: *Càmaguer fueſſe en tenencia de los bienes à la ſazon que los enagenaba, perdido auia ya el Señorio por ſu maldad, è era ya de la Camara del Rey, eodem tit.2. part.7.* & Gregor. Lopez *in dict. l.4. gloſſ.3.* latè declarat, & ità ait: *Tene ergò menti legem iſtam partitarum, cui adde l.2. tit. de las traiciones, lib.8. Ordinam. Reg.* ibi: *Todos ſus bienes ſon para nueſtra Camara (quæ hodiè eſt l.2. tit.18. lib.8. Recopilat.) nàm verbum, ſunt, quod eſt præſentis temporis, induxit priuationem ipſo Iure.* bona *l.5. tit.11. lib.5. Recop.* In qua ſtatuitur, quòd in omnibus venditionibus, & contractibus quarumcumque rerum, ſeù mercium, prętiũ petatur, & definiatur in marapetinis, & non in Regalibus, nèc ad eorum rationem, & addit: *So pena, que la perſona, ò perſonas que lo contrario hizieren, por eſſe meſmo hecho, ſin preceder à ello, ni para ello, otro conocimiento de cauſa, ni otra ſentencia, ni declaracion alguna, ayan perdido, y pierdan la mercaderia, ò mercaderias,* &c. Et

Ma-

Matienço *ibi in principio* tamquàm ſingularem adhoc extollit.

3 Sequuntur Ioannes Annibal *in l. Pòſt contractum, ff. de Donation. num.* 222. & 223. Antonius Gomez *lib.* 3 *var. cap.* 2. *num.* 2. vbi probat quòd quandò pœna imponitur *ipſo Iure*, etiâm pòſt mortem tranſit contra hæredes, & probato delicto poteſt ferri ſententia declaratoria, & *num.* 3. quòd licèt tranſeat dominium in Fiſcum ſinê traditione, non tamên tranſit poſſeſsio, niſi aprehendatur, vèl expreſsè dicatur. Idem tenent, & cóprobant Carpan. *in dict. cap. Ômnium, verbo, & ipſo Iure, & facto, num.* 590. & *ſeqq.* Guacinus *de Confiſcat. concluſ.* 22. *num.* 8. Azeuedo *in dict. l.* 2. *tit.* 18. *lib.* 8. *Recopil. pèr tot.* D. Molina *de Hiſpan. Primog. lib.* 4. *cap.* 11. *nu.* 26. Farinacius *dict. quæſt.* 25. *num.* 13. & *ſeqq.* Catalanus *de Indulto, cap.* 18. *num.* 42. & *cap.* 20. vbi latè, & benè de materia.

4 Pater Thomàs Sanchez *in operibus moral. dict. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 1. vbi cum Simancas notat, quòd quamuis Text. *in dict. cap. Cùm ſecundùm leges* non explicet, à quo tempore bona Hæretici publicentur, nèc alius text. id explicans reperiatur: àt communi omnium conſenſu, & praxi receptum eſt, vt ſicùt bona ob crimen læſę Maieſtatis Humanę publicantur â die commiſsi criminis ex dictis Iuribus: Sic etiàm ob Hæreſim publicentur ab eodem die. Gregor. Lopez *in l.* 4. *tit.* 26. *part.* 7. *gloſs.* 7. vbi quòd ità ſtatuitur à Iure Canonico, cui in hoc ſtandum eſt. Et quòd ſi ſtatutũ eſt in proditione, â fortiori debet procedere in crimine Hæreſis; cùm longè grauius ſit ęternam, quâm temporalem lędere Maieſtatem, vt etiâm ponderat Vinbertus Locatus *in praxi Iudiciaria Inquiſitorũ, in quæſtionibus, quæſt.* 17. *in fine*, vbi comprobans eius inhabilitatem ad adquirendum, ità ait: *Si ergò ipſo Iure amittit bona omnia à die commiſsi criminis, à fortiori efficitur inhabilis ad adquirendum alia bona, quià faciliùs aliquid retinetur, quàm de nouo adquiratur, l. Patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui.*

5 Ioannes Gutierrez *lib.* 2. *Canon. cap.* 5. *num.* 67. & 68. vbi benè probat, quòd hodiè in noſtro Regno in vtroque crimine læſę Maieſtatis bona confiſcantur à die commiſſi delicti *ipſo Iure*, & eorum dominium, & adminiſtratio tollitur. Paſchalis *de Patr. poteſt. part.* 4. *cap.* 5. *nu.* 46. Acacius Ripol *de Regalijs, cap.* 18. *num.* 26. & *ſeqq.* idem Gutierrez *de Delictis, quæſt.* 34. *num.* 9. & *ſeqq.* latè Fermoſino *in cap. Ex litteris* 11. *de conſtitut. ſub quæſt.* 3. *à num.* 24. Acoſta *de Priuileg. credit. regul.* 2. *ampliat.* 7. *nu.* 26. Farinacius *de Hæreſi, quæſt.* 189. §. 5. *à n.* 58. vbi ex hoc infert debitores Hæreticorum ipſo Iure liberari à debito, licèt non ſibi ipſis adquirant, quiâ bona *ipſo Iure* ſunt cófiſcata, & cum eo, & alijs ità etiàm probat D. Ioan. Baptiſta Bentiglia *in Praxi rerum notabilium annotation.* 2. §. 3. *num.* 24. & *ſequentibus.*

Ricciulus *de Iure perſonarum extrà Eccleſię gremium exiſtentium, lib. 5. cap. 31. num. 3. & ſeqq.* Guido Fulcodius *in Quæſtionibus ad Inquiſitores, quæſt. 15. & ibi.* Cæſar Carena *in Annotationibus, num. 5. & 6. & in Tract. de Officio Inquiſit. part. 2. tit. 1. §. 28. num. 150.*

6 Et quòd ſolùm comprehendantur in hac confiſcatione bona præſentia, & non futura, probatur *in l. Si mandauero 23. §. Is, cuius, ff. Mandati,* ibi: *Quod ideò receptum eſt, quià publicatis bonis quidquid poſteà adquiritur non ſequitur Fiſcũ.* cui conſonat Text. *in cap. Fœlicis, §. Verùm, & ibi gloſſ. verb. Acquiſitis de pœnis, in 6. l. Eius, qui 8. §. 1. ff. de Teſtamentis,* ibi: *Bona quoquè, quæ tùnc habuit cùm damnaretur, publicabuntur. l. 1. ff. de Pœnis,* ibi: *Sed eam cauſam ſuſtinere, quam ſuſtinuiſſet, ſi eo tempore eſſet ſententiam paſſus cùm deliquiſſet. l. Certa forma, C. de Iure Fiſci, lib. 10.* vbi Bartol. & Doctores. Simancas *dict. tit. 9. num. 61.* Peregrinus *de Iure Fiſci, lib. 5. tit. 1. num. 132.* Antonius Gomez *tom. 3. var. cap. 14. num. 1.* Farinacius *dict. quæſt. 25. num. 133* Gutierrez *de Delictis, quæſt. 35. num. 2. & lib. 2. pract. quæſt. 39. num. 6.* latè Ricciulus *de Iure perſonarum extrà Eccleſiæ gremium exiſtentium, dict. lib. 5. cap. 32. à num. 21.* Cæſar Carena *in reſolut. practicis, reſolut. 121. num. 10. & 11.* Abbas *conſ. 51. num. 2.*

7 Ioannes Matienço *in l. 3. tit. 4. lib. 5. Recopilat. gloſſ. 7.* vbi accuratè materiam explicat, probãs, ex hac ratione, & diſpoſitione illius legis; eum, cuius bona obdelictum ſunt confiſcata, non eſſe prohibitum teſtari, & hoc procedere etiàm in eo, cuius bona *ipſo Iure* confiſcantur, nàm nihilominùs poteſt teſtari, modò de bonis confiſcatis non teſtetur, ſed ſolùm de poſteà acquiſitis.

8 *Et num. 6.* proponens illud dubium, àn publicatis bonis ipſo Iure, vèl pèr ſententiam Iudicis, vèl in conſequentiam condemnationis ad mortem iuxtà Ius antiquum, cenſeantur publicata bona, quę delinquens habebat tempore delicti? àn vero ea, quę habebat tempore ſententię? Omiſsis diſtinctionibus Telli Fernandez *in l. 4. Tauri num. 47.* Credit quæſtionem ex mente communis ſententię Doctorum *in l. penult. ff. Si ex noxali cauſa agatur* ſic eſſe reſoluẽdam: quòd vbi pœna confiſcationis imponitur *ipſo Iure,* tùnc, quià pœna eſt certa, inſpicitur tempus commiſsi criminis, quià ipſo facto contrahitur; quarè ſtatus, qui erat in delinquente tempore patrati ſceleris, conſideratur ex ſententia Doctorum, quos ibi refert. Secùs verò ſit in pœna arbitraria, *& num. 7.* id tenet non ſolùm quandò bona *ipſo Iure* confiſcantur: Verùm etiàm ſi lex ea publicari præcipiat, & ad eius publicationẽ ſentẽtia requiratur, quià cũ pœna ſit certa, & à Iure declarata, hoc ſufficit vt tempus commiſsi delicti inſpiciatur, & non ſententiæ, dicens eſſe caſum *l. 1. ff. de Pœn. vt ibi* expreſsîm tenent Bartolus, & reliqui DD.

Vbi

9 Vbi autèm pœna eſt arbitraria, & ſic certificanda pèr ſententiam, tùnc nimirùm ſi tempus ſententię inſpiciatur, quiâ anteà non erat certa, vt reſoluunt prædicti Authores pèr Text. *in dict. l. penult. ff. Si ex noxali cauſa agatur*, & ſic intelligit *dictam l. Eius*, §. 1. *ff. de Teſtament.* & Matienço refert, & ſequitur Thomâs Sanchez *dict. lib. 2. cap. 14. num. 10.* vbi cum eo, & alijs ità reſoluit: *At probabilius cenſeo ea ſola bona publicari, quæ tempore commiſſi delicti, tàm Sodomita, quàm Hæreticus habebant, vèl quiuis alij, quorum bona ipſo Iure publicantur.* Et ibi comprobat, ſic etiàm declarans *l. 77. Tauri, quæ eſt 10. tit. 8. lib. 5. Recopilat.* quam *num. 9.* antecedenti prô comprobatione concluſionis *l. Eius*, §. 1 *ff. de Teſtament.* adduxit, quam ſententiam benè comprobant Alfaro *de Offic. Fiſcal. gloſſ. 34. num. 137. & 138.* D. Franciſcus Merlinus *controuerſ. forenſ. centur. 2. cap. 20. num. 1. & 2.* vbi quôd procedit in quacumque confiſcatione facta à lege, ſtatuto, decreto, conſtitutione, âc ſententia, vt ibi comprobat, *& pèr totum cap.* agit de conciliatione *dict. l. Si mandauero*, §. *Is, cuius, ff. Mandati*, cum *l. Si deportati 7. in principio, ff. de Legatis 3.*

10 Sententia enim declaratoria ſupèr facto ſempèr eſt neceſſaria, niſi enim ea ſubſequatur, aprehenſio bonorum, ſeù incorporatio non poteſt effectũ ſortiri, aût executioni mandari, iuxtà tex. *in dict. l. Eius, qui delatorem 29. in principio, ff. de Iure Fiſci, & in cap. Cùm ſecundùm leges 19. de Hæreticis*, & apertê probatur *in l. 4. tit. 3. part. 6. & in l. 4. tit. 26. partit. 7.* ibi: *E aun dezimos, que non debe valer ſu teſtamento, nin donacion, nin vendida que le fueſſe fecha, nin la que èl ficieſſe à otro de lo ſuyo, del dia que fueße juzgado por Hereje en adelante.* bonus Text. *in l. Defenſionis facultas, C. de Iure Fiſci, lib. 10.* quam ità ſummat Cujacius, & ad id notat, & declarat Colerus *de Proceſsibus execut. part. 1. cap. 3. num. 84.* Franciſcus de Claperijs *in Centuria caſuum fiſcalium, cauſa 32. quæſt. vnica*, vbi optimè exponit quatuor requiſita, quę debent concurrere, vt hæc incorporatio legitimè fiat. Cæſar Carena *in Annotat. Guidonis Fulcodij, dict. quæſt. 15. num. 6.* Tiraquel. *in l. Si vnquàm, verb. reuertatur num. 400. C. de Reuocandis donat.* Antonius Gabriël *lib. 7. commun. concluſ. 12.* Thomàs Sanchez *dict. lib. 2. cap. 22. num. 7.* qui prò hac ſententia referunt quàm plurimos Doctores, Legiſtas, Canoniſtas, Theologos, & Summiſtas, & facit additio ad Baldum *in l. 1. C. de Secundis nuptijs, num. 3. litt. B.*

11 Idem probat Gregorius Lopez *in dict. l. 4. tit. 2. part. 7. gloſ. 3. verſic. Ad occupationem tamèn bonorum*, vbi limitat quandò factum eſſet notorium, tùnc enim ait non egère declaratione, & ad hoc adducit *l. 3. tit. de las traiciones, libr. 8. Ordin. Regal.* (quę hodiè eſt *l. 3. tit. 18. lib. 8. Recopilat.* ibi: *Saluo en el caſo, que la traicion, ò maleficio que*

ayan

ayan cometido, ſea notorio, y nos ſeamos certificados bien dello. Vbi Azeuedo declarat, & exornat, & reſpondet *ad cap. Cùm ſecundùm leges de hæreticis, in 6.* dûm vult, quòd bona Hæreticorum non poſsint capi pèr Principem Secularem quoûſque ſupêr crimine Hæreſis pêr Iudicem Eccleſiaſticũ ſit pronuntiatum; quòd hoc ideô procedit, quià crimen Hæreſis eſt merê Eccleſiaſticum, vt *in cap. Inquiſitionis, eodem titulo, & libro,* & ità nil mirùm, ſi nihil executionis Principibus Secularibus permittatur antè declarationem Iudicis Eccleſiaſtici. Et quòd hæc ratio ceſſat in crimine læſę Maieſtatis Humanę, vbi Princeps Secularis eſt competens ad executionem.

12 Quę concluſio principalis proculdubiô tamquâm veriſsima tenenda eſt, & ità intelligenda; quòd cûm Iura Canonica, vèl Ciuilia imponunt pœnam *ipſo facto*, vêl *ipſo Iure*. ſic interprætãda ſunt, vt pœna incurrenda ſit ſinè ſententia condemnatoria, ſolûm cum declaratoria ſupèr facto, ſinè vlla alia vlteriori condemnatione, quę eſt doctrina Archidiaconi *in cap. 1. num. 2. de homicidio in 6.* quam ſequuntur Geminianus Francus, & Ioannes Monachus *num. 9.* & ad eum Probus *in eodem cap.* vbi Archidiaconus generalem adſcribit regulam, in quouis caſu confiſcationis, vêl alterius pœnę imponendę *ipſo Iure*, vèl *ipſo facto* non eſſe opus exprimi in ſententia, quòd bona confiſcentur, vèl quòd alia pœna infligatur. Sèd ſufficit in genere declarari, & pronuntiari talem eſſe culpabilem illius criminis, de quo actum eſt, & ſecum trahit confiſcationem, quę ſequitur, & benè comprobat Ioannes Aloiſius Catalanus *de Indulto, cap. 20. à num. 44.* Alciatus *in l. Si quis maior 41. num. 61. C. de Tranſaction.* Decianus *Tract. crimin. lib. 7. cap. 40. num. 20.* Matienço *in l. 6. tit. 11. lib. 5. Recopilat. gloſſ. 1. num. 2.* vbi plures refert. latè Carleual *de Iudicijs, tom. 2. diſput. 1. num. 42. & ſeqq.* qui latê materiam proſequitur. Sebaſtianus Guacinus *de Confiſcat. bonorum, concluſ. 15.* vbi hanc ſententiam declarat, & exornat, ſicùt etiâm Peregrin. *de Iure Fiſci, lib. 4. tit. 5. num. 8. & ſeqq.* Maſtrillo *ad Indultum, cap. 22. num. 13.* Mieres *de Maioratibus, p. 1. quæſt. 1. num. 244.* vbi plures adducit. Auguſtinus Barboſa *in Collectan. ad dict. cap Cùm ſecundùm leges de Hæreticis, in 6. num. 5. & ſeqq.*

13 Thomâs del Bene *de Parlamentis, tract. 6. dubit. 29.* vbi quòd antê prædictam ſententiam declaratoriam non adquiritur Fiſco Ius ad rem, quę incidit in cõmiſſum. Marinus Freccia *de Præſentatione inſtrumentorum, par. 8. quæſt. 2. num. 32.* Farinacius *in Fragmentis crimin. part. 2. litt. L. num. 157.* Petrus Surd. *conſ. 425. num. 23. volum. 3.* vbi latê probat ſententiam declaratoriam proferendam eſſe antè mortem delinquentis, & pòſt eam nõ poſſe proferri, etiàm in his caſibus, in quibus prò delicto pœna incurri-

tur

tur *ipſo Iure*, & *ipſo facto*. de quo agit etiàm Scaccia *de Sentent. & re Iudicat. gloſſ.* 14. *quæſt.* 25. *num.* 81. Gutierrez *lib.* 1. *Canonicarum quæſt. cap.* 1. *num.* 4. & latiùs *lib.* 2. *cap.* 5. *à num.* 14. Anton. Pichardo *in Tract. de Mora, num.* 40. & 41. Amaya *in l.* 1. *C. de Iure Fiſci, lib.* 10. *à num.* 57. & *num.* 62. Azeuedo *in l.* 10. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopil. num.* 19. vbi *num.* 20. loquitur in vxore quòad medietatem lucrorum, & reſoluit à die ſententię declarantis maritũ Hæreſim, vèl tale delictũ commiſiſſe, propter quod bona confiſcantur, ceſſare ſocietatis lucra, & communionem eorum.

14 Geminianus, & Francus *in locis relatis* docent impoſitionem pœnę *ipſo Iure* habere duos effectus. Primus eſt ſupradictus, videlicèt, vt incurratur cum ſola declaratione ſupèr facto, ex ea enim ſola intelligitur facta condemnatio; Secundus, vt pronuntiata declaratoria, retrotrahatur cõdemnatio ad tempus delicti, vt ex eo Fiſcum cenſeatur fuiſſe Dominum bonorum rei confiſcatione comprehenſorum, & idem tenent Angelus *in l. Si quis poſthàc nu.* 3. *verſ. Sed ego limito, C. de Bonis proſcriptorum.* Abbas *in capite peruenit de cenſibus.* Felinus *in cap.* 1. *num.* 60. *de conſtitutionibus.* Peregrinus *de Iure Fiſci dict. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 13. Horatius Carpanus *in dict. commum num.* 569. & *num.* 641. latè Farinac. *in Praxi, tom.* 4. *tit. de Crimine læſæ Maieſtatis, quæſt.* 116. *num.* 17. & *ſeqq.* Surdus *de Alimentis, tit.* 8. *priuilegio* 35. *num.* 3. Sanchez *dict. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 4. & 5. Carleual *vbi ſuprà diſput.* 1. *num.* 40. Amaya *vbi proximè num* 63.

15 Sebaſtianus Guacinus *de Confiſcat. bonor. concluſ.* 15. *num.* 1. & *ſeqq.* & *à num.* 11. probat, quòd in caſibus, in quibus *ipſo Iure*, vèl *ipſo facto* bona publicantur in totum, vèl in partem, Princeps antè declaratoriam ſupèr facto poteſt illa bona in tertium conferre, cùm commiſſo delicto immediatè dominium adquiſierit, licèt executio non poſsit fieri niſi ſequuta ſententia declaratoria, & *num.* 17. quòd fructus medio tempore percepti à die delicti ſunt Fiſci, & *num.* 21. quòd hoc caſu non poſſunt retineri bona pêr delinquentem in foro conſcientię, licet aliâs poſſent, ad quod adducit Tiraquellum, Antonium Gomez, Carpanum, & alios, quam quæſtionem mirè exponit Pater Molina *de Iuſt. & Iur. tract.* 2. *diſputat.* 95. *pèr totam.* Antoninus Diana *part.* 10. *reſolut. moral. tract.* 13. & 3. *miſcellaneo, reſolut.* 8. vbi hanc opinionem, ſcilicèt, pœnam non deberi in conſcientia antè Iudicis ſentẽtiam limitat in duobus caſibus. Primus in pœnis Eccleſiaſticis; Secundus in pœnis impoſitis in teſtamentis. Et ibi optimè agit de quæſtione in terminis legati relicti vxori, ſi honeſtè, & caſtè vixerit, àn, ſi in corpus ſuum peccet, teneatur antê ſentẽtiam reſtituere? de qua etiàm Gutier. *dict. lib.* 2. *Canonicar. quæſt.* 5. *num.* 16. Petrus Barboſa *in l. Sicùt* 3. *C. de*

C. de Præſcript. 30. vèl 40. annorum, num. 69. vbi, quôd ille, qui ſcit debere aliquam pœnam legalem, quandiù à Fiſco non petitur, præſcribit aduersûs eam, etiàm ſciens.

QVÆSTIO XXVI.

Quod Ius Fiſco detur in bonis delinquentis in caſu confiſcationis extraordinariæ, & quos effectus producat, maximè, quòad alienationem bonorum factam à Delinquente?

Summarium Quæſtionis Vigeſsimæ ſextæ.

Num. 1. Bona delinquentis quandò prò delicto non ſunt ipſo Iure, *vèl* ipſo facto *confiſcata, ſed veniunt confiſcanda, vèl reus alia pœna arbitraria plectendus, non amitit eorum adminiſtrationem, nèc Fiſcus habet Ius, ſeù hypothecam, niſi à die ſententiæ.*

2 *Et ideò in hoc caſu delinquens antè ſententiam poterit alienare, contrahere, & donationes facere, etiàm pòſt accuſationem, & pendente cauſa: Et num. 3. vbi quòd in his terminis, in quibus requiritur ſententia condemnatoria, ſi ob fraudem reuocanda ſit à Fiſco alienatio, debet agere reuocatoria, ſeù reſciſſoria actione; ſecùs verò eſt in confiſcatione ordinaria.*

4 *Itèm comprobatur eadem diſtinctio confiſcationis ordinariæ, & extraordinariæ. Et ex ea num. 5. declaratur concluſio* l. In cognitione 13. ff. ad Senat. Conſul. Syllania. *& aliorum Iurium, ſcilicèt, Ius publicationis bonorum præſcribi quinquenio.*

6 *Creditores illius, qui commiſsit quodcumque delictum, habent prælationem in bonis antè illud acquiſitis, ſi ſint illius temporis, & ſimilitèr in poſteà quæſitis, quæ poteſt reus donare, & alienare, dùm non faciat dolosè in fraudem fiſci; ſed in bonis adquiſitis medio tempore intèr delictum, & ſententiam diſtinguitur; nàm in caſibus confiſcationis ordinariæ, prolata ſententia declaratoria, Fiſcus omnia aprehendet, & alienata vindicabit, in caſibus verò extraordinariæ, creditores præferentur.*

7 *Referuntur Authores, qui has concluſiones comprobant, & declarant.*

Alienationes neceſſariæ factæ pèr reũ ſuſtinentur, etiàm in confiſcatione ordinaria.

8 *Alie-*

8 *Alienatio à reo facta à die commiſsi criminis ex quolibet titulo, ſiuè oneroſo, ſiuè lucratiuo, in confiſcatione ordinaria eſt nulla, & hodiè hoc ſinè dubio procedit.*

Bona pèr reum alienata in fraudem intrà quod tempus peti poſsint à tertio poſſeſſore?

9 *Medietas lucrorum adquiſitorum pèr maritum, tàm antè, quàm pòſt delictum commiſſum, & vſquè ad ſententiam, immunis eſt à confiſcatione.*

10 *Fiſcus, vindicans res à delinquente nullitèr venditas, ſeù alienatas, non tenetur pretium emptori, ſeù poſſeſſori, etiàm titulo oneroſo, reſtituere, quod declaratur.*

11 *Quæ reſolutio procedit, tàm in confiſcatione ordinaria, quàm in extraordinaria, interueniẽte mala fide.*

12 *Caſus enumerantur, in quibus pretium reſtituitur ei, qui bona fide cum tali reo, ſeù cum Hæretico occulto, contraxit.*

13 *Alienatio facta pèr delinquentem in fraudem creditorum futurorum etiàm reuocatur, & ex quibus coniecturis, ſeù præſumptionibus fraus eliciatur.*

14 *Fiſcus, ſeù creditor reuocans rem alienatam pòſt delictum, tenetur pretium reſtituere, quandò delinquens locupletior factus fuit, vèl vtilitèr impendit.*

Verſio in vtilitatem delinquentis hoc caſu debet probari pèr veras probationes, & non pèr coniecturas; quod fallit in venditione rei ad Fiſcum pertinentis pèr Hæreticũ, vèl alium delinquentem pòſt delictum qui ſit mercator; nàm ſolùm ex hac coniectura probatur pecunia verſa in eius vtilitatem.

15 *Emens, vèl habens rem à decocto titulo oneroſo, tenetur illam reſtituere, vèl Fiſco, vèl creditori meliùs Ius habenti, non reſtituto ei pretio, quandò habuit notitiam decoctionis, vèl fuit particeps fraudis.*

Alienata titulo oneroſo non reuocantur ſinè pretio, niſi adſit dolus ex parte vtriuſque; ſecùs in alienatis titulo lucratiuo.

16 Text. in l. Si debitor, ff. Quę in fraud. credit. *declaratur, & exornatur prædicta concluſio.*

---

1 IN confiſcatione extraordinaria ſuprà dicta non procedunt; nàm quandò bona delinquentis non ſunt *ipſo Iure*, vèl *ipſo facto* confiſcata, ſed veniunt publicanda, vèl alia pœna eſt ipſe plectendus Iudicis arbitrio, habet adminiſtrationem bonorum, & non ea amittit, nèc Fiſco quæritur aliquod Ius, nèc eius fauore oritur hypotheca, niſi à die ſententię, vèl condemnationis *dict. l. Ex Iudiciorum, ff. de Accuſationibus. l. Auſertur, §. In reatu, ff. de Iure Fiſci. leg. Pòſt contractum, ff. de Donationibus*, vbi communitèr DD. *& in l. Siquis poſthàc, verſ. fin. Cod. de Bonis proſcriptorum.* & probat apertè Textus

in

in l.2. tit.4. partita 5. quę vtramque confiſcationem amplectitur, & *ibi* Gregorius *gloſſ.1. & 2. & gloſſ.5. & ſeqq.* Iulius Clarus *lib.5. Sententiarum, §. fin. quæſt.68. verſ. finali, qui incipit; ſed hìc incidentèr quæro.* Carpanus *in dict. cap. Omnium, num. 598.* Gutierrez *lib.2. Canonicarum, dict. cap.5. num.53. & ſeqq.* vbi latiſsimè comprobat, & declarat. Acoſta *de Priuileg. credit. regula 2. ampliat.7. num.24.* vbi plures citat.

2 Ex quo infertur, quòd in caſu confiſcationis ordinarię delinquens à die commiſsi criminis non poterit bona alienare, nèc de eis diſponere, contrahẽdo, donando, vèl alio modo, nàm tales alienationes quocumquè titulo ab eo factę, nullitatis vitio ſubiacebunt, & Fiſcus poterit ea vndecumquè vindicare, vt apertè probatur *in dict. l. Quisquis, §. Emancipationes, & in l. fin. C. Ad leg. Iul. Maieſtatis*, àt verò in caſu confiſcationis extraordinarię antè ſententiam regulatitèr poterit alienare, contrahere, & donationes facere, etiàm pòſt accuſationem inſtitutam, & litem conteſtatam, vt ex Iuribus proximè citatis ſatìs colligitur, &, prætèr Doctores ordinarios in eis, comprobant Iulius Clarus *dict. quæſt.78. num.16. verſ. Solet etiàm ſæpè dubitari*, vbi benè materiam declarat, & quando alienatio facta à delinquente antè crimen dici poſsit in fraudem facta, & quandò, & quomodò pòſt crimen facta ſuſtineatur? *vbi* Addentes plures adducunt. Carpanus *in dict. cap. Omnium, num. 610. & pluribus ſeqq.* Guacinus *de Confiſcat. bonor. concluſ.13. limitat. 12. & 13.* vbi latè, *& concluſ.16. num.17.* vbi quòd in reuocatione bonorum, in delictis, in quibus confiſcatio non fit ipſo Iure, nèc interdicta eſt adminiſtratio, requiritur ſententia reuocatoria pèr actionem paulianam, vèl in factum, & ibi proſequitur.

3 D. Ioannes del Caſtillo *lib.8. controu. de alimentis, dict. cap. 57. num.4.* vbi optimè comprobat, & declarat hanc diſtinctionem, reſoluens in caſibus, in quibus ob delictum bona confiſcantur ipſo Iure, vèl à die commiſſi criminis eorum adminiſtratio interdicitur, ſequuta alienatione, vèl donatione Fiſcum directò poſſe bona vindicare; àt verò in alijs caſibus, in quibus requiritur ſententia condemnatoria, cùm valeat alienatio, ſi ob fraudem ſit reuocanda à fiſco, debet agere reuocatoria, ſeù reſciſoria actione. Hermoſilla *in Notis ad l.2. tit.4. part.5. gloſſ.1. & 2. & pèr reliquas gloſſas vſquè ad 8.* vbi totam materiam percurrit. Fermoſino *in Allegat. Fiſcal. alleg.18. à num. 12.* Farinacius *de Falſitate, quæſt.164. pèr totam.* Didacus Perez *in l.1. tit.1. lib.1. ordinamenti circà finem, verſ. Reſtat & adhùc quæſtio*, vbi declarat *dict. l.4. tit.26. part.7.* hoc modo: *Tamèn l.4. tit.26. par.7. ſentire videtur, alienata tantùm pòſt prolationem ſententiæ poſſe reuocari, dùm dicit, del dia que fueſſe juzgado por Herege en adelãte, poſſunt tamèn*

illa

illa lura ad ſententiam Iuris referri, id eſt, ad diem commiſsi criminis, pèr dict. cap. Cùm ſecundùm leges. Tello Fernandez *in l. 4 Tauri n. 44 in fin. & n. 45.* agit de fructibus. Peregr. *de Iure Fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 151. & ſeqq.* Laderchius de Immola *conſ. 6.*

4 Sanchez *in operibus moral. lib. 2. cap. 21. & cap. 22.* vbi magiſtraliter totam materiam diſcutit, & patefacit. Amaya *in dict. l. 1. C. de Iure Fiſc. lib. 10. num. 63.* Gutierrez *dict. lib. 2. Canonicar. cap. 5. à num. 53.* vbi de alienatione facta in caſu cõfiſcationis extraordinarię, *& à n. 66.* de ea in caſu confiſcationis ordinarię. Bobad. *in Polit. lib. 5. cap. 6. n. 14.* Fulu. Conſtant. *in l. 1. C. de Iur. Fiſc. lib. 10. num. 6. & 7.* vbi cum Bartol. *ibidem num. 8.* ait fraudem præſumi eo ipſo, quòd ſcit debitor ſe creditorem habere, vèl habiturum eſſe, & bona eius non ſufficere, vèl ſi concurrant aliç legitimę coniecturę. Acoſta *de Priuil. credit. reg. 2. ampliat. 7. à n. 156. & n. 175.*

5 Eodem diſtinctionis fœdere accipienda eſt concluſio deducta *ex l. In cognitione 13. ff. ad Syllanian. & l. 2. C. de Vectigal. & commiſſ. l. 6. tit. 7. partit. 5. in fin.* ſcilicèt, Ius publicationis bonorum præſcribi quinquenio. Nàm ſi Fiſcus pòſt condemnationem, & publicationẽ ſtetit pèr quinque annos quòd non petijt incorporationem, & bona non ſunt vnita, eis tranſactis non poteſt amplius illa petere, quod quidêm intelligendum eſt in confiſcatione extraordinaria, non verò in ordinaria, in qua ipſo Iure dominiũ tranſit in Fiſcum, vt ex *dictis Iuribus*, & alijs, iuncta doctrina Bartoli *in l. In omnibus, ff. de Diuerſis, & tẽporal. præſcript. & in l. Commiſſa, ff. de Publican.* concludunt Boſius *tit. de Bonorum publicatione, num. 78. & de Fiſco, & eius priuilegijs, nu. 52.* Carpanus *ad noua Statuta Mediolani in dict. cap. Omnium nu. 631.* Guacinus *de Confiſcatione bonor. concluſ. 14. num. 40. & concluſ. 19. nu. 14.* Anton. Gomez *lib. 3. Var. cap. 14. nu. 5.* latè Farinac. *in Praxi, tom. 1. q. 25. à n. 160.* Peregrin. *de Iure Fiſci, lib. 6. tit. 8. à n. 37.*

6 Sequitur ergò ex ſupràdictis quôd in bonis adquiſitis antè delictũ, quodcũque ſit, creditores illius tẽporis habebunt prælationem, nàm intelligẽda ſunt deducto ęre alieno, vt diximus *ſuprà hoc Tit. q. 23. num. 9. & 10.* Sèd in poſteâ quæſitis hoc non procedit, poterit enim de eis diſponere, ſiuè ea obligare, vèl pèr cõtractũ, donationẽ, ſeù alium actum (dummodò talis alienatio fiat bona fide, & non in fraudẽ, & perniciem Fiſci) & creditotes habebunt Ius ad ea, & non Fiſcus: ât vero in quæſitis medio tẽpore intèr delictũ, & ſententiã, ſeù condemnationẽ, diſtinguendũ eſt, nâm in caſibus confiſcationis ordinariç prolata ſentẽtia declaratoria, vt diximus: Cùm lex opperetur *ipſo Iure*, Fiſcus omnia bona aprehẽdet, & alienata vindicabit; in caſibus verô extraordinariç, cũ non quæratur Ius Fiſco, niſi à die ſententię, creditores medij temporis præferentur.

7 Quę concluſiones deducuntur ex Iuribus iâm citatis, & eas latè, & elegantêr comprobant, & declarant in ſuis caſibus Simancas *de Catholicis inſtitut. tit. 9. à numer. 21. cum ſeqq.* Cantera *in Queſt. crimin. cap. 1. de Hæreticis à num. 20.* Farinacius *dict. quæſt. 25. à num. 17.* Coſta *de Retrotract. caſu 22. cap. 8.* Petrus Cauallus *lib. 2. reſol. crimin. cap. 295.* Peregrinus *de Iure Fiſci, lib. 5. num. 173. & ſeqq.* vbi *num. 176.* cum Bartulo etiàm in confiſcatione ordinaria ait ſuſtineri alienationes neceſſarias, vt quià creditoribus ſuis ſoluiſſet, *ex l. Reo, ff. de Solut. & alijs Iuribus,* cum multis Hermoſilla *in dict. l. 2. tit. 4. part. 5. gloſſ. 6. num. 27.* benè Quemada *in quæſt. Fiſcal. quæſt. 7. num. 6. & ſequentibus*, vbi quòd hæc fuit opinio Couarr. & licèt ipſe contrarię magis adhæreat. Tamèn dicit primam eſſe æquiorem, quià fundatur ſuper ęquitate. Surdus *deciſ. 147. & ibi* Hodierna *in Additionibus.* Idem Surdus *deciſ. 270.* vbi declarat dictum Bartoli *in dict. l. Poſt contractum, in fin.* ſcilicèt, neminem poſſe obijcere indignitatem, vel delictum, ſeù reuocare alienata prætèr ſolùm Fiſcum, quòd procedat antê latam ſententiam, nàm poſt eam, quilibet poteſt de Iure Fiſci opponere.

8 Azeuedo *in l. 2. tit. 18. lib. 8. Recopilat. num. 9. & ſequentibus*, vbi latè probat, quòd quæcumque alienatio à tali reo à die commiſſi criminis facta ex quolibet titulo, ſiuè oneroſo, ſiuè lucratiuo, eſt nullà, & quôd hodiè apûd nos hoc procedit ſinè dubio ex diſpoſitione *dict. l. 4. tit. 2. p. 7.* reiecta antiqua aliquorum Doctorum diſtinctione, quòad titulum oneroſum, vt ibi declarat, & idem tenet Gutierr. *dict. cap. 5. num. 67. & num. 76.* & de nullitate, & reuocatione alienationum agit etiàm *in Tract. de Delictis, quæſt. 34. num. 10. & ſequentibus*, & Sanchez *vbi proximè per tot. cap. 22.* Mieres *de Maiorat. part. 1. quæſt. 1. num. 232. & pluribus ſeqq. in 2. edit.* vbi latiſsimè de materia, nàm *à dict. num. vſquè ad num. 338.* agit de crimine læſę Maieſtatis Diuinę, & ab eo pèr plures, de crimine læſę Maieſtatis Humanę, *& à num. 349.* de delicto Sodomię. Bobadilla *in Polit. lib. 5. cap. 6. num. 14.* vbi ità diſtinguit, & declarat. Antonius Gomez *lib. 3. var. cap. 14. num. 5. in fin.* vbi aduertit quòd eo caſu, quo bona petuntur â tertio poſſeſſore tamquàm alienata in fraudem, videtur quòd debeant peti infrà annum vtilem, loco cuius datur hodiè quadriennium, quià tanto tempore tolluntur, & præſcribuntur actiones reuocatorię, *vt in l. 1. §. 1. ff. Quæ in fraud. creditor. & in §. Item ſi quis in fraudem inſtituta de actionibus*, quem refert, & ſequitur Farinac. *d. q. 25. n. 164.*

9 Quam reſolutionem comprobat etiàm idem Azeuedo *in leg. 10. titul. 9. lib. 5. Recopilationis*, (quę eſt *l. 77. Tauri*) *num. 15.* in qua lege cauetur quôd media pars lucrorum adquiſitorum pèr maritum, tàm antê, quàm pòſt delictum

lictum commiſſum, & vſquè ad ſententiam immunis ſit â confiſcatione; ea ratione, quià dominium, & poſſeſsio eius *ipſo iure* in vxorem transfertur, de cuius intellectu, & declaratione agunt Mieres *dicta part.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 271. & Sanchez *dicto libr.* 2. *cap.* 14. *num.* 9. *& dict. cap.* 22. *numer.* 43. prætêr Antonium Gomez, & reliquos Tauriſtas, Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 1. *Ordinam. Reg. circà fin. verſ. Vlteriùs dubitatur.* Et materiam ex profeſsò declarat, hanc ſententiam in terminis Iuris communis viriliter comprobans, Doctor Didacus à Segura *in Tractatu de bonis lucratis conſtante matrimonio, per totum*, vbi & idem Didacus Perez *in Additionibus*, exornat Amaya *in leg. vnica, C. Pœnis Fiſcal. numer.* 67.

10 Qui omnes conſtantèr aſſerunt, Fiſcum vindicantem in his caſibus res à delinquente nullitèr venditas, ſeû alienatas, nòn teneri pretium emptori, ſeù poſſeſſori alio titulo oneroſo, reſtituere, vt per Doctores *in dict. cap. Cùm ſecundùm leges de Hæreticis, in 6. l. Si mancipium, C. de Rei vindicat. l. inciuilem, C. de Furtis, leg. Supèr emptione, C. de Euictionibus.* Baldus *in l. Chirografis, in fin. ff. de Adminiſtr. tutor. & in l. Si debitor, ff. de his quæ in fraud. credit.* Silueſter *in Summa, verb. reſtitutio* 3. §. 7. Couarrubias *de Sponſalibus,* 2. *part. cap.* 6. §. 8. *num.* 9. Antonius Gomez *lib.* 3. *Variar. cap.* 2. *& cap.* 24. *num.* 4. *in fin. verſic. An autèm,* Gutierrez *dict. lib.* 2. *Canonicarum, cap.* 5. *num.* 76. Iulius Clarus *dict. quæſt.* 78. *num.* 22. *& ibi* Addentes. Alfaro *de Officio Fiſcal. gloſſ.* 20. *num.* 158. vbi quòd poteſt reuocare bona alienata pòſt delictum, etiâm antê ſententiam, pretio non ſoluto. Farinacius *de Falſitate, quæſt.* 164. *num.* 85. *& 90. & de Hæreſi, quæſt.* 190. §. 5. *numer.* 76. Surdus *de Alimentis, tit.* 8. *priuileg.* 35. *num.* 1. *&* 2. vbi quòd in his delictis, in quibus publicatio fit *ipſo iure*, vèl adminiſtratio interdicitur â die commiſsi delicti, Fiſcus vindicat bona â quocumque poſſeſſore, etiàm pretio non ſoluto, & quòd hæc ampliatio eſt notabilis reſpectu pretij, quià quandò Fiſcus reuocat alienata titulo oneroſo, tenetur regulariter emptoribus refundere pretium. Quemada *dicta quæſt. fiſc.* 7. *à num.* 2. Doctor Didacus à Segura *in Repetition. leg. Quemadmodum, ff. de Adquirend. poſſeſs. num.* 47. *verſic. Et ſcitis.* Peregrinus *de Iure Fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 158. Simancas *de Cathol. Inſtitut. dict. tit.* 9. *à num.* 27. *& à num.* 29. cumulat plures caſus, in quibus hæc regula non procedit, ſed pretium debet reſtitui, vèl pars.

11 Hermoſilla *in Notis ad dict. l.* 2. *tit.* 4. *part.* 5. *gloſſ.* 7. *&* 8. *num.* 33. *& ſequentibus*, vbi probat quòd ſuperior reſolutio nòn ſolùm procedit in caſibus, in quibus publicatio, ſeû confiſcatio bonorum fit *ipſo iure*, aùt adminiſtratio interdicitur à die delicti,

ſed etiàm in illis caſibus, aùt delictis, in quibus antè ſententiam condemnatoriam, nèc publicatio bonorum à Iure inducitur, nêc adminiſtratio interdicitur, dummodò mala fides interueniat, *ex l. Si aliquis, ff. de Donat. cauſa mortis, l. In fraudem, l. Aufertur, §. In reatu, ff. de Iure Fiſci, l. fin. §. Ex bonis, ff. de Bonis damnatorum*, vbi Doctores, & Bart. *in dict. l. Poſt contractum num.* 1. & alij ab eo adducti *gloſſ. 6. num.* 13. Sanchez *dict. cap.* 22. *nu.* 67. vbi propoſita quæſtione, & Doctoribus contrarium ſentientibus, *num.* 68. ex veriori, & communiori opinione tuetur, & comprobat hanc ſententiam; ſicùt etiàm Caſtillo *dict. cap.* 57. *num.* 5.

12 Gutierrez *de Delictis dict. quæſt.* 34. *num.* 11. vbi ex Simancas *vbi proximè*, ſpecificè enumerat caſus, in quibus pretium reſtituitur ei, qui bona fide cum Hæretico occulto, ſeù tali reo contraxit, ſcilicèt, quandò nummi ſoluti extant in eius bonis, quià reddendi ſunt protinùs emptori, nè Fiſcus, & rem, & pretium habeat, & idem in parte nummorum extante. Itèm reddẽda eſt pecunia emptori, & ei qui bona fide tali delinquenti mutuum dedit, ſi ex ea factus ſit locupletior, vt putà, ſi prædium, aùt aliam rem emit, nàm aùt nummi, aùt res nummis empta reſtituenda eſt, & itèm ſi nummis illis res ſuas meliores fecit, aût hypothecas liuerauit, aùt cenſum redemit, vèl ſi proprios creditores ex ea pecunia dimiſſit: vèl etiàm quando pecunia ſoluta verſa fuit in eius vtilitatem, vt quià tantumdem ipſe conſumpturus eſſet ex bonis ſuis, vt ſi ſe ipſum, vèl familiam aluit, vèl ędificiũ fecerit, ſeù id ruens refecerit, ſi oliueta defecta reſtaurauerit, ſi vites propagauerit, vèl arbores curauerit, aût flumina auerterit: ſi in valetudinem ſuam, aût familię, aùt in funus ſuorum, pecuniam ſibi datam impenderit, omnibus enim iſtis caſibus, qui bona fide pecuniam dederit, tantumdèm à Fiſco recuperare poterit, etiàm ſi res, in quibus tales impenſæ neceſſarię, ſeù vtiles factę ſunt, caſu perierint, circà quod videndus eſt Sanchez *dict. cap.* 22. *num.* 71. vbi hanc partem defendit contra Vazquez contrarium ſentientem, *& à num.* 67. agit de principali cõcluſione, Fermoſino *dict. allegat. Fiſcal.* 18. *num.* 19. *& ſeqq.* Acoſta *de Priuilegijs creditor. reg.* 2. *ampliat.* 7. *num.* 212. *& duobus ſequentibus.*

13 Quę dicta ſunt, quòad alienationem factam in fraudem Fiſci pèr delinquentem, procedunt etiâm in ea, quę fit in fraudem creditorum futurorum, *l. Ait prætor. §. Ità demùm*, vbi Bartol. pulchrè, *ff. Quæ in fraud. creditor. gloſſ.* & Baldus *in Authent. Sed iàm neceſſè, C. de Donat. antè nuptias*, & idem Baldus *in Rubrica, C. de Reuocand. his, quæ in fraud. credit. num.* 5. & pèr ſcribentes *in §. Itèm ſi quis in fraudem, Inſtit. de action. vbi & gloſſ.* & maximè Anton. Pichard. Peregrinus *de Iure Fiſci, lib.* 5. *num.* 154.

154. Maſcardus *de Probat. tom.1. concluſ.446. num.11.& concluſ.558. num.6.& ſeqq.& tom.2.concluſ.815. num.1.& ſeqq.* vbi latè de coniecturis, & præſumptionibus,ex quibus fraus elicitur,*& nu.34.* quandò pòſt factam alienationem,delictum illicò committitur. Mantica *de Tacitis, & ambiguis, lib.13. tit.35.num.4. & tit.39. num. 1. & ſeqq.* Hermoſilla *in dict. l.2.tit.4. part.5.gloſſ.6.num.52.* Acoſta *vbi proximè num. 159.* Paz *in Praxi, cap.3. tertij tomi, §.3.* vbi benè declarat materiam huius actionis reuocatorię,& eius naturam,& qualitates, quę ad eius exercitium requiruntur, de quo videndus eſt etiâm Magonius *deciſ. Florentina 76. à num.1. vſquè ad 20.*

14 Et circâ concluſionem ſuprà poſitam,ſcilicêt,Fiſcum,ſeù creditorem reuocantem rem alienatam pôſt delictum,teneri reſtituere pretium,quandò delinquens locupletior fuit factus,ſeû vtilitêr impendit,modis iàm memoratis, animaduertendum eſt;quòd, licêt regulariter ſit probandum nó pêr coniecturas, ſed pêr veras probationes verſum in vtilitatem alicuius,ex Gloſſ.*in Authent.de nõ alien. aùt permut. §. Nos igitùr, collat.2. Authent.hoc Ius porrectum, C.de Sacroſ. Eccleſ. in fin.* vbi Baldus, & Gothofredus notant, & communitèr Doctores *in l.Ciuitas,ff.Si certum petatur*, & declarat Quemada *dict.q.7.n.5.* & cum eo Fermoſino *dict.alleg.18 nu.21.* & reliqui ſuprà citati. Tamên in mercatore præſumitur pretium in eius vtilitatem conuerſum, & ex hac coniectura ſatîs probatur,vt prò ſingulari notat Doctor Didacus de Segura *in Repetit.l.Quemadmòdũ,ff.de Adquir. poſſeſ.num.59.* ibi: *Ex quo poſſet notabiliter inferri, quòd ſi Hæreticus fuiſſet mercator, & pòſt Hæreſim vendidit rem ad Fiſcum pertinentem, quòd nihilominùs Fiſcus teneatur ad pretij reſtitutionem,quaſi ſit præſumptio,quòd dictus Hæreticus factus eſt locupletior, cùm in dictas mercantias augmentandas expendidit dictas pecunias. Quod eſt notandum, nàm ex coniectura probatur verè pecunia verſa in vtilitatem alicuius,vt eſt gloſſ.in Authent.hoc Ius porrectum, C.de Sacroſ.Eccleſ.vbi Didacus Perez in Additionibus nu.46.cum Baldo in l.Macedoniani, in fin. C.ad Macedon. & Salyceto ibìdem,confirmat, quià præſumitur ex conſuetudine negotiandi.* adducens ad id Text.*Notabilem,& expreſſum in l.fin.in fin. ad Macedonian.*& idem Didacus Perez *in l.1. tit.1. lib.1. Ordinam. in fin. verſ.Poſtremò quæro.* Gutierrez *de Delictis dict.quæſt.34. num.11.in fine.*

15 Et in noſtris terminis alienationum decocti, qui in ipſa decoctione, & eius præparatione delinquit,& plures fraudes,& cautelas prô occultatione, & translatione bonorum in alios, in pernitiem creditorũ cõfingit, vt ſępiûs diximus,& quotidiè experiẽtia docet (de quo cum Baldo *conſ. 400. n.3.lib.5.*eius verba referens,& declarans, latè agit Strac.*de Decoct. p.3.pèr tot.*& alij adducti *ſupr.tit.1.*

quæſt.11. num. 17. dicendum eſt, quòd emens, vèl habens rem à decocto titulo oneroſo, tenetur illam reſtituere, vèl Fiſco, vèl creditori melius Ius habenti, non reſtituto ei pretio, quandò habuit notitiam decoctionis, vèl fuit particeps fraudis, quià aliàs alienata titulo oneroſo non poſſent reuocari ex text. *in l. Ignoti, C. de Reuocand. his, quæ in fraud. credit.* nàm cùm agitur contra habentem titulum oneroſum, neceſsè eſt probare dolum vtriuſque, tàm debitoris alienantis, quàm recipientis, & quòd ſciuerit fraudem, ſecùs eſt in eo, qui poſsidet titulo lucrativo, quià ſufficit quòd creditores ſint fraudati, vt probatur *in l. Qui autèm, §. Hoc edictum, ff. Quæ in fraud. creditor. & ibi gloſſ. verb. Ceſſare*, & rationem diuerſitatis aſsignant Ioannes Faber. Angelus, & Iaſſon *in §. Itèm ſi quis in fraudem inſtit. de actionibus. num.* 27.

16 Et iſte eſt verus intellectus Text. *in l. Si debitor, ff. Quæ in fraudem creditor.* ibi: *Fundum ſcienti emptori vendiderit*, iuncta *gloſſ. verb. non reſtituatur*, & facit etiàm *l.* 1. *§. Si quis in fraudem, ff. Si quid in fraud. Patro.* ſequuntur Stracca *vbi proximè num.* 26. *& ſeqq.* Thomàs del Bene *in Tractat. moral. tractat.* 2. *dubitat.* 10. *ſection.* 12. *num.* 11. vbi *num.* 12. probat *ex l.* 1. *& l. Ait prætor, ff. Quæ in fraud. creditor. & dict. l. Ignoti*, quòd niſi creditores intrà annum quo repetere poſſunt, repetant, Securus eſt donatarius, & emptor ſecundùm externum forum. Peguera *deciſ.* 271. *num.* 33. vbi etiàm declarat quandò aliquis dicatur titulo oneroſo, vèl lucratiuo poſsidere, & dictam cõcluſionem probant Cynus *in l. Si quis poſthàc, num.* 3. *in fin. C. de Bonis proſcriptor.* Bart. *in l. Poſt contractum, num.* 7. *ff. de Donat.* Gracianus *tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 391. *num.* 11. Quod non procedit quandò habens titulum oneroſum, tempore celebrati contractus, fuit in bona fide, & poſteà tempore factę traditionis ſciuerit fraudem, quià tũnc poteſt agi reuocatoria, & dicitur particeps fraudis, *gloſſ.* valdè notabilis *in l. Qui autèm, §. Hoc edictum, verb. Ceſſare, ff. Quæ in fraudem creditorum.* Franciſcus Roccus *in Tract. de Decoctione mercatorum, nota* 27. *num.* 84. *& ſeqq. & nota* 22. *num.* 74. de quo latiùs (Deo dante) agemus 2. *part. Titulo* 7.

QVÆS-

QVÆSTIO XXVII.

In qua agitur de confiſcatione rerum ſingularium, & non ſegnitèr diſcutitur; àn in rebus, quę ceciderunt in commiſſum, velùti in mercibus, quarum fabrica, & introductio in Regnum prohibita eſt, & dicuntur contrabani, ſeù in bonis, auro, argento, & alijs rebus extrà regeſtum ab Indiarum ditionibus, vèl alibi tranſuectis, detur concurſus, & oppoſitio creditorum?

Summarium Quæſtionis Vigeſimæ ſeptimæ.

Num. 1. *Proponitur diſcutienda ſpecies confiſcationis non omnium bonorum, nèc quotæ partis eorum, ſed rei, vèl rerum ſingularium, ex cuius enucleatione, quæ Authori ex præcepto fuit iniuncta, magna vtilitas Regio patrimonio prouenire poteſt. Et num.* 2.

3 *Commiſſum quid ſignificet, explicatur.*

4 *Fiſcus regulariter in caſu aprehenſionis bonorum tenetur creditoribus anterioribus ſatisfacere.*

5 *Concurſus, & oppoſitio creditorũ, àn detur in rebus, quæ ceciderunt in commiſſum, velùti in mercibus, quarum fabrica, & introductio in Regnum prohibita eſt, & vulgò dicuntur contrabani; ſeù in bonis, auro, argento, & alijs rebus extrà regeſtum ab Indiarum ditionibus, vèl alijs Prouintijs tranſuectis?*

6 *Refertur Euia Bolaños, qui diſtinguit inter confiſcationem omniũ bonorum, ſeù quotæ partis eorum, & confiſcationem rei, ſeù rerum ſingularium, & ait in prima, omnes creditores anteriores præferendos, in ſecunda verò ſecernit creditores perſonales ab hypothecarijs, quibus concedit, prælationem facta excuſione, & perſonalibus negat, & in talibus rebus Fiſcum anteponit.*

7 *Item D. Gaſpar de Eſcalona, qui abſolutè tenet Fiſcum creditoribus præferri.*

8 *Item D. D. Ioannes de Solorçano, qui ſimiliter in fauorem Fiſci decidit.*

9 *Et D. D. Petrus de Salçedo, qui quæſtionem in quatuor caſus diuidit, qui referuntur, &, eorum ſerie obſeruata, reſoluitur quæſtio à num.* 10.

11 *Merces, ſeù res commertiari prohibitæ à lege, ſtatuto, ſeù banno, vel ratione fabricæ, originis, vel Prouintiæ, cadunt in commiſſum, & in eis non datur concurſus,*

ſed

ſed Fiſcus omnibus creditoribus præfertur.

Lex prohibens, vèl inficiens ipſum actum venditionis, ſeù adquiſitionis omnia irritat, & ex iſto contractu dominium non transfertur.

12 *Actus ipſe alienationis, ſeù commertij exequuti contra prohibitionem, operatur commiſſum, & amiſionem rei* ipſo Iure, *& adquiſitionem Fiſci, & comprobatur nu.13.*

14 *Prohibitio in dicto caſu eſt realis, & afficit ipſam rem, vitium, & nullitatem in ea ponens.*

15 *Creditores non poſſunt intendere, quòd ex bonis, quæ in commiſſum ceciderunt, eis ſoluatur, cùm numquàm fuerint debitoris.*

16 *Fiſcus rem, quæ in commiſſum incidit, vindicat tamquàm Dominus, nulla habita conſideratione aliorum creditorum, qui nullum in ea Ius habere poſſunt.*

17 *Prohibitio commertij, & actus ſub vitio nullitatis, & afficiens ipſam rem, operatur, quòd poſsit fieri aprehenſio pèr Iudices Seculares; etiàm quòd faciens actum ſit perſona Eccleſiaſtica.*

Iudex Secularis non poteſt pœnam à Clerico exigere Iuris ordine ſeruato, quià hoc eſt Iuriſdictionis, factum verò ſpoliationis rei prohibitæ commertiari poteſt exequi contra eum, quod comprobatur, & declaratur num.18. & num.19. vbi redditur ratio, quià prohibitio dirigitur in ipſam rem, & non in perſonas Eccleſiaſticas.

20 *Iudex Secularis eſt incapax reſpectu Perſonæ Eccleſiaſticæ, non verò ad procedendum de facto, & pèr modum extraordinariæ cognitionis. Et num.21.*

22 *Concluſio ſupradicta procedit etiàm reſpectu omnium exemptorum, à Iuriſdictione Seculari, vt Religioſorum Ordinum Militariũ, & aliorum quorumlibet. Et num.23. declaratur materia ſub diſtinctione pœnæ impoſitæ à lege, pragmatica, ſeù banno amiſionis* ipſo Iure, *& aprehenſionis rei, à pœna non impoſita* ipſo Iure, *ſed alia extraordinaria, & non aprehenſionis rei.*

24 *Clericus, ſeù Perſona Eccleſiaſtica ſi vellit res, ſeù merces, quæ ceciderunt in commiſſum, tueri, vèl recuperare, debet comparere in Senatu Regij Patrimonij velut actor.*

25 *Minor 25. annis non ſoluens vectigal, ſeù tributum rebus impoſitum, àn ſit immunis à commiſſo, & eius pœnis?*

26 L.1. tit.2. lib.9. Recopil. cap. 47. *quæ computatoribus maioribus, & reliquis Miniſtris, & Officialibus Rei Dominicæ prohibet emptionem Iurium, conſignationũ, vèl punctuationum, & omnem contractum, vèl negotiationem ſupèr eis, declaratur.*

27 *Pœna, quandò apponitur ſupèr re à Iure prohibita, & delictum patratur ſupèr ipſa, inducit actus nullitatem, & amiſsionem ipſius.*

28 *Lex, vèl ſtatutum pœnam imponens, quandò vtitur verbo ſubſtantiuo,* ſit *ſignificat* ipſo facto. *Et num.29. quòd hoc indubiè procedit,*

quan-

quandò hoc verbum iungitur participio præteriti temporis.

30 *Introducere volens in hoc Regnum bona, vèl merces, natura ſua licitas, & permiſſas commertiari, ſimùl cum prohibitis, amitit omnes, & exornatur, & declaratur num.* 31.

32 *Opinio relata vera eſt in caſu aprehenſionis rerum, vèl mercium in ipſo actu introductionis, non verò ſi iàm portus, & limites Regni egreſſæ ſunt, & reperiuntur in domibus priuatorum. Et num.* 33. *comprobatur de Iure Regio.*

34 *Creditores àn Fiſco præferantur in rebus, ſeù mercibus in cõmiſſum incurſis ex omiſsione manifeſtationis, & profeſsionis factæ in portubus?*

Refertur ſententia, creditores in his mercibus Fiſco præferens, ſed à num. 35. *hoc exactiùs expenditur.*

35 *Portorium quid ſit, & appelletur, & quòd intèr Regalia hoc portorium, ſeù* almoxarifazgo, *ſit præcipuum, & magìs Regis vtilitati proficuum, maximè pòſt inſtitutam nauigationem ad noſtras Indias Occidentales.*

36 *Profeſsio, & manifeſtatio mercium in portubus, & confinibus, quod dicitur,* Regiſtro, *eſt ad effectum ſolutionis portorij, & ideò maximè eſt commendata, & grauioribus pœnis omiſsio eius mulctata.*

37 *Res, ſeù merces, quæ extrà regeſtum intromituntur in Regnum, incidunt in commiſſum de Iure communi, quod declaratur.*

38 *Regeſti omiſsio de Iure partitarum inducit amiſsionem rerum, ſeù mercium* ipſo Iure, *dummodò ſequatur ſententia.*

Explicatur l. 1. C. de Vectigal. & commiſsis.

39 *Regeſti omiſsio de Iure nouiori Recopilationis operatur commiſſum, & amiſsionem rerum* ipſo facto, & ipſo Iure, *etiàm ſinè ſententia. Et num.* 40. *exornatur, & referuntur ordinationes, & ſchedulæ circà hoc ſtatuentes.*

41 *Adducitur prò eadem ſententia D. D. Ioannes de Solorçano eam benè confirmans, & ſentiens Principem magìs ſibi conſulère, & redditus ſuos augère, cùm hæc portoria, & tributa minuit.*

42 *Profeſsio mercium, & rerũ quando ſtatuta eſt ſub aliqua pœna extraordinaria, tùnc creditores Fiſco præferuntur, ſed quandò ſtabilita eſt ſub expreſſa pœna amiſsionis rerum, tùnc Fiſcus anteponitur.*

43 *Profeſsione rerum, ſeù mercium facta, ſi omitatur, vèl defraudetur ſolutio pedagij, ſeù portorij, etiàm pèr dolum, res non incidit in commiſſum, ſed de Iure ciuili talia Iura, & dirictus duplicantur. Et de Iure Regio quadruplicantur, num.* 44.

45 *Reaſumitur concluſio, & definitio totius quæſtionis.*

46 *Fiſcus tùnc tenetur creditoribus delinquentis, cuius bona confiſcantur, ſatisfacere, quandò agit ad exactionem pœnæ pecuniariæ à lege, ſtatuto, ſeù ſententia impoſitæ, vèl occupat bona delinquentis in conſequentiam condemnationis*

con-

confiſcata, non verò quandò Iure propio tamquã Dominus vindicat, & vero dominio aprehendit res, ſeù merces in commiſſum incurſas.

1 ALIA ſpecies confiſcationis eſt non omnium bonorum, nèc quotę partis eorum, ſed rei, vèl rerũ ſingularium, ex cuius genuina enucleatione nõ minima RegioPatrimonio vtilitas prouenire poteſt, vt mihi iniunctum fuit, cum prę-cepto eam diſcutiendi, ab aliquibus, ex ſuperioribus noſtri qui Conſiliarijs, qui diù in Supremis Indiarum, & Rei Dominicę ſubſellijs præerant.

2 Quod munus licèt humeris meis impar, vt adimpleam, & Fiſci, & publicę vtilitatis obſequio, quod mihi ſempèr in animo eſt (quantûm in me fuerit) acquieſcam; ſequentes nõ paſsim obuias, nèc Doctorum pedibus tritas cõcluſiones, & reſolutiones deduco.

3 Supponitur primò, quòd commiſſum ſignificat delictum, ità enim declarat Calepinus *in ſuo Dictionario*, & lexicon Iuris Pandulphi. Alfaro *de Officio Fiſcalis, gloſſ.* 20. §. 3. *num.* 68. & ſub eius nomine comprehenduntur omnes res, ſeũ merces, quę cadunt in Fiſcum ex tranſgreſsione ſtatuta hac ſpeciali pœna pèr leges, vèl mandata Regia vindicatiua *ipſo facto* contrauentionis, vt notatur *in l. Fraudati, l. Commiſſa, l. fin. §. Diui el 2. ff. de Publicanis, & tit. C. de Vectigalibus, & commiſsis, l. Cùm propo-nas, C. de Nautico fœnore, leg. Si quis, C. de Curſu publico, l. 6. tit. 7. partit. 5.* & alijs Iuribus, & authoritatibus ſtatim referendis.

4 Item ſupponitur, ſecundò, quòd regulariter Fiſcus in caſu apprehẽſionis bonorũ delinquentis, tenetur creditoribus anterioribus ſatisfacere, *l. Cùm Fiſco, ff. ad Syllanianum, l. Non poſſunt, leg. In ſumma, l. Res quæ, l Si is qui, l. Quod placuit, ff. de Iure Fiſci, l. 2. C. Ad leg. Iul. de vi publ.* Farinacius *de Delictis, quæſt.* 25. *à num.* 169. Oſſualdus *lib.* 17. *Commentar. cap.* 4. *litter. G.* Acoſta *de Priuileg. creditor. regul.* 2. *ampliat.* 7. *à num.* 570. *vſquè ad* 220. vbi quandò, & ad quę debita, confiſcatis bonis Fiſcus teneatur. Fontanella *de Pactis nuptial. gloſſ.* 2. *clauſula* 7. *part.* 9. *num.* 62. Carleual *de Iudicijs, tom.* 2. *lib.* 1. *diſputat.* 1. *num.* 27. Eruditiſsimus D. D. Alphonſus de Olea *de Ceſsion. Iur. & act. tit.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 7. vbi pluribus comprobat. Maximè cum agat de lucro captando, & creditores de damno vitando, in quo caſu eorum cauſa debet eſſe potior, & præcipua Baldus *in l. Neque damnoſa, num.* 1. *C. de Præcibus Imper. offerend.* Lucas de Penna *in l. Vnica, C. Pœnis Fiſcal. credit. præfer. num.* 1. & Platea *num.* 3. & cum multis Amaya *ibidem n.* 3. & 4. & diximus etiàm *ſuprà hoc Tit. q.* 24. *n.* 3. & 4.

Quæſ-

5 Quæſtio ergò eſt, ân in rebus, quę ceciderunt in commiſſum, velùti in mercibus, quarum fabrica, & introductio in Regnũ prohibita eſt, & vulgò, dicuntur contrabanni, ſeù in bonis, auro, argento, & alijs rebus extrà regeſtum ab Indiarum ditionibus, vèl aljis Prouintijs tranſuectis, poſsit, vèl debeat dari concurſus, & oppoſitio creditorum, qui intendant potius, & anterius Ius in illis, ſicùt in alijs bonis debitorum?

6 Ioannes de Hcuia Bolaños *in Curia Philippica, lib. 3. cap. 10. nu. 10.* qui primus controuerſiam excitauit, admiſſa diſtinctione confiſcationis omnium bonorum, ſeù quotę partis eorum, & rei, ſeù rerum particularium in commiſſum incurrentium (quę videtur approbari *in l. Si marito 31. ff. Sol. matrim.* vbi ità Iulianus ait: *Si marito publico Iudicio damnato pars aliqua bonorum eius publicetur, Fiſcus creditoribus eius ſatisfacere neceſsè habet, intèr quos vxor quoquè eſt.* Et Accurſius *gloſs. verb. Aliqua*, declarat: *Putà tertia, & ſic quota, vt lege Iulia de vi priuata: vt C. Ad leg. Iul. de vi publ. l. 2. Secùs ſi certa res, vt inſtit. de fideicomiſſ. hæredit. §. Sèd illud, & C. de Sentent. paſsis, l. Si debitor.*) Tenet in prima, omnes creditores anteriores debere præferri; in ſecunda verò rei, ſeù rerum particularium, ſecernit creditores perſonales ab hypothecarijs, & his concedit prælationem, facta excuſione, & conſtito de inſoluentia ex alijs bonis, perſonalibus verò negat, & ait Fiſcum in talibus rebus eis eſſe potiorem.

7 D. Gaſpar de Eſcalona *in Gazophilatio Regio, lib. 2. part. 2. cap. 12. num. 36.* abſolutè tenet in commiſsis particulares creditores Regi non prę ferri, quià cûm res cadat *ipſo iure*, & ſtatîm Fiſco quęratur, reivindicatur ab eo tâquàm Domino, & licèt creditor habeat hypothecam, iſta, eodem modo quo non poteſt impedire alienationem, ità nèc confiſcationem, & quamuîs afferat in Regia Audientia Limenſi exempla extare contrarię opinionis, & non ſinê probabili fundamento; tamèn concludit Dom. Noſtrum Regem ægre tuliſſe Iuris ſui non factam fuiſſe debitam æſtimationem.

8 Pòſt hos Authores Doctiſſimus D. D. Ioannes de Solorçano *in Politica Indiana, lib. 6. cap. 10. verſ. Pero no puedo, & ſeqq. fol mihi 985.* eis non citatis, in fauorem Fiſci quæſtionem decidit, eam confirmans deciſione Supremi Regij Senatus Indiarum, in cauſa agitata in dicta Regia Audientia Limenſi eo tempore, quo erat in eo Senator, ſupèr mercibus aſportatis ex Regno de la China pèr Franciſcum de Palencia Blanco, in qua Regia Audientia creditores, qui probauerunt credita anteriora, & hypothecaria, in earum pretio prętulit Fiſco. Sèd Supremum Indiarum Conſilium ſententiam reuocauit, & iuſsit expediri Regiam Schedulam, pèr quam præcipiebatur Audientiæ, vt deincèps tales

lites

lites non admitteret, cuius tenorem refert.

9 D. D. Petrus de Salçedo *in dict. Tractatu del Contrabando, cap.* 29. quæſtionem in quatuor caſus, & ſpecies diuidit. Primus caſus eſt, quandò bona, & merces in ſua fabrica, & originè ſunt prohibitę commertiari abſolutè, tàm cum amicis, quàm cum inimicis, aût introduci in Regnum, & in hoc caſu Fiſcũ omnib⁹ anteponit, & cõ curſum excludit. Secundus, quãdò bona, & merces natura ſua licitę, & permiſſæ ſunt, ſed cadunt in commiſſum, quiâ tempore introductionis reperiuntur mixtæ cum alijs prohibitis, & exoſis à lege, vèl ſtatuto, & tûnc idem ſentit; non verò ſi tales merces iàm introductæ reperiantur ſimûl cum alijs prohibitis in domo priuata alicuius, ſinè eo quòd poſsit conſtare de prima earum adquiſitione; nàm tùnc creditores præfert. Sicùt etiã in tertio caſu bonorum, ſeù mercium licitarum pœnam commiſsi incurrentium, ex eo quòd non fuerunt manifeſtatæ, & deſcriptę in cataſtro, ſeù regeſto tempore illationis in nauem, vèl introductionis pêr portus. Et itèm in quarto caſu, ſcilicèt, cùm licèt manifeſtatio, & profeſsio earum facta fuerit, tamèn vectigal, pedagium, ſeû dirictus non fuerunt ſoluti.

10 Hi ſunt Authores, qui quæſtionem attigerunt, ſed licèt pauci in diuerſas iuerunt ſententias, proptèr naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem, & re verà eorum fundamentis, & rationibus perperſis, & Iuris principijs accomodatis ſic videtur dicendũ.

11 In omnibus rebus, ſeù mercibus, vêl ratione fabricę, originis, vèl Prouintię, & eius ſubditorum, commertiari prohibitis à lege, vêl ſtatuto, ſeù banno particulari, Fiſcum omnibus creditoribus præferendum eſſe, & nullo modo concurſum, nèc eorum oppoſitionem admittendam; quià cùm talis prohibitio impediat cõmertium, & traficum earum rerũ, & ſic inficiat ipſum actum venditionis, ſeû cuiuslibet adquiſitionis, omnia nullitatis vitio laborant, & nullum effectũ producere poſſunt, *l. Non dubium, C. de Legibus* vbi omnes Doctores *l. Cùm lex, ff. de Fideiuſſor. l. fin. C. Quæ res export. poſſ.* vbi Paulus de Caſtro, qui pèr Text. *in dicta leg. Non dubium, num.* 10. prò declaratione materię magiſtralitèr diſtinguit, quandò lex prohibet ipſum actum fieri, dirigendo prohibitionem in contractum, vèl quandò non prohibet actum, ſed tollit effectum, prohibendo Iudicium, ſeù actionem dari, vt in primo caſu actus ſit nullus, *l. Quemadmodùm, C. de Agricol. & cenſ. lib.* 11. vbi quòd quandò lex alienationi reſiſtit, ex contractu dominium non tranfertur. D. Valençuela *conſ.* 32. *num.* 23. & 34. Giurba *deciſ.* 24. *nu.* 6. Pariſius *conſ.* 55. *num.* 21. *lib.* 1. Matienço *in leg.* 3. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopilat. gloſſ.* 8. *num.* 1.

12 Immò ex ipſo actu, qui contra prohibitionem exequitur, reſul-

reſultat, quòd ipſa res cadat in cómiſſum, & deſinat eſſe eius, qui crimen cótrauentionis contraxit, & eius dominiũ Fiſco adquiratur, *l. Cõmiſſa* 14. *ff. de Public. & vectig.* ibi: *Nàm quod cõmiſſum eſt, ſtatìm deſinit eſſe eius, qui crimen cõtraxit, dominiũque rei vectigali adquiritur*, vbi *gloſſ. ver. ſtatìm* declarat, *ipſo iure, & verb. Adquiritur* addit, *Fiſco, l. Cotem, §. Dominus, ff. Eod.* Bald. *in l. Nequè, C. de Vectig. & cõmiſſ.* Franc. Luc. *de Fiſco, p. 2. n. 8.* Guacin. *de Confiſc. bon. concl. 13. ampl. 53. n. 1.* Strac. *de Mercat. 4. p. n. 28* latè Fauſt. *in Conſil. prò Ærar. claſſi 9. n. 39. verſ. Quibus, & ſeqq. tom. 2. fol. 452.* Did. Per. *in l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. Reg. circà princ. verſ. Quæritur vlteriùs.* Bobad. *in Polit. lib. 2. cap. 18. n. 72.* Euia Bolañ. *in Curia Philippica, tom. 2. lib. 3. cap. 10. num. 16.*

13 Et in rebus prohibitis extra hi ab his Regnis idẽ probant *l. 26. & 27. tit. 18. lib. 6. Recop.* Bobad. *dict. lib. 2. c. 18. n. 117. & lib. 4. cap. 5. n. 26. & 27.* ibi: *Y que las coſas deſcaminadas, como caidas en cõmiſſo, y apartadas del Señorio de ſus dueños, ipſo iure las pueden tomar los Iuezes, y las Guardas, y qualeſquier otras Perſonas particulares, por ſu propia autoridad, por perdidas.* Curia Philip. *dict. lib. 3. cap. 6. nu. 27.* vbi quòd particularis debet eas manifeſtare corã Iudice viciniori intrà terminũ 24. horarũ vt notat etiàm Bobad. *d. cap. 5. n. 25.* Azeu. *in l. 7. tit. 11. lib. 6. Recop. n. 13. & 14.* pro quo eſt *l. 43. tit. 18. lib. 6. Recopil.* Villadiego *in Polit. cap. 5. inſtruct. §. 52. num. 22. & ſeqq.*

14 Suarez *de Leg. lib. 4. cap. 19. n. 1.* vbi *n. 4.* optimam rationẽ reddit his verbis: *Nã quotiès lex irritat actum, reddit ſubditi voluntatem ineficacem, & impotentem ad contrahendum, vèl transferendum, aùt adquirendum dominiũ.* Quod ſatis enixè perpenditur *in Regia Schedula expedita die 16. Maij anni 1628.* pèr quam re ualidata fuit prohibitio cómertij, & introductionis merciũ inimicorum huius Coronę in noſtrum Regnũ etiàm per amicos, & vaſſallos, vbi *in c. 2.* ità declaratur: *Porq̃ en quanto à eſta parte, quiero que la prohibicion ſea Real, y ponga vicio, y impedimento en las miſmas coſas,* refert, & ſequitur D. D. Petrus de Salçedo *in d. tractat. de Contrauando, cap. 24. verſ. En el primer caſo.*

15 Vndè creditores nó poſſunt intendere quod ex illis bonis eis ſoluatur, quę numquàm fuerũt debitoris, cùm hæc qualitas ſit neceſſaria, *l. de rebus, C. de Donat. antè nupt. l. Quæ nondũ, §. Quod dicitur, ff. de Pignor. l. 18. tit. 13. p. 5.* cum alijs congeſtis ab Acoſt. *de Priuil. credit. reg. 2. ampl. 7. n. 38.* & vt Ius, vèl hypothecam poſſent in eis habere, *l. Quæ prædiũ 6. C. Si aliena res pignori data ſit,* ibi: *Iure pignoris teneri non poſſe, niſi quæ obligantis in bonis fuerint. L. Si ſuperatus, l. Et quæ nondũ, §. 1. ff. de Pign. l. Antè 23. ff. de Prob. l. 18. tit. 13. p. 5.* Bart. *in l. Rem, ff. de Pign. act.* Gaito *de credit. c. 4. quæſt. 7. n. 572.* Merlin. *de Pign. lib. 2. tit. 1. q. 2. n. 2. & q. 64. n. 6. & 7.* & cum alijs D. D. Franc. Salg. *in Labyrint. cred. p. 2. cap. 9. num. 73.*

16 Sèd Fiſcus tamquam Dominus innitens actione illa reali ſibi in re competenti, eam vindicat, non habita aliqua conſideratione aliorum creditorum, qui

nullum Ius in ea habere poſſunt, quod apertè probatur *in l. Mercatores, C. de Commertijs, & mercatoribus*, ibi: *Sciente vtroque, qui cõtrahit, & ſpeties quæ prætèr hæc loca fuerint venundatæ, vèl comparatæ, ſacro ærario noſtro vindicandas.* Attenta propietate, & ſenſu legali huius verbi, qui exponi tur *in l. Quintus mutius, §. Argento, ff. de Auro, & argent. leg. l. Si vt proponis, l. Doce ancillam, C. de Rei vindicat.* Hieronym. Verrut, & Hothoman. *de Verbis Iuris, verbo vindicatio.* Donellus *lib. 20. Cõment. cap. 1. & ibi* Oſſualdus *litt. A.* & in puncto notat D. D. Petr. de Salçed. *dict. cap. 29. verſ. Y aſsi perteneciendo à ſu Mageſtad, cum ſequentibus.* vbi cum Alberico Gentil *lib. 1. de Aduocat. Hiſp. cap. 13.* & alijs benè cõprobat, Amaya *in l. 1. C. de Iure Fiſci, lib. 10. num. 57.* Thomàs del Bene *in Tract. moral. tract. 6. cap. 4. dubitat. 13. num. 5.* vbi ità ait: *Tertiò, quià leges, vèl ſtatuta, quibus prohibetur nè quis aurum, argentum, vèl quid ſimile è Regno efferat ſub pœna commiſsi, non obligant ſub peccato mortali (vt multi Doctores tenent) ſed ſolùm tribuunt Ius Principi ad rem ſi deprehenſi fuerint, Fiſco vindicandã.* Et ſatis aſtrui, & exornari poteſt ex traditis à D. D. Franciſco Salgado *in Labyrint. credit. p. 2. cap 24. num. 14.* qui ſic concludit: *Ex quo inferri poteſt, quòd habens actionem realem ad rem, præfertur omnibus quibuslibet creditoribus priuilegiatis, & hypothecarijs; quià in re ſua cunctis potior eſt Dominus, quippè in eadem tamquàm aliena nullus creditor emptoris, aùt detentatoris adquirere potuit pignus, vèl hypothecam, ad excluſionem eius, qui actionem realem, & dominium habet ad rem perſequendam.* In cuius rei comprobationem plures Doctores pèr totam columnam adducit, & addenda ſunt quę ad idem cumulaui *ſuprà hoc Titulo, quæſt. 21. num. 2.* In quo non eſt habenda ratio confiſcationis vniuerſorum bonorũ, vèl rei particularis, quià cùm ratio ſit prohibitionis factæ in rem, & eam directò afficientis: Si omnia bona mercatoris, vèl cuiuslibet priuati in ea ſint comprehenſa, erit vniuerſalis confiſcatio.

17 Ex qua ratione prohibitionis commertij, & talis actus ſub nullitate, & afficientis ipſam rem, deſcendit reſolutio alterius quæſtionis non contemnendę, ſcilicèt, quòd etiâm in caſu introductionis, ſeù aſportationis earum rerum factę pèr Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, poteſt fieri aprehenſio, & ſpoliatio pèr Iudices Sęculares, vt probatur *in l. 1. in fin. tit. 18. lib. 6. Recopilat.* quę, loquens de extrahentibus monetas ex his Regnis, & eorum pœnis, ità ait: *Y mandamos, que las penas pueſtas contra los ſacadores de monedas ayan lugar contra los Perlados, y Clerigos, ò eſſentos, y contra qualquier perſona de qualquier eſtado, y dignidad que ſean.* Vbi Azeuedo *à num. 19.* cum Mexia *in Pragmat. taxæ panis, concluſ. 5. n. 16. & ſeqq.* & alijs, defendit hanc determinationem nó eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam,

&

& tenent Belluga *in Speculo Princip.rubr.*14. *§.Nunc videmus,nu.*39. Ramirez *de Lege Regia, §.*26.*n.*27. Salçed.*ad Bernardũ Diaz in Pract. crimin. Canon.cap.*55. *verſ.Quamuis ab hac opinione,* vbi refutat ſententiam Ioannis Redin *de Maieſtat. Princip. verb.Non armis decoratam,* 2.*p.nu.*166.exiſtimantis vtramque pœnam,nempè,& pecuniariam,& armorũ priuationem corâm Sęculari Iudice contrâ Clericum peti poſſe,& ipſe dicit, aliud eſſe pœnã Iuris ordine ſeruato à Clerico exigere, (quod facere poſſe negat) aliud Clericũ portantem arma,vèl pecuniam extra Prouinciam exportantem contra prohibitionem legis , eis propia authoritate ſpoliare(quod licèt)reddens hanc diſcriminis rationem , quià altetum facti eſt,quod nudum factum reſpicit , alterum verô Iuriſdictionis eſt,quod eſt maius.

18 Idem tenent Menochius *conſ.*800.*num.*56. Pereira *de Manu Regia, lib.*2.*cap.*38.*n.*29.*& cap.*39. *n.*5. Bobadilla *in Polit.lib.*2.*cap.*18. *n.*72.*& nu.*117. vbi ità concludit: *Pero digo,que de las otras penas,fuera de la toma del dinero , ò de la coſa que cayo en commiſſo,y quedò perdida por el deſcamino,ha de conocer el luez Eccleſiaſtico.& nu.*122.ibi: *Si el Clerigo vendieſſe el trigo, ò el pan cocido, ò el vino, fruta, ò otros mantenimientos à mas de la taſſa, ò poſtura , y por ello, ſegun la ley, ò ordenança , lo tuuieſſe perdido , podrà la juſticia ſeglar tomarſelo,por auer caido en commiſſo,y aplicarlo conforme à la ley,ò ordenança,por las razones,y doctrinas dichas en los caſos precedentes , &c.* Curia Philip.*tom.*1.3.*p.§.*3.*n.*11.&repetit *tom.*2.*lib.*3.*c.*10.*n.*15. Florid.Mauſon.*deContrab.q.*8.*n.*11.ibi:*Secundò declara hanc eamdem concluſionem, quòd licèt Eccleſiæ , ſiuè Eccleſiaſticæ Perſonæ non arceantur ſtatuto laicorũ, nequè hac noſtra municipali lege. Tamèn res quas aſportant,pròut ſunt aurum, argentũ,equi & ſimilia, recto Iure arreſtari poſſunt,& vti interceptæ Fiſco applicantur, quià licèt ſtatutum nõ poſsit afficere perſonam proptèr rem,& pèr conſequens Eccleſiaſticas Perſonas ratione rei,poteſt tamèn ſtatutum rem ipſam afficere.* Albertus Brun.*in Tract.de Statutis, art.*6. *nu.*6. *verſ.Licèt pèr text.vbi gloſſ. in l.reſcripto Diuorũ, §.fin.ff.de Muner. & honor.quià licèt ſtatuentibus rebus ſuis legem imponere argum. l.*1. *C.de Contrab.empt.& l.*1.*&* 2. *C.Quæres aſportari prohib.Ripa vbi ſuprà num.* 119. *verſ.Sed deciſiuè,& propterea ſi Eccleſiaſticæ Perſonæ , & Clerici in fragranti deprehendantur cum rebus aſportari prohibitis, res intercipiuntur,& Fiſco applicantur, relicta perſona,& ſic quotidiè obſeruat hodierna praxis.* Quem ſequitur alijs exornans Scipio Rouitus *in Comment. ad Reg.Pragm.in rubr.de extractionibus,nu.*16. Regens D.Franciſcus de Vico *ad leges Sardiniæ , tom.*2. *tit.*24.*n.*12. Regens Reuerter.*deciſ.* 222.vbi idem ſequitur,ex eo quòd prohibitio nó dirigitur in Perſonas Eccleſiaſticas, ſed in rem.

19 Quę omnia ex profeſsò comprobat , & exornat Carolus

Cala *in diſſertat. Iuridico Politica de Contrabannis Clericor. num.* 175. *& ſeqq.* vbi pluribus adſtruit, & reſpõdet Alexandro Sperel. *deciſ.* 12. & Dianæ *tom.* 1. *reſolut. moral. tract.* 2. *reſolut.* 16. *& reſol.* 72. aſſerentibus bona non poſſe arreſtari, ex quo ſimilia ſtatuta Clericos nequeunt alligare: quibus addendus eſt Thomàs del Bene *de Parlamentis, ſeù Eccleſiaſt. Immunit. dubit.* 4. *ſubſect.* 10. *in paruis.* idem tenens, & Cala eadem ratione innititur ſuprà cũ Mauſonio perpenſa, & ab Alberto Bruno comprobata, ſcilicèt, prohibitionem dirigi, & fieri poſſe in ipſam rem, licèt non in perſonas, iuxtà text. *in l. Imperatores, ff. de Publican. & vectig.* ibi: *Ipſa prædia, non perſonas conueniri. l. Qui in aliena* 10. *§. fin. ff. de Negot. geſt.* ibi: *Sententia prædio datur. L.* 4. *§. Si alitèr, ff. Finiũ regund.* ibi: *Quoniàm magis fundo, quàm perſonis, &c. l. Etſi fortè, §. Etiàm, ff. Si ſeruitus vindicetur*, ibi: *Non hominem debere, ſed rem.* quę Iura in id adducunt Garcia *de Expenſis, cap.* 11. *num.* 50. *&* 51. *& cap.* 17. *nu.* 2. Caſtillo *de Tertijs, cap.* 12. *nu.* 43. loquens de tertijs Regibus debitis ab Eccleſiaſticis. Azeuedo *in l.* 11. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat. num.* 5. *& ſeqq.* & Laſarte *de Decima vendit. cap.* 19. *num.* 84. vbi de re, ex cuius venditione debetur gabella.

20 Et in puncto Bobadilla *in Polit. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 28. Pereyra *de Manu Reg. lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 22. & facta ſibi tali oppoſitione ab eodem Cala, videlicêt, Iudicem Laicum, vtî incapacem reſpectu perſonę Clericorum, etiàm in eorum res prohiberi manus inferre, vt ex multis probat Auguſt. Barboſa *de Vniu. Iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 39. *n.* 122. Reſpondet, quòd hoc non procedit, quandò fit pèr modum extraordinatię cognitionis, & Iuris ordine nõ ſeruato, ſed de facto, vendendo bona intercępta, eaque Fiſco applicari iubendo, *& num.* 188. ità concludit: *Et ratio eſt; quià quod commiſſum eſt ſtatìm deſinit eius eſſe, qui crimen contraxit, dominiumque rei vectigali adquiritur, vt inquit Vlpianus in l. Commiſſa, ff. de Public. & vectig. idque etiàm in bonis Eccleſiarũ procedit, vt probat text. in l. Iubemus, C. de Sacroſ. Eccleſ. quæ eſt repetita in l.* 2. *C. de Nauibus non excuſ. lib.* 11. *In quibus apertè legitur naues Eccleſiæ non excuſari ab onere ferendarum rerum, vèl perſonarum pròRepublica, & eam, quæ ſubtrahitur, publicari: pròut eam ſummant Bart. & Paulus de Caſtro, &c.* Latè Epiſcopus Fermoſino *in Tract. de Legibus Sæcul. in repetit. cap. Eccleſia Sanct. Mariæ, de conſtitut. quæſt.* 2. *nu.* 33. *& ſeqq.*

21 Hanc ſententiam, & Carolum Calam ſequitur D. D. Petrus de Salçedo *in dict. Tract. del Contrabando, cap.* 32. vbi benè cõprobat pluribus authoritatib⁹, & adducit *l.* 17. *tit.* 9. *lib.* 6. *Ordinam. Regij*, quę ità diſponit: *Por ende ordenamos, que ninguno no ſea oſſado de ſacar fuera de nueſtros Reynos oro, ni plata monedada, ni por monedar, ni otro auer, moneda, ni vellon; è qualquier que lo ſacare, que lo pierda todo, quier ſea Prelado, quier lego, quier*

quier Clerigo, ò eſſento, ò otra qualquier Perſona de qualquier eſtado, ò Dignidad que ſea. Et refert, Dianam *tom.7. reſolut. moral.tract.10.miſcell. reſolut.2.* impugnaſſe opinionem ab ipſo cõprobatam *in Tract. de Lege polit.lib.1. cap.4.num.15. & ſeqq.* in hoc, quòd præcepta, leges, & ſtatuta Principis laici, concernentia bonum publicum, & æconomicam totiùs Regni protectionem, & conſeruationem reſpicientia, Eccleſiaſticos ligent, ea ratione motum, ſcilicêt, leges, & ſimilia ſtatuta non poſſe eos coãctiuè comprehendere, & eum ſequutum eſſe Alexandrum Sperellum *vbi ſuprà.* Et licèt aſſerat, Carolũ Calam iàm reſpondiſſe, ipſe nouis, & ſolidis fundamentis ſententiã ſuam aſtruit, & corroborat.

22 Et idem tenendum eſt in omnibus exemptis àIuriſdictione Iudicis Sęcularis, vt ſunt Equites Ordinum Militarium, aùt alij, qui ex quacumque cauſa exemptionem pretendant; nàm ſi Lex, Pragmatica, ſeù Bannum imponat pœnam amiſsionis *ipſo Iure* alicuius rei, volens vt incidat in commiſſum in caſu contrauentionis; Religioſus Militaris, quamtumuis exemptus, poterit puniri à Iudice Sęculari quòad ipſam rem, quę incidit in commiſſum, auferente eam, & ſic declarante, vt probat expreſsè *dict.l.17.tit.9.lib.6. Ordinamenti,* ſuprà adducta, & tenet Bobadilla *in Polit.lib.2.cap.19. num.27.* loquens in pœnis cuiuſdam Pragmaticę, prô cuius tranſgreſsione ſic deciſum refert, ibi: *Y aſsi lo determinò eſtos dias el Conſejo contra dos Caualleros, vno del Abito de San Iuan, y otro de Calatraua, que auian traido almidon en las lechuguillas: y aunque declinaron la Iuridicion Real, no les valio.* Et ibi ſe remittit ad dicta *eodem lib.2. cap.18. num.72. & num.121.122.* quę eo modo intelligenda ſunt, vt animaduertit in terminis Thomàs Carleual *de Iudicijs, tom.1. diſputat.2. num.456. & 457.* eandem reſolutionem probans, & aſſerens in facto ſequutam ſatîs in ſpetie noſtrę quæſtionis, ibi: *Ex iuxtà hanc doctrinam in Supremo Indiarum Conſilio hiſce diebus deciſſa eſt cauſa criminalis denuntiationis fragmentorum argenti allati ex Indiarum Prouincijs, contra Regias prohibitiones, quæ aprehenſa ſunt à viſitatoribus claſis indicæ, & ſequeſtrata in domo commertij Indiarum Hiſpalenſi, cõtra Fernandum de Soſſa Equitem Ordinis Diui Iacobi Præfectum claſis nouæ Hiſpaniæ.* Cum quibus conuenit Pater Mendo *de Ordinibus Militaribus, diſquiſit.2. quæſt.2.num.81.*

23 Et nouiſsimè ex profeſsò quæſtionem diſcutit D. Ferdinandus de Eſcaño *in Propugnaculo Sacræ Religionis Militaris Sancti Ioannis diſceptat.13.cap.6.* vbi, fundatmẽtis vtriuſque ſententię propoſitis, tandêm *num.14.* cum Carleual *dict. nu.457.* hoc fœdere diſtinctionis materiam componit, & declarat, quôd ſi Lex, vêl Pragmatica, ſeû Bannum imponit pœnam amiſionis *ipſo Iure* alicuius rei, iubens, vèl

declarans incidere in commiſſum in caſu contrauentionis velũti ſi prohibeantur portari, veſtes, aũt arma, aũt extrahi, vèl introduci merces in Regnum, niſi fiat inſtrumentum profeſsionis, vèl nè fiat fraus Iuribus Fiſcalibus ſub pœna commiſsi, & aprehenditur res Religioſi Militaris, & ipſe Religioſus in fraganti crimine, & violatione legis; tùnc poſsit Religioſus Militaris, quamtumũis exemptus, puniri à Iudice Sęculari, quòad ipſam rem, declarante incidiſſe in commiſſum, & auferente eam, quià vt dictum eſt, eo caſu ſententia non eſt condemnatoria, ſed declaratoria, & non datur perſonę, ſed rei, & non proceditur in forma Iudicij, ſed de facto. Si verò Pragmatica, Lex, ſeũ Bannum imponit aliâm pœnam, quę non incurritur *ipſo Iure*, & Religioſus exemptus non aprehenditur; nêc res, eo caſu Iudex Secularis non poſsit procedere, nèc quòad perſonam, nèc quòad bona, ſed remittendus ſit reus ad ſuos Iudices, quę omnia & in Clerico procedere ait, quę diſtinctio congruere videtur genuinę Iuris, & legum rationi, ex ſuprà relatis doctrinis deductæ.

24 Et conſequentêr iuxtà hęc ipſemet Eſcaño *num.* 9. cùm comprobaſſet primam partem diſtinctionis, ſingularitèr prætèr omnes notat Clericum, vèl exemptum, rem tueri, & recuperare intendentem, debere comparere in Senatu Regij Patrimonij, his verbis: *Hoc enim caſu, cùm res ipſa aprehenditur, & cadit in commiſſum Clericus, vèl exemptus, ſi illam tueri intendit velùti actor, comparere debet antè Regium Senatum patrimonij, qui Iuriſdictione in Hiſpania vtitur contra quoſcumque, etiàm exemptos, impediẽtes adminiſtrationem Regalis Patrimonij.* D. Larrea *dict. allegat.* 64. ſicùt etiàm prò vectigalibus, ſeũ directibus, quos debent ſoluere prò rebus, quas introducunt in Regnum, iuxtà *l. 5. in princip. tit. 7. part. 5.* conueniri poſſunt corâm Iudice Sæculari, vt cum Gironda probat Curia Philippica *tom. 2. lib. 3. cap. 7. num. 25.*

25 Ex prædictis infertur diſquiſitio eius quæſtionis; àn ſcilicèt impubes, vèl alius quilibet minor ætate, non ſoluens vectigal, ſeù tributum rebus ipſis impoſitũ, aũt earum euectioni, aũt inuectioni in Regnũ, eodem Iure cenſendus ſit? vèl ſit immunis à commiſſo, & amiſsione rerum *ipſo Iure*, vèl ope reſtitutionis in integrum? In qua ſecernendum eſt Ius commune â Iure Patrio. Nàm Iure cõmuni attento, maior annis 14. non habet excuſationem à ſolutione tributi, vèl vectigalis, nèc ei ſubuenitur reſtitutionis fauore, *l. Imperatores 7. §. fin. ff. de Publican.* vbi non alitêr commiſsi pœna ob omiſſam talem ſolutionem ei remittitur, quâm ſi tributum, ſeù vectigal intrà diem trigeſsimum intulerit, & ità tenent Sfortia *de Reſtitut. part. 2. quæſt. 83. art. 4. num. 30.* & 31. Floridus Mauſonius *de*

Con-

*Contrabanis, quæſt.7.num.*4. At verò de Iure Regio hoc immutatum, & correctum fuit, & non ſolùm pupillis, ſed etiàm adultis, minoribus tamèn 25. annorum, à commiſſo, & eius pœnis inmunitas benefitio ætatis indulgetur, niſi dolo, & malo animo in tributi, vèl vectigalis defraudatione verſatus ſit, ità apertè definit *l.6.tit.7. part.5.* vbi Gregor. *Gloſſ.* 3. notat ex deciſione illius legis, iâm minoribus non fore reſtitutionem in integrum neceſſariam vt à commiſſo excuſentur, cùm *ipſo Iure* fauore ætatis ſint ſecuri. & ſequuntur Gutierrez *de Gabellis, quæſt.47.num.*25. Bobadilla *in Politica, 2.part. lib.*4. *cap.*5. *num.*40. Narbona *de Ætate requiſ. ad omn. act. anno* 25. *quæſt.*70. *à num.*1. *& num.*5. quòd hoc etiàm habet locum in gabellis, vèl alijs rebus, ad quarũ profeſsionem quis de Iure ſub certis pœnis tenetur. Curia Philippica *tom.2.lib.*3.*cap.*10. *num.* 35. ità concludens: *Aſsi lo dize vna ley ſingular de partida, que en no ſer neceſſaria la reſtitucion, corrige el Derecho comũ, que ſobre eſto diſpone.* Azeuedo *in l.*1.*tit.*18.*lib* 6. *Recopil.* vbi idem tenet cum alijs, & declarat apertiùs materiam *in l.*2. *tit.*1. *lib.*2. *Recopilat. à num.*19 *cum multis ſequentibus.*

26 Ex eadem præcipua ratione ſuprà comprobata, prohibitionis commertij afficientis ipſam rem, mutuatur lux, & declaratio Text. *in l.*1.*tit.*2. *lib.*9. *Recopilation. cap.*47. quę abſolutè prohibet cõputatoribus maioribus, & reliquis Miniſtris, & Officialibus in illo Tribunali Rei Dominicę inſeruientibus, emptionem Iurium, cõſignationum, ſeù punctuationum Regalium, & quemlibet contractum, vèl negotiationem ſupèr eis, nèc pèr ſe, nèc pèr interpoſitam perſonam, & addit: *So pena, que los dichos juros, y ſituaciones, y conſignaciones, que aſsi compraren, y ſobre que hizieren alguna contrataciõ, y aſsiento, ſean perdidos, y ſe conſuman para nos, y que demàs deſto ſean caſtigados conforme à la qualidad de ſu exceſſo, y delito.* Quo caſu indubiè aſſerendum eſt, omnes contractus, ſeù conuentiones factas contra hanc prohibitionem (quę extat etiàm in Regno Neapolitano pêr pragmaticas, & litteras Regias illius, vt deponit Maſtrillo *de Magiſtrat. lib.*5. *cap.*9. *num.*100.) nullas, infectas, & inualidas eſſe, & pèr conſequens, nullum Ius ex eis partibus quæſitum, & res ipſas ſic adquiſitas ad Fiſcum directò pertinere, & eas tamquâm proprias vindicare.

27 Et prætèr ſupradicta, comprobatur *in l. Imperator* 43. *ff. de Iure Fiſci*, vbi caſus in eo, qui ex tacito fideicommiſſo reliquit ei, cui ex legibus relinquere prohibebatur, nàm Fiſcus rem illam vindicat, *& ibi Gloſſ.* & Bartolus notant. Peregrinus *de Iure Fiſci, lib.*5. *num.*167. ibi: *Nàm interdùm delictum committitur cirà rem contra legis prohibitionem, & delinquens punitur in amiſſione ipſius rei, & in his caſibus de-*

linquens

linquens ipſo facto amittit dominium rei, & adquiritur Fiſco. Carpanus *ſuper nouis ſtatutis Mediolani in dict. cap. Omnium num. 565.* Guacinus *de Confiſcat. bonor. concluſ. 16. num. 1.* & benè probant Donatus Antonius de Marinis *lib. 2. reſolut. quotid. cap. 244. num. 10.* ibi: *Facit etiàm ratio, quià quãdò delictum patratur in ipſa re contra legem quæſita, ſtatìm dominium ipſius rei amiſit defunctus, &c.* D. Gregorius Ganauerro *conſ. 6. num. 41.* vbi prò hac concluſione adducit bonum Tex. *in l. 1. ff. de his, quæ prò non ſcriptis hab.* in illis verbis: *Nàm Senatus, cùm pœnas legis Corneliæ conſtitueret aduerſus eum, qui ſibi hæreditatem, vèl legatum ſcripſiſſet: eodem modo improbaſſe videtur, quo improbatæ ſunt illæ.* Quem ità in terminis intellexit Baldus *conſ. 206. num. 2. verſ. Ad quod dico, vol. 1. & conſ. 26. num. 1. verſ. Ad id dico, vol. 2.* vtrobiquè defendens pèr ſolam appoſitionem pœnę præſuponi actus nullitatẽ. Et hoc ſinè dubio procedere, quandò pœna apponitur ſupèr re à Iure prohibita, defendit Angelus *in conſ. 170. in fin. verſ. Nèc obſtat* pèr tex. *in dict. l. Non dubium, C. de Legibus,* vt ipſemet Ganauerro notat. D. D. Petrus de Salçedo *dict. cap. 29. verſ. En cuya verdad, & verſic. Porque quando la ley.*

28 Quod ſtabiliri poteſt alio non leui, nèc vulgari Iuris fundamento (quod non ęgre profiteor didiciſſe, ſicùt alia plura, & ſingulares obſeruationes, quas mihi libenti, & generoſo animo largitus eſt, ab Illuſtriſsimo D. D. Lopecio de los Rios, conſumatiſsimo Supremi Senatus, & Camerę Cõſiliario, de quo licèt aliqua dixerimus, *ſuprà Titulo 2. quæſt. 2. num. 31.* numquàm digno laudis encomio extolli poterit) deducto ex illis verbis: *Sean perdidos*; quandò enim lex, vèl ſtatutum, pœnam imponens, vtitur hoc verbo ſubſtantiuo *ſit*, vt putâ ſi dicat *infamis ſit, Anathema ſit*, ſignificat latam ſententiam, & *ipſo Iure* ſecundùm Gloſſ. *in l. Amiſsione, §. Qui deficiunt, verb. Lege lata, aliàs relegati, in fine, ff. de Capite minutis, l. Si qua mulier 4. C. ad Senatus Conſul. Tertullianum,* vbi imperator loquens de ea, quę intrà annum luctus nubit, ait: *Infamis ſit*, & Baldus *ibi num. 1.* obſeruat, his verbis: *In textu, infamis ſit, nota quòd verbum, ſit, vèl fiat, eſt Canon latæ ſententiæ.* & expreſsiùs dixerat *in l. 1. C. de Secundis nuptijs, num. 3.* ibi: *Infamis, ſcilicèt, ipſo facto: quià verbum, ſit, ſignificat ipſo facto, vt hìc, & facit ad ſtatutum quòd ſi quis fecerit quid tale ſit exbannitus, nàm intelligitur ipſo facto, ſinè miniſterio Iudicis, quod tene menti.* Et ità etiàm declarat prædictas leges Scipio Gentilis *in Tractatu de Secundis nuptijs, cap. 18. circà principiũ verſ. Tertiò de pœnis nubentium,* ibi: *Infamis autèm mulier ſit, ipſo Iure, ſtatìm contractis nuptijs ità vt, ſententia Iudicis opus nòn ſit, quià infamis efficiatur, vèl declaretur. cap. Si quis ex Clericis,* vbi Innocentius, & Immola *de Vita, & honeſt. Clericorum. Gloſſ. in cap. Licèt Canon, verbo*

Pri-

Priuatus de elect. in 6. & in cap. 2. verbo innodetur, in fin. de Hæreticis eodem lib.

29 Tiraquellus *in l. Si vmquàm, C. de Reuocan. donat. verb. Reuertatur, num. 149. & ſeqq.* vbi *num. 152.* concluſionem haûd dubiè procedere affirmat, quándò hoc verbum, *ſit*, iungitur participio præteriti temporis, *vt ſit excommunicatus, ſit priuatus*, vt accidit *in noſtra lege*, ibi: *Sean perdidos*, quam ſententiam, & Tiraquellum ſequitur Farinacius *in Fragment. crimin. part. 2. verb. Lex num. 147.* & etiâm comprobat, & exornat *eodem verb. num. 73.* ſub hac reſolutione: *Lex, ſeù ſtatutum, quandò loquitur pèr verba præteriti temporis, & ſic pèr participium temporis præteriti: tùnc intelligitur ipſo Iure, & ipſo facto, licèt non dicatur, vt putà ſi dicat benefitio ſit priuatus, vèl ſit mulctatus, vèl bannitus, &c.* Et probatur etiàm *in l. 11. tit. 10. lib. 5. Recopilat.* quę donationes factas in fraudem tributorum, & Iurium Regi debitorum nullas, & irritas declarat his verbis: *Que la tal donacion, ò traſpaſſamiento, ſea ninguno de derecho.* Vbi Azeuedo *num. 9.* prædicta confirmat, & Matienço pèr plures Gloſſas, & optimè comprobat Ioannes Aloiſius Catalanus *de Indulto, cap. 20. num. 51. & 52.* Auguſtinus Barboſa *lib. 3. voto 106. num. 15. & 16.*

30 Secundus caſus diſtinctionis propoſitę à D. D. Petro de Salçedo eſt, quandò bona, & merces natura ſua licitę, & permiſſæ commertiari, aprehenduntur tempore introductionis in hoc Regnum, mixtę cum alijs prohibitis, dolosè, & contra prohibionem procuratis deferri in illud. Quo caſu rectè procedit eius reſolutio: Nàm ſi in ipſo actu delicti, & contrauentionis reperiuntut, & aprehenduntur mixtę cum prohibitis, dolus, & flagitium volentis illicitas introducere ſub nomine, & permiſſu licitarũ, influit in eas, ſicùt in prohibitas, & inducit amiſsionem omnium in pœnam tranſgreſsionis mandatorum Regiorum, vt argum. *l. Emptor 38. §. Si agri, ff. de damno infecto*, in illis verbis: *Partes quoquè reliquæ à vitioſa parte traherentur.* tenet idem D. D. Petrus de Salçedo *in eodem Tract. cap. 15. in princip. & verſ. Pero en lo general.* & apertiùs probatur ex text. *in l. Si finita, §. Ex hoc edicto, ff. Eodem, vbi gloſſ. verb. Vnita*, ità ait: *Vnita, aliàs iuncta, & aliàs mixta, tùnc enim pars non vitioſa eſt mixta vitioſæ; vndè vitium ab ea contrahere videtur, & ideò cauetur pròea, &c.*

31 In qua quæſtione Baldus, & Salycetus *in l. Cùm proponas, C. de Nautico fœnore*, pòſt Cynum, & Albericum de Roſate, tenent quòd omnia confiſcantur, ſiuè ſint portantis, ſiuè alterius, tamèn ſcientis, & conſentientis, aliàs non, pèr *dictum text.* ibi: *Vt auara, & inciuilis audatia eius compeſcatur*; & *in l. Cotem, §. Dominus, ff. de Publican. & vectig.* quos refert, & ſequitur Guido Papa *quæſt. 572.* & Boërius *deciſ. 178. num. 25.* Peregrinus *de*

Iure

*Iure Fiſci, lib.6.tit.5.nu.*30. Regens Ponte *deciſ.Supremi Conſil.*29. *nu* 2. Ariſminus Tepatus *in Compendio variar.ſentent.lib.*2. *tit.de Commiſsis, & pœnis fraudantium pedagia,gabellas,& datia, verſ.Si prohibitæ mercantiæ,&c.* Azeuedo *in l.*25.*tit.*18. *lib.*6. *Recopilat. à num.*17. *vbi num.* 26.cum Alberico *de Statutis,par.*2. *quæſt.* 4. *num.* 5. diſtinguit inter merces natura ſua ſeparabiles, & inſeparabiles, vt frumentum, & alię ſimiles, & licèt aliqui Doctores relati à Bobadilla *in Polit.lib.*4. *cap.*5.*num.*22.*litt.E.*ſentiant ſolùm merces illicitas confiſcari,nó verò permiſſas. Tamèn ſupradicta opinio vera, & tenenda eſt præcipuè in omnibus caſibus, in quibus lex, ſtatutum, ſeù bannum imponit pœnam amiſsionis bonorum contrauenienti,vt notat Albericus *dict.num.*5.

32 Et ſic, de Iure Regio in praxi ſeruari, teſtatur Bobadilla *dicto num.*22. & latè comprobat D.D.Petrus deSalçedo *dict.cap.*15. *in principio*, vbi *in nota marginali, num.*2.& 3. quàmplures Doctores ad id cumulat, & repetit *dict.cap.* 29.*verſ.De aquiſe deduce*, & vtrobiquè declarat quòd ſi iâm tales merces portus, & limites egreſſę ſint, licèt reperiantur in domibus priuatorum illę quę licitę, & permiſſæ ſunt mixtę cum illicitis non amittuntur,nèc confiſcantur, quià cùm ceſſet potiſsima ratio aprehenſionis, & notorietatis delicti in fragranti,&ſic ſubtrahatur certa,& euidens illa probatio, quę ex ipſo actu incurſionis in pœnam reſultabat, & poſsit dubitari de eadem commixtione tempore introductionis, in hoc dubio nôn debet damnari tali pœna, vt ibi comprobat; quià in hac materia aprehenſio neceſſariò requiritur, ex doctrina Gloſſ. *in leg.Barſatorem,C.de Fideiuſs.* quam ſequuntur Bartolus *ibi & in l.*1. *ff.de Adquir. poſſeſs.*& Cynus *in l.Licèt,C.Eodem.* Angelus *de Malefitijs,in verb.dictus Andræas num.*7.in deferente arma, ſeù alias res contrâ ſtatutum,quòd nòn poſsit puniri,ſi nòn inueniatur, & aprehendatur cum eis, ut latè comprobat Farinac. *in Praxi, tom.*3.*part.*1.*quæſt.*108.*à num.*133. *cum ſeqq.* Cæpola *in repetit. legis ſi fugitiui, C.de Seruis fugitiuis, nu.*74. Mauſonius *de Contrabannis, quæſt.* 2. *pèr totam, vbi num.*7. hanc partem tamquàm veriorem,communem,& probabiliorem ex rationibus ibi pèr eum adductis, ſequitur,& plures noſtri Regni Authores referens Zeuallos *tom.*1. *comm. quæſt.*651.vbi *in fine* ait,quôd hæc opinio verior eſt, & ità practicatur.Auiles *in cap.*52.*Prætorum,gloſ. en la tierra,num.*21. D.D.Ioannes Baptiſta Valençuela *tom.*1.*conſ.*52. *à num.*35. *cum multis ſeqq.* & *num.* 45. argum. *Legis nemo* 1. *C.de Prætoribus*, & *honore Prætur æ*, *lib.*12. *l.Legatus* 12. *de legation. l.Plerique, ff.de in Ius vocan.*& alijs authoritatibus, ponderat quòd regularitèr merces, & alia bona quę in domo ſua quis habuerit,plena debent ſecuritate gaudere.

33 Quod

33 Quod de Iure noſtro apertè deciſum eſt *in l.2.tit.13. lib. 3. Recopilat. in fin.* in illis verbis: *Ordeno, y mando, que auiendo paſſado las mercaderias que ſe traen à eſtos Reynos de los Puertos, y Aduanas de ellos, no ſe pueda hazer, ni haga cauſa de denunciacion, ni viſita por ningun Iuez, ni juſticia, ni por el Almirantazgo, ni ſus Miniſtros, aunque ſe diga, y pretenda que las mercaderias ſon de Contrauādo, y de las que eſtàn prohibidas en el comercio en eſtos Reynos: Pues à la entrada dellos en los Puertos, y Aduanas podràn hazer las viſitas, y diligencias neceſſarias para preuenir què no entren las mercaderias, que fueren de contrauādo, y las otras, cuyo comercio eſtuuiere prohibido.* Quæ diſpoſitio reualidatur *in nota fin. poſita in fine, tit. 18. lib. 6. Recopilationis*, qui eſt, *de las coſas prohibidas ſacar del Reyno.* Et eam commendat, & exornat D. D. Petrus de Salçedo *ad nouas leges Recopilationis, in eadem l.2. numer.37.* Vbi hanc rationem reddit, quòd cũ adductionis mercium prohibitio Iure poſitiuo conſtituta ſit, contrarium verò conforme ſit Iuri Naturali, quo commercia omnibus ſunt libera, *l. Mercatores, C. de Commertijs, & mercator. l. penultim. vbi ſcribentes, C. de Pactis*, Ideò iuſtè cautum fuit à Noſtris Regibus, vt tùnc in commiſſum merces incidant, cũ in Portu inueniuntur, tranſacto verò limite, ſeù Portu à Rege præfinito liberæ remaneant. Curia Philipica *tom. 2. lib. 3. cap. 9. num. 20.* vbi referens *l. 35. in fin. tit. 18. lib. 6. Recopilationis*, quæ permittit aperire, & patefacere fardellos, ciſtas, & alia, in quibus merces intromittuntur, *& l. 1. in §. Item, que la perſona, tit. 32. lib. 9. Recopilation.* quæ ei conuenit, ità declarat: *Lo qual ſe entiende en los Puertos, y partes donde entran, y ſalen las mercaderias al tiempo dello, en que eſtas leyes y ordenança lo diſponen, y no en otras partes, ni deſpues, en que no lo diſponen, por euitar moleſtia en ello, &c.* & ibi notat *l. 8. tit. 7. part. 5.* quę hanc manifeſtationem prohibebat, corrigi pèr *dictas leges*; quod etiâm tenet Eſcalona *in Gazophilacio Regio, lib. 2. part. 2. cap. 12. num. 16. in notis, litt. T.* vbi quòd in practica horum Regnorum ſic obſeruatur.

34 In tertio caſu prædictæ diſtinctionis (ſcilicêt, quando talia bona, & merces in commiſſum incidiſſe prætenditur, ex eo, quòd eorum profeſsio in Portubus, & confinibus, pèr Regem ad manifeſtationem faciendam aſsignatis, omiſſa ſit) tenet D. D. Petrus de Salçedo, creditores Fiſco præferendos, ea ratione, quia cùm dominium à tempore antè in Domino reſideat, & Ius Fiſci ſolũ oriatur, & reſultet ex delicto, & fraude non factæ profeſsionis, neceſſariò debent Creditores anteponi, & Fiſcus ſolûm habebit, quod illis ſatisfactis ſupererit.

35 Sèd reuerà hæc aſſertio videtur exactiorem indaginẽ requirere, nèc quidem inutilitèr, nàm

nàm intêr omnia Regalia, & Regios prouentus, maioris quæſtus, & ęſtimationis eſt Ius illud, quod in portuum, ſeù littorum vectigali conſiſtit, & communitèr appellatur Portorium, & ſoluitur tàm ratione euectionum, & tranſportationum rerum, & mercium, quę fiunt pèr terram, quàm egreſſus, & ingreſſus earum pèr portus maris, maximè ex his, quę ex ditiſsimis, & ſpetioſis Indiarum Regnis aſportantur, de quo agitur *in cap. 1. quæ ſint Regalia, & in l. Intèr publica, §. 1. ff. de Verborum ſignif.* vbi Rebuffus, Alciatus, & alij, *l. Si cùm hermes 7. C. de Locato*, iunctis *legibus 5. & 7. C. de Vectigal. & commiſsis, l. Omnium 6. C. Eodem*, vbi Impp. ità commendant: *Vectigalium enim non parua functio eſt, quæ debet ab omnibus, qui negotiationis, ſeù transferendarum mercium habent curam, æqua ratione dependi. l. 11. in principio, tit. 28. part. 3.* vbi Gregorius *gloſſ. 1. & 2. l. 5. tit. 7. part. 5. in principio*, & meliùs *l. 25. tit. 9. part. 2.* vbi ponitur declaratio huius verbi: *Almojarife*, id eſt, *Oficial que ha à recabdar los derechos de la tierra por el Rey, que ſe dàn por razon de portazgo*, de quibus ex profeſsò ſtatuitur *à tit. 22. Vſquè ad 26. lib. 9. Recopilat. & tit. 31. & 32. eodem libro*, cum alijs adductis à Cujacio *lib. 6. obſeruat. cap. 28. & lib. 9. cap. 24.* Laſarte *de Gabellis in præfat. num. 6. & 16.* Parladorus *lib. 1. quotid. cap. 3. num. 9.* vbi pèr *totum caput* vectigalium materiam, ad Regiarum legũ interpretationem, mira quadam breuitate perſtringit. Auguſtinus Barboſa *in Collectan. ad titulum, C. de Vectigal. & commiſsis*, vbi plures cumulat. Thomàs del Bene *in Tract. moral. tract. 6. cap. 4. dubit. 1. num. 3. & pèr totam, maximè nu. 12.* Anibal Moles *in deciſ. Reg. Cam. §. 15. in princip. à num. 9.* nouiſsimè Balmaſeda *de Collectis, q. 1. num. 6.* Camilus Borrelus *de Præſtantia Reg. Cathol. cap. 8.* Roſental *de Feudis, cap. 5. concluſ. 23.* Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 3 cap. 10. num. 290.* Ramirez *de Lege Regia, §. 26. ex num. 35.* Caſtillo *tom. 7. controuerſ. de tertijs, cap. 41. num. 117.* Alfaro *de Offic. Fiſcal. gloſſ. 20. §. 1. & 2.* D. D. Ioannes de Solorçano *de Iur. Indiarum, tom. 2. lib. 4. cap. vnico, num. 52. & ſeqq.* vbi quôd, pòſt inſtitutam nauigationem ad noſtras Indias Occidentales, tanti hoc vectigal haberi cepit, ut fuerit neceſſarium de eo peculiarem titulum facere, qui eſt *26. lib. 9. Recop.* & inſcribitur *del Almojarifazgo de las Indias, y condiciones con que ſe arrienda.*

26 Ad hunc ergò effectum ſolutionis vectigalis, ſeû portorij profeſsio, & manifeſtatio indicitur à Iure, quę communitèr dicitur *Regiſtro*, & cùm ſempèr mercatorum, & hominum negotiationi intendentium, mulcę, & exquiſitę fraudes, & ſubterfugia ad ea Iura ſubtrahenda excogitentur, maiori cura ſtatuta eſt, & Indiès ſub grauioribus pœnis commendata, àc prohibita ea omiſſa introductio.

27 Nàm

37 Nàm de Iure communi res, quę extrà regeſtũ intromituntur, incidunt in cómiſſum, in quo caſu procedit *l. Fraudati, l. Cõmiſſa, ff. de Publican. & vectig.* vbi omnes Scribentes, *& in l. vn. C. de Littorum, & itinerũ cuſt. lib. 12. l. Interdũ 16. §. Idem, ff. de Public. l. fin. §. Si quis profeſſus, ff. Eod.* vbi Bart. & DD. Maſcard. *de Probat. tom. 2. concl. 834. pèr tot. & maximè n. 14. & 19. & concl. 835. ſeq. n. 1.* Peregr. *de Iur. Fiſc. lib. 6. tit. 5. n. 31.* Alfaro *de Offic. Fiſc. gloſſ. 20. §. 3. n. 70.* Maſtril. *de Magiſtr. lib. 3. c. 10. n. 229.* vbi alios citat. Carleu *de Iudic. tom. 1. diſp. 2. q. 3. n. 159. verſ. Hanc tamèn ſublimitationem,* benè Matth. Coler. *de Proceſ. exec. p. 1. c. 3. n. 79. & ſeqq.* vbi probat, quòd etiã ſi merces, in quibus contingit hęc fraudatio portoriorũ, de Iure ciuili cõmitantur *ipſo Iure*, non tamèn Fiſcus ità cõfeſtim debet occupare poſſeſsionẽ, ſi fortè reperiatur cõtradictor, qui neget confiſcationi locum eſſe, niſi præcedat ſententia declaratoria cõmiſsi, Bart. *in dict. l. Cõmiſſa pòſt gloſſ. ibi, & in l. hi, qui, pèr illum tex. C. de Iur. Fiſc.* & notat bonũ tex. *in l. Defenſionis facultas, C. de Iur. Fiſc. lib. 10.* quã Cujac. ità ſummat: *Bona, quæ poſſeſſor ſibi defendit, & ad Fiſcũ minimè pertinere cõtendit, Fiſcus poſsidere, diſtrahere, vèl deſcribere non poteſt, antequàm, re diſceptata, locum eſſe Fiſco probatũ, & pronuntiatũ fuerit.* Franc. Marc. *to. 2. q. 422. n. 1. & 2.* Tepato *lib. 2. var. d. tit. de Cõmiſsis, & pœnis fraudantiũ pedagia, &c. verſ. Pedagiũ vbi fraudatur.* Bolañ. *in Cur. Philip. tom. 2. lib. 3. c. 7. & c. 10.* Eſcal. *in Gazophil. Reg. lib. 2. p. 2. c. 12. n. 1. & ibi nota margin. litt. A.* Guacin. *de Cõfiſc. bon. concl. 13. amplia. 82. nu. 1. & n. 7.* Perez *in l. 11. tit. 3. lib. 1. Ordin. verſ. Quæritur vlteriùs.* Cabed. *dec. 62. p. 2.* vbi probat in cauſa cõmiſsi, quod alius incurrit proptèr exportationem mercium domino inſcio, dominũ poſſe cõparère ad eas à commiſſo liberandas.

38 *Et in l. 17. tit. 18. p. 3.* ponitur forma cuſtodiendi portus, vt prædicta ſoluantur, *& d. l. 5. tit. 7. p. 5.* ità apertis verbis ſtatuit: *Otroſi, dezimos, que todos los Mercaderes que lleuaren mercadurias del Reyno, ò las traxeren, y q̃ deben ir por los lugares dò ſe ſuele pagar el portadgo, è dezir verdad à los Almoxarifes, de quantas coſas traen, ò lleuan, non encubriendo ninguna coſa, por fazer perder el portadgo à aquellos q̃ lo tomaren por nos. E ſi algunos cõtra eſto fizieren, mandamos, que quanto de eſta guiſa encubrieren q̃ lo pierdã.* Et ibi Greg. *gloſſ. 15.* addit. *Statìm ipſo lure, vt in l. Commiſs. ff. de Public.* & ſe remittit, ad dicta *in l. 6. ſeq. gloſſ. 5. verb. Aforraſſe,* vbi prò explicatione *l. 1. C. de Vect. & comm.* in qua ſeruus improfeſſus rectè manumititur antè quæſtionẽ cõmiſsi motam, ſentit quòd pèr leges partitarũ, licèt ſit omiſſa profeſsio, oportet dicere, non incidere *ipſo Iure* rem in cõmiſsũ, ſed exigi ſentẽtiam, vt ait probari *in illa l. 6. verb. pierdan* nõ ſignificat *ipſo Iure*, ſed pèr ſententiã, *ex gloſ.* & DD. *in l. Siquis in tantam, C. vndè vi.* Felin. *in c. 2. col. 2. de reſcriptis.* refert, & ſequitur Euia Bolañ. *in Cur. Phil. d. lib. 3. cap. 10. n. 16.* vbi ità declarat: *En la pena de cõmiſſo, y perdimiento de las*

coſas vedadas, ſe incurre ipſo Iure por el miſmo hecho de ſacarlas, ò meterlas, como conſta de las leyes que ſobre eſto tratan, en ſus lugares citadas, en quãto dizen, ayan perdido, q̃ ſignifica ipſo Iure, y lo declaran vnas leyes dellas Recopiladas. Y aunq̃ lo miſmo era por Derecho Ciuil en las coſas deſcaminadas, y fuera de regiſtro, ſegun vn texto, no lo es en ellas por Derecho Real, ni ſe incurre ipſo Iure en ſu pena, ſino q̃ es neceſſario auer ſentẽcia para ello, como cõſta de las leyes q̃ ſobre ello diſponẽ en ſus lugares citadas por aquellas palabras dellas, pierdan, q̃ no ſignifica ipſo Iure, ſino por ſentẽcia, ſegũ vna Gloſſa, y los Doctores, y en eſpecie Gregorio Lopez por ella, y ellos, y vnas leyes de partida; ſaluo, ſi en eſto ſe impuſiere la pena ipſo Iure. Et prò maiori declaratione *d.l.1. C. de Vectig.* vidẽdi ſunt Barboſa *in eius Collect. n.3.* & D. Salç. *d.cap.29. circà finem, verſ. Lo ſegundo.* Euia Bolaños *vbi proxim. n.20 & eod.lib.3.cap.7.n.23.*

39 Sèd de Iure noſtro Regio pèr leges Recopilationis, & alias ordinationes, & Regias Schedulas, apertè definitũ extat, in iſtis caſib⁹ illationis, & introductionis mercium in Regnũ contra prohibitionem, & non ſeruata eius forma, & ſolemnitate, commiſſum, & cõfiſcationem cauſari, & incurri *ipſo Iure, & ipſo facto*, vt videre licèt in *legibus* cõtentis *in tit.18.lib.6. nouæ Recopilat.* maximè *in l.26.* ibi: *Y ſea todo para nueſtra Camara, ſin otra ſentencia, ni declaracion. & in l.27. ſeq.* ibi: *Y los que lo cõtrario hizieren, ò cõſintieren, ò dieren à ello lugar, que por el miſmo hecho ayan perdido, y pierdan todos ſus bienes, y que ſean cõfiſcados, y aplicados para la nueſtra Camara, y Fiſco, & c.l.3. & 4. & l.11. tit.25. lib.9. Recopil.* ibi: *Que los pierdan por deſcaminados*, & paulò inferiùs *in fin. Y que ellos, y ſus Guardas los puedan tomar por deſcaminados, ſin licencia de Iuez, dò quier que los fallaren. l.7. tit.24. l.1. §.5. & ſeqq. & l.2. §.11. tit.31. & l.1. & 2. tit.32. eod. lib.9.* quas, & alias authoritates ad id recenſet Euia Bolañ. *in Curia Philip. d. lib.3. cap.8. n.3. & 4. Et pèr tot.* agit de tali profeſsione, & pœnis indictis eam omitentibus. circâ quod peculiari nota digna eſt *l.14. tit.26. lib.8. nouæ Recop.* in qua enixis præcibus omnibus Iudicibus iniungitur obſeruatio legũ, & Pragmaticarũ ſanctionum, & pœnarũ ſub quibus extractio ex his Regnis, vèl introductio in ea taliũ rerum prohibita eſt, & inhibita compoſitio, vèl earum moderatio, ſeù diminutio, & imponitur contrauenientibus ſolutio pœnę cum augmento quadrupli, cuius meminit Villadiego *in Polit. cap.5. inſtructionis §.52. num.46.*

40 *Et ordinationes* 157. & 203. *intèr ordinationes domus contratationis Indiarũ Hiſpali exiſtentis*, idem ſtatuunt in rebus, & mercibus ad earum Prouintias traductis, vt notant Alfaro *de Offic. Fiſcal. gloſſ.20. §.3. n.70.* ibi: *Si verò fraus, ſiuè delictum fiat in non profeſsione, & apùd nos dicitur, falta de regiſtro, res cadit in cõmiſſum, quod pluribus ordinationibus cauetur, & mandatis Regijs.* D. Gaſpar de Eſcalona *in Gazophil. Regio Perubico, lib.2. p.2. cap.12. vbi*

à n.2. & pèr eius §§. agit de omnibus ſchedulis, & ordinationibus commertium, & traficum prohibentibus in Indiarum Regnis, & omnibus eorum ditionibus, & Prouincijs, tàm intèr ſe, quàm circà introductionem rerum, & merciũ in eas exquacũque parte, & tranſportatione in hoc Regnũ, & qua ſolẽnitate fieri permitatur, & verè omnia ſpecialia, quę in materia excogitari poſſunt, ſumma cura exponit, *& §.4. eiuſdem capitis n.1.* agit de regeſto, & ait omnes merces, quę ſinè eo transfretãtur cauſa fraudandi vectigalia, ſeù portoria, ad Regem ſpectare, ex ſchedulis, quas refert, *& n.5.* de eius forma.

41 D.D.Ioan.de Solorçan. *de Iur.Indiar.tom.2.lib.4.dict.cap.vnic. n.54. & numeris antecedentibus, & ſubſequentibus,* latè, & elegantèr de materia; & maximè *à n.63. vſquè ad* 72. de prædicta prohibitione, & profeſsione earum rerum, & mercium bona fide facienda, *& eodem tom.2.lib.1.cap.*18. agit de tributis, & his impoſitionibus, & probat Principem ſibi magîs conſulère, ſuoſque redditus magîs augere, cùm hæc tributa, & portoria minuit, adducto Caſiod. *lib.4.epiſt.*38. hoc Regijs Miniſtris ſuadẽte, his verbis: *Sèd à nobis, qui Fiſci vtilitatem ſtabili volumus diuturnitate conſiſtere, excludenda eſt diſpendioſa ſempèr enormitas, nè augmento ſuo tumens ſumma deficiat, incipiatque magìs deeſſe, quià immanitèr viſa eſt accreuiſſe.* & pluribus alijs authoritatibus; & addit inexplebilem auaritiam, & crudelem exactorũ audatiam, qua tributarios, & mercatores exinaniunt, & ſœpê ad deſperationem inducunt, de qua ex profeſsò ſermonem facit *in Emblematib. Regio politicis, emblem.*84. vbi *num.*16. ità in puncto ratiocinatur: *Quæ loca ego ſœpè in Supremo Indiarũ Senatu, dùm ibi Conſiliarij munere fungerer, prò ſuadendis leuioribus à negotiantibus Indicis exactionibus allegaui, non dubitans hoc pacto longè maius incrementũ Fiſci viribus, annis ſingulis acceſſurum, indicoſque hos piſces, vt ille Euangelicus apùd Mathæũ, ſtatere in ore allaturos, merceſque omnes, aurum, argentum, & facultates ſuas abſquè vllo dolo, àc fraude in actis, ſiuè regeſtis publicis profeſſuros, quas, quià ſe exuiſcerari ſentiunt, abſcondunt, & ſœpè (quod magis dolendum eſt) ad nationes hoſticas transferunt.*

42 Ex quo ſequitur, quòd prædicta aſſertio non poſsit abſolutè, & generalitèr accipi; nàm ſi ſolũ profeſsio ſtatuta ſit ſub aliqua pœna, tùnc rectè procedet quòd creditores Fiſco præferantur, ſed quãdo res, ſeù merces cõtra legem ordinationem, ſeù bannum talem profeſsionem præcipiens ſub expreſſa pœna amiſsionis, ea neglecta, & ad fraudãdũ vectigal pèr dolum omiſſa, introducũtur, eodem Iure commiſsi cenſeri debent, ad hoc vt dominium eo ipſo amittatur, & Fiſco quæratur, & pèr conſequèns ipſe creditoribus in illis rebus anteponendus ſit *ex Iuribus, & authoritatibus relatis.*

43 Reſtat quarta ſpecies, ſeù caſus diſtinctionis ſuprà tradditę, videlicèt, quandò profeſsione re-

rum, ſeù mercium facta, omittitur, & defraudatur pedagij, vèl portorij ſolutio etiâm per dolum, & hoc caſu res non incidunt in cõmiſſum, ſed de Iure communi talia Iura, & dirictus duplicantur, *l. Aufertur, §. 1. ff. de Iur. fiſc l. 1. C. de his, qui ex publ. ratiocin. lib. 10.* nàm attentis dictis Iuribus, regularitêr fraudans Fiſcũ in quæſitis, in quadruplum punitur, ſi autèm fraudet in quærendis, punitur in duplũ, vt ex eis, & alijs probant Lucanus *de Fiſco, 1. p. n. 75.* & Peregr. *de Iur. Fiſc. lib. 4. tit. 7. n. 18. l. fin. §. Diui el 2. ff. de Public.* Bart. & reliqui DD. *in dict. l. Cõmiſſa, ff. Eod.* Salyc. *in l. Nequè, C. de Vectigal. & commiſsis,* vbi ità diſtinguit, quòd aut eſt omiſſa profeſsio, & ſolutio, & tota res perditur, vt ibi, aùt profeſsio non eſt omiſſa ſed ſolutio, & tùnc octaua quę ſolui debuit duplicatur, *vt in d. §. Diui.* Abbas *conſ. 68. in princip. vol. 1.* Cumanus *conſ. 5. col. 2.* Bertachin. *in tract. de Gabellis, p. vlt. n. 6.* Ferretus *in eod. tract. n. 193. & num. 238.* & cum alijs Rolandus à Valle *conſ. 42. n. 8. vol. 3.* Ariſmin. Tepatus *lib. 2 var. d. tit. de Commiſsis, & pœnis fraudantium gabellas, &c. verſ. Profeſsio mercium vbi eſt facta, ſed omiſſa pedagij ſolutio, merces non cadunt in commiſſum, ſed duplicatur pedagium,* benè Gregor. Lop. *in l. 5. tit. 7. p. 5. gloſſ. 4.* Anibal Moles *in deciſ. Regiæ Cameræ, §. 6. q. 1. n. 6. & q. 2. ſeq.* agitat quæſtionem in caſu, quo facta metciũ profeſsione, vectigal non eſt ſolutum, negligẽte publicano, ân tûnc dirictus præteriti poſsint exigi? & declarat *d. l. fin. §. Si quis pro feſſus, ff. de Public.* qui de hoc agit.

44 Et de Iure Regio portoria, ſeû pedagia quadruplicantur, vt probat *apertus text. in l. 7. tit. 11. lib. 6. Recopil.* in illis verbis: *Y que los mercaderes que paſſaren ſus mercaderias ſin pagar el portazgo, dò ſe debe, ayan de pena el quatrotanto del portazgo, y no perdimiento de las mercaderias,* vbi Azeued. *n. 9.* & notant Alfaro *de Officio Fiſc. gloſſ. 20. §. 3. nu. 69.* ibi: *Hoc autem Iure noſtro ceſſare videtur, nàm ob vectigal non ſolutum, res non cadit in commiſſum, ſed vectigal quadruplicatur.* D. Gaſpar de Eſcalona *in Gazopil. Regio, lib. 2. p. 2. dict. q. 12. §. 4. num. 11.* Euia Bolaños *in Curia Philip. 2. p. d. lib. 3. §. 7. nu. 4.* vbi declarat, quòd in hoc quadruplo continetur, & cõputatur ſimplũ, id eſt, ſors principalis pedagij. D. D. Petrus de Salç. *d. cap. 29. verſ. En el quarto caſo.* Vndè rectè procedit, quòd in hoc caſu creditores anteriores præferantur, & Fiſcus nullum priuilegium, nèc prærogatiuam habeat.

45 Manet ergò tamquâm certa, & conſtans reſolutio, quòd quoties pèr legem, ſtatutum, ſeù bannum prohibitio dirigitur in res ipſas, vèl ex earum natura, & fabrica, vèl ex ceſſatione, & interdictione commertij, vêl ob defectum profeſsionis in portubus, & confinibus, & defraudationis vectigalium, ſeù dirictuum tempore introductionis, vèl extractionis ſub expreſſa pœna commiſsi, tùnc dominium *ipſo facto*, & *ipſo Iure* adquiritur Fiſco, qui res non tamquàm potior, ſed tamquàm ſolus vin-

vindicat,& pèr conſequens in illis non debet dari concurſus, nèc creditores poſſunt ſe opponere, & eius Ius impugnare:Si verò ſolùm ſtatuatur pœna alia in contrauenientem, tûnc non eſt locus cómiſſo,nèc prælationi, ſed creditores anteriores prę ferentur.

46 Et rationi ab Euia Bolaños perpenſę *dict. cap.*10. *num.*10. prò fundamento ſuę ſententię *ſuprà num.6.* relatę, & itèm à reliquis Doctoribus eam ſequentibus, ſcilicèt, bona, ſeù res confiſcatas ad Fiſcum ſpectare cum obligatione ſatisfaciendi creditoribus anterioribus, facili negotio reſpondetur: Quòd hæc cõcluſio,& omnes illationes ex ea factę procedunt quantûm ad actionem, & Ius Fiſco cõpetens ad exactionem pœnę pecuniarię à lege, ſtatuto, ſeû ſententia impoſitę; non verô quandò Iure propio tamquàm Dominus vindicat, & vero dominio occupat bona, & res,legis miniſterio, & ex diſpoſitione legali, ità in dictis caſibus contrauentionum præcauente, vt comprobant Acoſta *de Priuileg. credit. regula 2. ampliat.7. à num.*170. & meliùs in puncto D. D.Petrus de Salç. *dict. cap.29. verſ.Porq̃ todo lo que notan, fol.*167.& *verſ. Y eſto procede, ſtatim ſequenti.* ait hoc procedere,quãuîs ſententia declaratoria delicti debeat interuenire,quiâ Fiſcus in his caſibus non concurrit Iure prælationis;ſed rei vindicationis,&cùm tempore quo declaratur tales res, ſeù merces cecidiſſe in cõmiſſum, appareat ſempêr ad Fiſcum ſpectaſſe,nèc vllum dominium adquiſiuiſſe illum, à quo aprehenduntur; ideô nil mirum quòd liberè ad eum pertineant ſinè aliquo onere, nêc obligatione creditoribus ſatisfaciendi.

QVÆSTIO XXVIII.

Quid obſeruandum ſit, quando tàm Fiſcus, quàm creditores,concurrentes prò pœnis,& condemnationibus,ſunt eiuſdem tituli?

Summarium Quæſtionis Vigeſsimæ octauæ.

Num.1.Fiſcus prò pœnis,& condemnationibus cedit creditoribus anterioribus delinquentis,habentibus Ius ad eius bona ex contractibus, non ſi ſint etiàm ex delicto.

2 *Pœna pecuniaria ſi indicatur pèr contractum,legem,aùt ſententiam, ità vt Fiſco dimidia, & alia dimidia priuato competat, ſi bona rei ſint ſufficientia, Fiſcus totam exiget, & cum parte diuidèt.*

3 *Sèd ſi bona non ſufficiant; àn concurrant prò rata? vèl Fiſcus præferatur?*

4 *Refertur ſententia tenens æqualitèr concurrere debere.*

5 *Contraria ſententia, Fiſcum in hoc caſu præferens priuato, probatur, & aprobatur num. 6. & 7.*

8 *Reſolutio prædicta ſolùm procedit in mera condemnatione pœnarum, & calumniæ, ſeù delicti, non verò in quatitate conſignata parti, vèl ex contractu, vèl ratione damni, ſeù intereſſe, nàm in hoc pars præfertur Fiſco, & num. 9. Fiſcus quandò agit prò lucro, ſemper præfertur ei pars prò damno, & exemplificatur in fure condemnato in quadruplum, vbi pars prò ſimplo præfertur, prò duplo verò poſtponitur.*

10 *Pœna remmiſſa, quæ lucrum eſt, non cenſetur remmiſſum damnum, vt in abolitionibus generalibus ob publicam cauſam factis, remmiſsio pœnæ intelligitur commiſsi, vèl fraudis, nõ diricturum, vèl portorij, quod debebat ſolui, nèc reſpectu delatoris, ſeù accuſatoris, qui habebat Ius quæſitum ad aliquam partem pœnæ.*

1 IN *hoc Titulo* 5. non ſemèl diximus Fiſcum prò pœnis, & cõdemnationibus nullo modo creditoribus condemnati anteponi, immò eis cedere, quod declarandum eſt, vt procedat in creditoribus anterioribus ex contractu, vt ex ſupràdictis patet; nàm ſi tàm Fiſcus, quàm creditores ſint eiuſdem tituli, tùnc materia ità percipienda eſt.

2 Quòd ſi pèr contractum, legem, aùt ſententiam pecuniaria pœna alicui indicitur, diuiſa in hunc modum, vt Fiſco dimidia, priuato altera dimidia competat, ſi reus condemnatus habeat in bonis ſufficientem quantitatem prò ſatisfactione cõdemnationis, Fiſcus totam exiget, & cum parte communicabit, vt Bartol. ab omnibus ſcribentibus ſequutus, *in l. 1. C. de Venditione rerum Fiſcal. cum priuat. comm.* deducit ex *illo text.* & idem Bartolus *in l. Senatus, §. Senatus, ff. de Iure Fiſc.* Salycetus *in l. 3. verſ. Vlteriùs ab extrà, C. Ad legem Cornel. de falſis.* Baldus *in l. 1. C. Nè Fiſcus rem, quam vendidit, euinc. antè num. 1. lib. 10.* Angelus *in l. Lege, §. fin. ff. ad Syllanian. & in l. Eum, qui § Popularib ff. de Iure Iuran.* Igneus *in dict. l. Lege, §. Ex hoc edicto, num. 40.* Farinacius *in Praxi, quæſt. 100. cap. 1. num. 13.* Peregrin. *de Iur. Fiſci, lib. 4, cap fin. num. 32.* Fuluius Conſtantius *in dict. l. 1. C. de Vendit. rer. Fiſcal. cum priu. commun. num. 75. & num. 78.* contra Beroium *conſ. 200. num. 3. lib. 3.* & alios defendit idem procedere in pœna cõuentionali, vt ibi declarat. Petrus Cauallus *centur. 3. reſolut. crimin. caſu 202. num. 1. vbi num. 2.* quod ità obſeruatur, & ſæpiùs in contingentijs facti concluſum fuit, & quòd vtile eſt ptiuato, quiâ fauorabiliùs in eius fauorem fit executio, *& n. 8.*

&

& ſeqq. limitat quandò condemnatus ſponte velit parti ſoluere, vèl condemnatio eſt penès partem, quę de ea participare debet.

3 S verò bona debitoris cõdemnati non ſint tanta, vt ſufficere poſsint & Fiſco, & creditoribus tùnc quæritur, àn concurrere debeant, ità vt vnicuique ſatisfiat pèr æs, & libram? àn Fiſcus in pari cauſa præferatur?

4 Et non eſſe præferendum, ſed ęqualiter concurrere debere tenuit Ioannes Gallus *quæſt.* 130. qui refert ità fuiſſe in Senatu Pariſienſi deciſum, cuius ſententiam ſequitur Peregrinus *de Iure Fiſci, lib* 4. *tit.* 8. *num.* 12. motus ea ratione, quòd quandò credita naſcuntur ex eodem fonte, eademque cauſa, prælatio non datur, ſed ſeruanda eſt diſpoſitio Tex. *in l. Reos, §. Cùm in tabulis, ff. de duob. reis, & in l.* 1. *C. Si plures vna ſent.* quę latè notat Tiraquell. *de Retractu ſanguin.* §. 31. *gloſſ.* 1. & cum Peregrino conuenit Maximilian. Fauſtus *in Conſ. prò Ærario, claſi* 9 *conſ.* 34. *verſ. Sèd hìc congruentèr quæro,* & Hermoſil. *in Notis ad l.* 9. *tit.* 3. *part.* 5. *gloſſ.* 8. *num.* 8. & nouiſsimè eos ſequitur Excelentiſsimus Dom. D. Chriſtophorus Creſpi *obſeruat.* 5. *num.* 263. Cabreros *de Triplis dict. cap.* 6. *num.* 15. 16. & 17.

5 Contrariam verò ſententiam prò Fiſco amplexati ſunt Authores numero, & authoritate ſuperiores, ſiquidèm potiora Iura Fiſcalia in hac ſpecie eſſe voluerunt Gullielmus de Cuneo, Iacobus Butrigarius, Baldus, Alex. & cæteri *in l. Reſcriptum, ff. de Pactis.* Neguſantius *de Pignor. p.* 2. *membr.* 4. *num.* 115. Couarrubias *lib.* 1. *var. cap.* 16. *num.* 8. vbi, relato arreſto Parlamenti Pariſienſis, quo diſinitum fuit aduerſùs Generaliũ Regis Theſaurariorum ſententiam, qua Regem, eiuſque Fiſcum præferendum eſſe pronuntiauerant, ſic concludit: *Vndè iuſtior videtur ſententia prò Fiſco lata, quàm ea, quæ aduersùs eum pronuntiata fuit;* & D. Didac. Ibañez de Faria *ibì in Additionibus dicti cap.* 16. *num.* 47. *& ſeqq.* plures Regni Doctores in idem adducit, & prætèr eos, hanc reſolutionem ſequuntur D. Chriſtophorus de Paz *ad legem* 105. *ſtyli* notans doctiſsimũ Couarrubiam eius non fuiſſe recordatum, cùm id probet, his verbis: *En las calunias, el Rey por razon del Señorio debe primero ſer entregado que el querelloſo: y ſi el acuſado juzgado no ouiere bienes para pagar la calunia, debe primero ſer entregado al Rey, ante que al querelloſo, que le ſirua, haſta que ſea entregado por ſu ſeruicio de lo que ha de auer de la calunia.* Et ideò ità concludit: *Cùm anceps ergo hæc quæſtio ſit, & in Fiſci cauſam habeamus expreſſam Regni legem, ab Hiſpano Couarrubia non diſſentio, noſtramque ſtyli deciſionem cuſtodiendam exiſtimo, Fiſcumque præferendum. Quod notabile iudico, & perpetuò menti commendandum.*

6 Et idem deciſum extat *in l.* 13. *cap.* 16. *tit.* 14. *lib.* 2. *& in l. vnic. cap.* 10. *tit.* 10. *lib.* 3. *Recop.* & tenent

Iulius

Iulius Clarus *lib. 5. Sentent. quæſt. 78. num. 31.* Petrus Cauallus *reſolut. crimin. cent. 3. caſu 202. num. 10. & ſeqq.* vbi quòd hæc opinio in puncto Iuris ſuſtentabilior videtur. Menochius *de Præſumpt. lib. 2. præſumpt. 72. num. 10.* Gutierrez *lib. 2. Canonic. cap. 5. num. 57.* Bobad. *in Polit. lib. 5. cap. 6. num. 7.* Auiles *in cap. Prætor. cap. 11. verb. Auenencia, circà finem.* Azeuedo *in l. 3. tit. 10. lib. 4. num. 62. & in l. 38. tit. 6. lib. 3. nouæ Recopilat. nu. 6.* Conſtantius *in l. vnica, C. Pœnis Fiſcal. credit. præf. num. 65.* Carleual *de Iudicijs, tom. 2. diſputat. 1. num. 32. & ſeqq.* vbi optimè quæſtionem, & authoritates vtriuſque partis proponit, & tandèm *num. 37.* hanc ſententiam probat, & reſpondet rationi à Peregrino adductę, quòd Fiſcus ideò prę-fertur, quià eſt creditor hypothecarius pòſt ſententiam, quod fundamentum exornat etiâm Faria *vbi ſuprà.* Eſcalona *in Gazophilatio Regio, lib. 2. part. 1. cap. 4. num. 8. in fin.* Mantica *de Tacitis, & ambig. lib. 11. tit. 18. num. 33.*

7 Quę ſententia, cùm innitatur expreſsis Iuris reſolutionib⁹, & ſelectiorum, & grauiorum Doctorum aſſenſu, omninò tenenda eſt, licèt contraria æquior Authoribus eam ſequentibus, & aliquibus ex relatis, videatur.

8 Quod ſolùm procedit in mera condemnatione pœnarum, & calumnię, ſeù delicti; non verò in quantitate conſignata parti, vèl ex contractu, vèl ratione damni, ſeù intereſſe, nâm in hoc pars præfertur Fiſco, *ex dict. l. vnica, Cod. Pœnis Fiſcal.* ibi: *Rem ſuam perſequentibus pœnæ exactio poſponitur. vbi* notat Platea *l. 2. tit. 15. lib. 8. Recopil.* ibî: *Pague el dicho daño de la parte, ante que à nos la pena. l. 9. tit. 7. lib. 3. Recopil.* ibi: *Y la parte pagada del hurto.* Bobadilla *vbi proximè nu. 8.* Clarus *dict. quæſt. 78. num. 31.* vbi quòd in Francia ità ſeruatur. Cauallus *dict. caſu 202. num. 12.* Peregrinus *de Iure Fiſci, lib. 4. tit. 8. num. 13.* hanc reddens rationem, *nèc mirum, quià in his priuatus cauſam oneroſam prætendit.* Hermoſill. *in l. 9. tit. 3. part. 5. gloſſ. 8. num. 6.* Farinacius *in Praxi dict. quæſt. 25. num. 189.* benè Cabreros *de Triplis dict. cap. 6. num. 4.* & ſic declarans doctrinam Baldi *in dict. l. Reſcriptum de pactis* Euerardus *in Locis legalibus in loco à Fiſco ad dotem, num. 6.* Gutierrez *lib. 2. Canon. dicto cap. 5. num. 58.* Azeued. *in l. 2. tit. 15. lib. 8. & in l. 9. tit 7. lib. 3. Recopil.*

9 Sequitur Fuluius Conſtantius *in dict. l. vnica, C. Pœnis Fiſcal. credit. præf. num. 74.* vbi ſic cum eo declarat: *vt ſi (exempli cauſa) furtum paſſo condemnandus ſit fur ex lege municipali in quadruplum, teneatur ità, vt duplum parti, duplum Fiſco tribuatur, prò ſimplo præferetur pars Fiſco, prò duplo verò poſtponetur.* Et in principio numeri loquitur in Fiſco agente prò damno dato in fundo Fiſcali, quòd præferatur, quiâ cùm in hoc puncto potiſsima ratio ſit, diſparitas rationis lucri, & damni, tûnc non poteſt dici lucrum ſectari, ſed rem ſuam

pro-

proſequi, *vt comprobauimus ſuprà hoc Tit. quæſt. 21. num. 20.*

10 *Et num. 71.* ait Conſtantius ſupèr eiſdem fundamentis inniti aliud pulcherrimum, & elegans axioma prò noſtra materia, ſcilicèt, remiſſa pœna quę lucrum eſt, non cenſeri remiſſum damnum, velùti in abolitionibus generalibus ob aliquam inſignem, & publicam cauſam conceſsis, quarum benefitio omnes pœnę pecuniarię condonantur, refert benê iudicatum pèr Regiam Cameram ſummarię remiſſas cenſeri pœnas commiſsi àc fraudati vectigalis, ſed non Ius portorij, âc dirictus qui erant ſoluendi, *ex textu adhoc expreſso in l. 3. C. de Vectigal. & commiſsis*, & præcipuam noſtrã concluſionem comprobat etiàm Carleual *dict. diſput. 1. num. 27.* & totam materiam benè probat in hoc ſenſu, & proſequitur Amaya *in dict. l. vnica, C. Pœnis Fiſcal. credit. præfer. à num. 68. & à num. 73.* probat in terminis indulti, vèl remiſſionis generalis conceſſæ his, qui ſinè parte, & accuſatore legitimo detinentur in carceribus, nòn cauſari præjuditium delatoribus, ſeù accuſatoribus nõ proſequentibus ſuam, vèl ſuorum iniuriam, ſed ſolùm ratione publicę vindictæ cõparentibus, qui pèr leges, vèl Pragmaticas Regni habent Ius quæſitum ad aliquam partem pœnæ. Et præter D. Ream, & alios ibi adductos, de hoc nouiſsimè elegantèr agit D. D. Chriſtophor. Creſpi *obſeruat. 5. num. 265. & ſeqq.* & in caſu gratiæ remiſsionis pœnę Fiſcalis, ſeù eius medietatis cum clauſula, dummodô non fuerit exequuta, nèc ſoluta, quòd non operetur effectum reo prò ea carcerato, tamquàm deficiente cõditione elegantèr probat Capicius Latro *deciſ. 72. tom. 1.*



QVÆSTIO XXIX.

An Fiſcus parti, & cæteris creditoribus præferatur prò expenſis factis in perquirendo, vèl capiendo reo criminoſo? Vbi agitur etiàm de illis quantitatibus, quibus mulctatur contumacia delinquentium non comparentium, vulgò *deſprez*, & *homecillo*.

Summarium Quæſtionis Vigeſsimæ nonæ.

Num. 1. *Fiſcus àn præferatur parti, & cæteris creditoribus prò expenſis factis in perquirendo, vèl capiendo reo crimnoſo? & ponitur pars affirmans, ex eo quòd iſtæ impenſæ concernunt fauorem publicum.*

2 *Contraria ſententia refertur, & iuxtà eam fuiſſe deciſum.*

Princeps tenetur ſuis expenſis delinquentem capere.

3 *Conciliatio Regentis Conſtantij adducitur. Et num.* 4. *Carleual, qui eam confutat.*

Fiſcus licèt poſsit repetere ex bonis delinquentis expenſas in eius aprehenſione factas, non indè ſequitur prò eis habere prælationem.

5 *Sententia prælationem in hoc caſu Fiſco negans tamquàm tutior approbatur.*

Declaratur Text. in l. Circenſium, C. de Decurionibus, lib. 10.

Delinquentium perquiſitio, & carceratio debet fieri ex ea ſtatione, quæ dicitur gaſtos de juſticia, *& in eius defectum ex ea, quæ dicitur* penas de Camara.

6 *Salaria correctorum, & Iudicum Regni, in quos Iuſtitiæ adminiſtratio diuiſſa, debent à Principe eis miniſtrari.*

7 *Salaria Iudicum, tàm ordinariorũ, quàm peſquiſitorũ quomodò hodiè de Iure Regio ſint ſoluenda?*

8 L. 5. tit. 5. lib. 3. Recopilat. *declaratur, quæ de his ſalarijs loquitur, & defenditur à calumnia aliquorum, qui eam tamquàm iniuſtam, & Iuri contrariam notarunt.*

Diſpoſitio dict. l. 5. tit. 5. lib. 3. Recopilat. *eſt correctoria Iuris communis, & non extenditur ad terras, & dominia Ducum, & aliorum dominorũ inferiorum à Rege.*

9 *Iudex peſquiſitor cuius expenſis mittendus, & prouidendus ſit à Supremo Senatu? & declarantur, leges Regni, quæ circà hoc ſtatuũt.*

10 *Expenſarum condemnatio debet fieri in omnibus cauſis criminalibus, ſicùt in ciuilibus, quod declaratur.*

Condenationes factæ à Iudicibus Regijs miſsis ad terras, & oppida

Domi-

Dominorum inferiorum in caſibus benè viſis, Cameræ Regiæ, & non ipſorum Dominorum, applicari debent.

Expenſæ factæ circà capturam rei fugitiui, & contumacis quomodò ab eo ſunt ſoluendæ?

11 *Pœna, qua mulctatur contumatia delinquentium, quæ appellatur* Deſprez, *& Homecillo, præfertur omnibus pœnis, tàm parti, quã alijs per ſententiam inflictis.*

1 SED non incongruè hîc quæritur, ân Fiſcus parti, & cæteris creditoribus præferatur prô expenſis factis in perquirendo, vèl capiendo reo criminoſo? verbi gratia, ſi quis vaſſallus crimen læſæ Maieſtatis, aût aliud graue commiſſerit, & Princeps prô capiendo illo, exercitu opus habuerit, alias vè magnas expenſas erogauerit, âc demum ipſo damnato bona publicauerit, ſi hæc creditoribus ſatîs eſſe nó poſsint, valeat Fiſcus expenſas, quas fecerit, præcapere, atquè ità creditoribus ſit præferendus, quod valdè intêr Doctores controuertitur. Nàm nonnulli affirmant Fiſci priuilegium prioritatis, & prælationis in hoc caſu locum habere aduersùs alios creditores; ex his primus fuit Afflictis *in cap.* 1. *verbo, & bona commitentium num.* 47. *verſ. Item quæro in tit. Quæ ſint Regalia*, & eum ſequutus eſt Peregrin. *de Iur. Fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 193. & 194. & Acoſta *de Priuileg. creditor. regul.* 2. *ampliat.* 7. *num.* 26. *in fin.* qui mouentur ex eo, quòd cùm publicè interſit delicta puniri, *l. Si ità vulneratus* 52. *§ fin. ff Ad leg. Aquil.* cum ſimilibus impenſę factę prò punitione delicti, vt potè prò intereſſe publico, ſpecialem merentur fauorem, quemadmodùm ob eandem rationem publicę vtilitatis impenſa funeris in concurſu præfertur cæteris creditoribus *ex l. Impenſa* 45. *ff. de Religioſ. & ſumptibus fun.* & alijs adductis ſuprà *hoc Titulo, quæſt.* 2. *num.* 13. & nouiſsimè idem tenet Antonius Maria Bertolus *in Addit. ad Rodriguez de Concurſu, art.* 3. 1. *part. num.* 61.

2 Alij verò negant Fiſco prò iſtis expenſis prælationem intèr cæteros creditores, quinimò exiſtimant, reo non exiſtente ſoluendo omnibus, creditores Fiſco eſſe præferendos, ità ſentit Gigas *in Tract. de crimine læſæ Maieſtat. ſub tit. vlt. de varijs, & diuerſ. quæſtion. quæſt.* 12. *num.* 6. & ei aſſentiuntur Hieronymus de Laurentijs *deciſ.* 121. *ex num.* 4. Baiardus ad Iulium Clarum *lib.* 5. *Sentent. § fin. quæſt.* 78. *num.* 169. & 170. Sanchez *in operib. moral. lib.* 2. *cap.* 22. *num* 93. Petrus Cauallus *reſolut. crimin. caſu* 201. *ex num.* 21. qui optimè proſequitur, & dicit ità fuiſſe iudicatum pêr Senatores Florentinos; ratio eſt, quoniàm Princeps ex officio tenetur delinquentem ſuis expenſis

ſis inſequi, àc illum capere, cùm ea de cauſa tributa eidem præſtentur, vt ſuis ſumptibus Rempublicam tueatur, & facinoroſos compeſcat, quos poſteà ex bonis delinquentis repetere poteſt, vt Bartol. probat *in l. Circenſium, pèr text. ibi, C. de Decurionibus, lib.* 10. & Cauallum ſequitur, & extollit Hermoſilla *in Notis ad dictam l. 9. tit. 3. p. 5. gloſſ. 8. num.* 11. Ponte *de Poteſt. Prorogis, tit.* 10. §. 1. *num.* 6. Maſtrillo *de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 105.

3 Has diſsidentes ſententias Conſtantius *in dict. l. vnica, C. Pœnis Fiſcal. credit. præfer. num.* 109. ità conciliari poſſe excogitauit, vt ſi melior creditorum conditio facta eſſet Fiſci opera, tùnc deberet ipſe præferri, quaſi vtile creditorum negotium geſſerit, velùti quiâ bona, vèl caſtrum recepiſſet, ex quorum pretio creditoribus ſatisfieri poſſet, qui aliàs nó potuiſſent ſibi debitas quantitates conſequi; ſecùs autèm ſi nulla ad creditores vtilitas peruueniret, tùnc enim Gigantis, & aliorum ſententia, creditores præferens, admittenda eſſet.

4 Sèd Carleual *dict. diſput.* 1. *num.* 31. ei conciliationi non arridet, quià dicit eſſe indubitatam, & in eo caſu nullum ex Authoribus poſterioris ſententię negare Fiſco prælationem, quiâ difficultas in qua Doctores diſſentiunt, eſt quãdò expenſę fiunt ob cauſam publicam puniendi malefitij, & non ob creditorũ vtilitatem, quę nullo modo ex punitione, & incorporatione bonorum reſultat. Et dato quôd Fiſcus habeat Ius ad eas repetendas ex bonis rei criminoſi, non indè ſequitur prò eis habere prædictam prælationem, vt ratiocinatur Cauallus *dict. caſu* 201. *num.* 52.

5 Vndè in meris quæſtionis terminis videtur tutior hæc vltima ſententia, quam etiàm defendit Cabreros *de Triplis dict. cap.* 6. *num.* 18. *& ſeqq.* & maximè ſi fundamentum, quo contraria nititur, facilè ſubuertatur; nàm licèt Bartol. *in dict. l. Circenſium* affirmauerit Principem poſſe repetere has expenſas ex bonis delinquentis, & eum ſequuti fuerint Henricus de Boic *in cap. Ad aures de ſimonia*, & Cauallus *dict. num.* 52. dicens illum text. ad id eſſe apertum. Tamèn in hoc meritò confutatur àCabreros *ibi num.* 26. quià text. non loquitur de expenſis factis prò perſequendo, & capiendo officiales communis fugientes, vt Bartolus, & Accurſius in eo *in Gloſſ. verb. Prærogauerit* autumant. Sèd de expenſis factis in ludis circenſibus, vt cum eo, & alijs notat etiâm D. Franciſc. de Amaya *in Comment. ad eam legem num.* 9. ſentiens Principem teneri ſuis ſumptibus id facere ex adminiſtratione iuſtitię, quam ſubditis exhibere debet *iuxt. legem vnicam pòſt principium, iuncta gloſſ. verb. Libertas, C. de Mulieribus, quæ prop. ſeru. ſe iunx.* & expreſsiûs *in l.* 2. 3. *& 4. C. Quibus ex cauſis ſerui prò præm. libert. accipi.* & *vbique gloſſa*, & Scribentes, & ſic non poſſe expenſas in eam cauſam præſtitas recu-

recuperare, àc ideò ſtatutam eſſe Fiſci ſtationem, quę dicitur, *gaſtos de juſticia*, ex qua hoc exequẽdum eſt, de qua etiá loquitur Auend. *de Exeq. 2. p. c. 10. n. 16. verſ. Caueant*, vbi admonet Iudices circà formá erogationis faciendę. Bob. *in Polit. lib. 5. c. 7. n. 5.* vbi, de eis agẽs, ità cõciſè ait: *Y lo primero pueden gaſtarſe en ſeguir, y prender ladrones, y otros delinquẽtes, quãdo no ay partes intereſſadas q̃ los ſigan, ni los culpados tengã bienes de q̃ pagar los dichos gaſtos.* Et *c. 6. anteced. à n. 19. pèr plures ſeq.* refert caſus, in quibus in defectũ pœnarum ſtationis, quę dicitur *de gaſtos de juſticia*, poſsint expenſę fieri ex alia ſtatione dicta *penas de Camara*. Berar. *in Spec. viſi. c. 23. n. 97. & ſeqq.* vbi optimè materiá declarat

6 Verũm hæc cõcluſio de Iure Regio alitèr procedit, nàm quamuîs videatur Principẽ ex officio, & vi Supremę Iuriſdictionis teneri ſubditis ſuis iuſtitiá miniſtrare, & eos protegere, & in ſumma tranquilitate cõſeruare, ob quam cauſam tributa, & tot reditus, & contributiones à vaſſallis ei præſtentur, vt ſuprà diximus *hoc Tit. q. 11. n. 3.* & ideò omnibus correctoribꝰ Regni, in quos diuiſa fuit iuſtitię adminiſtratio, ſalaria ab eo miniſtrari debere, cuius cõtrariũ omninò damnauit Luc. de Pen *in l. Annonas, C. de Erog. milit. annon. lib. 12.*

7 Tamèn *in l. 5. tit. 5. lib. 5. Recop.* omnes ambiguitates, & quæſtiones Iuris circà has expenſas terminantur, tàm in ſalarijs iudicum ordinariorũ, quę ad Regem ſpectare videbantur, quàm Peſquiſitorũ, in quibus *pèr l. 7. tit. 17. p. 3.* ſtatuebatur, quòd quotiès Rex eos mitteret, eis miniſtraret expenſas, ſi verò ad petionem, vèl conſenſu partiũ id fieret, eis incumberet, ſed pèr illam legem ità ſtatuitur: *Ordenamos, y mandamos, q̃ las ſoldadas, y ſalarios que ſe han de dar, y auer los nueſtros Corregidores, y otros Oficiales, q̃ Nos embiamos à las nueſtras Ciudades, Villas, y Lugares, q̃ ſe paguen de los propios de los tales Lugares, ſi los ouiere, y ſi propios no tuuiere, q̃ los paguen los que ſuelen pagar en todas las coſas q̃ ſon para prò del Concejo, ò del Lugar; Pero ſi hallare, q̃ por culpa de algunos Caualleros, ò otras perſonas ſe mouieren eſcandalos, y ruidos, y otros males, y daños, por cauſa de lo qual Nos embiaremos Corregidor, ò Peſquiſidor; mandamos al dicho Corregidor, ò Peſquiſidor, q̃ haga pagar el ſalario à los que aſsi hallare culpados. Y ſi el Conſejo le huuiere pagado el ſalario, que lo haga tomar, y pagar à los dichos culpantes, ſo pena que el dicho Corregidor lo pague con el doblo.*

8 En textũ, vbi expreſsè decidditur omnia ſalaria miniſtranda, tàm Iudicibus ordinarijs locorũ, quá Peſquiſitoribus, & extraordinarijs à Dño Rege, & eius Supremis Tribunalibꝰ miſſis, in admiſſis, & cauſis grauioribus, & quas tali demoſtratione dignas arbitrati ſint, iuxtà *l. 8. tit. 1. lib. 8. Recop.* ſolui debere de publico, cũ hac declaratione, ſcilîcèt, vt in expenſis factis pèr Iudices Peſquiſitores in caſibus ſeditionum, & ſcandali publici, ſeù damni particularis, hæ ſoluantur ex bonis delinquentiũ,

& ſi fortè à Concilio de publico erogatę ſint, recuperentur ex eorũ bonis, qua deciſsione noua lux, & forma materię datur, & declaratur hoc onus non ſpectare ad Principem, vt de Iure communi videbatur dicendum: Ex qua cauſa aliqui Doctores hanc deciſionẽ vt iniuſtam, & Iuri cõtrariam notarunt, ſed Auendaño *de Exeq. mand. lib. 2. cap. 10. n. 3. & 4.* eam ab his calumnijs defendit, & ait hodiè nõ poſſe de eius iuſtificatione quæſtionem moueri, *verſ. & cùm dicta lex 7.* ibi: *Et cùm d. l. 7. ordi. reg. quæ eſt d. l. 5. (& adde de ſalario de los Peſquiſidores l. 7. in fin. tit. 1. lib. 8. Recop.) Lata fuerit ad petionem ſubditorum huius Regni, & conſuetudine inuiolabili recepta: Hodiè non eſt diſputandum àn iuſtè fuerit lata? quià volenti, & conſentienti Populo non fit fraus, nequè dolus, & ſic non eſt immutandũ quod publicè, & ex voluntate Populorum Caſtellæ receptum eſt, vt ex reditibus publicis fiat iſta ſolutio correctoribus,* & *n. 5.* probat eius diſpoſitionem correctoriam Iuris cõmunis non extendi ad terras, & dominia Ducum, vèl aliorum dominorũ inferiorum à Rege, nàm ibì ipſemet Dominus loco Regis deputatus ſoluere tenetur ſalaria ſuis Iudicibus, & ibì declarat. *& n. 14. & ſeqq.* hanc materiam expenſarum, quę fiunt vt capiatur malèfactor, benè proſequitur.

9 Et expreſsiùs hoc deciditur *in l. 2. tit. 1. lib. 8. Recop.* vbi generalitèr ſtatuitur, quòd in his caſibus, & exceſibus, in quibus correctores, & Iudices ordinarij non poſſint coërtitioni publicę, & iuſtitiæ vigori prouidere, ſtatîm Dominũ Regem, & eius Supremũ Senatum de eo certiorem faciant, ſub pœna priuationis officij, vt ſolùm ſupèr illo ſpeciali negotio Iudicem delegatũ, ſeù Peſquiſitorem mittat, & addit: *Yes nueſtra merced, que el tal Peſquiſidor no vaya à coſta nueſtra, ni de la Ciudad, Villa, ni Lugar, mas à coſta de las partes à quien tocare, ò à coſta de la juſticia, por cuya negligencia Nos ouieremos de embiar el tal Iuez, ò Peſquiſidor.* Et confirmatur hæc ſecunda pars *in l. 8. eiuſdem tit. 1. lib. 8.* quę abſolutè, prohibita prouiſione Peſquiſitorũ ſupêr delictis, & criminibus perpetratis in his Regnis, hanc exceptionẽ ſubiũgit: *Saluo, quando el exceſſo fue tan grande, y de tal calidad, que ſe crea, y tenga por cierto, que las Juſticias ordinarias no tienen poder para lo caſtigar, y determinar. Y que en los otros caſos procedan en ellos las Juſticias ordinarias. Y ſi aquellas fueren negligentes en los punir, y caſtigar en tal manera, q̃ por culpa, y negligencia del Corregidor, ò Iuez ordinario, ſe aya de embiar Peſquiſidor. Mandamos que el tal Peſquiſidor vaya à coſta del tal Corregidor, ò Iuez que ouiere ſido negligente, y no à coſta de culpados.*

10 Quod benè declarat, & comprobat Azeu *in d. l. 2. à n. 4. & nu. 5.* notat in omnibus cauſis criminalibus fieri debere expenſarũ condemnationem, ſicùt in ciuilibus, *& in d. l. 8.* de quo latè agunt Couar. *in Practic. cap. 27. n. 2.* Faquineus *lib. 1. controu. cap. 41.* Farinac. *in Praxi, q. 16. num. 8.* & nouiſsimè

Ema-

Emanuel Aluar. Pegas *reſol. forenſ. cap.16.n.78.& ſeqq.& n.83.*Cabed. *deciſ.119. n.25.p.2.*& ipſemet Azeuedo *in l.1.tit.1.lib.4. Recopil.n.31.* extendit ad terras, & oppida dominorum inferiorum, quãdô ipſi, vêl eorum Iudices ſunt negligentes in adminiſtranda iuſtitia, etiàm in cauſis, & delictis priuatis, *& nu.33.* cum Auend. *de Exeq.mand. lib.1. cap.* 18. notat in his caſibus condemnationes factas ab his Iudicibus Regijs, Camerę Regię, & non ipſorũ dominorum applicari debere. Bobad. *in Polit. d.lib.5. cap. 4.n.39.* vbi quòad hos Peſquiſitores ità leges Regni exponit: *A los Peſquiſidores diſponia vna ley Real, que ſe pagaſſen los ſalarios de los propios, no auiendo culpados. Pero eſto por otras leyes ſe debe entender deſta manera, que auiendo culpados, ellos paguen los ſalarios, ora el Peſquiſidor ſe prouea de oficio, ora de pedimiento de parte, porque el delito de la perſona no debe redundar en detrimento de la Republica. Si ſe prouyere de oficio, y no huuiere culpados, mandalos pagar el Rey, y ſu Conſejo de penas de Camara: y ſolamente ſe practica el pagar los Pueblos de ſus propios à los Peſquiſidores, ò Iuezes, en algunas coſas de ſu vtil, prouеydos de ſu pedimiento, ò à los Iuezes de comiſsion, para tomar reſidencias, en las quales, aunque aya culpados, no deben ellos pagar los ſalarios.* Et facit D.Præſes Couarr. *in Pract.c.11.n.11.* vbi de Iure Regio idem probat, loquens in expenſis faciendis prò remiſsione rei ad locum perpetrati delicti vndè aufugerat, ad quod citat *l.2.tit.17.lib.8. ordinam. quæ hodiè eſt l.3. tit.16. lib.8. Recop.* quę ſuprà dictis mirè conuenit, & de expenſis, quas reus abſens, & contumax, qui poſteà comparuit, ſoluere debet iuxtà *l.3. tit.10.lib.4.Recop.* benè agit, & declarat Azeu. *in eius Commentario à n.56.* nouiſsimè D.Didac.Balmaſ. *de Collectis, q.76. num.17.* qui cum Auẽdaño vbi proximè tenet, quòd ſi Iudex inferior proptèr aliquam iuſtam cauſam, putâ ob timorem carceris, vêl ob delicti grauitatem delinquẽtes ad ſuperiorem mittere decreuerit, id ſui Tribunalis expenſis facere debet, ſed ſi hæ non ſupetant, nèc pœnę Fiſcales ſufficiant, tùnc intèr vicinos collectam indicere poterit, *& n.18.* cum Eſcouar *de Ratiocinijs, cap.26.nu.14.* extendit ad expenſas prò adminiſtranda iuſtitia neceſſarias, nê delicta maneant impunita.

11 His proxima eſt quæſtio, circà quãtitates illas, quibus mulctatur contumacia delinquentium, qui non cõparent intrâ terminos eis pèr Iudices aſsignatos, appellatas *deſprez, & homecillo*, iuxtà *l.9.tit.2. lib.3.Ordinam.* quę hodiè eſt *l.3. tit.10. lib.4.Recop. & l.vnic. cap.1. & 2.tit.10.lib.3.eiuſdem.* vbi taxantur; De quib⁹, & earũ diſpoſitione, & forma, & quomodò pèr eas Ius cõmune corrigitur (quo annotatione bonorũ puniebatur cõtumacia reorum *toto tit. ff. de Requirendis reis, & l.8.tit.7. part.3.*) latè agunt Auiles *in Capitibus prætor. cap.15. verb.Homecillos, in principio pèr plures numeros, & à num.34.* vbi ſingulares quæſtiones de hoc propo-

nit. Antonius Gomez *in l. 76. Tauri num. 8. & ſeqq.* Auendaño *reſp. 15. pèr totum, & in capitibus Prætorum, 1. p. cap. 18. nu. 5. & 6. & in tractatu primi, & ſecundi decreti, 3. p. num. 13. verſ. Quod facit in ſimili*, vbi quòd hæc delprecia, ſiuê mulctę, & homicidia non debentur reo comparente, & conſtito quòd forma legum in aliquo non fuit ſeruata, & proceſſus fuit nullus, *& num. 14.* exprimit cauſas, quę poſſunt nullitatem inducere. Paz *in Prax. tom. 1. 5. part. cap. 4. pèr totum.* Plaça *in Epitome delictorum, lib. 1. cap. 10. à num. 13.* Idem Auendaño *in Capit. præt. dict. 1. part. cap. 7. nu. 2. & ſeqq.* vbi probat quôd, licèt hæ mulctę, & homicidia originalitèr differant â pœna delicti, ſpectant ad dominos vaſſallorum, & ſunt fructus Iuriſdictionis, vt expreſsè probat *l. 5. tit. 1. lib. 2. Recopil.* vbi Azeuedo *num. 8.* & idem tenet Bobadilla *in Polit. lib. 2. cap. 16. num. 65.* Quæritur ergò, àn prò eis Fiſcus, & eius Iudices aliquod priuilegium prælationis habeant? In quo breuitèr dicẽdum eſt, quôd cùm iſtud Ius, quod debetur, & cauſatur antè cõdemnationem, non poſsit propriè dici pœna, quę eſt illa quę imponitur prò ipſo crimine, *vt in l. 1. tit. 31. p. 7.* & ratiocinatur Auendaño *de Exeq. mand. 1. p. cap. 7. num. 2.* prò eo Iure præferuntur tales Iudices omnibus pœnis, tâm pàrti, quàm alijs pèr ſententiam aſsignatis, ità probat Azeuedo *in dict. l. 3. tit. 10. lib. 4. Recopil. num. 61.* ad quem in hoc ſe referunt Amaya *in dict. leg. vnic. C. Pœnis Fiſcal. credit. præf. n. 91.* & Epiſcopus Fermoſino *in Alleg. Fiſcal. allegat. 18. num. 22.*

QVÆSTIO XXX.

Vtrùm executio condemnationis corporalis rei debeat fieri ad inſtantiam Fiſci, contradicentibus creditoribus, & petentibus in carceribus, detineri, donèc eis ſoluatur?

Summarium Quæſtionis Trigeſsimæ.

Num. 1. Pœna corporalis àn poſsit exequi in reo, contradicentibus creditoribus, & petentibus, vt detineatur in carceribus, donèc eis ſoluatur? & reſoluitur affirmatiuè.

2 *Prædicta ſententia cõprobatur, & declaratur* l. vnic. C. Pœn. Fiſcal. cred. præf. *procedere, quãdò agitur de pœna pecuniaria, non verò quandò de pœna corporali ob publicam vindictam.*

3 *Et obſeruatur prò ea text.* in l. 1. §. Seruus pignori, ff. ad Senat. Conſ. Syllanianum.

4 Sen-

4 *Sententia capitalis legitimè pronuntiata contra reum ſtatim ſinè mora exequi debet, nèc quouis prætextu differenda eſt executio.*

Reus capitalis obligatus ad reddendam rationem alicuius mercaturæ, negotiationis, vèl adminiſtrationis, àn poſsit breui aliquo tempore detineri prò ea reddenda ad inſtantiam partis? Et num. 5. comprobatur ſententia affirmans, dummòdo dilatio ſit breuis.

6 *Excipitur egregius caſus in ſpetie l. Mulier, quę in opus ſalinarum, ff. de Captiuis, & poſtlim. reuerſ.*

7 *Pœnæ capitalis executio differenda non eſt, etiàm ſi reus dicat ſe habere ſecretum communicandum Principi, concernens eius ſalutem.*

1 EX omnibus ſupràdictis paret, creditores delinquentis ex contractu, Fiſco præferri prò pœnis pecuniarijs; ſed celebris eſt, & non ſpernenda dubitatio, àn hoc procedat in pœna corporali? Scilicèt, àn contradicentibus his creditoribus, poſſint Iudices tranſmittere carceratum condemnatum prò delicto ad inſulam, ſeù triremes, vèl alia pœna, etiàm capitali, plectere, vèl ad eorum inſtantiam ipſum debeãt in carceribus detinere, donèc eis ſoluatur? Et reſolutio eſt quòd Fiſco inſtante prò executione condemnationis corporalis, ea debet exequi in perſona rei, etiàm contradicentibus creditoribus.

2 Quam ſententiam probat Vincentius de Franchis *deciſ.* 317. *num.* 6. dicens audiuiſſe à peritioribus, & ſenioribus, qui fuerunt Iudices Magnę Curię hanc regulam ſeruatam fuiſſe, ex eo quòd Reipublicę interſit delicta puniri, & publica vtilitas principalitèr præferatur priuatę, & verè dicatur vtilitas publica illa, quę non reſpicit commodum burſale Fiſci, vt dicit Bart. *in l. Ambitioſa, colum.* 5. *verſic. Nèc obſtat, ff. de Decretis ab ord. fac.* quem refert, & ſequitur Franciſc. de Aretio *in l. Si conuenerit, ff. de Pignor. act.* & ait in hoc caſu non habere locum *l. vnicam, & rubricã, C. Pœnis Fiſc. cred. præf.* quià loquitur quandò tractatur de pœna pecuniaria, & creditor concurrit cũ Fiſco, quià tùnc, cùm Fiſcus tractet de lucro, & creditor de damno, præfertur creditor, vt dicit *ibi* Ioannes de Platea *col.* 1. *verſ. Itèm nota*, àt verò in noſtro caſu agitur de pœna corporali, quę, cùm infligatur ad publicam vtilitatem, nó eſt impediẽda pèr priuatam. Et quòd Fiſcus tùnc conſueuit inſtare prô executione pœnę, quandò quis eſt condemnatus prò graui delicto, vèl exemplari, vt *ibi* explicat, & quomodò tùnc debeat cõſuli creditoribus: Si verò Fiſcus non inſtat, ſed carceratus, & contradicunt creditores, nullo modo debitor transmititur, ſed detinetur

in carceribus donèc ſoluerit, vèl alio remedio vteretur, & citat Peguetam *deciſ.* 22. vbi quòd ità fuit deciſum pèr Sacrum Conſilium Criminale Cathalonię, quod in omnibus ſequitur, & comprobat Petrus Cauallus *centur.* 2. *reſolut. crimin. caſu* 146. cam prædictis, & alijs fundamẽtis aſtruens, *& num.* 10. declarat procedere, non ſolùm in creditoribus condemnati, quibus Ius competit ex eadem ſententia, ſed etiàm in alijs habentibus Ius ex contractu antè delictum, vèl alitèr; & idem tenent Fuluius Conſtantius *in dict. l. vnica, C. Pœnis Fiſcal. credit. præf. num.* 80. vbi quòd ità paſsim vſu receptum eſt. D. D. Petrus de Salçedo *in tract. del Contrauando dict. cap.* 29. *circà finem, verſ. Y no obſtarà,* vbi extendit etiàm ad reum recomendatum in carceribus prò debitis Regalibus, his verbis: *Lo qual eſtienden los Doctores à la condenacion de galeras, deſtierro, ò otra qualquier pena corporal, aunque eſtè embargado por deudas del Rey.* Curia Philippica *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 12. *nu.* 65. vbi refert etiàm ſententiam in Regnis Peru iuxtà hanc reſolutionem prolatam.

3 Quę reſolutio comprobatur ex text. (à prędictis Doctoribus non animaduerſo) *in l.* 1. *§. Seruus pignori, ff. Ad Senatus Conſult. Syllanianum* in cuius ſpecie creditor, ſeruum pignoratum habens, eum defendere quominùs torqueatur, & de eo ſuplitium ſumatur, non poteſt, ſi fortaſsè conſcius, aût particeps necis Domini ſit, aût ſciuerit dominum fuiſſe offenſum, & ei auxiliũ non præſtiterit, & id ità verum eſſe arbitratur vt etiàm ſi ſeruus vltimo ſuplitio puniendus ſit locum habere debeat, vt habetur *in § fin. eiuſdem legis* 1. & notant Bartolus, Baldus, Angelus, & Romanus *in dict. §. Seruus*, & benè declarans Aſinius *de Execution. §.* 7. *cap.* 37. *num.* 3. *&* 4.

4 Et prò exacta huius concluſionis enodatione addendum eſt, quôd ſententia capitalis legitimè pronuntiata contra reum ſtatìm ſinè mora exequi debet, nèc quouis prætextu differenda eſt, *l. penult. C. de Cuſtod. reorum, l. Cùm reis* 18. ibi: *Cùm & in homicidij crimine, & in alijs detectis grauioribus cauſis vltio differenda non ſit. C. de Pœnis. l.* 9. *tit.* 1. *lib.* 1. *Recopil.* in qua iuxtà *motum propium Pij V. Pontificis Maximi expeditum die* 25. *Ianuarij anni* 1568. ſtatuitur, quôd damnatis ad mortem Sacroſanctum Euchariſtię Sacramentũ miniſtretur, reprobata cõtraria cõſuetudine, vt iàm deciſum fuerat *pèr Pragmaticã promulgatam Matriti die* 26. *menſis Martij anni* 1569. quam refert Cifuentes *pòſt Commentaria ad leges Tauri*, ex qua compilata fuit prædicta lex; de qua quæſtione, & materia latè agunt Gama *q.* 1. *pòſt deciſiones.* Azeuedo *in l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 1. *Recopil. num. fin. & in continuatione ad leges additas, quæ in* 1. *impreſsione eſt in calce operis, in dict. l.* 9. *tit.* 1. *lib.* 1. vbi *n.* 2. addit hoc procedere, etiàm ſi talis damnatus ad mortem, non ſit Ieiunus, & tamèn *in*

dict.

dict. l.9. iniungitur Iudicibus, vt ſint cauti,& admoniti,nè hac occaſione ſubdolè, & fraudulentèr quæratur occaſio differendi ſuplitia,& iuſtitię executionem,vt notat Bobadilla *in Polit. lib.2. cap.17. n.59.* de quo agit etiàm Damhauderius *in Prax. rerum crim. cap.82. num.114.* & licèt *in l.1. C.de Bonis proſcriptorum*, decidat Imper.Antoninus,quôd ſi ſeruus capitis crimine damnetur, differatur executio quoûſque Domino rationes reddat, & eius argumento idem quoquè admitant Doctores in quolibet alio procuratore,geſtore, vèl adminiſtratore bonorum, vt notant *ibi* Odofredus,Bart.Cynus, Baldus, Angelus, Salycetus. Caſtrenſis *in l. Si cognati, C. de Negot. geſt.* quos & alios ad id adducit D. Ferdinandus Arias de Meſſa *lib.2. var.cap.36.num.21.* D.Didacus del Caſtillo *in l.27. Tauri in tractatu de ratione reddenda, quem ibi inſerit num.17. num.18. ſequenti, verſ.Et nota quòd ſi propter delictum, folio mihi 123.* Tamèn Iulius Clarus *lib. 5.Sentent. §.fin.quæſt.97.num.1.* referens opinionem aliquorum,qui dicunt quòd, ſi pòſt condemnationem capitalem contrà aliquem ſequutam compareat tertius,& dicat reum condemnatum ſibi eſſe obligatum ad reddendam rationem alicuius mercaturę, negotiationis,vèl adminiſtrationis,eo caſu differri debet executio donèc reddita ſit ratio: pôſt atteſtationẽ conſuetudinis in contrarium, ipſe ait: *Ego verò dicerem non eſſe denegãdam breuem dilationem putà bidui vel tridui, vbi appareret illam non peti in fraudem differendæ, aùt vitandæ executionis, nèc ſubeſſet timor quòd condemnatus poſſet de carceribus euadere, aùt alterius ſcandali, modò ille tertius non potuiſſet priùs petere talem rationem ſibi reddi, atquè ex eo quòd nõ redderetur pati poſſet aliquod præjudicium irreparabile, nemo enim ex aliena culpa damnum pati debet.*

5 Eandem opinionem tenet Cauallus *dict.caſu 146.nu.7.* citans prò eius cõprobatione Bartolum *in l.2. §. Qui exhibendi ſub num. 4. verſ. Quandoquè vna executio eſt pecuniaria,&c. ff.de Cuſtod. & exhib. reorum*, & aſſerens eſſe æquam, & de Iure procedere. Emanuel Soarez â Ribera *in Addition.ad Anton. Gomez lib.3. variar.cap.13.num.35. litt.I.* vbi benè de hoc admonet Iudices. Conſtantius *vbi proximè nu.80.* vbi quôd hoc ſolùm debet admitti, quandò breuis ſit dilatio, prò quo ponderat Text.*in dict.l.1. C. de Bon. proſcript.* ibi: *Meminiſſe Dominum oportebit, inſtare vt id velociùs fiat, vt pœnæ ſuæ redi poſsit.*

6 Qui *num.81.* excipit egregium caſum, in quo creditor prę-fertur Fiſco, etiàm in caſu imponendę pœnę corporalis, poſitum à Iure Conſulto *in l.Mulier, quæ in opus ſalinarum, ff. de Captiuis, & poſtlim.reuer.* vbi capta à latruncu-lis muliere damnata in opus ſalinarum, àc redempta ab aliquo, redit quidêm in cauſam ſuam; redimenti tamèn pretium à Fiſco reddendum eſt,& aſsignat cauſam diuer-

diuerſitatis, ſcilicèt, quòd ſi iſte non redemiſſet, Fiſcus pœnę caſtigationem non habuiſſet. Vndè ſpecialem caſus hîc rationem in ſe continere videtur, ob quam priuatus Fiſco præferatur, quod etiàm notat, rectè mẽtem legis aperiens, Cabreros *de Triplis dict. cap. 6. num.* 21.

7 Et reſolutio huius quęſtionis ſuprà poſita ſpetiosè confirmatur ex deciſione Vlpiani *in l. Si quis fortè, ff. de Pœnis*, vbi in reo vltimo ſuplicio damnato, qui ait ſe habere ſecretum communicandum Principi, concernens eius ſalutem, nihilominùs reſoluit non audiendũ, nêc differendam pœnę executionem, his verbis: *Cæterùm, vt mea fert opinio, prorſus eos non debuiſſe, poſtquàm ſemèl damnati ſunt audiri quidquid allegent, quis enim dubitat eludendæ pœnæ cauſa ad hæc eos decurrere, magìſque eſſe puniendos eos, qui tandiù conticuerunt quod prò ſalute Principis habere ſe dicere iactant, nèc enim debebant tàm magnam rem tandiù reticere.* Et notant ibi omnes Doctores, & relato eo textu, ità in facti contingentia iudicaſſe Senatum Sabaudię, atteſtatur Præſes Abauo *de Reatibus, quæſt. 29. num. 60. & ſeq.* quem refert, idem probans in Hæretico pertinaci, vèl impœnitenti, & relapſo, quôd eius ſuplicium obhanc cauſam non poſsit differri à Iudice Laico, Cæſar Carena *de Officio Sanctæ Inquiſitionis, part. 3. tit. 14. num. 9. & 10.*

QVÆSTIO XXXI.

An Fiſcus, occupans bona delinquentis, debeat ſatisfacere illius creditoribus, potiora Iura habentibus, ſummariè, non expectata ſententia, ad declarationem *l. Si quis poſthàc, C. de Bonis proſcript.*

Summarium Quæſtionis Trigeſsimæ primæ.

Num. 1. *Fiſcus quandò occupat bona delinquentis, & apparent creditores, qui prælationem contra eum prætendant; àn debeat eis ſoluere ſua debita, ſummariè, ſinè ſtrepitu Iudicij, non ſpectata ſententia, ad declarationem* l. Si quis poſthàc, C. de Bonis proſcriptorũ.

2 *Creditores delinquentis, cuius bona pèr Fiſcum occupantur, ſi in continenti clarè oſtendant Ius ſuum, ſummariè debet eis ſatisfieri; ſi verò eorum petitio requirat altiorem indaginem, debet ſequi ordinarium Iudicium.*

3 Cre-

3 *Creditores delinquentis non poſſunt impedire quominùs bona Fiſcus capiat, & ſibi incorporet, niſi habeant dominium, vèl poſſeſſionem ipſorum bonorum.*

4 Capitulum Regni Neapolitani, incipiens dudûm aliàs ex præſumptuoſè, *iuxtà quod feudatario mortuo ſinè deſcendentibus, ſi quis ſe ſucceſſorem prætendat, qui non claro Iure ad ſucceſſionem vocetur, feudũ loco ſequeſtri penès Fiſcũ ponẽdũ eſt, declaratur, & quod Ius in hoc habeat Fiſcus?*

1 PRO Coronide ſuprà poſitarum quæſtionum obſeruandum eſt, quòd vbi Fiſcus occupat bona delinquentis pèr Iudicem, vèl executorem, & apparent creditores, qui prælationem contra Fiſcum prætendant, dubitatur; àn Fiſcus debeat eis ſoluere debita ſua ſummariê, ſinè ſtrepitu, & figura Iudicij, non ſpectata ſententia? & Bartolus *in in l. Res, quæ, §. Res autèm ff. de Iur. Fiſci*, eſt prò creditoribus, à qua ſententia diſcedit Romanus *in l. 1. §. 1. ff. de Verbor. obligat.* & prò opinione Bartoli videtur facere *l. Si quis poſthàc, C. de Bonis proſcript.* in qua agitur de Fiſco occupante res vxoris proptèr cõfiſcationem bonorum mariti, & ait Tex. *Hoc caſu vxorem debere ſtatìm res ſuas recuperare, & velùti manu iniecta vindicare.* Cùm ergò vindicationem concedat, protinùs res ſuas recuperabit, & aduerbio illo, *ſtatìm*, quod denotat ſummariam cognitionem, adijcitur aliud, *mox*, quod celerem vindicationem ſinè dilatione ſignificat, cuius text. diſpoſitionem ad quoſcumque creditores extendit Bartolus *vbi ſuprà*, & eum ſequuntur Angelus, & Salyc. *in dict. l. Poſthàc*, & Alexander *in l. Si marito, ff. Solut. matrimon.*

2 Sèd hi Doctores facilè conciliantur hac forma, quòd ſi creditores delinquentis in continenti clarè oſtendant dè Iure proprio, & probent res ſuas eſſe, vèl ſibi debitas, procedat diſpoſitio *dict. l. Si quis poſthàc.* At ſi eorum petitio requirat altiorem indaginem, & examen ordinarium iudicij, ceſſet eius diſpoſitio, & ſequatur ordinarium iudicium, iuxtâ *l. vnicam, C. de Conductor. & Procur. lib.* 10. ſiquidèm in re dubia, & controuerſa non ex eo, quôd creditores rem ſuam perſequantur, debet deterior eſſe cauſa Fiſci, & ideô Iudex ſummariè cognoſcet, quandò euidentèr conſtat de debito, & Iure creditoris, non verò quandò id nondûm liquet, & ità eos componit, & declarat Valençuela Piſcator *in d. l. vnica, C. Pœn. Fiſcal. credit. præf. num.* 18. & ex eo tranſcribit tacitè Conſtantius *ibidem num.* 83. quos ſequitur, & reſolutionem exornat D. Franciſcus de Amaya *num.* 89. *& ſeqq.*

3 Et eadem concluſione inniti-

nititur alia ſententia eiuſdem Conſtantij *ibidem num.* 153. *& ſeqq.* affirmans, quòd quamuis Fiſcus teneatur ſatisfacere creditoribus, non tamèn poſsint ipſi impedire quominùs bona Fiſcus capiat, & ſibi incorporet, niſi ſint contradictores habentes dominium, vèl poſſeſsionem ipſorum bonorum, iuxtâ Text. *in l. fin. C. de Bonis vacantibus, lib.* 10. vbi omnes Interpretes notant, *& in l. Si marito, ff. Solut. matrim.* & alij, quos recenſent Corradus *in ſua Practic. crimin. tit. de Publicat. bonor. num.* 9. & Farinacius *in dict. quæſt.* 25. *num.* 116. *verſic. amplia.* 2.

4 Et ex hoc infert Conſtantius *in dict. loco num.* 154. declarationem *ad Capitulum Regni Neapolitani, incipiente, dudùm* aliàs, *ex præſumptuosæ*, quo cauetur, mortuo feudatario ſinè deſcẽdentibus, ſi quis ſe ſucceſſorẽ prætendat, qui non claro, & aperto Iure ad ipſam ſucceſsionem vocetur, feudũ loco ſequeſtri penès Fiſcum ponendũ eſſe; ità vt ſicùt incorporationem bonorum vacantium non impediunt creditores, qui poſſeſsionem, vèl dominium non habent, ità ſucceſſores, qui expeditum, & apertum Ius non habent, minimè impedire poſſunt quìn Fiſcus pèr annum teneat feudum loco ſequeſtri, quo elapſo poſſeſsionem plenam nanciſcatur, nèc niſi de dominio poſteà diſceptari poſsit, hoc addito, quòd non ſola poſſeſsio ſufficit ad impediendum illud ſequeſtrum inductum in fauorem Fiſci, niſi cum poſſeſsione adſit titulus, vèl Regius aſſenſus, vt cenſuit Senatus Neapolitanus *in deciſione Afflictis* 197. cum alijs adductis â Bammacario *in Repet. tit. Si de feudo defunct. milit. contr. quæſt.* 2. *num.* 50.

QVÆSTIO XXXII.

In qua ſermo eſt de vſuris Fiſcalibus, tàm debitis ratione pœnę, & condemnationis rei, quàm ratione contractus, & accuratè diſpungitur Scebola *in l. Cum quidam* 17. §. *Ex locato, verſic. Fiſcus, ff. de Vſuris*, & comprobatur. Conductores Regalium Iurium, ſpeciali priuilegio, ſi tardiùs pecuniam inferunt, vſuras pręſtare debere.

Summarium Quæſtionis Trigeſsimæ ſecundæ.

Num. 1. Vſurarum Fiſcalium materia proponitur.

Vſuræ pœnarum, & condemnationum in cauſis criminalibus Fiſco non debentur, quod procedit tàm in pœna legali, quàm in conuentionali. Et num. 2. & 3.

4 *Pœnarum vſuræ debentur, quandò interſt eius cui tribuenda eſt, licèt ſit pœna quòad ſoluentem.*

5 *Fiſcus quandò, & quomodò vſuras ex ſuis contractibus dat, vèl accipit? & diſcutitur pèr partes* l. Cùm quidam, § Ex locato, verſ. Fiſcus, ff. de Vſuris.

6 *Fiſcus accipit vſuras ex contractibus fornicariorum, ſeù foricariorum, quorum miniſteria declarantur.*

Forica quid ſit, & agitur de foricarum conductoribus.

7 *Fiſcus accipit vſuras à conductoribus vectigalium, qui tardiùs pecuniam debitam inferunt.*

8 *Interpelatio, vèl diei lapſus requiritur ad conſtituendum quem in mora, quæ exoritur ex perſona, & agitur demora regulari, & irregulari.*

9 *Fiſcus diuerſo Iure vtitur; nàm eius debitores ſinè interpellatione in omnibus contractibus re ipſa moram faciunt, dummodò ſint ſimplices, & non ſit appoſita pœna in caſu ceſſationis. Et num. 10.*

11 *Mora re ipſa contrahitur in Cõductoribus Regiorum redituum, & vectigalium, qui pèr aliquod tempus ſoluere differunt, quod enucleatur.*

12 *Minorum, & Reipublicæ fauore idem conſtitutum eſt. Cauſa iuſta à mora, & vſuris debitores Fiſci excuſat.*

13 *Fiſcus ſuccedens in locum priuati quomodò vſuras det.*

Vſuræ ſemmiſes ſunt, quæ exiguntur ad rationem 6. prò centum.

14 Fiſ-

14 *Fiſcus ſuccedens debitoribus ſuis, qui accipiebant vſuras minores ſemmiſibus, poſt ſucceſsionem accipiet ſemmiſes ab eas ſoluentibus.*

15 *Fiſcus hodiè Iure Canonũ attento (quod in hac materia attendi debet) nèc dat, nèc accipit vſuras.*

1 SVpràdictis adijcitur concluſio deducta ex text. *in l.1.C.de Fiſcalibus vſuris*, vbi Antoninus Imperator ſtatuit, in cauſis criminalibus Fiſco non deberi vſuras pœnarum, ſeù condemnationum; ſed cùm hæc materia vſurarum Fiſcalium vtilis, & elegans ſit, & non paſsîm omnibus obuia, non àbs re erit, in eius declaratione tantispêr immorari, & aliqua ſpecialia in medium proferre.

2 Prima ergò diſtinctio eſt, debitorum Fiſci ex cauſa pœnę eis ob delictum inflixę pèr ſententias, ab his qui ſunt debitores ex contractibus.

3 Quôad primam diſtinctionis partem firmatur ſuprâdicta concluſio *l.1.C.de Fiſc.vſur.* ſcilicèt, Fiſci debitorem ex cauſa pœnę ſibi impoſitę, in mora conſtitutũ, non poſſe modo aliquo aſtringi proptèr illam pœnam impoſitam ad vſuras ſoluendas, cuius potiſsima ratio eſt, ſecundùm Doctores in ea, quià quemadmodùm vſuræ vſurarũ non debentur, vt conſtat *ex l.fin.C.de Vſuris, & ex l.Improbum, C.Ex quibus cauſ.inf.irrog.* Sic etiàm eadem æquitate viſum eſt non deberi pœnarum vſuram, cùm illa, certo modo, quędam pœna ſit, *l.Cùm quidam, §.Si pupillo, in fin. ff.de Vſuris*, & æquitas non patitur, quòd pœnę pœna adijciatur, atquè ideò pœnarum vſuræ non debentur, ſicque conſtitutũ traddit Iureconſultus *in l.fin. ff.de Magiſtr. conuen.* Quam concluſionem obſeruant, póſt Acurſium *in dict. l.1.C.de Fiſcal. vſur verb. eius*, Bartolus, & cæteri omnes Doctores procedere, & locum habere, tàm in pœna legali, quę ab ipſa lege imponitur prò Fiſco, quàm in pœna conuentionali ipſi Fiſco promiſſa; ea ratione, quià acceſio acceſsionis non datur *ex Gloſſa*, & Baldo *in l.Nequè eorum, ff.de Vſuris*, & eam comprobant, & exornant Peregrinus *de Iure Fiſci, lib.6. tit.7. num.30.* Capiblancus *de Baronibus pragmat.14.nu.76.tom.1.* Conſtantius *in dict.l.1.C.de Fiſcal.vſur.num. 12.* Eliſæus Dança *in pugna Doctorum, tit.de Officio Fiſci, à num.131, cum ſeqq.* Honoratus Leotardus *de Vſuris, quæſt.22. num.19.* Andręas Capanus *de Iure releuium, part.5. quæſt.16.num.13.* Fauſtus *in Conſil. prò Ærario, claſſi 9. conſ.41. verſiculo Quæro præterea.*

4 Hæc aſſertio, quòd pœnarum vſurę non debentur, obſeruanda eſt in mera pœna, ſcilicêt, cùm ex vna parte ſit lucrum,

&

& ex altera damnum ; ſecùs verò, ſi intereſſet illius, cui tribuenda eſt, licèt ſit pœna quòad ſoluentem, eo enim caſu benè currunt vſuræ, vt *ex l. 1. ff. de eo per quem factum erit, & in l. penult. ff. Nè quis eum, qui in Ius vocatus eſt, vi exim.* probat Rebuffus *in dict. l. 1. C. de Fiſcal. vſur. circà finem*, & eſt text. *in cap. finem litibus, vbi* Abbas, & communitèr Canoniſtę *de Dolo, & contum.* Boërius *deciſ.* 329. *num.* 11. Conſtantius *ibidem num.* 16.

5 Quòad ſecundam verò partem, quę reſpicit contractus, magiſtralitèr Scæbola *in dict. l. Cùm quidam, §. Ex locato, verſ. Fiſcus* totam materiam ſic complectitur: *Fiſcus ex ſuis contractibus vſuras non dat, ſed ipſe accipit, vt ſolet à fornicarijs, qui tardiùs pecuniam inferunt; Ità ex vectigalibus, cùm autèm in locũ priuati ſucceſſit, etiàm dare ſolet.* Ex quo text. communitèr ab omnibus talis deſumitur concluſio: *Quòd Fiſcus quandò ex contractu remanet debitor, non tenetur ad vſuras, verùm ſi remanet creditor, benè ei vſuræ ſoluuntur.* Quę particularis eſt deciſio, & ità concludunt in eo Doctores præſertîm Odofredus. Angelus de Aretio, Baldus, & cæteri. Ioan. Franciſc. de Ponte *de Poteſtat. Proreg. tit. 4. §. 3. num. 9.* Andræas Capanus *de Iure releuij dict. par. 5. quæſt. 16. num. 7.* & ideò rectè comprehendetur ſi eius clauſulas percurramus.

6 Ponit ergò primum exemplum, in, quo accipit Fiſcus vſuras, in contractibus fornicariorum, qui tardiûs pecuniam inferunt, qui dicuntur Opifices, & Propolę, & inſtitores, qui tabernas à Fiſco conducebant ſub fornicibus, vt ibi merces ſuas venales haberent, cuiuſmodi eſſe ſolent in porticibus fori venalium, id eſt, macelli, quas *fallas* appellant, vt Budeus *ibi* explicat, & Robertus Stephanus *in ſuo Theſauro Linguæ Latinæ*, qui ad comprobationem citat *dict. l. Cùm quidam, §. Fiſcus, vbi*, & notat Angelus, & cum eo Æmilius Ferretus *de Mora, num. 17. in fin.* Vèl vt verſio Florentina exponit, *foricariorum, qui erant foricarum publicarum viliſsimi conductores.* quam etiàm probat *Gloſſa vetus marginalis in eo text.* dicens perperàm Budeum alitèr intellexiſſe, & foricarios eſſe officinarum publicarum conductores; forica enim erat locus in foro, exonerandi ventris cauſa, paratus, vt Cujacius obſeruat *lib. 22. obſeruat. cap. 34.* & prætèr eum Maximilianus Fauſtus *in Conſil. prò Ærario, claſſi 1. conſ. 26. verſ. Foricarij dicuntur*, & de tali conductione teſtatur Iuuenalis *Satyra* 3. vbi eius vetus Interpres declarat, & ità text. exponit Iacobus Gutherius *de Officio Domus Auguſtæ, lib. 3. cap. 31. circà finem, verſic. Foricarij*, & concludit: *Foricarij huiuſmodi lutetiæ viſuntur, qui viarum immunditias plauſtris purgare ſolent, leueque ob id à dominis ædium, vèl earum conductoribus vectigal pen-*

ditur, foricarij ergò ſunt huius vectigalis conductores. De quo vectigali cloacario fit etiàm mẽtio *in l. Idem Iulianus, aliàs, cùm ſeruus* 39. §. *Hæres, ff. de Legatis* 1. vbi Doctores. Vèl ſi mauis huius verbi aliam expoſitionem, accipe cum Guido Pançirolo *in notitia vtraque dignitatũ, lib. 2. cap.* 13. *circà fin. verſ. Idem credo,* vbi cum Conſulto *in l.* 14. *ff. de Inſtructo, & inſtrum. leg.* ità declarat: *Sunt enim fornicarij, qui fornaces in balneis curant,* & Acurſius *in dict.* § *Fiſcus, verb. Foricarijs,* idem ſentit.

7 *Et in verſic. Item ex vectigalibus* ponit Scebola ſecundum. exemplum in conductoribus vectigalium; in quibus idem etiàm diſponit text. *in l. Vectigalia* 10. §. *Non ſolutis, ff. de Publican. & vectig.* his verbis: *Non ſolutis vectigalium penſionibus, pellere conductores, nèc dùm etiàm tempore conductionis completo, vèl ab his vſuras ex mora exigere, permititur.*

8 Qui conductores quorumcumque Iurium ad Fiſcum ſpectantium, & qui cum eo contraxerunt, ſpeciali eius priuilegio, ſi tardiùs pecuniam inferunt, vſuras præſtare debent, & priuilegium in eo verſatur, quòd licèt regularitèr ad conſtituendum debitorem in mora, quę exoritur ex perſona (excluſa mora, quę exoritur ex re) interpellatio, vèl diei lapſus requiratur, *l. Magnam, C. de Contrah. vèl commit. ſtipul.* vbi omnes *l. Quod te, ff. Si certum petatur.* vbi Alexander *col.* 4. *l. Mora* 32. *ff. de Vſuris.* Doctores *in l. Si mora, ff. Solut. matr.* Rota Genuę *deciſ.* 164. *num.* 17. cum latè traditis ab Anton. Pichardo *in Tractatu de mora à num.* 43. *& per tot.* benè de materia, *& præcipuè nu.* 37. *& ſeqq.* de mora irregulari, quę re ipſa cõtrahitur, *& à dicto nu.* 43. de regulari, quę interpellationem requirit. Ferretus *de Mora à num.* 42. vbi quòad effectum vſurarum diſtinguit contractus, & iuditia bonę fidei, de quibus *in dict. l. Mora* 32. §. *In bonæ fidei*, ità Conſultus ait: *In bonæ fidei contractibus ex mora vſuræ debentur.* à cõtractibus, & Iudicijs ſtricti Iuris, in quibus ſtipulatione opus eſt *ex l. Quamuis, C. de Vſuris,* quod declarat Ioan. Corraſius *lib. 2. Miſcellan. cap.* 7. & latiùs Ioan. Baptiſta Lupus *de Vſuris comment.* 1. §. 6. *nu.* 110. & propterea Egregia *Gloſſa in l. Minorum, verbo moram, C. In quibus cauſis in integr. reſtit non eſt neceſſ.* dixit, *eam eſſe vitium debitoris.*

9 Hoc non procedit in Fiſco (vt nèc in minore *ex l.* 4. *C. Ex quibus cauſ. maiores.*) Nàm in eo receptum eſt, quòd ipſius debitores ſinè interpellatione in omnibus contractibus, re ipſa, moram faciant, vèl vt ait *l.* 11. *ff. de Vſuris, ipſo Iure,* ità enim ſentiunt *Gloſ. in d.* §. *Fiſcus verb. Inferunt.* Bartol. *in l.* 2. *C. de his, quib. vt indig.* Alexan. *in d. l. Quod te n.* 8. Ioan. de Platea *in dict. l.* 1. *C. de Fiſcal. vſur.* Cujacius *d. lib.* 22. *obſeru.* 34. Menochius *de Arbitr. caſu* 220. *num.* 8. Peregrin. *de Iure Fiſci, lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 1. Antonius de Burgos *in cap. Si venditori de empt. & vend. nu.* 10. Surdus *deciſ.* 179. *nu.* 6. Barbatus

de

de diuiſ. fructi. p. 2. cap. 2. n. 17. Ioan. Franciſc. de Ponte *de Poteſt. Proreg. dict. tit. 4. de Regalibus impoſit. §. 4. à num. 44.* vbi intelligit text. *in dict. §. Fiſcus* in mora irregulari, vt ibi probat, ſic affirmans: *Et hanc ſequuntur Doctores communitèr dicentes eſſe Fiſci priuilegium, vt mora debitorum ſuorũ irregularis, & re ipſa abſque aliqua interpellatione contrahatur, &c.* Et idem etiàm probat *deciſ. 29. Supremi Conſilij, nu. 5. & 9.* Ciriacus *controu. 523. nu. 49. tom. 3.* Euerardus *in Locis legalibus, in loco à minoribus ad Fiſcum, nu. 1.* Maximil. Fauſtus *in Conſil. prò Ærario, claſſ. 9. conſ. 41. in princip.* Maſtrillo *de Magiſtrat. lib. 5. cap. 9. nu. 26.* Leotardus *de Vſuris, quæſt. 82. num. 8.* D.D. Alphonſus de Olea *de Ceſſ. Iur. & act. tit. 6. quæſt. 3. num. 28.*

10 Conſtantius *in l. 1. C. de Fiſcalibus vſuris, lib. 10. num. 17. & 18.* Andręas Capanus *de Iure releuij, p. 5. dict. quæſt. 16. num. 11. & per tot.* vbi probat diſpoſitionem *dict. §. Fiſcus* procedere in contractibus ſimplicibus, non autèm in quibus pœna appoſita eſt in caſu ceſſationis. Petrus Barboſa *in l. Poſt dotem 41. num. 62. verſ. Et prò hac ſpecialitate,* vbi *ex l. Herenius 43. ff. de Vſur. & gloſſ. fin. in ea,* Idem Ius concedit Fiſci ceſſonario, vt ſpeciali priuilegio etiàm vſuras exigat, quià in eum tranſit priuilegium perſonale, vt ſuprà probauimus *hoc Titulo quæſt. 18. num. 23. & 24.*

11 Sèd idem Leotardus *de Vſuris, q. 22. à n. 7.* agens de explicatione *huius §. Fiſcus, n. 11.* ait, illum etiàm accipi poſſe de conductoribus vectigalium, & foricarum, re ipſa moram cõtrahentibus, vt Iure ſingulari hoc admittatur in Fiſco, non enim verba illa, *qui tardiùs pecuniam inferunt,* neceſſariò ſignificant moram ex perſona, quià etiã is qui non eſt in mora, tardiùs ſoluere dicitur, cùm ſcilicèt, ſinê die debetur, nequè pêr aliquod tempus ſoluitur, vt colligitur *ex dict. l. Cùm quidam, §. Ex locato,* ibi: *Niſi conuenerit, vt tardiùs illatæ pecuniæ vſuras deberet, non niſi ex mora præſtari.* Non ergò ſatîs eſt, tardiûs pecuniam inferre, vt mora facta intelligatur, idemque probat *l. 3. C. In quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* in qua, Ius ſpeciale conſtitutum eſt fauore minorum, vt eis ex ſolo tẽpore tardę ſolutionis mora fiat, quod cum in perſona maiorũ receptum non ſit, conſequens eſt, regularitèr ex eo tãtum quòd quis pecuniam tardiùs ſoluit, moram feciſſe non videri. Ideòque cum Paulus ait: *Fiſcum vſuras exigere ſolere à conductoribus, qui tardiùs pecuniam inferunt,* indicat vſuras ex ſolo tempore tardę ſolutionis deberi; & quod idem eſſe videtur moram re ipſa Fiſco fieri, vt fauore minorum conſtitutũ eſt *in dict. l. 3.* & fauore Reipublicę *in leg. 9. in fine, ff. de Adminiſtr. rer. ad Ciuitat. pertinent. & dict. l. Cùm quidã, §. Eos qui, ff. de Vſuris,* & ideò concludit *num. 13. Ex quibus conſtat eos, qui ex adminiſtratione rerum Ciuitatis conueniuntur, vſuras eius pecuniæ præſtare debere, quæ apùd eos non pauco*

tempore remanſit. Quarè tutiùs eſt communem ſententiam ſequi, quæ hoc priuilegium tribuit Fiſco, & quam ſequutus eſt doctiſsimus Cujacius loco citato. Idem etiàm cõprobat Ponte *dict. tit. 4. §. 4. num. 47. & 48.*

12 Hæc reſolutio indulgens Fiſco Ius accipiendi vſuras à ſuis debitoribus; aliquibus caſibus tẽperanda eſt, & generaliter obſeruandum, iuſtam cauſam à mora, & vſuris debitores Fiſci excuſare, cuius ſpecies proponuntur *in legibus, Liberalitatis* 16. *& Cum quidam* 17. *ff. de Vſuris*, & eas exponit Leotard. *dict. quæſt. 22. num. 14. & ſeqq.* & ex profeſsò *quæſt. 84.*

13 Tertium exemplũ proponitur à Scebola in Fiſco ſuccedente in locum priuati, quo caſu ait etiâm vſuras dare ſolere; nàm ſi priuatus prẽſtabat eas, ipſe ſimilitèr prẽſtabit, & eodem onere ad eas tenebitur, ratione ſumpta ex alio Pauli reſponſo *in l. in facto, §. 1. ff. de Condit. & demoſtrat.* vbi hæc verba habentur: *Fiſcus eiſdem conditionibus parere debet, quibus perſona à qua id ipſum, quod relictum eſt, peruenit, ſicùt etiàm cum ſuo onere hoc vindicat.* Hoc addito, quòd poſtquàm Fiſcus ſucceſsit, habebit priuilegiũ ſuum, *l. Fiſcus la 1. ff. de Iure Fiſc.* quẽ ità declarat prædicta, vt procedant prò tempore præterito, non autèm prò futuro; & ideò ſi priuatus, cui ſucceſsit, tenebatur ad vſuras maiores ſemmiſibus ex mora, prò tempore anteriori, ità ſoluet, ſed à tempore ſucceſsionis, quo iàm ipſe eſt Dominus, ſolùm præſtabit ſemmiſes, quẽ exiguntur ad rationem 6. prò centum (de quibus *in l. fin. C. de Vſur. Fiſcal. l. Sèd debitores, l. Qui ſemmiſes, iuncta dicta l. Cùm quidam, ff. de Vſuris, & in l. 1. in fin. C. de his, quib. vt indign.* & earũ naturam benè explanat Lupus *de Vſuris, comment. 1. §. 3. num. 44. & 49.*) vt probatur etiàm *in dict. l. Cùm quidam, §. Si debitores, ff. de Vſuris.* Ioan. de Platea *in l. 2. C. de Fiſcalibus vſuris, lib. 10. num. fin.* & Conſtanc. *ibidem num. 31.* & meliùs *in l. vnica, C. Pœnis Fiſcal. credit. præf. num. 160.* Fabius de Anna *conſ. 93. num. 1. & ſeqq. lib. 2.*

14 *Et in dict. §. Si creditores* aliud ſpeciale priuilegium in Fiſco exprimitur, ſcilicèt, quòd ſi debitores illius, cui ſucceſsit, minores vſuras præſtauerint, pòſt ſucceſsionem ſemmiſes prẽſtabunt. Peregrin. *de Iur. Fiſc. dict. lib. 6. tit. 7. n. 2.* Conſtancius *in dict. l. 1. C. de Fiſcal. vſur. num. 22.* Leotardus *dict. q. 22. num. 3.* D. Olea *de Ceſsion. Iur. & action. tit. 6. quæſt. 2. num. 46. & num. 50.* & prò hoc eſt *Gloſſ. ſingularis in cap. Porrò de priuilegijs, verb. Libertatem.* Farinac. *vbi proximè nu. 158.*

15 Sèd harum legũ diſpoſitio ſolùm procedit, & habet locum de Iure cõmuni (quẽ Iure Canonum abrogata eſt) & eo attento, vt omninò in hac materia attendi debet, omnis vſura, & eius ſpecies prohibita eſt, & ideò hodiè Fiſcus nequè dat, nequè accipit vſuras, nèc poſſunt ad praxim reduci *dict. l. 17. §. Fiſcus, & §. Debitores, ff. de Vſuris, l. 2. & 3. C. de Fiſcal. vſur. lib. 10. l. 1. C. de*

C.de his,quibus vt indig.& alię omnes,quibus Fiſcum vſuras dare,vèl accipere conſtitutum eſt, vt notant Peregrinus *dict.lib.6. tit.7. nu. 4.in fin.* Alfaro *de Offic.Fiſcal.gloſſ. 16.priuileg.64.num.209.*Ponte *dict. §.4. num.32.* & cum eis Leotardus *dict. quæſt.22. num.21.* ſic concludens: *Quam ob rem quod Iure Canonum ſancitum eſt, nè quis pecuniam fœneret,vèl vſuras accipiat, etiàm ad Fiſcum Principum, & Principes pertinet, quibus etiàm id vetitum eſt.* Tamèn debetur ei intereſſe, vt ſequenti quæſtione demonſtrabimus.

QVÆSTIO XXXIII.

An attento Iure Canonum, licèt non debeantur vſurę, debeatur tamèn Fiſco intereſſe ratione morę?

Summarium Quæſtionis Trigeſsimæ tertiæ.

Num.1. Vſura omni Iure prohibita eſt, intereſſe verò omni Iure eſt permiſſum,& iußum.

2 *Comprobatur de Iure Ciuili.*

3 *Intereſſe fundatum in Iure naturali,& eius æquitate, nè quis cum alterius iactura locupletetur,debetur de Iure Canonico.*

4 *Intereſſe eſt æſtimatio eius, quod alicui abeſt alterius culpa, ſiuè, quià damnum recipit amittendo ſua,ſeù quià lucrum non adquirit.*

5 *Fiſco debetur intereſſe à ſuis debitoribus ſtatuto tempore non ſoluentibus, & moram contrahentibus.*

1 VERVM licèt non debeantur Fiſco vſurę,Iure Canonum attento,â ſuis debitoribus, tamèn eorũ mora nõ debet impunita remanère. Nàm vice vſurarũ tenentur ad id quod interſt.Eodẽ enim modo quo vſura non ſolùm Iure Diuino non eſt permiſſa,ſed omni alio Iure atrocitèr eſt prohibita, ità intereſſe tàm Iure Diuino,quã omni alio permiſſum,& iuſſum eſt, vt latè probant Couar.*lib.3.var.c.1.n.1.& 2.& cap. 2.3.& 4.ſeqq.*Honorat.Leotard.*de Vſuris,q.2.*vbi latè de deteſtatione, & damnatione vſurarũ, & iniuſti lucri in quo creditoris non interſit. Ioan.Baptiſt.Staiban. *in Tract. de intereſſe, lib.1.q.15. pèr tot.* & eſt notabilis Gloſ.*in l.Cunctos Populos,*

C. de Summ. Trinit. & Fid. Cath. verb. Petrum Apoſtolum, vbi agens de prohibitione vſurarum, quę hodiè indicitur, ſubdit: *Sèd diſtingue, aùt petit quis vt lucrum, & non poteſt, aùt quià obſit ſibi, quià paſſus eſt damnum, & tùnc non vt vſuræ, ſed vt intereſſe petuntur, argumento ff. Prò ſocio, l. Socium, qui in eo, & ità obſeruatur in Curia Romana.* Sequuntur Bartolus, & Iaſſon *ibi num.* 48. pòſt Albericum, qui materiam elegantèr declarat.

2 Et prò hac differentia, quæ eſt intèr vſuram, & intereſſe, de Iure ciuili eſt etiàm Text. *in l.* 3. *§. fin. ff. de eo, quod certo loco*, ibi: *Quod interfuit, veniet, & quidèm vltrà legitimum modum vſurarum.* quem, & alios ad hoc ponderat Rodriguez *de Annuis reditibus, lib.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 82. in qua quæſtione latiſsimè agit de declaratione totius materię vſurarum, & earum prohibitione. Caſtillo *lib.* 2. *controu. cap.* 1. *pèr totum, & maximè à num.* 13. & 14. Trentacinquius *lib.* 1. *var. tit. de Intereſſe, reſolut.* 1. Guzman *de Euiction. quæſt.* 58. *à principio.* Leotardus *de Vſuris, quæſt.* 3. *num.* 21. Et de earum deteſtatione omni Iure indicta elegantèr agit D. D. Emanuel Gundiſalbus Tellez vir doctrina, integritate, & omnigena virtute, tamquàm ſidus, refulgens, & ideò meritò, poſtquàm in Supremo, & Generali Sanctę Inquiſitionis Tribunali cenſoris fidei munere functus fuit, nûnc in Pinciano Auditorio communi plauſu præeſt, *in notis ad Concilium Illiberitanum, lib.* 2. *Can.* 20. *in commentario ad caput* 39.

3 Salycetus *in l.* 2. *C. de Vſuris* dixit vſuras de Iure Canonico peti non poſſe, intereſſe verò ſecûs, & *Gloſſa ibi.* dùm text. dicit, quòd retardans quis ſolutionem pretij, vſuras emptori æquitatis ratione præſtare cogatur, quærit, ân hoc hodiè de Iure Canonum ſit prohibitum, quiâ prohibita vſura, & dicit: *Secundùm opinionem Azonis non eſſe prohibitam, quià loco intereſſe petitur, & dicitur ſolui ſecundùm Bald. ibi: In recompenſationem fundatam in Iure naturali, & eius æquitate, nè quis locupletetur cum aliena iactura.* Et *Gloſs. in cap. Conqueſtus de vſuris, verb. de feudo*, comprobat in pluribus caſibus intereſſe, & damna, ſecundùm Canones, peti poſſe, quià nõ ſunt vſura, de quo latè *ibi* Abbas & *in cap. Cùm venerabilis de except.* Barboſa *in Collect. dict. cap. Conqueſtus num.* 5. 6. & 7. vbi plures. Ponte *conſ.* 94. *num.* 3. *tom.* 2. & *de poteſt. Proreg. tit.* 4. *§.* 4. *num.* 21. & 22.

4 Interreſſe enim eſt æſtimatio eius, quod alicui abeſt alterius culpa, ſiuè quià damnum recipit amittendo ſua, ſeù quià lucrum nõ adquirit, Caluinus *in Lexico, verb. Intereſſe.* Carleual *de Iudicijs, tom.* 2. *diſput.* 8. *à num.* 2. vbi latè. Staibanus *de Intereſſe, quæſt.* 1. *à nu.* 5. Eſcouar *de Ratiocin. cap.* 15. *à princip.* Honoratus Leotardus *de Vſuris, q.* 74. & *q.* 75. Lupus *de Vſuris comment.* 1. *§.* 6. *à num.* 101. Hermoſilla *in l.* 10. *tit.* 1. *part.* 5. *gloſſ.* 4. *ex num.* 7.

Caſ-

Caſtillo *deciſ. Sicil.* 143. *à num.* 4. *tom.* 2. Noguerol *allegat.* 18. *nu.* 99. *& ſeqq. & num.* 107. *& alleg.* 11. *num.* 176. *& ſeqq.* Roccus *in Reſponſis legal. reſp.* 79. *pèr totum tom.* 1. D. Olea *de Ceſſ. Iur. & action. tit.* 6. *quæſt.* 2. *à num.* 27.

5 Et ideò debet pręſtari intereſſe Fiſco à ſuis debitoribus ſtatuto tempore non ſoluentibus, & moram cõtrahentibus, vt probant Alfaro *de Offic. Fiſc. gloſſ.* 16. *priuil.* 64. *num.* 209. Noguerol *allegat.* 11. *num.* 180. Cyriacus *controu.* 523. *nu.* 49. *tom.* 3. Leotardus *dict. quæſt.* 22. *num.* 27. *in fin.* D. Olea *dict. tit.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 29. quę mora ex ſpeciali Fiſci priuilegio, ab eius debitorib⁹, abſquè alia interpellatione, ſi non faciunt quod debent, ipſo Iure, àc ipſo facto contrahitur Gloſſ. *in l. Cùm quidam, §. Fiſcus, verbo, inferunt, ff. de Vſuris,* Baldus, & Iaſſon *in l.* 1. *C. de Indignis.* Alex. *in l. Quod te mihi col.* 4. *ff. Si certum petatur,* Antonius de Burgos *in cap. Si venditori de empt. & vendit. num.* 10. Peregrinus *de Iure Fiſci, lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 1. & diximus *quæſt. antecedenti, num* 9. *& ſeqq.* Andr. Capanus *de Iur. releuij dict. par.* 5. *quæſt.* 17. *pèr totam,* vbi probat in releuio (quod eſt ſeruitiũ, quod Domino pręſtatur, prò illo anno quo feudi inueſtituram facit, pêr vaſſallum poſt mortem nuntiatam, fidelitatem oblatam, & inueſtit uram petitam) re ipſa, elapſo anno, ſinê interpellatione moram incurri, & oriri actionem ad intereſſe prò Fiſco contra vaſſallum. Maſtrillo *de Magiſtr. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 27. qui loquitur in vectigaliumFiſci conductoribus.

QVÆSTIO XXXIV.

An, & in quibus caſibus debeat præſtari intereſſe Fiſco ab eius officialibus, qui ratione officij tenentur ad adminiſtrationem, exactionem, & cuſtodiam ærarij, ſeù Regij Patrimonij? & de fide circà hoc ab eis ſeruanda. Et itèm, ſi in rationibus cum eis expenſis reliquati ſint, debeant reliqua ſoluere cum legitimo intereſſe pòſt moram?

Summarium Quæſtionis Trigeſimæ quartæ.

Num. 1. Theſaurarij, Exactores, ſeù Officiales Regij curam ærarij habentes, debent parare, & habere promptam Regalem pecuniam ad vſus deſtinatos, & nequeunt eam attingere, niſi cum expreſſo ordine Regis, ſeù Miniſtrorum ſuperiorum, quibus talis diſtributio commiſſa eſt.

2 *Theſaurarij, & Officiales Regij non poſſunt in vſus proprios vertere pecuniam publicam, nèc alij mutuare, & tenentur vt veri depoſitarij pecuniam reddere in eadem ſpecie.*

3 *Officiales, ſeù Miniſtri Regij, qui detinent publicam pecuniam, poſſunt commitere crimen peculatus, & de reſiduis. Et num. 4. eorum ſpecies declarantur, & referuntur Doctores, qui hanc diſtinctionem exponunt.*

5 *Peculatus crimen incurrit qui pecuniam fiſcalem attrectat, ſurripit, & in vſus ſuos, ſeù aliorum conuertit, & quòad actionem ciuilem tenetur in quadruplum, in quo ſimplum ineſt, & in idem ſcelus incidunt conductores, ſeù exactores, qui pecuniam exactam ex reditibus Regijs ità contrectant, nèc ſoluunt creditoribus, quibus conſignata eſt, vèl diminutè aliquo retento ipſis ſatisfaciunt.*

6 *Peculatus crimen grauiſsimum eſt, & furto ſimile, immò maiori pœna coërcendum, quæ capitalis eſt in Theſaurario, Officiali, ſeù Miniſtro Regio, qui conuictus fuerit aliquid de ærario, ſeù capſis Regijs amouiſſe, vèl intercepiſſe.*

7 *Nobilitas non tribuit immunitatem aliquam Theſaurario, ſeù cuilibet Officiali Regio, qui in crimen peculatus incìdit; nàm debet cõtra eius perſonam, & bona procedi, quoùſque pecuniæ exactæ, & interceptæ rationem cum reliquatione,*

ne, & omnimoda satisfactione reddiderit. Immò hæc qualitas agraùat delictum, & ideò acerbiùs debet puniri Nobilis, & in Dignitate constitutus qui furtum, vèl rapinam rerum Regis commisit.

8 Peculatus criminis reus, prætèr pœnas tàm ciuiles, quàm criminales, quas incurrit, tenetur pecuniam restituere cum legitimo interesse.

9 Officialis impetitus ex officio regularitèr solùm tenetur in sortem, non in vsuras, nisi interueniat culpa grauis amotionis, seù interuersionis pecuniæ, nàm tùnc tenetur ad vsuras, & interesse.

10 Thesaurarius, Susceptor, seù Exactor pecuniæ fiscalis tenetur Fisco restituere omne lucrum, ex implicatione, seù interceptione talis pecuniæ quæsitum.

11 Emens res ex pecunijs Regijs, quas ad certũ vsum habet ad quid teneatur? Et àn res empta Principi adquiratur? & quid in re empta ex pecunia minoris, militis, seù Ecclesiæ?

12 Fiscus rem emptam pèr Thesaurarios, seù Officiales Regios ex sua pecunia potest cum lucris ex illa re prouenientibus vindicare.

13 Referuntur Authores, qui disputant, àn administrator Thesaurarius, vèl Officialis Principis præsumatur ditatus de bonis administratis, àn verò de proprijs?

14 Officialis Reipublicæ, qui ex publicis annonis, seù positis frumentarijs pecunias accipit prò emptione frumenti, & eas in proprios vsus conuertit, qua pœna teneatur? & quid in Iudice, qui eas sinè facultate expendit?

15 Receptor, seù Exactor pecuniæ Regiæ, qui eam suo periculo exigit, & custodit, potest ea vti, & in proprios vsus conuertere, & idem si eam colligit à debitoribus Fisci, sibi consignatis cum obligatione eam restituendi certo tempore.

Thesaurarius, seù Exactor gabellarum, vèl aliorum tributorum, qui certo tempore tenetur respondère cum illa pecunia, interìm potest cum ea negotiari.

16 Thesaurarij Generales, Quæstores, seù Camerarij Principum nostri temporis àn possint impunè cum pecunijs pèr eos exactis, prætextu officij, negotiari, mutuare, cambiare, & lucrari.

17 Resoluitur quæstio sub ea distinctione, quòd si dominium pecuniarũ erat in eos translatum, & earum periculum ad eos spectabat, & statutum eis erat certum tempus ad rationem reddendam, vèl eas remittendas, vèl consignati erant eis reditus, vèl effectus exigendi ab aliquibus, vt ex eis soluerent Principis creditoribus, possint cum eis negotiari; si verò Exactores, seù Susceptores pecuniæ Regiæ non habeant tempus ad soluendum, sed solùm ad reponendam eam in arca, seù Capsa Regia, non possint. Et idem si pecuniæ ab initio destinatæ sunt ad certos vsus statìm exequendos, quibus casibus si pecuniam amouent, vèl quouis modo in sui, vèl aliorum fauorem implicant,

prætèr

prætèr pœnas legibus comprehenſas, pecuniam cum intereſſe reſtituere tenentur.

18 *Reſolutio prædicta comprobatur, & declaratur tripartita diſtinctione.*

19 *Theſaurarij, & Officiales Regij, ſi in rationibus cum eis expenſis reliquati ſint, debent reliqua ſoluere cum legitimo intereſſe pòſt moram.*

Theſaurarij, & Adminiſtratores pecuniæ Regiæ, tenentur ſingulis annis rationem reddere.

20 *Minoribus, ipſo Iure debetur intereſſe reliquorum, à tempore quo tutor, vèl curator fuit in mora reſtituendi reliquatum; & idem procedit in Eccleſia, Fiſco, & Republica.*

21 *Theſaurarij Regij, ſeù Adminiſtratores publicæ pecuniæ, tenentur exhibere librum in quo omnes quãtitates exactas, & expenſas clare, & fidelitèr cõtineantur, aliàs ſunt in dolo.*

22 *Rationem reddituri pecuniæ publicæ, vèl Fiſcalis ex quacumque cauſa, tenentur primò manifeſtare, & offerre relationem claram, fidelem, & apertam negotiationis ſtationis, ſeù contractus, & oneretionis, vèl exonerationis pecuniarum ſub iuramenti religioni, & ſub pœna tripli ſoluendi ſi in aliquo deficiat, & de ſupoſitione, ſeù mendatio combincatur; & referuntur Authores, qui de ea agunt.*

23 *Adminiſtratores Regij, vèl publici ob dolos, & fraudes in adminiſtratione commiſſas, puniri poſſunt.*

24 *Reliquator, & reliquari quid ſignificet.*

1 THeſaurarij Regij, Suſceptores, vèl Exactores pecunię fiſcalis, qui ratione officij eis iniuncti tenentur ad adminiſtrationem, exactionẽ, & cuſtodiam ærarij, ſeù Regij patrimonij, & quorum cura, & onus eſſe debet procurare, exigere, & habere promptam, & paratam publicam, & Regalem pecuniam ad vſus deſtinatos, nequeunt eam attingere, nêc amouere, niſi ex expreſſo Regis ordine, ſeû Miniſtrorum ſuperiorum, quibus talis diſtributio commiſſa eſt, iuxtà *l.* 1. 2. & 3. *C. de his, quæ ex publica collatione illata ſunt non vſurpandis, lib.* 10. *l.* 1. *C. de his, qui ex publicit. rationibus mutuam pecuniam acceperunt, eodem lib. vbi Gloſs. verb. Sumpſerit,* ità ait: *Non enim debet alicui perſonæ publicæ, vèl priuatæ mutuari, ſed ad vſum deputatum ſeruari, & iuſſu Superioris ibi dari. l. Miſsi opinatores* 7. *C. de Exactor. tribut. lib.* 10. *Authent. vt Iudices ſinè quoquo ſuſrag. cap.* 10. *bona l.* 7. *tit.* 1. *part.* 7. vbi intèr caſus in quibus quis poteſt pòſt mortem accuſari ponit noſtrum, his verbis: *Eſſo miſmo ſeria, ſi alguno ouieſſe ſeido Oficial del Rey de aquellos que han à deſpender alguna coſa*

por

por èl,ò ſi fueſſen de aquellos que han de coger,è recabdar ſus rẽtas,è ouieſſe endè furtado algo, ò tomado de otra guiſa por darlo à otro ſin ſu mandado del Rey, ò lo ouieſſe metido en ſu prò del meſmo,è non del Rey,&c. Bartol. *in d.l.3. C.de his, quæ ex publ.collat.* & idem,& Platea *in dict. l.1. & in l.2.C.de his,qui ex publ.rationibus.*

2 Comprobat, & ſequitur Angelus *conſil.90. tom.2.* vbi quòd Officiales,vèl Adminiſtratores nõ poſſunt in vſus proprios vertere pecuniam publicam, nèc alij mutuare. Decius *conſ.473.num.9.* qui probat tales Officiales (quià ſunt obligati ad cuſtodiam, tamquàm depoſitarij) teneri pecuniam reddere in eadem ſpecie.Ruinus *conſ.* 143. *num.5. & 7. vol.5.* Franciſcus Marcus *deciſ.202.*Ripa *in Tractatu de remedijs ad conſeruandam vbertatem, num.17. in fin.* vbi dicit quòd Theſaurarij, qui tenentur publicam pecuniam ſempèr habere promptam,& paratam,nõ poſſunt ea vti prò ſe,vèl alijs concedere;& hoc procedit etiàm ſi agatur de modica quantitate.Ioan. de Platea *in l.Sciãt,C.de his,qui ex publ.ration. lib.10.*& Bart.*in locis citatis,*& facit *l.35.tit.6.lib.3. Recopil.*& quę circà eius, & aliarum concordantium explicationem notant Auiles *in Capitibus prætorum, cap.45. verb.ni tomar.* Auendaño *de Exeq. mand. 2.par.cap.24.* Azeuedo *in dict.l.35. in princip.* Bobadilla *in Polit. lib.5. cap.6. num.10.* & meliùs *eodem lib. cap.4.num.81.* Eſcouar *de Ratiocinijs, cap.14.num.21.& ſeqq.*Surdus *conſ 391.num.14. vol.3.* vbi id benè probat in Theſaurario Principis. Balmaſeda *de Collectis, quæſt.111. num.3.*

3 Et prò genuina materiæ diſcuſione prælibandum eſt,quòd attẽto Iure,tales Officiales in duas criminũ ſpecies incidere poſſunt, ſcilicèt,vnam de Reſiduis,& alterã de Peculatu, quę quòad noſtrũ aſſumptum parùm differunt.

4 Lege Iulia de Reſiduis tenentur qui publicam, vèl Regiam pecuniam delegatam in aliquem vſum detinuerunt, erogarunt vè in alios,vèl ſuos,vèl alienos, *leg.2. l.4.§ lege Iulia de Reſiduis,ff.Ad leg. Iul. pec. & de ſacrileg. & de Reſid. l.14. tit.14. part.7.* Lege verò Iulia Peculatus illi, qui cùm habeant pecuniam publicam, vèl Fiſcalem apũd ſe,vèl cauſa cuſtodię, vèl ex munere officij, adminiſtrationis, ſeù exactionis, prætèr moram in ſolutione incurſam,& eius retentionem,illa in proprios vſus vtuntur, vèl in alios erogant *l.1. l.4. in princip.ff.Eodem,§.Item lex Iulia peculatus 8.& § Sunt prætereà 10.inſt. de public. Iudic.* quam diſtinctionem luculentèr declarant Pichardus *in dict.§.§.8.& 10.* Menochius *de Arbitr. caſu 586.* Farinacius *de Furtis,quæſt.171.* Tyberius Decianus *in Tract.crimin.lib.8.cap.30. & 31.* Ponte *deciſ.7 ſupre. conſ. à num. 25. & conſilio 22. pèr totum tom 1.* Gracianus *tom.2.diſcept.forenſ.cap. 304. num. 11.* Pradilla *en las leyes penales, p.1.cap.46.*Petrus Cauallus *cent.1.reſolut.crim.caſu 99. à num.2.*

Re-

Regens Reuerterius *deciſ.* 112. *nu.* 2. & ibi Marinis *in obſeru. num.* 1. Regens SanFelicius *deciſ.* 285. *nu.* 32. *& ſeqq.* vbi diffusè de materia, Anibal Moles *in deciſ. Neäpol. §.* 16. *quæſt.* 1. *num.* 5. Capicius Galeota *Reſponſ. fiſc.* 22. *à num.* 15. Eruditiſſimus D.D. Ioſeph de Retes, Supremi Senatus Conſiliarius *lib.* 1. *Opuſculorum, cap.* 15. in quo de origine, & declaratione legis Iuliç peculatus ſingularem paraphraſim exponit.

5 Et cùm initio â Iulio Cæſare, de publica pecunia, lex Iulia peculatus lata fuiſſet, poſteà Principum conſtitutionibus extenſa fuit primò ad Fiſcalem pecuniam, de qua ſic Paulus *lib.* 5. *Sententiarũ, tit.* 27. *Si quis fiſcalem pecuniam atrectauerit, ſurripuerit, mutauerit, ſiuè in ſuos vſus conuerterit, in quadruplum eius pecuniæ, quam ſuſtulit, condembitur.* Et dein lè ex Trajani Adria nique reſcriptis porrecta fuit ad bona quarumcumque Ciuitatum *in dict. l.* 4. *§. vlt. ff. Ad leg. Iul. peculat.* vt accuratè obſeruat Gullielmus Fornerius *lib.* 2. *Selection. cap.* 22. & cum eo D. Retes *dict. cap.* 15. *nu.* 14. & Marinis *vbi proximè*, quam deciſionem ſeptem partiti Iuris concinatores tranſcripſerunt *in l.* 14. *tit.* 14. *part.* 7. ibi: *E por endè mandamos, que qualquier que eſto fiziere, que ſea tenudo à tornar à la Camara del Rey todos los marauedis de que vsò aſsi malicioſamente. E que peche demàs deſſo por el yerro que fizo tãto quanto valia la tercia parte de aquellos marauedis de que vsò para ſu prò contra la voluntad del Rey.* Cui cõſonat deciſio *leg.* 2. *tit.* 8. *lib.* 9. *Recopil.* quę leges condemnationem ciuilem reſpiciunt, & quadrupli pœnam contentam in lege confirmant, in quo ſimplum ineſt, vt affirmant Bartolus, & reliqui *in leg. Qui in contractibus, C. de Iur. Fiſc. lib.* 10. Petrus Gregorius *lib.* 33. *Syntagmat. Iur. cap.* 15. *num.* 3. Menoch. *dict. caſu* 586. *num.* 10. & in puncto SanFelicius *dict. deciſ.* 285. *pèr totã.* vbi probat reditus vectigalium, & aliorum Iurium Regiorum, tàm prò Fiſco immediatè exactos, quàm locatos, dici publicos, publicamque pecuniam, *& à num.* 5. quòd pecunia exacta pêr conductorem eorũ, quamuîs nummis colat, & teneatur ad ſolutionem deſtinatis temporibus, eſt pecunia publica, & in eius amotione, ſeù interceptione committitur crimen peculatus, quod cõprobant etiâm Galeota *d. reſponſo fiſc.* 22. *à nu.* 6. & SanFelicius *deciſ.* 284. *anteced.* ſingulatèr defendit eodẽ ſcelere irretiri cõductores, exactores, ſeù alios Miniſtros Regios, qui imputantur de diminuta ſolutione dolo facta conſignatarijs, ſeù creditoribus, quibus pecunia aſſignata eſt, verbi gratia, ſi ſoluant 25. ſeù 30. in ſingulos centum, reliquo ſub nomine Alagij retento, quod etiã prouidè ſtatuitur *in legibus* 15. 19. *& 20. tit.* 16. *lib.* 9. *Recopil.* vbi Azeuedo declarat. Anibal Moles *in d. deciſ.* 9 *§.* 16. *quæſt.* 1. *num.* 5. vbi quòd officialis, ſi retinet pecuniam eſt reliquator, & tenetur pœna peculatus,

latus, & *eodem §. 16. quæſt. 8. nu. 12.* probat in hoc crimine peculatus officialis hæredes teneri, etiã quòd nihil ad eos peruenerit, & lite non conteſtata. Leotard. *de Vſuris, q. 39. à num. 42.* vbi tenet cum Molina *de Iuſt. & Iur. diſput. 313.* & alijs, tales Miniſtros, ſi prò expectatione debitorũ Principis aliquid accipiant, vſuram commitere, & *num. 46.* iniuſtitiam facere cum onere reſtituendi, ſi partem debiti, vèl quid aliud accipiãt, vt citiùs ſoluant, vèl nè differant ſolutionem Regis creditoribus, & alia ſingularia notat.

6 Quòad condemnationem verò criminalem, hoc crimen ſemper grauiſsimum reputatum fuit, & pœna furti mulctatum. *l. Officiales 3. & ibi Gloſſ. verb. interuerſa, C. de Epiſcop. & Cleric. l. Neminem 4. C. de Suſceptoribus, Præpoſ. & Arcarijs, lib. 10.* Boſsius *in Praxi, tit. de furtis, num. 39.* Moles *in dict. deciſion. §. 16. quæſt. 1. nu. 4. & ſeqq.* Regens Sanfelicius *dict. deciſ. 285. num. 18.* vbi cum alijs probat hoc delictum grauiùs furto eſſe, & ideò pœnam debere infligi grauiorem. D. Retes *dict. cap. 15. num. 4.* vbi quòd, aceruiûs furto vindicatum fuit in initio, non certa aliqua Populi Romani lege, aût Iure, ſed proût res incidebat, inquiſitione quæſtori demandata, & nonnumquàm cognitione Prætoria, vt ibi probat, qua de cauſa *in Authenth. de mandatis Principum, §. Coges* Theſaurarius Regius, vèl tributorum exactor, qui aliqua bona, vèl pecunias à ſe collectas occultauit, doloſè vè retinuit, non reddens rationem illarum, pœna amputationis manus punitur, & pœna capitalis ſtatuitur *in l. 2. in fin. C. de his, qui ex publ. ratioc. lib. 10. & in l. vnica, C. de Crimine peculatus, & §. penultim. inſtit. de publicis Iudicijs,* quibus concinit *lex 18. tit. 14. part. 7.* ibi: *O Oficial del Rey que tuuieſſe dèl algun teſoro en guarda, ò que ouieſſe de recabdar ſus pechos, ò ſus derechos, è le furtare, ò le encubriere dello à ſabiendas, ò el Iudgador que furtaſſe los marauedis del Rey, ò de algun Concejo mientra eſtuuiere en el Oficio. Qualquier deſtos ſobre dichos, àquien fuere probado que fizo furto en alguna deſtas maneras, debe morir por endè, è quantos dieren ayuda, è conſejo à tales ladrones.* Et facit *l. 1. tit. 8. lib. 9. Recopil.* in qua quicumque doloſè, & violentèr vſurpans, ſeù diminuens reditus Regios, vèl impediens eorum exactionem, pœnę capitalis, & amiſionis bonorũ reus eſt, vbi Azeu. *num. 2. & 3.* Alfaro *de Officio Fiſcal. gloſſ. 20. num. 320.* vbi loquitur in caſu ſpeciali intendentium intrare nabim, qua Regium argentum vehebatur, vt vim facerent nautis, & aliò ducta nabi, Regium argentũ furarentur. D. D. Ioan. de Solorç. *in Polit. in d. lib. 6. c. 15. circà fin. verſ. Y por deſembarazarme*, vbi quòd Officiales Regij, qui aliquid ſubtrahunt de Capſis Regijs, pœna capitis tenentur. D. Gabriel Berart. *in Speculo Viſitat. cap. 23. num. 152.*

7 Et ab hoc crimine, & eius pœnis nemò immunitatem habet, licèt nobilitatis prærogatiua aliàs fruatur. Nàm, non obſtante, poteſt contra eum procedi, & carceri

mancipari, donèc omnis pecunię exactę, & interceptę rationem cum reliquatione, & omnimoda ſatiſfactione reddiderit; vt iàm ad petionem meam in hoc Supremo Conſilio iuſſum, & decretum fuit contra nobilem Adminiſtratorem vnius Prouintię, qui in hoc admiſſum prolapſus fuit. Et hoc quidèm iuſta ratione ſtatuitur, quià cùm regulariter furti crimen à principio orbis tàm exoſum ſit, vt teſtatur Iuſtinus *in Epitome Trogi Pompej, lib. 2. cap. 2.* his verbis: *Nullum ſcælus apùd eos furto grauius.* & exornant cum alijs Farinac. *in Quæſtion. crimin. q. 165. num. 1.* Gutierrez *de Delictis, quæſt. 154.* hæc deteſtatio fortiori ratione procedit in furto commiſſo cõtra Principem, & eius res, vt ſingularibus verbis exprimit *lex 1. tit. 17. part. 2.* ibi: *Cà ſi en todo home es deshonra furtarle lo ſuyo, ò forzargelo, quãto mas quien lo faze à ſu Rey, que es ſu ſeñor,* & paulò inferiùs ità proſequitur: *Onde por todas eſtas razones qualquier que à ſabiẽdas tomare por fuerça, ò furtaſſe las coſas muebles del Rey, ſegund fuero antiguo de Eſpaña, faria alebe conocida: E ſi fueſſe home honrado, è le tomaſſen en el fecho, debe morir por endè,* & proſequitur diuerſam pœnam alijs infligens, & Gregor. Lopez *ibi gloſſ. 9.* ſic ait: *Nota, quòd in crimine furti, vèl rapinæ rerum mobilium Regis duriùs punitur nobilis, & in dignitate conſtitutus, quàm plebeius, & hoc propter furtum quod nobilibus eſt vilius, & ſic dignitas agrauat delictum. l. 12. & l. fin. tit. 21. part. 2.* Azeuedo *in l. 1. tit. 23. lib. 8. Recop. num. 54.* vbi quòd Nobilis propter delictum furti amittit nobilitatem; cum alijs latè congeſtis à Carraſco *ad Leges Regias, tract. de Nobilibus non torquen, num. 67. & ſeqq.* & à D. D. Petro de Salçedo *in Teathro honoris, gloſſ. 27. nu. 25. & ſeqq.* Bobad. *in Polit. lib. 5. cap. 4. num. 80.* D. D. Franciſc. Salgado *in Labyrint. p. 1. cap. 41. num. 11. & 12.* Bertolus *in Addit. ad Rodriguez de Concurſ. 1. p. num. 60.* & facit Iuuenalis *Satyra 8.* ibi:

Omne animi vitiũ, tanto cõſpectius in ſe
Crimen habet, quanto, qui peccat maior habetur.

Et de nobilibus conducentibus Regios reditus, ſeù vectigalia egimus *ſuprà Titulo 1. quæſt. 8. num. 9. & ſeqq.* Quod ſingulariter confirmat *l. 15. tit. 8. lib. 9. Recopilat.* quę ponit iuramentum circà hoc præſtandum à Magnatibus, & Titulatis Regni, hanc reddens rationem in principio: *Porq̃ las perſonas que han auido mayor eſtado de nos, ò de los Reyes donde venimos, tienen mayor obligacion à mirar q̃ nueſtras rentas no ſean menoſcabadas, &c.* Et conuenit cum iuramento, quod facere debent Epiſcopi antè adeptionem poſſeſsionis Dignitatũ, ſuper conſeruatione, & tuitione Iurium Regaliũ, cuius formam expreſsimus ex D. Solorçano *de Iur. Indiar. lib. 3. cap. 6. n. 52. ſuprà Tit. 2. q. 5. n. 40.*

8 Et prætèr dictas actiones, & pœnas contra eos ſtatutas, ſi conuincantur de pecunia intercepta, & forma prædicta, ſiuè in ſuos vſus, vèl alienos conuerſa, & intri-

intricata, debent eam cùm vſuris, ſeù legitimo intereſſe ſoluere, *l.2. tit.8. lib.9. Recopil.* ibi: *Sea obligado de reſtituir todo lo que aſsi vſurpare con los frutos, y rentas que ouiere rentado, y podido rentar deſdeq̃ lo vſurpò, con mas el quàtro tanto de todo el valor dello, y de los frutos que ouiere rentado.*

9 Nàm licèt regulariter, cùm quis, non contractu ſuo vèl quaſi, ſed ex officio, quod ipſe, vèl alius geſsit, conueniatur, teneatur ſolùm in damnum ſortis, non verò in vſuras, *L. Lucius, §. Paulus, l. Conſtitutionibus, ff. Ad municipalem, & de incolis, lege prima, ſeù vnica, C. de his, qui ex officio, quod adminiſtrarunt, conueniuntur, lib.*11. Tamèn quando interuenit culpa grauis, quę conſiſtit in amotione, ſeù interuerſione pecunię, vèl eam mutuãdo, vèl vſibus proprijs applicãdo, tenetur ad vſuras, & intereſſe *dict. l. Cùm quidam, §. Eos, ff. de Vſuris, l. Si tutor conſtitutus* 15. *ff. de Adminiſtr. tut. Gloſs. in dict. l. vnica, C. de his, qui ex officio, verb. Culpæ. Gloſſ. in dict. l. Conſtitutionibus*, quę cum Bartolo, & Iacobo de Aret. ſic intelligit *dict. §. Eos, legis cum quidam.* Ioan. Franciſcus de Ponte *deciſ.*29. *à nu.* 6. vbi loquens in his terminis *n.*9. ità concludit: *Nàm ſtatim abſquè alia interpellatione ex mora currit vſura, ſeù intereſſe, contra Fiſci verùm debitorem: Nàm interceptio pecuniæ oritur ex delicto in faciendo, propter quod lex inducit confiſcationem. Vndè nimirùm ſi debentur ex re fructus, & ex pecunia intereſſe, cùm ab initio commitendo delictum ſe conſtituit malæ fidei poſſeſſorem, text. eſt ad hoc elegãs, qui decidit quæſtionem, in l.*1. *C. de his, quibus vt indignis, vbi Baldus declarat, & latiùs Iaſſon, &c.* Et refert ità deciſum fuiſſe pèr Regiam Cameram, & idem benè probat *conſ.*22. *num.*10. *tom.*1. Maximilianus Fauſtus *in Conſilijs prò Ærario, olaſi* 9. *conſ.*41. *verſ. Et idem generale eſt.*

10 Et hoc apertiùs procedit, & habet locum, quandò talis Theſaurarius, Suſceptor, ſeù Exactor pecunię Fiſcalis, ex interceptione, ſeù implicatione pecunię aliquid lucratus fuit, vèl qualecumque cómodum habuit, omne enim lucrum adquiritur Fiſco, & ipſe (prętèr incurſionem pœnarum legibus comprehenſarum) tenetur ei illud reſtituere, vt pèr Text. *in leg. vnica, C. de Auri publ. perſecutoribus, lib.*10. tenet Bartolus *ibidem, & in l. fin. C. de his, qui ex publ. ration. lib.* 10. *& in l.*2. *C. de his, qui ex public. collat. eod. lib. & in l. Diù per text. ibi, C. de Exactoribus, & peræquatoribus, lib.*12. *l. Comperimus, C. de Nauicularijs, ſeù Naucleris, lib.*11. vbi Ioannes de Platea benè declarat. Baldus *in l.*1. *num.*12. *C. Prò ſocio.* Alexander *in l. Si non ſortem, in fin. principij, ff. de Condict. indebiti.* Decius *in l. certi condictio, §. Depoſui num.*13. *ff. Si certum petatur, & conſ.*6. *lib.*1. *& conſ.* 477. *nu.*9. *lib.*2. Feſtaſius *de Collect. p.*3. *q.*4. *n.*30. *& ſeq.* Surdus *d. conſ.* 391. *num.*18. Flores de Mena *lib.*2. *var. quæſt.*21. *num.*162. *&* 163. qui, cum Feſtaſio vbi proximè, exten-

dit hanc concluſionem vt procedat, etiàm ſi exactori ſit aſsignatus terminus ad ſoluendum, quiâ vtcumquè ſit, ſemper pecunia publica debet eſſe parata ad vſum deſtinatum, & ait hanc opinionem veram eſſe, & ſequendam. Bobad. *in Polit. dict. lib. 5. cap. 4. num. 81.* vbi quòd in conſcientia tenentur tale lucrum reſtituere. & idem ſequitur cum eo, & Platea, Eſcouar *dict. cap. 14. num. 24. & 25.* Amaya *in dict. l. vnic. C. de Auri publ. perſecutor. num. 5.* Peregrinus *de Iure Fiſci, lib. 6. tit. 3. num. 8. & ſeqq.* vbi hoc indiſtinctè comprobat in officialibus Principis, qui debent pecuniam publicam, quam penès ſe habent, certo tempore deferre in Cameram Regiam; & in his qui ſunt deſtinati ad recipiẽdum pecunias publicas, quas tenentur conſeruare in certas cauſas deſignatas, vèl prò occurrentibus publicis neceſsitatibus. Et repetit maioti expreſsione *conſ. 94. num. 7. vol. 3.* caſus diſtinguens.

11 Et in eo, qui pecunias Regias habet ad expendendum in certis rebus, & eas in emptionem alicuius rei ad vtilitatem ſuam, ſinè Regis mandato, implicat, ſingularitêr loquitur *l. 14. tit. 14. par. 7.* & ità decidit: *Como quier que eſte à tal non faze furto; pero faze muy gran yerro poſtponiendo la prò de ſu ſeñor, por la ſuya meſma. E por endè mandamos, que qualquier que eſto fiziere, que ſea tenudo à tornar à la Camara del Rey todos los marauedis de que vsò aſsi malicioſamente, è que peche demàs de eſſo, por el yerro que fizo, tanto, quanto valia la tercia parte de aquellos marauedis de que vsò para ſu prò contra la voluntad del Rey. Eſſo miſmo dezimos, que ha lugar en todos quãtos han marauedis, que ſean de alguna Ciudad, ò Villa, ſi vſaren malicioſamente dellos, aſsi como ſobre dicho es.* Quam ad id expendit Eſcouar *dict. cap. 14. num. 29.* & fuit doctrina Bartoli *in l. Duos, C. de Suſceptor. & Arcarijs, lib. 10.* Peregrinus *de Iure Fiſci, lib. 6. tit. 3. num. 9. & num. 12.* vbi quòd quæſita, & empta per Adminiſtratorem Fiſci, putà Theſaurarium, qui ærarium, & pecunias Principis in cuſtodia habet, adquiruntur Principi, vèl ſi Princeps maluerit, poterit petere, & exigere pecuniam ſuam cum legitimo intereſſe, ad exemplum minoris, militis, & Eccleſię, quibus in hoc caſu talem electionem concedunt contra tutores, curatores, ęconomos, & alios, ex pecunijs eorum aliquam rem ementes, etiàm nomine proprio, *l. 2. ff. Quandò ex facto tutoris, l. Si vt proponis, C. de Rei vindicat. l. Si curator, C. Arbitriũ tutelæ*, & aperta *l. 49. tit. 5. part. 5.* vbi Gregorius Lopez *Gloſſ. verb. en guarda*; benè explicat. Antonius Gomez *in l. 50. Taur. num. 36.* latiſsimè Hermoſilla *in Notis ad d. l. 49. gloſſ. 2. vſquè ad 7.* D. Molina *de Primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 4. num. 35.* & alij adducti à D. Epiſc. Fermoſi. *in Alleg. Fiſc. alleg. 11. num. 17. & ſeqq.* Pater Remigius *in Deciſionibus moralibus de bello, cap. 11. §. 6. num. 6.* vbi de eo, qui mutuat militi pecuniam

niam ad emptionem armorũ, equi, vèl victualium, quòd fruitur priuilegio prælationis aduersùs omnes eius creditores, & probat etiàm *ex gloſſ. in l. Ideòque, ff. Qui potior. in pign. habeant.* quòd ipſemet miles in ipſa re empta ex eius pecunia creditoribus ementis eſt potior.

12 Et in Fiſco ſic etiàm tenent Lucanus *de Fiſco, col. 2. verſ. Vndecimus caſus*, & eum declarans Gabriel Quemada *in Quæſtionibus fiſcalibus, quæſt. 21.* vbi quòd hoc planè procedit in ſuſceptore Fiſcali, ex pecunia fiſcali ſuo nomine rem emente, licèt nõ in extraneo, qui ſolûm habebit actionem hypothecariam ad habendam ſuam pecuniam. Quem ſequitur Fermoſino *vbi proximè num. 20.* Cęſar Carena *de Officio Sanctæ Inquiſition. part. 1. tit. 13. § vnic. num. 5.* Eſcouar *dict. cap. 14. à num. 32.* vbi prædicta quæſtione diſcuſſa, *num. 39.* ſic ait: *Quæ omnia ſunt menti tenenda contra iſtos Theſaurarios Regios, qui habent pecuniam ad certum vſum deſtinatam, & illam in emptionem Villarum, annuorum reddituum, & alios propios vſus conuertunt. Poterit enim Fiſcus Regius rem emptam ex tali pecunia cum lucris ex illa re prouenientibus vindicare; & iàm hoc multotiès vidimus in praxi receptum contrà aliquos Regios Adminiſtratores, quorum nomina reticere libet.* Et eandem ſententiam ſequitur Petrus Cauallus *centur. 1. caſu 99. num. 69. & ſeqq.* vbi optimè agit de materia.

13 Et àn Adminiſtrator, Theſaurarius, vèl Officialis Principis præſumatur ditatus de bonis adminiſtratis, & ſuſceptis, àn verò de ſuis proprijs, diſputant, & benè reſoluunt Peregrinus *de Iure Fiſci, lib. 6. tit. 3. num. 7. & ſeqq. & conſ. 94. num. 8. vol. 3.* Maſcardus *tom. 3. concluſ. 1134.* Farinacius *in Fragment. verb. Adminiſtrator à num. 37.* Hermoſilla *in Notis ad dict. l. 49 gloſſ. 1. num. 9.* Loſſæus *de Iure Vniuerſitat. part. 3. cap. vltimo, num. 16.* Gracian. *tom. 4. diſcept. forenſ. cap. 788. nu. 20. & ſeqq.* Franciſcus Seuerinus *reſol. 1. num. 2. qui eſt poſt Nouarium, p. 2. quæſt. forenſ.*

14 Et ipſemet Eſcouar *dicto cap. 14. num. 31.* adducit exemplum officialium Reipublicę, qui ex publicis annonis, ſeù poſitis frumentarijs pecunias accipiunt prò emptione frumenti, & eas in proprios vſus conuertunt, & relata pœna, qua de Iure communi plectuntur *in l. fin. C. de Conditis in publicis horreis, & in l. 1. & 2. C. de his, qui ex publ. rat. pecun. mut.* de Iure Regio ait alijs pœnis ſubdi *in l. 9. tit. 5. lib. 7. Recop. §. 12.* quem ponit ad litteram, in quo ſtatuitur, quòd intrà triginta dies à tali emptione reddant rationem cum reliquis illius pecunię, & non facta implicatione, tranſactis prædictis diebus, à termino eis conceſſo, pecuniam reſtituant, addita tali pœna: *So pena q̃ no lo haziẽdo aſsi en el vn caſo, y en el otro, ſean obligados, y compelidos à boluer el dinero, con q̃ aſsi ſe huuieren quedado, cõ el quatro tanto, y à pagar los daños, è intereſſe al dicho poſito.*

Y demàs dello incurran en priuacion de ſus oficios, ſiendo Oficiales del Concejo, y no lo ſiendo, ſean grauemente caſtigados. Et *in §. 9. antecedenti* eadem pœna reſtitutionis cum intereſſe, & damnis imponitur Iudici, qui ſinè ſpeciali facultate pecunias poſiti, ſeù horrei publici in quamcumque aliam cauſam erogauerit, etiàm ſub prætextu cuiuſlibet maximę neceſsitatis. Bobad. *in Polit. dict. lib. 5. cap. 4. num. 81.* & Eſcouar *vbi proximè num. 38.* de quo adminiſtratore publico, & quibus caſibus teneatur ad vſuras, damna, & intereſſe benè agit Loſſæus *de Iure Vniuerſit. par. 3. cap. vlt. à num. 30. vbi num. 46.* ſingulariter limitat quandò non habent liberam adminiſtrationem, vt quià non poſſunt adminiſtrare ſinè clauibus, & præſentia, & interuentione aliarum perſonarum.

15 Verùm ſupradicta reſolutio debet intelligi, niſi talis receptor, ſeù exactor pecuniarum eas ſuo riſico recepiſſe, & hoc expreſſo pacto, & traditę fuiſſent, vt ſuo periculo cuſtodiret, quià tali caſu eis vtendo, & in proprios vſus cõuertendo, non tenetur ad ſuprà tradita, vt tenent Ioannes Faber *in §. Itèm lege Iulia inſtit. de Publicis Iudicijs.* Gregorius Lopez *in l. 18. tit. 14. part. 7. Gloſſ. verbo, Mientra eſtuuieſſe en el oficio. verſic. Niſi pecunia.* Menochius *de Arbitrar. cent. 6. caſu 586. nu. 21.* Eſcouar *dict. cap. 14. nu. 30.* Vèl ſi talis officialis collligit pecunias à debitoribus Fiſci ſibi conſignatis cum obligatione illas reſtituendi, & ſaldandi capſam in fine, putà, anni; tùnc enim quià credita eſt ſibi exactio, & eſt debitor quantitatis, ſicùt ſuo periculo cedit pecunia exacta, ſic quoquè lucri vtilitas cedere debet, Decius *conſ. 6.* Boſſius *in Praxi, tit. de Fiſco, num. 50.* Peregrin. *in eodem tract. dict. lib. 6. tit. 3. num. 11. & conſ. 94. nu. 7. verſ. Quartus caſus eſt, vol. 3.* benè Eſcouar *dict. cap. 14. num. 38. verſic. Tertio verò caſu,* vbi loquitur in Theſaurario, ſeù Exactore gabellarum, vèl aliorum tributorum, qui certo, & deſtinato tempore tenetur reſpondere cum illa pecunia, & ait interîm cum ea poſſe traficarè, & negotiarè, quià antè tempus non poteſt dici moroſus, vt ibi comprobat, & prò eo eſt Text. *in l. Lecta, §. Sèd cum ſortis, ff. de Rebus creditis,* vt cum alijs notat Decius *conſ. 6. num. 2.*

16 Ex quo infertur declaratio concluſionis adductę à pluribus Doctoribus in hoc puncto, ſcilicèt, Theſaurarios generales, Quæſtores, ſeù Camerarios Principum noſtri temporis longè diſſimiles eſſe ab illis antiquis Suſceptoribus, Arcarijs, & his ſimilibus, de quibus in prædictis legibus agitur, & poſſe impunè de pecunijs pèr eos exactis, & ad eorum manus prætextu officij peruentis, negotiari, mutuare, cambiare, & alia facere prò libito ſuę voluntatis, & lucrari, & quòd talia lucra ad ipſos ſpectant, nêc de illis rationem reddere debent Principi, ſiuè conſiſtant in mercantijs, ſiuè

in

in alagijs monetarum, ſiuè in ſolutionibus ſalariorum anticipatè factis ſtipendiatis à Principe, ſiuè in alijs quibuſcumquè negotijs, hi ſunt Cumanus *conſ.* 178. *dubio* 2. *nu.* 3. & cum eo Philippus Decius *dict. conſ.* 6 *per totum.* Alciatus *conſ.* 12. *incipiente Dominus Franciſcus Vincentius fuit Theſaurarius, lib.* 5. *reſponſorum, vbi* latè agit de materia. Peregrin. *dict. tit.* 3. *num.* 10. & cum eis Menochius *de Arbitrarijs, caſu* 586. *num.* 24. & 25. Gracianus *tom.* 2. *diſceptat. forenſ. cap.* 304. *num.* 20. & *ſeqq.* Dominus D. Ioannes de la Rea *allegat.* 41. *num.* 40. *tom.* 1. *allegat. fiſcal.* & *alij.*

17 Hoc enim ſolùm intelligendum eſt, quandò dominium pecuniarum erat translatum in talem adminiſtratorem, ſeù Theſaurarium, & ei ſtatutum erat certum tempus ad pecuniæ, in eius manus peruentę, cuius periculum ad eum ſpectabat, rationem reddendam, & eam remitendam. Vèl quandò ei cõſignati fuerunt reditus exigendi ab aliquibus, vt ex eis ſolueret Principis creditoribus: Nàm quotiès obligatio conſiſtit in exactione, ſeù ſuſceptione pecuniæ, ad Regem quomodòlibet ſpectantis, nullo dato tempore ad ſoluendum, ſed ſolùm vèl ad effectum reponendi eam in arca, ſeù Capſa Regij Ærarij, vèl Cameræ, iuxt. Text. *in l. Duos* 13. *C. de Suſceptoribus, Præpoſitis, & Arcarijs, lib.* 10. *l. in Fiſcalibus* 6. *C. de Exactor tribut. l.* 2. *C. de his, qui ex publica collatione, eodem libro*, & notata pêr Lipſium *lib.* 1. *Saturnalium, cap.* 9. *in fin.* Broſſæum *in notis ad Caſiodorum, lib.* 1. *epiſt.* 10. Bulengerum *lib.* 6. *de Imper. Romano, cap.* 54. & cum alijs Amayam *in dict. l.* 6. *C. de Exact. tribut. & in rubr. tit. de Canone largitionalium titulorum, & de Suſceptor. Præpoſit. & Arcar. eodem lib.* 10. vt accidit in Theſaurario Generali Noſtri Potentiſsimi Dynaſtæ in Domo Palatio contigua, dicta *del Theſoro*, aſſiſtẽti, accepto hoc nomine à *l. Diù C. de Suſcept. Præpoſ. & Arcar. lib.* 10. ibi: *Quodcumque, à Prouintialibus fuerit exſolutum, ſacris Theſauris inferatur. l.* 1. *C. de Canon. largit. tit. eod. lib.* 10. cum alijs animaduerſis ab eodem Amaya *in Comment. ad dict. titulum, num.* 11. Vèl ſi pecuniæ ab initio deſtinatæ ſunt ad aliquos certos, & determinatos vſus ſtatim exequendos; tùnc de plano procedunt ſuprà dicta, & ſi talem pecuniam contingunt, amouent, & quouis modo, vèl in proprios, vèl in aliorum vſus implicant, prętèr pœnas legibus comprehenſas, pecuniam cum intereſſe reſtituere tenentur, vt diximus in principio.

18 Ità ſingulariter, pôſt omnes, materiam, & prædictas ſententias declarat Petrus Cauallus *dicto caſu* 99. *num.* 74. & *ſeqq. vſquè ad* 82. vbi etiàm refert tripartitam diſtinctionis Decij, quam ponit *ad finem dicti conſ.* 6. quæ ſanè videtur omnes opiniones tribus caſibus dilucidè complecti. Primus eſt in eo, qui recipit pecuniam prò Domino, vèl Republica, quam ſtatim habet reſtituere, & ponere

in

in ærario, ſeù Theſauris, qui nihil poteſt lucrari, quià ſtatim quòd reſtituit videtur eſſe in mora, vt dictum eſt. Secundus in eo, qui recipit pecuniam prò Principe, vèl Republica, quam licèt non debeat in continenti reſtituere, tamèn illam tenetur exponere in rebus occurrentibus prò neceſsitate publica, vèl in vſibus deſtinatis, & iſte ſimilitèr non debet, nèc poteſt vti illis pecunijs, quià ſemper debent eſſe paratę ad ſuprà dicta, vt in Iuribus relatis. Tertius in illo, qui paulàtim exigit pecunias prô Domino, vèl Republica, quas omnes poſteà tenetur intrà certum tempus reſtituere, & hoc caſu videtur poſſe lucrari cum ea, & lucrum ſibi adquirere, nèc teneri ad aliquod intereſſe, & idem præſentit Ponte *dict. deciſ. 7. num. 22. & & num. 29. & ſeqq.* Farinacius *in Praxi, tit. de Furtis, quæſt. 171. num. 55. & 56.* Capicius Latro *conſult. 33. num. 25. & ſeqq.* D. Petrus Noguerol *allegat. 5. num. 18. & 19.* vbi loquitur in Miniſtris, & Theſaurarijs, qui tenentur colligere reditus Principis, & eos ſuo periculo cuſtodire, & in exigentibus eos in aurea, vèl argentea moneta quòd poſsint eis vti, & iuuari præmio, debita Domini in ęrea ſoluendo, & concludit quòd eſt commune in Theſaurarijs, & Receptoribꝰ Regijs; & quòd plerumquè multi in officiorum titulis faciunt apponi clauſulam, vt poſsint cum pecunijs officiorum negotiari. Anton. Maria Bertolus *in Additionibus ad Rodriguez de Concurſu, art. 2. primæ partis, num. 17.* vbi notat, quòd hęres adminiſtratoris rei fiſcalis tenetur ad intereſſe damni paſsi ex cauſa pecunię fiſco non ſolutę debito tempore, ſed in pupillo ait non teneri vltrà quod obligatus erat defunctus.

19 Item prædicti Theſaurarij, & Officiales Regij, qui Principis pecunias reditus, tributa, & alia Iura exigunt, & ſuſcipiunt quomodocumquè; ſi in rationibus cum eis expenſis (quas regulariter, & citrà ſpeciale pactum, tenentur ſingulis annis reddere, *ex l. Neminem, C. de Suſcept. Præpoſit. & Arcar. lib. 10. l. Siuè ex Prætoriano 3. C. de Executoribus, & exactoribus, lib. 12. l. 25. tit. 9. part. 2. & ibi* Gregor. *Gloſſ. 7.* Franciſcus Marcus *deciſ. 201. num. 1. tom. 2.* Felicius *de Societate, cap. 25. num. 45.* Berart. *de Viſitatione, cap. 23. num. 187.* Ponte *de Poteſt. Proregis, tit. 4. §. 2. num. 46.* & ſæpiùs ſi oportuerit, & iuſſum fuerit, vt cum alijs probat Dom. D. Ioannes de Solarçano *de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 5. cap. vnico, num. 127.* vbi & quòd ab hoc mandato non admittitur appellatio, quæ exequutionem ſuſpendat, refert, & ſequitur Balmaſeda *de Collectis, quæſt. 109. num. 7.*) Reliquati ſint, ſimilitèr debent reliqua ſoluere cum legitimo intereſſe pòſt moram, *leg. Qui nominibus, §. 1. vbi gloſſ. 2. verb. Reliquationem, ff. de Adminiſtr. tut. l. Lucius, in fin. ff. Eodem, l. Qui ſub conditione, l. Cùm ſeruus 82. in fin. vbi Gloſſ. verb. Reliqua, ff. de Condit. & de-*

& demoſtr. melior text. in puncto *l. Imperatores 9. in principio, ff. de Adminiſtr. rer. ad Ciuit. pertinent.* Ponte *dict. deciſ. 7. num. 1.* qui ità ait: *Dùm non negatur pecuniæ exactio ex ſtylo Regiæ Cameræ, Miniſtros pecuniarios ſignificari tantùm pèr introitum ſuperantem exitum ad quantitates exactas vnà cum intereſſe, tamquàm reliquatores, qui dùm ex reuiſione cõputorum, ſiuè rationum debitores remanent, ſoluunt debitum cum vſuris, &c.*

20 Eſcouar *de Ratiocinijs, cap. 15. num. 32. & ſeqq* vbi reſoluit diſpoſitionem text. *in l. Tutor, qui repertorium, §. Sciendum, ff. de Adminiſt. tut.* dùm probat minori *ipſo Iure* deberi intereſſe reliquorũ à tempore, quo tutor, vèl curator fuit in mora reſtituendi reliquatum, & text. *in l. In minorum, C. In quibus cauſis in integr. reſtit. non eſt neceſſaria,* quatenûs dicit, quôd qui detinet pecuniam minoris ſempèr eſt in mora irregulari; procedere, & locũ etiàm habere in Eccleſia, Fiſco, & Republica, nàm minoribus æquiparantur, vt ibi comprobat. Maſtrillo *de Magiſtratibus, lib. 6. cap. 8. num. 84.* Regens Salernitanus *deciſ. 60. num. 8.* Fuluius Conſtantius *in l. 1. C. de Vſuris Fiſcalibus, lib. 10. num. 18.* Varonius *de Citatione, tom. 1. quæſt. 8. num. 85.* Eſcalona *in Gazophilacio Regio, lib. 1. par. 2. cap. 9. num. 10.* vbi idem defendit in reliquationibus factis Regijs Officialibus, & ait hoc ità procedere de Iure, & communi practica, & ſtylo. Nicolaus Loſſæus *de Iure Vniuerſitatis, part. 3. cap. vltimo à num. 16.* vbi quomodò debent publici Adminiſtratores rationem hanc reddere, & Librum, vèl Codicem earum clarè, & fidelitèr confectum exhibere ad hunc effectũ, & quòd aliàs tenentur ad intereſſe declarandum pèr iuramentum in litem, vbi exactè materiam percurrit: quod proſequitur Bobadil. *in Polit. lib. 5. cap. 4. num. 71. & num. 86.* prætèr pœnas corporales, quas incurrunt, addit: *Mas tambien à la reſtitucion del principal, y de los intereſſes, aunque no eſtèn en tardança, deben ſer compelidos.* Et in *Gloſſ. litt. G.* probat *ex l. Cùm quidam, §. Eos, ff. de Vſuris, vbi Gloſſ. verb. Notumeſt,* declarat, *etiàm ſinè vlla mora.*

21 D. Gabriël Berart. *in Speculo viſitat. cap. 23.* vbi *à num. 110.* ſingularitèr agit de forma rationis reddendę ab his Theſaurarijs, & quibuſcumque adminiſtratoribus pecuniæ publicę, & exhibitionis libri, in quo omnia ſigillatîm, clarè, & explicitê ſint deſcripta, & *num. 142.* probat, quôd ſi reddendo talem rationem, nõ deſcripſerint, & manifeſtauerint omnes pecunias pèr eos receptas, vtî in aperto dolo reperti, poſſunt puniri, vt ibi proſequitur.

22 Et generalitèr, tàm iſti, quàm omnes, qui ex quacumque cauſa, ſiuè cuſtodię, adminiſtrationis, exactionis pecuniæ Regię, ſeù conductionis Regiorum redituum, quomodocumquè ad Fiſcũ ſpectantium, tenentur rationem reddere, quandò ad id acceſſerint,

vèl

vèl voluntarij, vèl pulſati pèr iuſſionem, & decretum Tribunalis Calculatorum maiorum, id eſt, *el Tribunal de la Contaduria Mayor de cuentas*, cui incumbit cura reddendarum hatum rationum ſuis temporibus, debent primò manifeſtare, & offerre relationem claram, fidelem, & apertam totius negotiationis, ſtationis, ſeù contractus, & onerationis pecuniarum ex eis perceptarum, & exonerationis earum, quas expendìt, ſeù ſoluìt, iuramenti Religione munitam, & ſub pœna tripli ſoluendi, ſi in aliquo deficiat, & demendatio, ſuppoſitione, vèl qualibet deuiatione à veritate conuincantur, vt cauetur *in l.* 18. *tit.* 5. *lib.* 9. *Recopil.* quæ *in nouis ordinationibus anni* 1569. confirmatur *in l.* 36. *eiuſdem Tituli, & lib. in cap.* 13. in quo ità diſponitur: *Y que los dichos nueſtros Contadores no dèn lugar à que la dicha relacion ſea obſcura, ni cauteloſa.* Et idem quòad rationes conceſſionũ, & ſeruitiorum millionum iuſſum eſt obſeruari *in conditione* 25. *ſecundi generis.* De qua materia, & omnibus controuerſijs, quę circâ eam quotidiè in hoc Senatu occurrunt, & poſſunt ſuſcitari, ſermonem inſtituunt, & ratiocinantur D. Antonius de Cabreros doctus Illiberitanę Cancell. Senator *in ſpeciali Tract. de Triplis.* Auctor legũ pœnalium *in eod. Tract.* Bobadilla *in Polit. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 28. Curia Philippica *lib.* 2. *del comercio terreſtre, cap.* 9. *num.* 4. & 34. Eſcouar *de Ratiocinijs, cap.* 9. *num.* 6. Eruditiſsimus D. D. Ioannes de la Rea *allegat.* 36. & *trib. ſeqq. tom.* 1. *allegat. fiſcal.* D. Petrus Noguerol *allegat.* 33. *num.* 27. Auguſtinus Barboſa *voto* 84. Eſcalona *in Gazophilatio, lib.* 2. *p.* 1. *cap.* 4. Reuerterius *deciſ.* 523. Coſtiada *in Praxi content. deciſ.* 10. *num.* 126. & facit Amaya *in leg. Semèl, C. de Apochis publ. lib.* 10. *à num.* 6.

23 Et Berart. *dict. cap.* 23. *num.* 152. prò regula generali cõſtituit, huiuſmodi Regios, vèl publicos Adminiſtratores corporalibus pœnis, ob dolos, & fraudes in adminiſtratione cõmiſſas, puniri poſſe. Et tandêm *num.* 153. eandem reſolutionem amplectitur, his verbis: *Quinimò, & vltrà pœnas ſuprà dictas, ad reſtitutionẽ eius quod vſurpauerunt cum maiori intereſſe ſunt condemnandi, etiàm quòd non ſint in mora reſtituendi, &c. Et in dict. l. Qui nominibus, ff. de Adminiſtr. tutor. & Gloſſ. in dict. l. Càm ſeruus, verb. Reliqua, ff. de Condit. & demoſtr.* probatur, quòd, qui pecuniã fiſcalem retinet, dicitur reliquator, & tenetur pœna peculatus, vt ex Moles *in deciſ. Regiæ Cameræ, §.* 16. *quæſt.* 1. *num.* 4. & 5. & alijs oſtendìmus *ſuprà num.* 5.

24 Et prò recta explicatione huius verbi *reliquare*, & *reliquator*, de quibus in prædictis legibus (qui apùd Iuriſconſultos dicitur, qui æs alienum integrum nõ ſoluit, vndè reliquatores vectigaliũ, qui reliqua publico debent) videndi ſunt Alciatus *lib.* 4. *de Verbor. ſignific. in fin.* Petrus Crinitus *de Honeſta diſciplina, lib.* 15. *cap.* 3. vbi

benè

benè exponit, & notat aliquos Accurſij Lapſus circà hoc. Tybe-rius Decianus *dict. lib. 8. tract. crim. cap. 31. num. 7.*

QVÆSTIO XXXV.

An ſi tales Officiales Regij foro cedant, & creditores ad eorum bona concurrant, Fiſcus ſit eis præferendus prò his creditis reliquationis, & intereſſe, ratione ſui Iuris, & hypothecę? Et àn hæc retrotrahatur ad principium, in quo incepit officium exercere; vèl ſolùm ſumat initium à tempore rationum, ſeù in quo malè in eo verſatus eſt?

Summarium Quæſtionis Trigeſsimæ quintæ.

Num. 1. Fiſcus in concurſu ad bona Theſaurarij, ſeù Suſceptoris pecuniæ Regiæ, qui foro ceſsit, præfertur cæteris creditoribus, & habet hypothecam, & antelationem à die ſuſcepti officij, & non à die reliquationis, vèl malæ geſtionis.

2 *Hypotheca contra bona Theſaurarij Regij, ſeù Adminiſtratoris pecuniæ publicæ, Tutoris, Curatoris, & ſimilium, incipit, & retrotrahitur ad tempus quo adminiſtratio eis decreta fuit. Et comprobatur num. 3.*

4 *Officium à Principe conceſſum, ſeù Dignitas perfectè adquiruntur à die conceſsionis factæ, & acceptationis officialis, & expeditionis tituli, & ex eo die oritur perſonalis hypothecaria fauore concedentis.*

Priuilegia officiorum ſolent pèr Principem, de communi ſtylo, concedi cum clauſula, donèc benè, & fidelitèr te geſſeris.

5 *Officia, annexam adminiſtrationem habentia, diſtinguuntur ab his, quæ eam non habent, vt in primis hypotheca, & prælatio non competat à die datæ priuilegij, ſed à die ſequutæ poſſeſsionis; & in ſecundis tempus datæ attendatur.* L. 1. C. de Conſulibus, lib. 12. *declaratur.*

6 *Refertur Craueta* conſ. 6. num. 109. *dùm tenet Theſaurarium, ſeù Officialem Regium, qui habuit officium à Principe, gratia, & mero benefitio, poſſe eo priuari, ſi malè in eius exercitio ſe gerat, eum verò, qui officium habuit mediante contractu oneroſo, & interueniente pretio,*

pretio, etiàm ſi graue delictum commitat, non eo priuari; ſed in ſententia decidi quòd non admitatur amplius ad tale munus obeundum, & officium in ſui beneficium vendatur.

7 *Sententia prædicta Cauetæ reprobatur, & oſtenditur in hoc nullam differentiam conſtitui debere intèr adquirentem gratia, vèl pretio officium, quod ſemper eſt ſubiectum periculo malæ adminiſtrationis, maximè ex ipſius ementis culpa.*

8 *Officium habens à Rege cum facultate nominãdi vnum hæredem, aùt ſucceſſorem in eo, tàm in vita, quàm in morte, ſi eo priuetur ob delicta in eius exercitio admiſſa, non poteſt vti facultate nominandi, quod explicatur.*

9 *Officiorum creatio, & diſtributio ad Supremam Regis Regaliam ſpectat, qui ea gratis, prò recta Regni moderatione, & iuſtitiæ adminiſtratione, dignis, & benemeritis iuxtà officiorum exercitia, conferre debet, quod comprobatur, & num. 10.*

11 *Officiorum venditio, ſcù aſſequutio pretio, ambitione, vèl fauore omni lure prohibita eſt. Et exornatur num. 12. 13. & 14. vbi referũtur mala, quæ indè proueniũt.*

15 *Officiorum diſtractio quo caſu, & quomodò poſsit permiti?*

16 Leges 7. & 8. tit. 2. lib. 7. Recopilat. *prohibentes emptiones, & venditiones officiorum, ſunt in vſu, & obſeruantia, & declarantur.*

17 *Decurionatus, Scriptoriæ, Tabellionatus, & ſimilia offitia poſſunt vendi, ſaltim de licentia Principis, quæ facilè ſolet concedi, & ex hoc dicuntur alienabilia.*

18 *Maior ratio vrget ad priuationem officij ex cauſa contra eum, qui illud ambiuit, & procurauit, quàm contra eum, cui Princeps proprio motu conceſsit, & num. 20.*

Officia, & munera publica benemeritis, & dignis etiàm inuitis deberent dari.

19 *Officialis, & Magiſtratus, qui officium procurauit, tenetur de leuiſsima culpa; ſecùs verò ille, cui ſpontè ſinè ſua ſollicitudine conceſſum fuit.*

1 SI Ergò in omnibus caſibus ſupràdictis tales Theſaurarij, & Suſceptores pecunię Regię foro cedant, & creditores ad eorum bona concurrant, Fiſcus debet anteponi, & habet hypothecam, & prælationem à die ſuſcepti officij, nàm licèt reliquatio, & ſententia ſint poſteriores contractibus, & obligationibus pèr eos ad aliorum fauorem initis. Tamèn retrotrahitur ad principiũ officij, & tempus in quo illud incepit exercère, & non attenditur tempus rationum, nèc id in quo incepit malè in eo verſari, vt aliqui voluerunt, quę cõcluſio probatur *in l. Prò officio 20. C. de Adminiſt. tut.*

quę

quę loquens in tutore (ad cuius exemplum omnes cõcedunt oriri hypothecam in officiali) ait hypothecam non incipere à geſtione, nêc ab ea dependère, ſed à delatione tutelę, ſiuè creatione tutoris, in illis verbis: *Idem eſt, & ſi tutor, vèl curator quis conſtitutus res minoris non adminiſtrauerit.* Cõſtitutio ergò tutoris, & acceptatio producunt hypothecam, non geſtio, quę non eſt neceſſaria ad eam inducendam: Idemque probat Text. *in l. Cùm oportet 6. §. Sèd cùm tacitas, C. de Bonis, quæ liberis*, ibi: *Et dubitabatur ex quo tempore hypothecas cõpetere oportet, vtrùm nè ab initio, àn ex eo tempore, ex quo malè aliquid geſtum eſt. Compendioſa narratione interpretamur initium gerendæ, vèl deferendæ adminiſtrationis, vèl obſeruationis eſſe ſpectandum, & non tempus, ex quo malè aliquid geſtum fuerit. Vbi Gloſſ. verb. deferendæ*, interpretatur *id eſt tempore quo filius quæſiuit, nàm tùnc poteſt gerere, vèl non gerere.* & ſic clariſsimê docet etiàm in Patre bonorum filij adminiſtratore (qui à tutore in hoc diſtat, quòd Pater ſit ipſo Iure factus adminiſtraror, nèc requiratur delatio, ſiuè decretum, vt in tutore) nó eſſe neceſſariũ expectari initium actualis geſtionis, nèc illam reduci ad actum, ſed ſufficere potentiã adminiſtrandi.

2 Et Accurſius *in d. l. prò Officio, verb. obligata* mouet dubium àn incipiat à tẽpore quo cœpit malè adminiſtrare argum. *l. Hac ædictali §. penult. C. de Secundis nuptijs*, & indeciſum relinquit; ſed Iacobus de Rauena, & Cynus *in d. l. prò Officio*, probãt bona obligata eſſe ab exordio, & hypothecã ad initiũ retrotrahi. Sequitur Albericus *ibìdem* vt à principio oriatur hypotheca. Primò, quià obligatio retrotrahitur ad ipſum initiũ. Secundò, quià eſt beneficiũ fauorabile latiſsimè interprætandũ. Tertiò, quià aliàs vbi lex præcipit præſtari hypothecam expreſſam, illud iubet fieri in ipſo exordio, & addit hoc proficere ſcire ad prioritatem, prò credito pupilli, & aliorũ creditorũ, quibus cõpetit tacita; & omnium optimê Salycetus *ibi* non ſolùm rationes prædictas confirmat, alias addens, ſed illud in puncto explicat, vt quod *Gloſſ. & prædicti* dixerunt, hypothecam incipere ex quo quis cœpit eſſe tutor, idem importet âc ſi dixiſſent, â tẽpore quo adminiſtratio ei decreta fuit, & ſubdit *in fine* ex Iacobo de Rauena, & Cyno quòd licèt antè primitiuã obligationem nòn cõpetit hypothecaria, hæc enim non oritur antè perſonalem, verùm verè hypothecaria naſcitur in ipſo principio antè ſecundariam, quę naſcitur ex mala adminiſtratione.

3 Sequuntur Bartholomæus Soccinus *conſ. 61. pòſt n. 1. verſ. Circà ſecundũ vol. 1.* Neguſantius *de Pignoribus, in 4. membro, 2. part. nu. 12. verſ. Sed dubitatur iuncto num. 17.* vbi Doctores, dicentes hanc hypothecam incipere à tempore inchoatę adminiſtrationis, ſic declarat, *id eſt à tempore delatæ tutelæ, quo incipit potentia adminiſtrandi ſequutis adimplementis de Iure obſeruandis.* Surdus *conſ. 7. num. 18.*

lib.1.& de alimentis, tit.8. priuileg. 49.num.16.& 17. Mantica *de Tacitis, lib.11 tit.16. à num.18.* Gracianus *diſcept.for. tom.1.cap.53.n.5.& 6.* Gutier. *de Tutelis, p.2.cap.16.in fi.* Rodrig. *de Concurſ. p.1. art.4. n.19.* & nouiſsimè Anton. Maria Bertolus *in eius Addit.n.57.* Anton. Faber *in ſuo Codice, lib.8.tit.7.in quib⁹ cauſ. pign.tacitè contrah.diffinit.1.* vbi docet, non ab eo tantùm die incipere hypothecam, quo rationes redditę ſunt, nèc rurſum à tempore cæptę adminiſtrationis; ſed ab ipſo ſuſcepti officij die. Merlin. *de Pign.& hypothecis, lib.3.q.4.* Marinis *tom.1. reſol.quotid.cap.148.n.1.& ibi* Leonardus Roderius *in Addit.num.3.*

4 Et in terminis officialium Regiorũ quôd ſupràdicta procedant, & Fiſcus præferatur eorũ creditoribus à die cæpti officij (quià dicuntur gerere publicum exercitium, ad inſtâr tutorũ vt *in d.l.Prò officio*, immô maior, & potior cauſa verſatur in officiali adminiſtrante pecuniam publicam, quàm in cæteris, ratione publicę vtilitatis, quæ in eo verſatur, cuius cauſa quàm plura priuilegia meretur, *l.Vtilitas 3.C.de Primipilo, lib.12.* cũ vulgatis) probauit Afflictis *ad Conſtit.Reg. in conſtitutione Regni, ſi quandò contingit, lib.3.n.7.* & Alexan. Turaminus *in Repetit.l.Non puto, ff.de Iur.Fiſci, p.1.cap.3.n.4 & ſeqq.* qui ait ità deciſum fuiſſe in caſu ſibi occurrenti in alma Rota Florentina, & præcipuè mouetur *ex d. l. Cùm oportet, §.Sèd cùm tacitas, C.de Bonis, quæ liberis*, quam ad id expendit, & cum Acurſio, & alijs declarat ad veteres altercationes ſuprimẽdas emiſſam fuiſſe, & ideò obſeruandam; & ſequuntur Conſtant. *in l.1. C.de Iure Fiſci, lib.10.nu.22.* Coſta *de Retrotract.cap.8. caſu 31.n.7.* Fabius Capicius Galeota *in Reſponſ. Fiſc. reſponſo 6.à n.29.cum ſeqq.* Vbi probat, quôd à die conceſsionis factę à Principe, & acceptationis officialis, & expeditionis tituli, eſt perfectè adquiſitũ officium, & dignitas, ſinè attentione ad poſſeſsionem in his, quę reſpiciunt fauorem cõcedentis, & non ipſius officialis; & ex eo die illicò oritur perſonalis hypothecaria, *& à n.59.* confirmat ea ratione, *quià cùm de forma, & ſtylo priuilegiorum, quæ per Regem noſtrũ cõceduntur, adſit clauſula ſolita apponi, donèc benè, & fidelitèr te geſſeris, vt authoritate Franchis deciſ.457.in fin. & Ponte notat Conſtantius in l.vnic. C.Pœnis fiſcal.credit.præfer.n.108. in fin.* (vbi quôd, & ſi non apponatur, ſubintelligitur, Scipio Rouitus *conſ.104.num.14. lib.2.*) ſtante hoc, *ſi mala adminiſtratio quandocumquè ſequatur, retrotrahitur ad initium conuentionis, ex regula, leg.1. ff.Qui potior.in pign.hab.*

5 Quę omnia comprobat, & exornat D. Ioan. Franciſc. Marcianus *tom.1. diſput.forenſ. diſput.47. à nu.1. vſquè ad 7.& à n.8.* proponit quæſtionẽ, quę incidit diſputanda in Regia Camera illius Regni intèr Regiũ Fiſcũ, & Duciſſã Laurençanę, circà anterioritatem hypothecę cõtractę ſupèr bonis Regij Dohanerij Dohanæ mænę pecudũ, Apuleę, àn, ſcilicèt, tacita hypotheca fiſco cõpetẽs ex cauſa malę adminiſtratio-

trationis Dohanerij orta dici poſſet à die datę priuilegij, & tituli, & illius expeditionis; nùm verò à die captę poſſeſsionis officij, vèl â die rei malè pèr eum geſtę? & reſoluit in officijs annexam adminiſtrationem habentibus hanc hypothecã, & prælationem Fiſco non competere à die datę priuilegij, ſed à die ſequutę poſſeſsionis, & adminiſtrationis, quę ex ſola conceſsione non intelligitur traddita, cum requirantur alię ſolemnitates à Iure introductę, vt notat Lucas de Pen. *in l. Iudices, in fin. C. de Dignit. lib.* 12. ſecundùm diuerſam naturam, ſeù qualitates officiorũ, & Dignitatũ maiorum, & minorũ, vt ibi declarat prò explicat. *l.* 1. *C. de Conſulibus, lib.* 12. cuius deciſio procedit in dignitatibus maioribus, vt Patriciatus, Cõſulatus, & ſimilibus adminiſtrationem annexam nõ habentibus, in quibus tempus dattæ attenditur, vt dixit Bart. *in ea, & in l. pen. eodem tit. & in l.* 1. *C. de Dignitatibus, eodem libro*, de quo latè agit Lanarius *conſ.* 72. & ex ibi adductis à Marciano deducitur initium ſumi à die expeditionis, & perfectionis priuilegij, ſeù tituli, ex quo potuit adminiſtrare, quę eſt viua, & efficax ratio, quo *textus, & gloſſ. ſuprà adductæ* nituntur prõ prima opinione, quæ conuenit cum hac reſolutione. D. Ioan. Franciſc. del Caſtillo *deciſ. Siciliæ* 221. *num.* 11. *tom.* 3. Reuerterius *deciſ.* 380. *num.* 4. *& ibi* Marinis *in Addit. num.* 5.

6 Circà quod proponitur à Craueta *conſ.* 6. *num.* 109. differentia eius Officialis, Theſaurarij, ſeũ Perceptoris, qui officium habuit â Principe gratia, & mero benefitio, ab eo qui illud pretio emit, & habuit â Principe mediante cõtractu oneroſo, interueniente pecunia; nàm ſi primus malè ſe in officio gerat ait eo poſſe priuari, prætèr alias pœnas ſibi infligendas ſecũdùm qualitatem admiſsi. Sèd ſecũdus, etiàm ſi graue delictũ in eius exercitio commiſſerit, non eo priuari, ſed in ſententia decidi, quôd nõ admitatur ampliùs ad tale munus obeundum, & officium in ſui beneficiũ vendatur, vt doctè comprobat, & ibi latè Beneuen. Stracca *in Additionibus*, & ſequitur Hector Capic. Latro *conſult.* 33. *n.* 36. *tom.* 1.

7 Sèd reuerà accuratè diſcuſſa materia, & à Iuris principijs reſolutione deducta, nullam in hoc differentiam debere cõſtitui certum eſt, quià emens officiũ, illud adquirit cum omnibus ſuis conditionibus, & qualitatibus, ſubiectũ periculo malæ adminiſtrationis, maximè ex ipſius mentis culpa, ſecundũ ſuam propriam naturam, quæ ſolũ impropriatur in eo, quod debebat gratìs cõcedi, & non propterea adquirit diuerſam qualitatẽ ab officio gratiosè conceſſo, vt in ſpecie traddidit (reprobato Craueta *d. conſ.* 6.) Ioannes Franciſc. Põte *deciſ. Supr. Conſ.* 7. *nu.* 33. *& ſeqq.* pòſt Frecciam *de Subfeudis, lib.* 2. *authoritate* 1. *q.* 57. *fol. mihi* 258. quem citat etiâm, & ſequitur Muta *in Prag mat. Reg. Siciliæ, tit.* 13. *num.* 12. *& ſeqq.* Idem Ponte *deciſ.* 16. *num.* 13. *& in fin.* & meliùs *in Tract. de Poteſt. Proreg. tit.* 3. *de electione officiali.*

§. 1. à nu. 1. vſquè ad 8. vbi declarat hoc indubiè procedere quandò delicta ſunt talia, quę important officij priuationem.

8 Sequitur Scipio Rouitus *conſ. 104. n. 14. tom. 2.* vbi quòd contrarium eſt truffa, & per totum Cõſilium reſoluit habentem officiũ à Rege cum facultate nominandi vnum hæredem, aùt ſucceſſorem in eo, tàm in vita, quàm in morte, & eo priuatũ ob delicta in officij exercitio cõmiſſa, pèr ſententiam in qua iuſſum fuit vendi in beneficium Regię Curię, non potuiſſe pòſt ſententiam priuationis nominare filiũ, nèc filium ità nominatum venditionem impedire, cùm nominatio facta non ſolùm pòſt Inquiſitionem, ſed etiàm pòſt ſententiam, nullum Ius potuerit conferre nominato in fraudem fiſci. Et comprobat, & cõfirmat omnia ſupràdicta *conſ. 106. ſtatìm ſeq.* vbi refert ità deciſum, & deindè ſubiungit *deciſ. 56. aliàs 64. p. 4.* Regentis Reuerterij vbi in officiali, cui poſteà conceſſa fuit facultas nominandi vnũ hæredem, qui propter delicta fuit officio priuatus, & conceſſum pèr Regem officiũ alicui, ait filium in vita Patris, etiàm antè cõmiſſa delicta, non poſſe officium recuperare, & ſic ſententia deffinitũ pèr Collaterale Conſiliũ illius Regni, & in calce addit ſe inueniſſe, intèr deciſiones prædicti Regentis Reuerterij, aliam deciſionem in eadem materia, pèr quam conſtat hanc opinionem fuiſſe habitam abſolutam pèr Collaterale Conſiliũ, & Regiam Cameram, adeò, vt etiàm ſi officialis delinquens in officio non fuerit priuatus pèr ſentẽtiam, adhùc eius hæres ab eo nominatus, vigore poteſtatis habitę à Rege, poſsit officio priuari ob delicta commiſſa à nominante, dummodò ipſe hæres ſit auditus pèr proceſſum cum eo compilatum, & etiam ibi inſerit prò coronide illius tom. 2.

9 Quę reſolutio manifeſta ratione aſtruitur, nàm cõſtans eſt in Iure, officiorum creationem, & diſtributionem ad Principis, tamquàm Iuſtitię fontis, Regaliá ſpectare, qui ea gratìs, & mero beneficio prò recta Regni gubernatione, & iuſtitię adminiſtratione, dignis, & benemeritis, iuxtà exercicij illorum qualitates, conferre debet, vt probatur *in cap. vnic. quæ ſint Regalia circà mediũ, & ibi.* Bald. *in fin. l. 1. §. Optamus, C. de Offic. Præfecti Prætorio Africæ, l. peu. ff. Ad legem Iul. de ambitu. Auth. de Defenſoribus Ciuitatũ, §. Nos igitur. Auth. vt Iudices ſinè quoquo ſuſrag. §. Illud* videlicèt. *l. 2. 5. 6. 7. & 8. tit. 1. p. 2. l. 22. tit. 9. eadem par. l. 2. & l. 17. & 18. tit. 4. l. 18. 19. & 20. tit. 23. p. 3. l. 1. & 2. tit. 1. lib. 4. l. 1. tit. 9. lib. 3. nouæ Recopil.* bonus text. *in l. Per illiricum 9. C. de Cohortal. lib. 12.* ibi: *Adhibendi autèm ſunt ad huiuſmodi miniſteriorũ obſequia non illi, qui vano militiæ nomine inania lucra ſectentur, ſed qui neceſsitatem officij ſolicitudinibus debitis exequantur. l. 2. C. de Veteranis, eodem lib.* ibi: *Aùt honores varios prò meritis ſuis cõſequuti ſunt. l. fin. C. vbi Senatores, vèl clariſſimi,* ibi: *Qui vè magiſteriæ poteſtatis ſudoribus clarus factus eſt. l. Et virtu-*

tum

tum 4. *C. de Statuis, & Imaginibus, text. in cap. Miramur* 61. *diſtinct.* vbi hæc ſingularia verba: *Nèc poſſet de illius prouectione dubitari, cui prò laboribus multis, prò moribus caſtis, prò actibus ſtrenuis celſioris loci præmium debetur.* Lucas de Penna *in dict. l.* 9. *C. de Cohortalibus, num.* 1. *& in l.* 1. *C. de Diuerſis officijs, & apparitoribus iudicum, eodem lib.* 12. *nu.* 1. vbi alia Iura adducit, Cagnolus *in l.* 2. *num.* 102. *&* 103. *ff. de Orig. Iuris.* Petrus Sixtinus *de Regalibus, lib.* 2. *cap.* 15. *pèr totum.* Petrus Gregorius *de Republ. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 33. Camillus Borrellus *de Præſtantia Reg. Cathol. cap.* 21. *ex num.* 14. Maſtrillo *de Magiſtrat. lib.* 2. *cap.* 1. *pèr totum.* Bobadilla *in Polit. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 152. *& lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 15.

10 Calixtus Ramirez *de Lege Regia, §.* 25. *num.* 27. *&* 28. Ripol *de Regalijs, cap.* 35. *à num.* 1. & cum multis Caſtillo *lib.* 7. *controu. de tertijs, cap.* 41. *à num.* 17. D. Vaſquius Menchaca *lib.* 1. *controu. illuſtrium, cap.* 43. *à nu.* 14. vbi optimè exponit, & comprobat formam electionis, & obligationem eligendi digniorem. D. Valençuela Velazquez *conſ.* 93. *num.* 41. & plures referens D. D. Ioan. de Solorçan. *de Indiar. Iure, tom.* 2. *lib.* 5. *cap. vnico, num.* 100. *& lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 2. *& ſeqq. & in Polit. India. lib.* 5. *cap.* 4. *à princip.* Gutierrez *in Canonicis, lib.* 2. *q.* 11. *pèr tot.* vbi latiſsimè de materia, tàm de Iure Canonico, quàm Ciuili. Philippus Camarata *conſ.* 16. *nu.* 11. *& ſeqq. tom.* 1. Marius Cutellus *in Cod. legum Sicularum ad leges Federici, uota* 34. *num.* 25. Pater Marquez *in Gubernatore Chriſtiano, lib.* 1. *cap.* 20. *§.* 4. *in nouitèr editis cum addit.* vbi ſingularitèr loquitur in noſtris Supremis Camerę Cõſiliarijs. Bobadilla *in Polit. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 76. *in fin.* vbi refert inſtructionem hac forma datam pèr D. Regem Philippum II. Preſidi Caſtellę, & dictis Dominis Conſiliarijs, Ponte *de Poteſt. Proreg. tit. de Electione officialium, §.* 5. *n.* 6. vbi aureis verbis hanc obligationem exponit, & Theologorum doctrina confirmat: quem ſequitur, & refert ad litteram Marinis *in obſeruat. ad deciſ.* 114. *Reuerterij num.* 2. benè Soto *de Iuſt. & Iur. lib.* 3. *quæſt.* 5. *in reſponſo ad* 2. *argum. verſ. Sequitur poſt hæc, & verſ. In primis, ſi mea opinio.*

11 Et officiorum venditio, ſeù aſſequutio, pretio, ambitione, vèl fauore omni Iure prohibita eſt, tãquàm cõtraria, & repugnans illorum naturę, & ſubſtantię *ad text. in l. vnica, C. Ad leg. Iul. de ambitu, & in Auth. vt Iudices, ſinè quoquo ſufrag. §. Hæc autèm, & Auth. de Mandatis Principum, §. Illud tamèn, cap. Sancimus.* 1. *q.* 7. Bald. & reliqui DD. *in l. Barbarius, ff. de Offic. Prætoris*, maximè in his officijs, & miniſterijs, quę annexam habent Iuriſdictionem, & adminiſtrationẽ Iuſtitię, & nó in nudo facto, & miniſterio cõſiſtunt, hæc enim non dici poſſunt propriè officia, ſed quodammodù vſus, ut *in l. Textoribus, ff. de Legatis* 3. & notat Auendaño *reſponſo* 9. *nu.* 2. *verſ. Niſi officia.* Ponte *deciſ.* 16. *nu.* 26. *l.* 7. *tit.* 3. *lib.* 7. *Recop.*

quę ità clarè diſponit: *Mandamos, que aora, ni de aqui adelante, no ſe pueda vender, ni comprar oficio de iuridicion en nueſtra Caſa, y Corte, ni fuera della, ſo las penas contenidas en las leyes de nueſtros Reynos. Y demàs, que ſea infame, è inhabil perpetuamente, aſsi el que comprare, como el que vendiere, aſsi para auer aquel, ni otro alguno.* vbi Azeuedo latè exornat, & declarat: & videtur hoc expreſsiùs deciſum *in l. 8. tit. 2. eodem lib. 7. Recopil.* nouiſsimè Anibal Moles *in deciſion. Reg. Camer. §. 16. quæſt. 4. pèr totam,* vbi hoc ſtrenuè probat in officijs habentibus adminiſtrationem iuſtitię, & quòd in Regno Neapolis omnia alia officia ſunt vendibilia. Franciſcus Salernus *conſ. 27. tom. 1.* vbi diffusè, & elegantèr per *ſex §§.* hanc officiorum venalitatem improbat, & eandem materiã proſequitur *conſ. 28.* Cuius venditionis effectus ſummè Reipublicę pernitioſos, euerſiones, & exitia elegantèr exponunt Angelicus Doctor Diuus Thomàs *opuſculo 21. ad Ducisſam Brabantiæ, dubit. 5.* ibi: *Cùm officium ſub mercede venale diſponitur, nihil niſi ad recuperandum, & reburſandum pretium attenditur.* Gregorius de Valencia *in 2. 2. Diui Thomæ, quæſt. 7. diſput. 5. princip. 2. quæſt. 5. verſ. Tertiò dico.* Caietan. *in Summa verb. Officiorum ſecularium venalitas.* latè Soto *de Iuſt. & Iure, lib. 3. q. 6. artic. 4. in reſponſ. ad 2. in 2. concluſ.*

12 Qui Authores adducunt exemplum de antiqua Roma, quę vniuerſo dominabatur Orbi, quãdò officia publica ſecundùm merita diſtribuebantur, poſtmodùm autèm ſubiecta eſt, & interijt, quãdò officia iſta venalia facta ſunt; vndè Saluſtius. *O Vrbem venalem, & citò perituram ſi emptorem inuenerit. & in oratione ad Cæſarem de Reipubl. ordin.* quibus, & alijs ex Platone. Ariſtotele, &c. comprobat Maſtrillo *de Magiſtr. lib. 1. cap. 20. pèr totum, & maximè à num. 20.* Franciſcus Salernus *dict. conſ. 28. §. 3. num. 22.* Ponte *de Poteſt. Proregis, tit. 3. de elect. official. in princip.* vbi valdè exclamat contra has officiorum venditiones, *& num. 14.* tranſcribit verba *dicti Authent. vt Iudices ſinè quoquo ſufrag. §. Inuenimus enim,* quę notabilia ſunt. Tello Fernandez *in l. 26. & 29. Tauri nu. 9.* quę ità ait: *Quis enim enarrare poterit damna, quæ indè oriuntur? Vnicuique enim eſſet aditus ad emendam ab eis iuſtitiam, quam certiſsimè impetrabit, cùm ipſe priùs emerat; nàm qui aurum dat, & ità adminiſtrationem emit, non dat hoc ſolùm, quantum occaſionem ad inuentum flagitiorum.* Et in hùnc ſenſum proſequens, tandèm concludit: *Nèc tempus, nèc membranæ ſufficerent, ſi exprimere vellem omnia damna, quæ Reipublicæ veniunt ex ſimilibus venditionibus.* Petrus Gregorius *de Republic. lib. 9. cap. 1. nu. 35.* vbi ſic ait: *Nihil enim peius poteſt accidere Reipublicæ ea negotiatione, prò vno enim aureo, quo officiarij redimunt officia, & Iuriſdictionis poteſtatem à Principe, infinitas reuendendi cariùs iuſtitiam ſubditis occaſionem architectantur, &c.*

Ty-

13 Tyberius Decianus *lib. 8. Tractat. crimin. cap. 38. num. 11.* vbi quòd licèt lex ſemper præſumat prò Iudice *l. 2. C. de Offic. ciu. Iud. l. 1. C. de Prædijs Curia, lib. 10. l. Si quos, C. de Decurionibus eod. lib.* tamèn hęc præſumptio ceſſat, & ſumitur contraria contra Iudicem, qui officiũ, vèl magiſtratum emit *ex l. 2. C. de Murileg. lib. 11.* & alijs. Nauarrus *in Manuali, cap. 17. num. 223.* vbi quòd peccat qui Regi, vèl Magnati mutuat cũ pacto, vèl intentione principali, vt ſibi conferat aliquod officiũ pecunia ęſtimabile, licet id, quod tali officio lucratus eſt, reſtituere non teneatur, & ibi declarat. & vt Lampridius refert, Alexander Seuerus honores Iuris, & gladij numquàm vẽdi paſſus eſt, dicens: *qui emit & vendat neceſſe eſt*, ſi hoc Ethnicus ſenſit, quìd iàm decet Principes Chriſtianos! benè Bobadilla *in Polit. lib. 1. dict. cap. 14. num. 16. & ſeqq.* vbi pluribus comprobat. Caſtillo *de Tertijs dict. cap. 41. num. 21.* cum multis Doctoribus, quos ſuo more refert. Azeuedo *conſ. 8.* qui idem comprobat in venditione, aût locatione Tabellionatuum, ſeû notariarum, & ſimilium officiorum; in quibus loquitur etiàm Menchaca *dict. cap. 42. & 43.* & ſimilitèr in eis, & in Decurionatibus Tello Fernandez *vbi proximè*, & meliùs Bobadilla *in Polit. lib. 3. cap. 8. num. 285. & ſeqq. & eodem lib. 3. cap. 1. num. 9.* & Azeuedo *in l. 8. tit. 3. lib. 7. Recopil. per text. ibi.* D. D. Ioannes de la Rea *deciſ. 45. num. 35. & 36. tom. 1. deciſ. Granatenſ.* & cum pluribus Regni Doctoribus D. D. Petrus de Salçedo *in Commentarijs ad nouas leges Recopil. in l. 8. tit. 12. lib. 3. num. 63. & ſeqq.*

14 Et breui ſententia ſingulariter perſtringit Bartholomæus Fumus *in ſua Summa aurea, verbo, Officium, fol. 203.* ità enim ait: *Omnis ratio virtutum, & ſtudiorum tollitur ex eo, quòd non niſi pecunia habentur officia, & plerique, aùt adoleſcentes rerum imperiti, aùt opulentiores, quamuis imprudẽtes, Senatores fiunt.* Michaël Vleur *de Regimine mundi, par. 4. quæſt. 1. princip.* vbi teſtatur Deum (quod experientia vidit) quotiès hoc attẽtarunt facere Principes pèr pecuniam, aùt pèr parcialitates aſſumere, & eligere officiales, fuiſſe diſſolutas tales electiones non ſinè plaga Populi, cum priuatione dominij, & translatione ipſius ad alios, & multa alia traddit. D. D. Ioannes de Solorçan. *de Indiar. Iure, tom. 2. lib. 4. cap. 4. nu. 17. & ſeqq. & in Polit. Indian. lib. 5. cap. 4. circà principium, verſ. De manera, que lo que noto.* & vide optimam exclamationem contra Iudices imperitos, & qui habuerunt officium fauore, vèl munere, apûd Carrocium *de Locato, tit. de Caſibus, quæſt. 3. num. 7.*

17 Et licèt, iniuria temporũ, publicis neceſsitatibus id exigentibus, aliquorum ex his officiorũ diſtractio permiſſa ſit, & poſsit exequi. Tamèn id ſolùm fieri debet, & licebit in gratiam publici ærarij ità exhauſti, vt Princeps ali-

tèr

tèr ſibi, nêc belli ſummis, continuiſque ſumptibus ſucurrere non poſsit, & venditione facta honeſtę perſonę, & moderato pretio, vt ex doctrina prædictorum Doctorum declarant D. Menchaca *d. cap. 43. nu. 17. & 18.* Maſtrillo *dict. cap. 20. num. 15. & ſeqq. & num. 42.* Caſtillo *dict. cap. 41. num. 21. verſ. Cùm autèm officia huiuſmodi venduntur.* Bobadilla *dict. lib. 3. cap. 8. num. 288.* Azeuedo *in Curia Piſana, lib. 4. cap. 7. num. 2.*

16 In quo notandum eſt, quôd licêt Bartholomæus de Humada *in Scholijs ad l. 1. tit. 13. part. 1. gloſſ. 3. num. 3.* ſentiat *dictam l. 8. &* alias ſimiles, emptiones, & venditiones officiorum prohibẽtes eſſe antiquatas, & hodiè non obligare, ſtante ſcientia, & pacientia Principis cum taciturnitate de contrarijs actibus, putà venditionibus, & pactionib⁹ factis de dictis officijs, tamquàm de alijs bonis patrimonialibus, & hæreditarijs. Hoc tamèn non eſt verùm; nàm *l. 7. & 8. dict. tit. 2. lib. 7. Recopil.* loquuntur, & diſponunt circà officia, pêr vota particularium perſonarum, Ciuitatum, aût Villarum prouidenda ex vi priuilegij, aût antiquę conſuetudinis, in quibus vetat pretio, dono, pactione, aût promiſsione vota præſtare, & electionem perſonarum ad talia officia facere, non verò loquuntur, nèc procedunt, quandò pêr Regem hæc officia dantur, venduntur, aût donantur: Nàm circà prouiſiones ab eo faciendas horum officiorum, etiàm virtute renuntiationum à particularibus perſonis ea poſsidentibus factarum, practica communis, & Doctorum opinio in ſuo eſſe remanent; nequè de hoc, dictę leges loquuntur, vt probat, & declarat Azeuedo *in Commentar. ad dictas leges 7. & 8. num. 6.*

17 Et quòd de generali conſuetudine, Decurionatus, Scriptoriæ, Tabellionat⁹, & ſimilia officia poſsint vendi, ſaltîm de licentia Principis (quę facilitèr ſolet concedi, & ex hoc dicuntur alienabilia argum. Text. *in l. Apùd Iulianũ, §. fin. ff. de Lege 1.*) docent Paulus de Caſtro *in l. Omnimodò, §. Imputari, C. de inofficios teſtam. in fin. & ibi* Iaſſ. idem Iaſſon *in l. Illud, C. de Collat. num. 6.* Ripa *in l. In quartam, ff. Ad legem falcid. num. 163.* Antonius Gomez *in l. 29. Tauri num. 21. verſ. Item ſubinfero quòd ſi pater, vèl mater aliquid expendit prò filio, &c.* Gutierrez *in Practic. lib. 2. quæſt. 64. num. 5.* idem Azeuedo *in Curia Piſana dict. lib 4. cap. 7. num. 3.* D.D. Ioannes de Solorçano *in Polit. Indiana, lib. 6. cap. 13. verſ. Pero como los aprietos, & ſeq.* Vbi refert formam aſsignatam in Regnis Indiarum eorum venditioni. D. Petrus Noguerol *allegat. 19. num. 46.* Bayo *in Praxi, lib. 2. quæſt. 93. num. 15.* Moles *in deciſ. Reg. Cam. dict. §. 16. quæſt. 5.* vbi probat hæc officia, venditibilia, eſſe in patrimonio ementium.

18 Ex quibus ſequitur quòd nulla efficax ratio poteſt conſiderari in fauorem eius, qui officium

pretio

pretio adquiſiuit,& dolosè in eius exercitio verſatus ſit,ſequuta indè iuſta priuationis cauſa,vt illud retineat, ad differentiam eius, qui gratuitò habens,eo priuari meruit. Immò ſi debitè perpendatur, maior, & validior ratio vrget contra eum; nàm ſummè attendi debet tàm ad exiſtimationem, pœnas,& condemnationem officialium delinquentium, & modum procedendi contra eos, ân officium ambierint, aùt pretio adquiſierint, quo caſu verè dignitas dici non poteſt, quæ pecunia redimitur, vt probant Decianus *conſ. ſeù reſponſo* 15.*num.*14.*lib.*3.Ioannes Philippus Teſtay *allegat.*7. *num.* 93. àn verò à Principe, ſinè eius præcibus,aùt importuna ſupplicatione, ad illud electus, vêl vocatus fuerit ex proprio motu, & ſelectione (vt eſſe deberet, & benemeriti etiàm inuiti,& retinentes aſſumi, proùt in Antiſtite(cui non decet eſſe diſpar Iuriſconſultus argum.*l.*1.*ff.de Iuſt. & Iur.*)ſingulariter docet *l.Si quem quam* 31.*C.de Epiſcopis,& Cler.* ibi: *Tantùm ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, ſola illi ſuffragetur neceſsitas excuſandi.*)

19 Quę diſtinctio comprobatur ex doctrina Baldi *in l. Quæ fortuitis, C.de Pignorat.act.num.*45. quam ad hoc expendit Thomàs Docius *conſ.*193. *incipiente Magnificè, & generosè miles, num.* 3. his verbis: *Facit quod notat Baldus in l. Quæ fortuitis, C. de Pignor. act. vbi dicit, loquendo in magiſtratibus, & officialibus, quòd vbicumquè officialis ratione ſui officij tenetur de leuiſsima culpa, ſi conſtare poteſt quòd tale officium non fuerit procuratum, releuatur talis officialis à leuiſsima culpa, ſi officium fuit ſibi ſpontè conceſſum,ſinè ſua procuratione.* Idem probant Paris de Puteo *de Syndicatu,verſic.Negligentia, n.*20.*qui eſt tom.*7. *tractat. Doctorum, fol.* 286. & Bobadilla *in Polit.lib.*5.*cap.*1. *num.*155. ibi: *Y el Iuez que no procurò el officio.ſino que le proueyeron en èl ſin pretenderlo, dize Baldo, que ſe eſcuſarà, y librarà de la culpa leuiſsima.*

20 Quantò magîs ergò debet eſſe exoſus,&ſpeciali odio dignus ille,qui non gratuito,& electione Principis proptèr merita, & ſufficientiam,ſed muneribus, negotiatione, & pecunia ad eius faſtigiũ euectus fuit, vt ideò faciliûs amoueatur, Brunus *conſ.*97. *num.*1.*& ſub num.*3. *verſ.Plùs dicendum foret,* vbi dixit officium emptum poſſe ad nutum reuocari, & rectè conſiderat Maſtrillo *de Magiſtr. lib.*1. *cap.*20.*nu.*44. his verbis: *Et poſſent Reipublicæ vtiles eſſe,eo quòd emptores metu pœnæ, nè officium amittant ſimùl,& pretium, quod dederunt, coguntur rectè adminiſtrare,& Principes poſſunt ipſos emptores faciliùs ab officijs amouere,& condemnare,quàm ſi gratis ea officia contuliſſent.* & eſt ſingularis in puncto reſolutio Ioannis Franciſci de Ponte *de Poteſtat.Proregis, tit.*3.*de elect.official.* qui admonens viſitatores officialium,& Magiſtratuum,§.7. *nu.*14. ità ait: *Benè tamèn procedere hæc*

omnia

omnia debet ſtricta, & diligens informatio, ſi ad officium aſcenderunt mediante pecunia, quo caſu, non ſolùm priuandi erunt, ſed acritèr puniendi, etiàm ad aliorum exemplum; quod ſi vt conuenit, fieret, peſtis hæc abominabilis pœnitùs deleretur, radix, & cauſa omnium malorum: Ex quibus quæ mala oriantur in ſubuerſionem, & perditionem Populorum, ſatis, ſupèrque dictum.

QVÆSTIO XXXVI.

Vtrùm Fiſcus ex ſuis contractibus vſuras, ſeù intereſſe præſtet. Et quomodò, & in quibus caſibus, hoc procedat?

Summarium Quæſtionis Trigeſsimæ ſextæ.

Num. 1. Fiſcus non tenetur ad vſuras, ſolùm debitas ex mora.

Fiſcus quandò pecuniam priuatorum retinet pòſt morã, emergente exindè damno, vèl ceſſante legitimo lucro, ſeù quandò tenetur ex contrauentione contractus, intereſſe debet præſtare, quod declaratur.

2 *Fiſcus tenetur ad vſuras, quæ debentur in recompenſationem fructuum, & ad eas, quæ debentur ex diſpoſitione legali.*

3 *Fiſcus agens prò recuperatione rei iniustè alienatæ à ſe, vèl ab alio, pretio emptori reſtituto; ſi poſſeſſor conuentus, ſimùl cum re, fructus ex illa perceptos reſtituere offert, tenetur Fiſcus ſimùl cum pretio ad vſuras, quià vtì intereſſe petuntur.*

4 *Princeps quandò ex publica cauſa compellit priuatos admutuandam ſibi aliquam pecuniam, debet eis damna emergentia, & lucra ceſſantia compenſare.*

5 *Fiſcus prò euictione rei, quam vendidit, conuentus ab emptore, à quo fuit euicta, tenetur ab intereſſe ex natura contractus.*

6 *Princeps quomodò, & quibus caſibus, teneatur prò venditione, ſeù cõceſsione tractarum ad intereſſe, quandò caſu conceſsionarius impeditus fuit extrahere?*

1 PRopoſitis iàm caſibus, in quibus vſuræ, ſeù potiùs legitimum intereſſe Fiſco debetur, reſtat nùnc enucleare eam textus partem, in qua docet Fiſcum ex ſuis contractibus vſuras non dare, quæ quidèm reſolutio à Doctoribus accipitur in vſuris debi-

debitis ſolûm ex mora. Nâm præter caſum, in quo ſuccedit in Ius priuati alicuius, qui vſuras præſtabat, de quo diximus *ſuprà quæſt. 32. num. 13.* Superior illa ratio naturali Iure innixa, quo æquum eſt neminem cum alteriûs detrimento fieri locupletiorem *l. Iure naturæ 206. ff. de Regulis Iur.* adeò ſtringit, & efficax eſt, vt ſimilitèr Fiſcus, quandò pecuniam priuatorum retinet pòſt morâ, emergente exindè eis damno, vèl ceſſante legitimo lucro, ſeù quandò tenetur ex contrauentione cõtractus pèr eum cùm priuatis celebrati, tale intereſſe præſtare debet. Ità Socinus *conſ. 156. num. 4. lib. 2. & conſ. 4. num. 3. lib. 3.* Afflictis *in cap. 1. §. 1. num. 12. tit. de noua forma fidelit.* Trentacinquius *lib. 3. Variarum, tit. de Pactis, reſolut. 1. in fin.* Peregrin. *de Iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 47.* Marta *conſ. 40. num. 6. & 9.* Ponte *de Poteſt. Proreg. tit. 4. §. 4. num. 31. & 32.* rectè ſubijciens Fiſcum in hoc prò ſe legem non habere, & Iure communi vti.

2 Fuluius Conſtantius *in leg. vnica. C. Pœnis fiſcal. credit. præferri, num. 160.* vbi quòd tenetur ad vſuras, quę debentur in recompenſationem fructuum; quià in eis non reperitur priuilegiatus à Iure. Latè Leotardus *de Vſuris dict. quæſt. 22. num. 25. & 27.* D. Petrus Noguerol *allegat. 18. num. 110.* vbi tenet cum Conſtantio vbi proximè, & Fabio de Anna *conſ. 93. num. 5. lib. 2.* quòd debet ſoluere eas, quę debentur ex diſpoſitione legali, & Anna *ibi nu. 11. & ſeqq.* probat quòd cùm dos, & Fiſcus paribus paſsibus incedant, ſi concurrant, priuilegia cõquaſſantur, & attento Iure communi tenetur dotis intereſſe præſtare.

3 Donatus Antonius de Marinis *lib. 1. reſolut. quotid. cap. 149.* vbi defendit, quòd Fiſcus agens prò recuperatione rei, malè forſan alienatæ à ſe, vèl ab alio, pretio emptori reſtituto, ſi poſſeſſor conuentus ſimûl cum re fructus ex illa perceptos reſtituere ſe offert, tenetur ſimùl cum pretio ad vſuras, quià non vt vſuræ, ſed vtî intereſſe petuntur, & ſic deciſum refert in cauſis, quas ibi recenſet.

4 Et eadem ratione, quandò Princeps publica aliqua neceſsitate exigente, compellit priuatos ad ſibi aliquam pecuniam mutuandam, debet eis omnia damna emergentia, & lucra ceſſantia compenſare, Ioannes Crotus *in l. Nemò poteſt num. 3. ff. de Leg. 1.* Iaſſon *in l. Si ex toto num. 16. ff. Eod.* & cum alijs Menchaca *de Succeſſ. creat. §. 6 num. 22. & lib. 1. quæſt. illuſtr. cap. 6. num. 7. & 8.* Nauarrus *de Vſuris num. 42.* Salon *q. 78. art. 2. controu. 8. num. 6.* cuius verba refert, idem firmans Leotardus *dict. quæſt. 22. num. 27. verſ. Viciſsim.* Gabriël Betart. *in Speculo viſitat. cap. 23. num. 108.* Theſaurus *de Collectis, tit. 6. à num. 6.* & cum eo nouiſsimè Balmaſeda *de Collectis, quæſt. 2. num. 21. verſ. Prædicta tamèn neceſsitate inſtante, & verſic. ſequent.* extendit etiàm ad Vniuerſitates.

5 Prædictis accedit Ponte

dict.

dict. tit. 4. §. 4. per totum, vbi à num. 1. notat *Gloſſ. peregrinam, in l. 2. §. Grani æſtimatione, verb. Per iniuriam, ff. de Adminiſt. rer. ad Ciuit. pertin.* & *ibi* latè agit de ſpeciali Iure, in caſu quo res vendita à Fiſco euincatur ab emente, qui Fiſcum de euictione conueniat, ad explicationem, *l. Si procurator. ff. de Iur. Fiſci*, Idem *conſ. 94. tom. 2. num. 2.* vbi quòd hoc caſu ratione euictionis petitur intereſſe ex natura contractus, quod eſt propriè damnum, de quo dicit eſſe *Text. notabilem in l. Si in venditione, ff. de Euiction.*

6 Item in caſu venditionis, ſeù conceſsionis tractarum factę à Principe (vt in Regno Siciliæ ſunt plura priuilegia extrahendi quolibet anno certam frumentorum quantitatem, vèl vbi ſit ſimilis conceſsio) in quo, eueniente ſterilitate in aliquo anno, non tenetur Princeps ad refectionem ex fructibus alteriùs anni, etiâm ſi præceſſiſſet culpa Regis, vèl Curię, ex qua conceſſionarius impeditus fuiſſet extrahere; ſed ſolùm obligatus eſt ad intereſſe; cùm non fructus, ſed patientia vtendi facultate illorum extrahendorum promiſſa fuerit, *ad Text. in l. Stipulationes non diuiduntur, ff. de Verbor. obligat.* vbi Doctores, vt rectè probat Maſtrillo *de Magiſtrat. lib. 5. cap. 9. num. 56. & ſequentibus, & nu. 69.* declarat, quòd ceſſante culpa, ſed quià caſu, ſeû fortuna, velûti ſi annus eſſet ſterilis, & Regnum nõ eſſet prouiſſum, conceſſionarius non potuiſſet extrahere, Rex, nèc ad intereſſe, nèc ad refectionem tenebitur, & ibi ex dictis Iuribus, & Doctoribus, & alijs comprobat.

QVÆSTIO XXXVII.

Vtrùm Regula *leg. Qui autèm in principio, ff. Quæ in fraud. creditor.* Quòd debitor poteſt non adquirere in præjudicium creditorum, limitationem patiatur in debitore Fiſci, ſpeciali eius priuilegio?

Summarium Quæſtionis Trigeſsimæ ſeptimæ.

Num. 1. Debitor regularitèr poteſt non adquirere, & repudiare, ſeù contemnere lucra ei obuenientia in præjudiciũ creditorum ſuorum.

2 Concluſio prædicta an procedat de Iure polij, & in foro conſcientiæ, & referuntur Authores, qui tenent talem repudiationem eſſe contra iuſtitiam, & conſcientiam.

3 Adducitur Carleual, qui in hoc diſtin-

diſtinguit debitores ex cauſa lucratiua à creditoribus ex cauſa oneroſa; ſed hæc diſtinctio quòad forum exteriorem non aprobatur; & nu.4. redditur ratio.

4 *Debitor ſiuè ex cauſa neceſſaria, ſiuè ex voluntaria poſt obligationem contractam eodem Iuris vinculo tenetur erga creditorem.*

5 *Ioannes Maria Prato* tom.1. obſeruat.cap.15.& 16.*refertur, dùm probat non eſſe contra Iuſtitiam, nec conſcientiã ſe abſtinere, & repudiare quæcũq; lucra etiã in præjudicium creditorũ, ſeù n.6.contrariumdefenditur, & comprobatur.*

6 *Debitor non adquirens lucra ei obuenientia, ex quibus poteſt ſatisfacere ſuis creditoribus, & ea renuncians, eſt in aperto dolo.*

7 *Repudiatio lucri, & hæreditatis obuenientis reo, qui condemnatus erat in certa quantitate prò damno alicui illato, & prò eius ſatisfactione, non admittitur, quaſi in fraudem facta, & refertur deciſio Supremi Senatus Caſtellæ adducta à Gregor.Lopez* in leg.12. tit.10 part.5. gloſſ.2.

7 *Gregorius Lopez* in l.12. tit.10. part.5. gloſſ.2. *dùm refert deciſionem Supremi Senatus Caſtellæ pèr quam, non attenta repudiatione hæreditatis maternæ facta pèr reum damnatum in certa quantitate prò ſatisfactione damni illati accuſatori, executio facta fuit prò condemnatione in rebus hæreditarijs, declaratur, & defenditur ab impugnationib⁹ aliquorũ Doctorũ.*

9 *Debitor non poteſt omittere, ſeù repudiare lucra ei obuenientia in præjudicium Fiſci, eius fauore.*

10 L.Cùm quidam 26. ff. de Iure Fiſci *declaratur, & conciliatur, cum* l.in fraudem 45. ff.Eodem, *& num.11. adducuntur Authores de earum interpretatione agentes.*

12 *Sententia inhibens debitoribus renuntiationem lucrorum facere in præjudicium creditorum, debet amplecti vt ſecurior in foro interiori, & maximè fauore Fiſci.*

Lex humana iuſta non debet aliquid permitere, quod culpam lethalem inducat. ibi dèm.

1 SVccedit prò declaratione, & ampliatione omnium priuilegiorum ſuprà relatorum, aliud non leue, nèc ſilentio inuoluendum, commune tàm cauſis, & actionibus competentibus ex contractibus, quàm ex delictis, exiſtens etiàm in bonis non dùm debitori ſuo adquiſitis: ad cuius elucidationẽ ſupponitur, quòd regularitêr debitor poteſt non adquirere, & repudiare, ſeù contemnere lucra ei obuenientia in præjudicium creditorum ſuorum, *leg. Qui autèm in princip ff. Quæ in fraud. credit.* vbi ratio reditur: *Quià edictũ pertinet ad diminuentes patrimonium ſuum, qui autèm ſibi non adquirit patrimonium non diminuit, leg. Non fraudantur* 134.*ff. de Regulis Iur.* ad

hoc etiàm eſt Text. *in l. 1. §. Vtrùm ff. Si quid in fraud. Patroni*, vbi libertus in damnum Patroni lucra ſibi delata dimitere poteſt, nêc Patronus factum illud vtî in eius fraudem reuocat, *leg. Si ſponſus 5. §. Si maritus 13. ff. de Donat. intèr vir. & vxor.* ibi: *Nèc enim pauperior fit qui non adquirit, ſed qui de patrimonio ſuo depoſuit. l. 1. §. Confertur 23. ff. de Collation.* ibi: *Cæterùm ſi id egit nè adquireret non venit in collationem. leg. Alienationis verbum, §. Qui occaſione, ff. de Verborum ſignificat.* cum latè traditis â Graciano *lib. 1. diſceptat. forenſ. cap. 132. à num. 3. & lib. 2. cap. 271.* Sanchez *de Matrimon. lib. 6. diſputat. 4. num. 8. & ſequentibus.* Caſtillo *lib. 5. Controuerſ. cap. 112.* D. Petrus Noguerol *allegation. 19. numer. 39.* Merlinus *de Legitima, lib. 3. tit. 2. quæſt. 3.* D.D. Franciſcus Salgado *in Labyrintho creditor. part. 2. cap. 14. numer. 2. & ſequentibus.* Carleual *de Iudicijs, tom. 2. diſputat. 25. numer. 2. & 3.* vbi columnam Doctorum in comprobationem adducit. Hodierna *in Addition. ad Petrum Surdum deciſ. 140. numer. 1. & ſequentibus*, & alij in ſerie quæſtionis referendi.

2 Quę concluſio planè procedit de Iure fori; ſed àn etiàm admittatur de Iure Poli, ſatîs controuertitur apùd Doctores. Nàm Pater Molina *de Iuſtic. & Iure, tractat. 2. titul. 2. diſputat. 435. ad finem*, & Thomàs Sanchez *de Matrimon. lib. 6. diſputat. 4. numer. 9. verſic. His tamèn non obſtantibus.* Conſtantèr aſſeuerant hanc repudiationem eſſe contra Iuſtitiam, & repudiantem mortalitèr peccare, cùm ex lege Iuſtitię teneatur adhibere media, vt creditoribus ſatisfaciat, & idem peccatum incurrere cauſidicos, & alios conſulentes debitoribus vt talem renunciationem faciant, & ſic efficiantur impotentes ad ſoluendum, & teneri reſtituere creditoribus ea debita; quià iniuſto conſilio fuerunt cauſa illius damni; & declarat quandò bona fides in hoc poſsit excuſare: quos ſequuntur Gracianus *dicto cap. 271. num. 25.* Paſchalis *de Patria poteſtat. part. 2. cap. 4. numer. 174.* Valerus *in Different. vtriuſque Iur. verbo, debitum, different. 4. numer. 5.* vbi cum Nauarro idem defendit, Capicius Latro *deciſ. 8. numer. 13. & 14. tom. 1. deciſ.* Marius Curtelus *de Donat. Patr. in filios, tract. 2. primæ tractationis, particula 2. num. 29.*

3 Carleual *dicta diſputat. 25.* ex profeſſò quæſtionem excutiens, prò vera eius aſſequutione, diſtinguit creditores ex cauſa lucratiua, à creditoribus ex cauſa oneroſa, adhoc vt in præjudicium priorum poſsit repudiari. At verò ſit fraus non quærere in præjudicium aliorum, & ità declarat prædictas opiniones; quæ diſtinctio quãuis in foro interiori valdè cõmendetur, & tamquã tutior

tior admitatur à Doctiſsimo Arias de Meſſa *lib. 2. Variar. reſolut. cap. 41. num. 27.* in foro tamèn exteriori non audet eam amplecti, quippè qui nimis violet generalem ſententiam Text. *in dict. leg. Qui autèm 6. ff. Quæ in fraudem credit.* vbi Vlpianus generalitèr, & indiſtinctè permittit debitoribus repudiare legatum, nèc vllam agnoſcit differentiam intèr creditores ex cauſa lucratiua, & oneroſa in re propoſita, & ideò ait, quòd licèt Carleual in cauſa occurrenti, quam ibi refert *num. 22.* ingeniosè ſatîs contenderet eam perſuadère Dominis Collegis: Sacrum Neapolitanum Conſilium noluit recedere à receptiſsima ſententia, quę in foro inualuerat, quod ipſe approbat, ſicût etiàm in idem conſentit D.D. Alphonſus de Olea *de Ceſsion. Iur. & action. tit. 2. quæſt. 3. num. 34.*

4 Et quidêm meritô, quià hæc diſtinctio à Carleual approbata nulla videtur recta ratione poſſe ſubſiſtere, quippè præſuppoſita iàm obligatione in debitore, ſiuè ſit ex mera voluntate, ſcilicèt donationis, vèl alteriûs cauſæ ſimilis, & ſic lucratiuę, ſiuè ex neceſsitate contractus, vèl quaſi contractus, nulla poteſt legitima aſsignari ratio diuerſitatis reſpectu debitoris, cùm iàm cauſa illa voluntaria, & quę lucratiua dicitur, reſpectu creditoris in obligationis vinculum tranſitum fecerit, *l. Sicùt, C. de Obligat. & action.* in his ſingularibus verbis: *Quapropter intelligere debetis voluntariæ obligationi ſemèl vos nexos, ab hac, non conſentiente altera parte, de cuius præcibus feciſtis mentionem, minimè poſſe diſcedere.* Maximè ſtante deciſsione *l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilat.* pèr quam quomodocumquè quis aliquid promittat, vèl ſpondeat, efficacitèr manet obligatus, ſublatis Iuris antiqui ſtipulationis ſolemnitatibus, & pactorum differentia, vt rectê declarant Antonius Gomez *lib. 2. Varia. cap. 4. num. 1. & cap. 9. num. 3. verſ. Quartò infero,* & Aillon *in Additio. ad dict. cap. 4. num. 3.* Parladorus *lib. 2. Rerum quotid. cap. 3.* Zeuallos *Commun. contrà commun. quæſt. 54. & 55.* Gregorius Lopez *in leg. 4. titul. 4. part. 5. gloſſ. 1. & in leg. 1. tit. 11. eadem partita, gloſſ. 3.* Molina *de Iuſtitia, & Iure tomo 2. diſputat. 263.* Gutierrez *lib. 3. Practicarum, cap. 96.* D. Don Ioannes de la Rea *deciſion. 91. num. 13. & 17. tom. 2. deciſ. Granatenſ.* D. D. Franciſcus Salgado *in Labyrintho credit. part. 2. cap. 16. num. 40. & ſequentibus, & à num. 55.* latè Hermoſilla *in Notis ad l. 4. tit. 4. part. 5. gloſſ. 1. à num. 24.*

5 Sèd Ioannes Maria Prato *tom. 1. obſeruat. cap. 15. & 16.* enixè defendit contrarium, & abſolutè probat non eſſe contra iuſtitiam, nèc peccati labem incurrere non adeuntem, repudiantem, & ſe abſtinentem, tàm in legitima, quàm in trebellianica, & omnibus alijs

Iuribus,& nititur ſatisfacere rationibus, quibus mouetur Sanchez, in quo perſiſtit etiàm *in Additionibus ad Paſchalium in dict. cap. 4. num.* 174.

6 Verûm,ſalua eius pace,prima ſententia verior,& plauſibilior eſt, tamquàm conſcientię fauens, quę vniuerſi mundi lucro anteponenda venit,vndè meritò Valerus *dict. differentia* 4.*num.*6.ità concludit: *Quarè prædictæ cautelæ,& ſimiles non ſunt adeò magni faciendæ vt nonnulli exiſtimant, eas valdè celebrantes: ſunt quippè quæſitæ, & inuentæ ex mera cupiditate, & auaritia, quam veri Chriſtiani,& Sectatores Chriſti abhorrere, & fugere debent.* Quod ęquè procedit in creditore, tàm in cauſa oneroſa, quàm lucratiua,quià iàm præcedit contractus, aût materia, quę obliget ad adquirendum, & non adquirens, ſeù renuncians eſt in aperto dolo, quod eſt huius aſſertionis fundamentum perpenſum à Ioanne Fabro *in §. Manet,inſtituta,de Societate,* vbi quòd ſocius non poteſt renuntiare ſocietatem,quádò id dolo faceret. Paulus *conſilio* 125. *Dubium facit lib.* 1. & non poteſt talis renuntiatio ſinè eo fieri, & ideò dicit Textus *in l.* 1. *§. final. ff. Quæ in fraudem creditorum,* quòd renuntiatio facta in fraudem ęquè reuocatur âc donatio, & eadem ratio obſeruatur à GregorioLopez *in l.*12. *tit.*10. *part.*5.& ſolidè comprobatur à Carleual *dict. diſputat.* 25. *num.*12. vbi aducit quàm plures Doctores, Iuriſtas, & Theologos prò eius comprobatione Gracianus *tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 271. *num.*25. Paſchalis *de Patria poteſtate, part.*2. *dict. cap.*4. *num.* 174. *verſic. Sèd cùm hæc repudiatio.* Franciſcus Roccus *in Reſponſis legalibus, reſponſo* 83. *num.*6. D. D. Alphonſus de Olea *dict. quæſt.* 3. *num.*35.

7 Ex qua reſolutione infertur ratio deciſionis Supremi Senatus Regij, quam refert Gregor. Lopez *in dict. l.*12. *tit.* 10. *part.*5. *gloſſ.*2. in caſu ibi ab eo propoſito cuiuſdam rei, qui ex eo quôd iniuriosè percuſerat quendam in manu, ex quo vulnere manus illi fuit abſciſſa, vèl remanſit inutilis, & arida, condemnatus fuerat pèr Iudicem, vt prò damno illato daret percuſſo duo millia ducatorum,& lata ſententia,tali percuſori exiſtenti in fuga, & pauperi, nullomodò habentivndè ſolueret, ſuperuenit hæreditas matris,quam repudiauit, & mota quæſtione, vtrùm executio poſſet fieri in bonis hæreditarijs prô condemnatione pecuniaria ? pronunciatum fuit quòd executio fieret in bonis maternis, non obſtante repudiatione, quaſi in fraudem facta.

8 Vndè immeritò carpitur prædicta deciſio ab Azeuedo *in l.*3. *tit.*10. *lib.*4. *Recopil. num.* 140. dubitante de eius fundamento, & ſimilitèr non iuſtê reprobatur à Sanchez *de Matrim. lib.*6. *diſput.* 4. *num.*

num. 8. ſub ea ratione, quòd ex delicto ſola obligatio perſonalis cõſurgat abſquè hypotheca; Nèc benè adducitur ad quæſtionem de Fiſco, de qua in ea nullo modo actum fuit, quiâ eius ratio eſt manifeſta, & Iuri conueniens, ſcilicèt, quòd cùm iàm ex ſententia condemnatoria prô ſatisfactione damni fuit Ius quæſitum offenſo, & ſimùl hypotheca, rectè impugnat repudiationem, tamquàm in eius fraudem factam, vt Iuris regulis innixus cõſiderat Carleual *dict. diſput.* 25. *n.* 16. vbi inbehit contrâ Caſtillo *lib.* 5. *controuerſ. cap.* 112. *ex num.* 49. dùm eſt prò contraria ſententia, & inquirit juſtificationem illius deciſionis Supremi Senatus, quam etiàm ſequuntur D. Rea *dict. deciſ.* 55. *nu.* 12. qui citat Gutierrez *in* §. *Sui num.* 95. *inſtit. de hæred. qualit. & diff.* Franciſcus Roccus *dict. reſponſo* 83. *num.* 6. vbi elegantèr in noſtro caſu comprobat, & declarat.

9 Quamuîs ergò hæc regula, & aſſertio regularitèr procedat de Iure communis, & in foro fori in priuatis. Tamèn limitanda eſt in Fiſco, in quo, eius fauore, debitor in ſui præjudiciũ ſimilem renuntiationẽ non poteſt facere, & velle non adquirere, vt probat Paulus *in l. In fraudem* 45. *in princip. ff. de Iure Fiſci*, ibi: *In fraudem Fiſci non ſolùm pèr donationem, ſed quocumque modo res alienatæ reuocantur, idemque Iuris eſt, etſi non quæratur, æquè enim in omnibus fraus punitur.* Idem & *in l. Sèd etſi lege,* §. *Proindè, ff. de Petitione hæreditatis.* Ripa *in l.* 1. *num.* 7. *ff. de Pignor.* Rebuffus *in l. Alienationis verbum* 28. *col.* 2. *verſ. Item Fiſco, ff. de Verbor. ſignif.* Soccinus Iunior *conſ.* 124. *num.* 6. *p.* 3. Boſius *in Praxi, tit. de Bonorum publicatione, num.* 9. Peregrinus *de Iure Fiſc. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 38. *& ſeqq.* Cujacius *lib.* 8. *obſeruat. cap.* 9. Æneus Robertus *lib.* 3. *rerum Iudicat. cap.* 12. *propè medium, verſic. In hac autèm controuerſia*, vbi eam formalitêr perſtringens, ſub ea diſtinctione, Iuris debitori delati, & quæſiti, vt in hoc caſu patrimoniũ diminuant in creditorum fraudem, vèl Iuris, aùt nondùm delati, aût delati quidèm, ſed nondùm adquiſiti, vt tûnc non dicantur fraudare, ità limitat, & declarat: *Et hoc quidèm generalitèr obtinet, niſi ſi fortè, aùt de minore, aùt de Fiſci præjuditio agatur. Nàm & Fiſco debitor, & minori tutor, non modò quæſitum conſeruare, ſed & non quæſitum procurare, & adquirere tenetur; in cæteris autèm omnibus debitor nihil in fraudem creditorũ agere dicitur, cùm Ius ſibi delatum, nondùm autèm acquiſitum, repudiat.* Idem ſequuntur Andræas Faquineus *lib.* 13. *controuerſ. cap.* 56. *ad fin.* Bargalius *de Dolo lib.* 5. *cap.* 6. *nu.* 83. Oſſualdus Illigerus ad Donellum *lib.* 23. *Comment. cap. vlt. litt. C. circà medium.* Cancer, *lib.* 1. *var. cap.* 3. *num.* 71. Mauſonius *de Cauſis executiuis, lib.* 1. *q.* 6. *amplia.* 8. *num.* 38. D. D. Ioannes de la Rea *deciſ.* 55. *num.* 27. *tom.* 2. *deciſ. Granatenſ.*

10 Nèc contrarium probat *l. Cùm quidam* 26. *ff. de Iure Fiſci*, vbi

accuſatus de crimine, ex quo damnatus amitteret bona, ſi interìm, pendente cauſa, emancipat filium ſuum, qui erat à quodam inſtitutus hæres, qui filius adiuit hæreditatem, emancipare non videtur in fraudem Fiſci: Nàm in eo text. Pater delinquens non erat adhûc condemnatus, & ſic nulla obligatio nata erat reſpectu Fiſci, qui antê condemnationem nihil petere poterat, *l. fin. ff. de Iniurijs, leg. Prohibitum, l. fin. C. de Iure Fiſci, lib.* 10. & ideò potuit Pater hæreditatem à ſuo filio aditam ſibi non adquirere, ſed *in leg. In fraudem*, Fiſcus iàm erat creditor, vt aduertit Gloſſ. *in dict. l. Cùm quidam, verb. Hæreditatem*, & ideò Ius iàm delatum, & adquiſitum in fraudem Fiſci recuſare nequit.

11 Ità materiam declarat Peregrinus *de Iure Fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 190. *& ſeqq.* qui ſublimitat niſi pœna *ipſo Iure* incurreretur, & ſequuntur Cancer *dict. num.* 71. latè Mangilius *de Imputationibus, quæſt.* 4. *à num.* 5. vbi probat, quòd pòſt condemnationem in præjudiciũ Fiſci non poteſt repudiare. Catalanus *de Indulto, cap.* 18. *num.* 63. *&* 64. vbi defendit quòd lucrum iam quæſitum, & incorporatum perdere eſt pati damnum. Curtelus *vbi proximè dict. particula* 2. *num.* 27. Giurba *ad Conſuetud. Meſſanenſ. part.* 1. *cap.* 5. *gloſſ.* 8. *à num.* 10. vbi prædictam ſententiam ſequitur interueniente fraude D. Ferdinandus Arias de Meſſa *lib.* 2. *Var. cap.* 41. *num.* 13. vbi quòd *dict. lex. in fraudem* verè accipienda eſt de nõ adquiſitione Iuris iàm quæſiti, Franciſcus Roccus *in Reſponſis legalibus, centur.* 1. *reſponſo* 83. *num.* 1. *& ſeqq.* D. Ioannes de la Rea *deciſ.* 55. *tom.* 2. *deciſ. Granat. per totam* vbi latè probat, & deciſum refert, reum capitalis criminis, & ex eo condemnatum ad pœnam pecuniariam Fiſco ſoluendam, non potuiſſe ſucceſsionem maioratus ſibi delatam, & iàm agnitam, in filij fauorem renuntiare, & non obſtante tali renuntiatione, condemnationem exequendam in fructibus maioratus, licèt illius deciſionis ratio fuerit, quòd iàm poſſeſſor maioratus ſucceſsionem agnouerat, ut ibi probatur *à num.* 14.

12 Manet ergô, quôd cûm hæc ſententia inhibens debitoribus in præjudicium creditorum talem renuntiationem facere, ſit in foro interiori, ſecurior, vt diximus *ſuprà num.* 6. debet ſimilitêr amplecti in foro exterioti, cùm lex humana iuſta non debeat aliquid permitere quod culpam lęthalem inducat, vt docet Gloſſ. & Doctores *in cap.* 1. *de Conſtitut. in* 6. Diuus Thomàs 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 4. D. D. Ioannes de Solorçano *tom.* 2. *de Iur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 82. & cum alijs Carleual *dict. diſput.* 25. *nu.* 16. & maximê fauore Fiſci, cuius cauſa tàm communis, publica, & conueniens exiſtit, & ideò ab omnibus fouenda, quare eius lucro, & Patrimonij augmento quomodolibêt inſidiari nefas eſt.

QVÆS-

QVÆSTIO XXXVIII.

Gradus, & ſatisfactio Fiſci, & eius Ius habentium, qua forma, & modo aſsignari, & fieri debeat?

Summarium Quæſtionis Trigeſsimæ octauæ.

Num. 1 *Fiſco, & eius Ius habentibus quomodò gradus aſsignandus ſit?*

Iura Regalia habentes ſuper reditibus Regijs in diuerſis ſtationibus, & Regalijs conſignata primum locum, & prælationem habent in eis prò ſatisfactione.

2 *Fideiuſsiones conductorum vectigalium, ſeù Regiorum redituum, in quibus bonis dandæ ſint, & conſiſtere debeant de Iure Regio?*

3 *Fideiuſsiones conductorũ vectigalium, ſeù Regiorũ redituum ex recentioribus Senatus decretis, debẽt fieri in Iuribus Regijs computatis ad valorem decem millepro miliari.*

4 *Satisfactio, quæ debet dari ex bonis, & effectibus debitoris decocti, & fideiuſſorum, eius creditoribus Iura Regia habentibus, quomodò, & pèr quem Iudicem facienda ſit? Et num.* 5. *exponitur forma in hoc procedendi aſsignata pèr* Decretum Conſilij expeditum die 2. menſis Iunij anni 1663.

6 *Iura Regalia decoctionibus affecta, & proptèr eas ad Regem ſpectantia, iuſſum fuit pèr diuerſa decreta Regio Patrimonio conſignari prò dotatione claſis Regiæ, quod poſteà reuocatum fuit pèr* Decretum expeditum die 9. menſis Nouembris anni 1669. *& iuſsũ quòd nullum præjudicium partibus irrogaretur; ſed eis ius ſuum tribueretur pèr legitimos Iuſtitiæ tramites. Et num.* 7.

8 *Quod decretum iuſſum fuit exequi pèr Senatũ, & de hoc admonitus Iudex decoctionũ, non ſolùm præcepto Cõſilij, ſed etiàm eius Præſidis cum ſpeciali cõminatione, quæ refertur. Et num.* 9.

10 *Iudex decoctionum non poteſt perducere ad effectum Decretum Regium, expeditum ſupèr ſatisfactione partium intereſſe habentium in Iuribus Regijs, conſignatis in Regalibus reditibus, in quibus accidit decoctio, non confecta, & data ei ralatione per antelationẽ.*

11 *Relatio per antelationem eſt neceſſaria ad graduationem creditorũ decocti, qui habent Regia iura conſignata ſuper reditibus Regalibus, in quibus accidit decoctio, & & numeris ſequentibus exemplificatur, & expenditur.*

Illuſtriſsimus D. D. Petrus Ægidius de Alfaro, Præſes Cõſilij, Laudatur.

1 VT appoſitè huic Titulo vltimam manum imponamus, animaduertere opportet ſpecialem noſtrę materię, & huius Conſilij prouidentiam, circâ formam decernendi gradum competentem, iuxtà ordinem hoc titulo expoſitum ſuis locis, tàm Fiſco, quàm eius Ius habentibus, & ſatisfactionem itidèm eis faciendam. Regularitèr enim in Conductoribus, Theſaurarijs, ſeù Suſceptoribus Regiorum redituum decoctis non poteſt exequi eadem forma, quę in alijs cauſis priuatorum, ſed diuerſa obſeruatione res agenda eſt, tàm pèr Senatum, quàm pèr Iudicem decoctionum. Nàm cùm in illis ſummis Fiſco debitis, præcipui ſint, & primam cauſam deducant hi, qui habent Iura Regalia impoſita, & aſſignata ſupèr diuerſis ſtationibus, & Regalijs Camerę, quibus reditus, ſeù prouentus, procedentes ex eis, ſunt primo loco affecti, quiâ primam, & ſpecialem in eis habent conſignationem, omnibus anteriorem, vt ex ipſis ſituationibus patet, & expreſſum eſt quôad Iura ſupèr ſeruitijs millionum *in initio 3. generis, & in conditione* 100. *5. generis*: De quorum Iurium origine, eſſentia, & iuſtificatione videndi ſunt Bartholome de Albornoz *en el Arte de los Contratos, lib. 3. tit. 2. §. Iuros Reales.* D.D. Ioannes de la Rea *alleg. 23. num. 44. & ſeqq. tom. 1. alleg. fiſc.* & alij plures ibi ab eo relati; & iſti, qui habent talia Iura, ſint in magno numero, & Dominus Rex etiàm ex illis (publicis neceſsitatibus id exigentibus) deducat, & ſibi reſeruet dimidiam anatam, & alias deductiones aliquibus annis, vèl decem, vèl quindecim prò centum. Si decocti facultates non ſuppetant, proùt ſempèr accidit, ad ſatisfactionem omnium quantitatum debitarum, debet fieri ſolutio ſecundùm antelationem, & priuilegium ſituationum, in quo quià materia peculiaris eſt, obſeruandũ eſt, quòd ſecundùm varietatem temporũ pèr Conſilium diuerſę formę procedendi ad ſatisfactionem creditorũ Iudicibus decoctionum aſsignata ſunt.

2 Nàm cûm primò pèr *leg. 7. tit. 11. lib. 9. Recop.* ſtatutum fuiſſet, quôd conductores fideiuſſiones præſtarent hominum idoneorum, & in bonis ſtabilibus, & immobilibus, ad ſatisfactionem Calculatorum maiorũ; poſteà *in ordinationibus factis anno* 1606. contentis *in l. 27. eiuſdem tituli, & libri in cap. 6.* iuſſum fuit quòd non admiterentur ad fideiuſsiones redituum Regalium homines facultatibus lapſi, nèc agricolę, nèc præſtarentur in bonis immobilibus, niſi eſſent valdè idonea, & adhùc in hoc caſu ſolum in 4. parte, & tres reſtantes darentur in Iuribus Regijs, cenſibus, ſeû pecunia anticipata.

3 Sèd, quiâ ex his fideiuſsionibus

nibus innumerę cautelę, ſtellionatus crimina, & fraudes emergebant, quos experiẽtia indies apertè manifeſtabat, inuentis domibus, ſeù poſſeſsionibus datis prô vadimonio, ſeù indemnitate conductionum, anterioribus obligationibus cenſuum, & aliarum hypothecarum adeô affectis, vt nèc in minima quantitate poſſet fideiuſsio ſubſiſtere, & quàm plures decoctiones ſequerentur, hoc immutatum fuit, & iuſſum pèr reſcriptum Regium expeditum *die* 9. *menſis Octobris anni* 1645. quòd fideiuſsiones conſiſterent, & fierent in Iuribus Regijs, quę pèr decreta Senatus æſtimari, & computari iuſſum fuit ad valorem decem mille prò milliari.

4 Et eueniente caſu, quo ex his fideiuſsionibus, & Iuribus prò eis datis, ſatisfaciendi eſſent creditores, vèl ex eorum reditibus, ſeù pèr applicationem, aût conſignationem, hoc non exequebatur pèr Iudices Decoctionum, ſed pèr Computatores inſeruientes in libris Relationũ, & eius Officiales. Quoûſque *anno* 1660. Iudex decoctionum, mediante conſultatione, expoſuit Regio Patrimonij Senatui præjudicium, quod partibus intereſſe habentibus irrogabatur ex tali adjudicatione facta ex arbitrio, & ſinè graduatione, nèc legitimo Iudicij tramite.

5 Cui damno vt occurri poſſet, negotio maturê perpenſo, cõgregatis duabus Aulis, tàm prima, quę vocatur *de Gouierno*, quàm ſecunda Auditorum, quę dicitur *de Iuſticia*, ſimùl cum duobus Dominis Supremi Caſtellę Senatus, qui huius etiàm ſunt Conſiliarij, & veſperè aſsiſtunt expeditioni cauſarum, expeditum fuit *Decretum die* 2. *menſis Iunij anni* 1663. quo; excitata, & confirmata Iuriſdictione priuatiua Iudicis decoctionũ, ad cognoſcendũ abſolutè de omnibus cauſis decoctionum accidentiũ quomodôcumque in hoc Conſilio eorũ, qui quolibet modo perceperint reditus ad Regem ſpectantes, & ſeruitia ei debita; ſtatutum fuit, vt cauſam decoctionis ſibi commiſſam intrà terminum 50. dierum, vèl maioris, ſi opus eſſet, Senatus arbitrio prorogandum, facta aprehenſione perſonę, & bonorum forma ſuprà tradita *tit.* 3. inſtrueret, & debito fine concluderet, proferendo ſententiam graduationis creditorum, in qua cuilibet eorum gradus, & locus aſsignetur, iuxtà quem ſatisfaciendus ſit, & hęc notoria debet fieri Fiſcali rei Diualis Conſilij, vt ſic creditum Regij Patrimonij plenam ſecuritatem gradus, & loci ad ſatisfactionem conſequatur; & hoc pręhabito, & diſtractis, & ad pecuniam redactis in publica licitatione effectibus, & Iuribus Regijs datis prô fideiuſsione, & vadimonio, aût ſi nô inueniatur emptor, eſtimatis, vèl appretiatis pèr perſonas practicas, & peritas, vt ſiuè ex pretio, ſiuè ex eorum adjudicatione in eadem eſtimatione, & taxatione ſolutio fiat, procedat

ad

ad ſatisfaciendos creditores, qui reſpectu Fiſci potiorem gradum obtinuerint, expedita ad hoc ſupplicatoria ad Conſilium cum ſpecifica expoſitione cauſæ, crediti, & teſſerę ſolutionis ei datę, vt iubeat adimpleri, & adueniente caſu ſatisfactionis Fiſci, & eius Ius habentium, certiorem faceret de hoc Senatum, vt pèr ipſum, vèl perſonam ab eo deputatam id exequeretur, & aſſequuta hac ſatisfactione Regij Fiſci, & eius Ius habentium, ſi adhùc ſuperſint bona, & patrimonium decocti, & fideiuſſorum, & itèm creditores Fiſco poſteriores: Hi de hoc admoniti pèr Iudicem intrà ſpacium 15. dierũ, Ius ſuum coràm Iudicibus ordinarijs competentibus proſequerentur, iuxtà *conditionem 50. 5. generis ſeruitiorum millionum.*

6 Pèr Decreta expedita *die 5. Nouembris, & 20. Decembris anni* 1665. confirmata, & roborata alio elicito *die 27. menſis Ianuarij anni* 1666. Preceptum fuit vt omnia Iura Regalia decoctionibus affecta, & proptèr eas ad Regem ſpectantia, & quę in poſterùm ſpectarent, Regio Patrimonio cõſignarentur prô capitali, & dotatione ſtabili, & perpetua claſis Regię, reſeruato Iure creditoribus, & intereſſe habentibus eorum ratione, ut ſatisfactionem exigerent, & cõſequerentur à Regio Patrimonio pèr hoc Conſilium, & eius ſummum Rationalem.

7 Huius decreti virtute quàm plura Iura Regię Claſi adjudicata fuere cum graui partium diſpendio; Quo animaduerſo pèr Regiã Maieſtatem, ſacer affatus expeditus fuit *die 9. menſis Nouembris anni* 1669. quo exprimens curam, & præcipuam ſollicitudinem, quæ verſari debet, & ei eſt cordi circà iuſtitię adminiſtrationem, primam iuſsionem reuocauit, & iuſſit quòd abſolutè, tâm in Iuribus iàm conſignatis, quâm in reliquis, nullum præjudicium partibus irrogaretur. Sèd eis Ius ſuum inuiolabilitèr tribueretur pèr legitimos Iuſtitię tramites.

8 Reſcriptum hoc, verè, ſaluberrimum, pèr Senatum fuit plauſibilitèr exceptum, & de eius mandato notorium factum Iudici decoctionum, vt illud exequeretur; & ſimùl iuſſum, vt Relationem Iurium Regalium conſignatorũ ad Senatum tranſmiteret.

9 Quod præceptũ fuit etiàm Iudici iniunctum pèr Epiſtolam priuatam Præſidis Conſilij, qua eius breuis executio commendata fuit, non ſolùm enixè, ſed & cum expreſſa proteſtatione ei facta exonerationis proprię conſcientię, & comminationis ſatisfactionis damnorum ex ſua omiſsione, ſeû retardatione, creditoribus ſuo periculo præſtandę.

10 Sèd non obſtante hac mandati pręciſsione, Iudex non potuit illud adimplere; nàm ſolùm poteſt cauſam inſtruere vſquè ad prolationem ſententię addictionis contra bona decocti, & vlteriùs progredi non valet, nèc gra-

graduationem creditorũ diffinire (vt ex officij munere, & iuſsionib⁹ Senatus tenetur) non conſtito de pertinentia creditorum, intereſſe habentium in bonis conductoris decocti, nèc de Iure, quod Regio Patrimonio, & eius Ius, & locum obtinentibus ratione redituum, & quantitatum decurſarum ex Iuribus Regalibus ipſis in tali ſtatione, ſeû Regalijs, in quibus accidit decoctio, conſignatis, & de antelatione vniuſcuiuſque, quod ſolûm pèr Relationem pèr antelationem poteſt conſtare, & cùm hæc iteratis vicibus à dictis Calculatoribus Relationum petita ſit pèr Iudices decoctionum, numquàm eam conſequi potuerunt.

11 Et licèt Iudices ſępiùs hoc mediantibus cõſultationibus Regio Patrimonij Senatui conſtantêr expoſſuerint, ſignificantes ob hanc cauſam non poſſe exequi Regium reſcriptum, nèc enixam Cõſilij, & eius Preſidis iuſsionem, & exiſtere ſummam quantitatem Redituum Regiorum decoctionibus affectorum, in ſuſpenſo cum magno creditorum detrimento, non enim poſſunt Regio Patrimonio ea conſignare in præjudicium intereſſe habentium, vt in dicto reſcripto dato *die 9. Nouembris* cõtinetur, nèc illis poteſt ſatisfieri de ſuis creditis, non expedita dicta relatione, nullum reſponſum eis datum eſt, nèc effectus ſequutus, quod vt euidentiùs pateat, hoc exemplo expenditur.

12 Quidam Conductor, The ſaurarius, ſeù Suſceptor Regius decoxit, & effectus fuit non ſoluendo in quantitate viginti computorũ, quę ex reditibus vectigalis, vèl reditus conducti, ſeû exacti debet Regi, & habentibus Regios reditus, & alias delegationes ibi conſignatas, fideiuſsiones ab eo datę prò vadimonio ſolùm aſcendunt, & poſſunt equiualere ſolutioni vſquè ad decem computa, vndè creditores in alijs decem non poſſunt ſatisfieri ex eius bonis.

13 Ad graduationem ergò faciendam eorum creditorũ, quibus ſoluendum eſt ex illis decem computis, quę ſolùm reſultant ex Iuribus, ſeû effectibus decoctionis, vèl intèr omnes, ſi alij interueniant in concurſu, vèl ſolùm intêr eos, qui creditum deducant, ratione Iurium, & conſignationum, ſi alij non extent, neceſſariò debet præcedere prædicta Relatio pèr antelationem, in qua contineatur formalis, & ſpecifica mentio omnium Iurium Regalium in reditu illo Regio, in quo Conductor, ſeù Suſceptor decoxit, cõſignatorum, cum antelatione, & præcedentia vniuſcuiuſque, ſecundûm priuilegia eorum poſſeſſoribus expedita, & quantitatis in vnoquoque ad Regium Patrimonium ſpectantis, ratione dimidię Anatę, & aliarum deductionum, & eius, quę poſſeſſori reſtat, & delegationum ibi factarum, iuxtà quam Iudex debet Graduationis ſentẽtiam proferre, attribuens, tàm Regi, quàm partibus, vſquè ad ſummam quę extat,

locum,

locum, & gradum, in quo, ſeû crediti ſatisfactionem accipiant, & aliter, nullatenûs poteſt cauſa definiri, nêc ſequi effectus optatus, & tot reſcriptis iniunctus, tribuendi partibus Ius ſuum, & conſignationis faciendæ Regio Patrimonio Iurium Regalium decoctioni obnoxiorum in quantitate, quæ illi debetur. Nam anteà, quamuis Creditores, & intereſſe habentes accedant ad Iudicem inſtantes prô ſatisfactione, eam conſequi non poſſunt, nêc Iudex, non prolata ſententia graduationis eis ſoluere valet. Et ad ſummum ſolùm poteſt interloqui, quòd Cõſilium adeant. Et ſi hoc efficient, vèl primitûs in eo hanc ſupplicationem porrigant (vt ſæpiſsimè accidit) nulla alia legalis, & legitima prouidentia poteſt dari, nèc datur, niſi quòd compareant coràm Iudice, vt credito ſuo ſatisfaciat in ſuo loco, & gradu, qui cùm non ſit aſsignatus pèr ſententiam, nèc liqueat, non poteſt Iudex mandatũ adimplere, & ideô his ſumptibus, & moleſtijs defatigati inutilitèr inſudant, & littus arant.

14 Et hoc idem procedit, & requiritur in decoctionibus Conductorum, Theſaurariorum, ſeû Suſceptorum ſeruitiorum Millionum, & ità iuſſum eſt pêr Decreta Senatus in hac Aula Millionum, expedita *die decima Menſis Marcij, anni 1665. & die 5. Iunij, anni 1658.* In quibus aſsignatur forma, qua Iudex decoctionum debet in his cauſis procedere, & præcipitur Cõputatoribus Regni, vt conficiant, & ei exhibeant hanc relationem, *por antelacion*, Iura Regalia habentium, & item conſignationes in dictis ſeruicijs, nàm licèt Iura impoſita ſupèr eis in ipſa conſignatione, & ſtatione (ſunt enim in quolibèt ſeruitio plures ſituationes) plenam habeant ſecuritatem, quià conceſsiones, & productus earum, multô maiores quantitates pendunt, quàm neceſſarias ad ſatisfactionem punctuationum, tamèn in decocti, & fideiuſſorum bonis facultates non ſuppetunt prô plena omnium intereſſe habentium ſolutione, & nõ poſſunt Creditores Patrimonij Regij pro Iuribus, ſeû penſionibus conſignatis in quibuslibet Vectigalibus, Regalijs, ſeû ſeruitijs, & conceſsionibus intendere eam, ſibi fieri ex fructibns, & prouentibus alterius anni, hi enîm ex natura ſua, ſolùm poſſunt deſeruire pro ſatisfactione redituum, & penſionum illius anni in quo cedunt, & non aliorum, ex pulchro, & eleganti Reſponſo Iuriſconſulti Pauli *in l. Inſulam 13 ff. Qui potiores*, in illis verbis: *Sèd veriſimile eſt id actum, vt primam quamque penſionem pignorum cauſa ſequeretur, l. Si vſusfructus 6. ff. de Vſufructu legato*, ibi: *Vt peti iàm vſufructùs, qui legatus eſt, non poſsit, quià alius futurus ſit quàm qui legatus fuit.* iunctis ad id traditis â Feliciano *de Cenſibus, tom. 2. lib. 3. cap. 5. num. 2.* D. Solorçano *de Iure Indiarum, tom. 2. lib. 2. cap. 31. num. 38.* Vbi benè in puncto comprobat

probat cum Caualcano, & alijs, & ità concludit: *Quòd in his caſibus tales fructus, ſeù reditus videntur deſtinati, & obligati prò Miniſtris præſentibus, & non præteritis, & prò oneribus currentibus illius anni quo fructus ſunt recolecti, vndè in illis prælationem habent; quià & diuerſi eſſe videntur à fructibus aliorum annorum;* & ponderat *dictam legem ſi vſusfructus.* Eſcalona *in Gazophilacio, libr. 1. cap. 34. caſu 31.* & facit *Gloſſa in cap. Si propter 10. de reſcriptis, in 6. verbo, Primi anni*, pèr quam notat Arquidiaconus *in eo textu, numer. 7.* & 8. & Ioannes Andræas, quòd ſi conceduntur fructus primi anni Epiſcopis, aùt alijs, & illi non naſcuntur illo anno ob-- quodlibet accidens, non ſuplentur ex anno ſequenti, quià quilibet annus habet diuerſam inſpectionem, & ſuam conſignationem. In quo prò noſtro aſſumptu obſeruandum eſt, quòd omnia Iura Regia impoſita ſupèr ſeruicijs millionum exactionem plenam conſequi poſſunt; id eſt, vt vulgo dicitur, *que caben*, & cùm ſint diuerſæ ſituationes in eis, his, qui habent primam antelationem, ſempèr integrè, & primo loco debet ſolui, in reliquis ſituationibus verò debet attendi dicta relatio cuiuſque antelationis, & ſi decocti facultates ſufficiant omnibus, debet ſolui, quiâ omnia Iura vniuscuiuſque ſituationis eodem Iure potiuntur, ſed ſi patrimonium decoctionis deficiat, prò rata ſatisfaciendi ſunt omnes in qualibet ſituatione.

15 Vt ergò incommoda ſuprà relata euitentur, & cauſa recto ordine procedat, & debito fine terminetur, conſequuta ſcilicèt effectiua ſatisfactione Regij Patrimonij, & reliquorum creditorum intereſſe habẽtiũ in qualibet decoctione, Senatus debet hæc omnia attentè rimari, & Iuriſdictionem Iudicis (cùm ſua ſit, & à conſilio emanata) coadiuuare, & ſolicitè prouidere, quòd omnes Miniſtri, & Officiales his decoctionum cauſis, & earum dependentijs incumbẽtes, munus ſuum ſedulò adimpleant, cùm omnes teneantur cooperare, & mutuum auxilium præſtare in rebus concernentibus beneficium rei Diualis, & ſatisfactionem partium in ea Ius habentium, in quo verſatur recta, & debita Iuſtitiæ adminiſtratio. Quod exequendum non dubito, cùm quilibet ex Conſilijs in eo reſidentibus tantùm ei intendat, & ſingularibus ſolertię, peritiæ, & rectitudinis partibus emineat, & ſimùl cum eis collimet perſpicua cura, & ſolicitudo Illuſtriſsimi D. D. Petri Ægidij de Alfaro, qui pòſt varios honores tûm Collegij Maioris Diui Ildephonſi, & primariæ Canonum Cathedrę in celebri Complutenſi Academîa, tùm in Hiſpalenſi prætorio Auditoris, & in hac

Regia Curia vigilantiſsimi prętoris, ob ſpecioſas doctrinę, eruditionis,& integritatis dotes ad Pintianæ Chancellariç maieſtaticas infulas fuit aſſumptus, & ad præſens, huic Rei Dominicę Senatui, & Sacris Potentiſsimi noſtri Monarchæ Ærarijs præeſt. Quibus huic capiti, & ſimùl primę parti huius tractatus finem impono, ſummas D.O.M.& eius Sacratiſsimę Matri ſempèr Virgini, abſquê labe originalis peccati in primo animationis inſtanti conceptę, referens gracias, & ſpecialitèr Sacro Igni,& viuo Fonti gratię Spiritus Sancti, in cuius Paſchatis celebritate, caſu, ſed peculiari in me nota, vltima manus fuit impoſita, cûm eodem die eius initium pauidus agreſſus fuiſſem, enixè exorans,& fidelitèr confidens frigiditatem,& ariditatem mentis,& intellectus mei ſui gratia aſperſurum. Et itêm Diuo Ioſepho, Diuo Didaco, & Angelo Cuſtodi, Tutelaribus,&Aduocatis meis: O vtinam! reliquum opus, eadem gratia annuente, fauſto peragatur exitu, quo tali inchoatum fuit principio. Et totum in eius laudem, & obſequium cedat.

Superius ſempèr ſit Eccleſiæ,& Superiorum Iudicium, cui ſi quid in his aduerſatur ſcriptis, inſcriptum volo.

INDEX

INDEX
IVRIVM, QVAE
IN HOC TRACTATV PRO ELVCIDATIONE MATERIÆ, ET QVÆSTIONVM, EXPENDVNTVR, ET ENVCLEANTVR.

Prior numerus Titulum, ſecundus quæſtionem, tertius numerum marginalem indicat.

Ex Digeſto Veteri.

L. 1. §. Huius ſtudij, ff. de Iuſtitia, & Iure, 5. 2. 29.
L. illicitas, §. Veritas, ff. de Oficio Præſidis, 11. 5. 32.
L. Si fideiuſſor. §. fin. ff. Qui ſatisdare cogantur, & ibi Gloſſ. verb. Si hoc Iudici ſederit, 2. 1. 8.
L. penultima, ff. Si ex noxali cauſa agatur, 5. 25. 9.
L. Venditor de Iudicijs, 2. 4. 34.
L. Vbi acceptum de Iudicijs, 2. 4. 16.
L. Impenſa 45. ff. de Religioſis, & ſumptibus fun. 5. 2. 9. & ſeqq.
L. Si hominem, §. Quotiès, ff. Depoſiti, 5. 21. 11.
L. Si hominem, §. final. ff. Depoſiti, 5. 3. 24.
L. Quod vendidi, ff. de Contrahenda emptione, 5. 3. 23.
L. Cùm manuſacta, §. final. ff. de Contrahenda emptione, 5. 3. 19.
L. Quæſitum, ff. de Pignor. 2. 1. 17.
L. Cùm tabernam 34. ff. de Pignoribus, 5. 22. 1.
L. 1. ff. Qui potiores in pign. habeant. 5. 7. & ſeqq.
L. Interdùm, & l. Huius, ff. Qui potiores 5. 2. 39. & 45. & 5. 3. 9. & ſeqq.
L. Inſulam 13. ff. Qui potior. in pign. hab. 5. 38. 14.
L. Lucius, ff. Qui potior. 5. 4. 10. & ſeqq.
L. fin. in principio, ff. Qui potiores in pignore habeantur, 5. 17. 23.
L. Si creditor, § final. ff. de Diſtractione pignorum, 5. 3. 19. & 20.
L. Cùm quidam, §. Ex locato, verſ. Fiſcus, ff. de Vſuris, 5. 23. 5. & ſeqq.
L. Seia 66. ff. de Donat. inter vir. & vxor. 5. 7. 9.

Ex Digeſto Infortiato.

L. Ex pluribus, ff. de Adminiſtr. tutor, 5. 8. 6. & ſeqq.
L. 3 § Præterea, ff. de Suſpectis tutoribus 1. 15. 25.
L. Iurisperitos 30. ff. de Excuſationibus tutorum, 1. 15. 1. & ſeqq.
L. Et mulieri 15. ff. de Curatore furioſo, & prodigo, &c. & Gloſſ. ibi verbo, & Mulieri, 5. 10. 4.
L. 1. § Seruus pignori, ff. ad Senat. Conſ. Syllanianum, 5. 30. 3.
L. In cognitione 13. ff. ad Senat. Conſul. Syllan. 5. 26. 4.
L. Idem Iulianus, aliàs cùm ſeruus 39. §. Hæres, ff. de Legatis 1. 5. 13 1.

INDEX

Gloſſ. verb. Non accipere in leg. Fideicommiſſa, §. Si rem, ff. de Legatis 3. 1. 3. 19.

Ex Digeſto Nouo.

L. Fraudati, & lex Commiſſa, ff. de Publicanis, & vectigalibus, 5. 27. 37.

L. Imperatores, ff. de Publican. & vectigal. 1. 53. 5. 8. & 9.

L. Teſtamento Centurio 71. ff. de Manumiſis teſtamento, 1. 51. 12.

L. à Diuo Pio, §. In venditione, ff. de Re Iudicata, 5. 18. 6.

L. Cõmodis, ff. de Re Iudicata, 5. 2. 38.

L. Is qui bonis 3. ff. de Ceſſ. bon. 3. 3. 2.

L. Si ventri, § In bonis, ff. de Priuilegijs creditorum, 5. 3. 24. & 5. 21. 11.

L. Priuilegia 16. ff. de Priuileg. creditor. 5. 1. 6.

L. Æum qui, ff. de Priuileg. creditorum, 1. 11. 1. & 12.

L. Qui autèm, in princip. ff. Quę in fraudem credit. 5. 37.

L. Si debitor. ff. Quæ in fraud. creditor. 5. 26. 16.

L. Ait Prætor. 10 §. Si debitorem, ff. Quæ in fraud. credit. 2. 1. 13. & ſeqq.

Gloſſa in leg. Vbicumque, verbo, Fideiuſſorem, ff. de Fideiuſſ. 1. 3. 7.

Gloſſa in l. Si ex pluribus 89. §. Lucius, ff. de Solution. 5. 16. 1. & ſeqq.

L. 2. l. 4. §. leg. Iulia, ff. Ad legem Iuliam peculatus, 5. 34. 4.

L. 1. §. In cauſæ, ff. de Quæſtion. 5. 11. 5.

L. 1. ff. de Pœnis, 5. 25. 9.

L. Si quis fortè, ff. de Pœnis, 5. 30. 7.

L. Non intelligitur, §. Multa, ff. de Iure Fiſci, 5. 17. 27 & 5. 21. 22.

L. Non puto, ff. de Iure Fiſci, 2. 4. 41. & 5. 17. 3. & ſeqq.

L. Res, quæ 22. §. Res autèm, ff. de Iure Fiſci, 5. 20. 1. & 2.

L. Cùm quidam, l. In fraudem, ff. de Iure Fiſci conciliantur, 5. 37. 9. & 10.

L. Si is, qui 28. ff. de Iur. Fiſci, 5. 3. 29. & 5. 17. 20. & ſeqq. & 5. 28. 23.

L. Imperator 43. ff. de Iur. Fiſc. 5. 27. 27.

L. In fraudem 45. ff. de Iur. Fiſci, 5. 37. 9.

L. Mulier, quę in opus ſalinarum, ff. de Captiuis, & poſtlim. reuerſ. 5. 30. 6.

L. de Iure, ff. Ad municipalem, 2. 4. 21.

L. Ager 27. §. fin. ff. de Verb. ſign. 5. 11. 6.

L. Nequè pignus, ff. de Reg. Iur. 5. 5. 8.

Ex Codice.

L. Non dubium, C. de Legibus, 5. 27. 11.

L. Nulli, C. de Iudicijs, 2. 4. 16.

L. Vnica, C. Quandò Imperator intèr pupillum, & viduam, 2. 2. 6.

L. Quotiès, C. de Rei vindicat. 5. 19.

L. fin. in fin. C. de Fide inſtrument. 5. 13. 5. & 9.

L. Obæs, C. de Action. & obligat. 1. 2 19. & 1. 3. 17.

L. Si ex cautione, C. de nonnum. pecun. 5. 6. 2. & 3.

L. Si cui, C. Eodem, 5. 6. 7.

L. Generalitèr, C. de nonnum. pec. 5. 6. 2.

L. In contractibus, §. Sed quoniàm, verſ. Illis autèm ſecuritatibus, C. de Nonnum. pecun. 5. 6. 10. & ſeqq.

L. 2. C. de Reſcindenda vendit. 5. 18. 11.

L. Si quos 16. C. de Reſc. vend. 5. 18. 11.

L. 1. C. de Vectigalibus, & commiſsis, 5. 27. 38.

L. Mercatores, C. de Commerc. & mercator, 5. 27. 16.

L. 1. & Authent. Quod locum, C. de Dote cauta non numer. 5. 6. 2. & 3.

L. Prò officio 20. C. de Adminiſtrat. tutor. 5. 35. 1. & ſeqq.

L. Stipendia, C. de Executione rei iudicatæ, 5. 2. 38.

L. 2. C. de Priuileg. Fiſci, 5. 15. 2. & 5. 18. 2 & 24.

L. fin. C. de Priuileg. Fiſci, 5. 18. 14.

L. Satis notum 4. C. In quib. cauſ. pign. vèl hypoth. tacitè contrah. 5. 14 4.

L. Licèt, C. Qui potior. 5. 3. 11. & ſeqq.

Gloſſa in l. Barſatorem, C. de Fideiuſſor. 5. 27. 32.

L. Vnica, C. Ad legem Iuliam, de ambit. 5. 35. 11.

L. Siquis poſthàc, C. de Bonis proſcriptorum, 5. 31. 1.

Authent. Bona damnatorum, C. de Bonis proſcriptorum, 5. 24. 9.

Ex Volumine.

L. 1. C. de Iure Fiſci, libr. 10. 5. 17. 8. & ſeqq.

L. 3. C. de Iure Fiſci, lib. 10. 2. 4. 32. & 36. & ſeqq.

L. Defenſionis facultas, C. de Iure Fiſci, lib. 10. 3. 4. 2. & 4. & 5. 27. 37.

L. 1. C. de conueniendis Fiſci debitoribus, lib. 10. 5. 17. 29.

L. Vnica, C. Pœnis fiſcal. credit. præfer. lib. 10. 5. 23. 9. & ſeqq. & 5. 30. 2.

L. 1. C. de Fiſcalibus vſuris, lib. 10. 5. 32. 3 & ſeqq.

L. Nemo carcerem, C. de Exactoribus tributorum, lib. 10. 1. 5. 4.

L. Circenſium, C. de Decurion. lib. 10. 5. 29. 5.

L. Quilibet, C. de Decur. lib. 10. 1. 24. 5.

Gloſſa in l. Quilibet, C. de Decurion. lib. 10. verb. Plumbatarum, 1. 14 4.

L. Si aliquid, C. de Suſceptor. Præpoſit. & Ar-

& Arcarijs, libr. 10. 1.14.1. & ſequentibus.
Gloſſa in l. Si aliquid, C. de Suſceptor. Præpoſit. & Arcar. lib. 10. verb. Decoxit, 1.14.2.
L. 1. C. de Conſulibus, lib. 12. 5.5.5.
Gloſſa, verb. Agnoſcere, in l. fin. C. de Erogat. militaris annonę, lib. 12. 3.5.8.
L. Vtilitas 3. & l. 4. C. de Primipilo, lib. 12. 5.14.4. & ſeqq.

Ex Inſtitutionibus.

§. Venditæ inſtituta de Rer. diuis. 5.3.23.
Titulus de ſucceſsionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & de S. C. Claudiano, 1.2.15.
§. Final. inſt. tota de actionibus, 1.3.6.
§. Item lex Iulia peculatus 8. & §. Sunt præterea 10. Inſtituta de Publicis Iudicijs, 5.34.4.

Ex Authenticis.

Authenthicum de æqualitate dotis, §. His conſequens. 5.3.12.
Et in §. Aliud, 5.6.18.

Ex Decreto.

Cap. Si qua mulier, & ibi Gloſſ. 30. diſtinct. 5.10.10. & 11.

Ex Clementinis.

Clementina Paſtoralis de Re iudicata, 1.15.18.

Ex Decretalibus.

Cap. Ex reſcripto, de Iure iurando, 1.2. 25. vſque ad 30.
Cap. Final. de Vita, & honeſtate Clericorum, 2.5.2.
Cap. Oduardus de ſolutionibus, 1.9.4.
Cap. Ex ſpeciali 18. de Iudæis, & Sarrac. 1.10.7.

Ex ſexto Decretalium.

Cap. primum de Cleric. coniugat. in 6. 2.5.10.

Ex Iure partitarum.

L. 52. tit. 6. part. 1. 5.12.7.
L. 57. tit. 6. part. 1. 2.4.34.
L. 12. tit. 13. part. 1. 5.2.15.
L. 4. tit. 1. part. 2. 5.11.4.
L. 9. tit. 1. part. 2. 5.12.12.
L. 14. tit. 5. part. 2. 5.11.8.
L. 16. tit. 9. part. 2. 5.14.8.
L. 25. tit. 9. part. 2. 5.27.25.
L. 1. tit. 21. part. 2. 5.12.3.
L. 2. eiuſdem tit. & part. 5.12.6.
L. 1. tit. 17. part. 2. 5.34.7.
L. 7. tit. 4. part. 3. 2.4.6.
L. 1. tit. 9. part. 3. 3.3.10.
L. 20. tit. 23. part. 3. 1.1.11.
L. 47. tit. 28. part. 3. 5.5.2.
L. Final, tit. 5. partita 4. 1.3.29.
L. 17. tit. 11. part. 4. 5.4.17.
L. 29. tit. 11. part. 4. 1.1.11.
L. 9 in fin. tit. 1. part. 5. 5.6.4.
L. 9. tit. 3. partita 5. 5.21.5. & ſeqq.
L. 34. tit. 5. partita 5. 5.18.13.
L. 6. tit. 7. part. 5. 5.27.27.
L. 23. & 26. tit. 13. part. 5. 5.3.3. & ſeqq. vſque ad 12.
L. 33. eodem tit. & part. 5.3.3. & ſeqq. & 5.17.16.
L. 26. & l. 30. tit. 13. p. 5. 5.3.9. & ſeqq.
L. 29. tit. 13. part. 5. 5.4.3.
L. 11. tit. 14. & l. 9. tit. 15. p. 5. 4.2.6.
L. 7. tit. 15. partita 5. 1.4.9.
L. 2. tit. 12. part. 5. 2.5.17.
L. 5. tit. 10. p. 6. 2.5.22. & 2.5.6. & 23.
L. 4. tit. 2. part. 7. 5.26.8.
L. 14. tit. 14. part. 7. 5.34.4. & 5. & 11.
L. 18. eodem tit. & part. 5.34.6.

Ex foro Regio.

L. 6. tit. 6. lib. 3. Fori Regij. 5.5.9.
L. 6. tit. 18. lib. 3. Fori Regij, 2.5.17.
L. 12. tit. 20. lib. 3. For. Reg. 2.1.29.

Ex legibus ſtyli.

L. 105. ſtyli, 5.28.5.
L. 118. ſtyli, 1.9.10.
L. 212. ſtyli, 2.5.35.

Ex legibus Tauri.

L. 61. Tauri. 1.6.4.

Ex Noua Recopilatione.

L. fin. tit. 2. lib. 1. Recopilat. 1.12.5.
L. 18. tit. 7. lib. 1. Recopilat. 2.5.37.
L. 9. tit. 11. lib. 2. Recopil. 5.12.10.
L. 5. tit. 5. lib. 3. Recopilat. 5.29.8.
L. 11. tit. 6. lib. 3. Recopil. 5.23.15.
L. 2. tit. 13. lib. 3. Recopil. in fin. 5.27.33.
L. 6. tit. 1. lib. 4. Recop. 2.5.30.
L. 7. tit. 3. lib. 4. Recopil. 2.4.8.
L. 3. tit. 10. lib. 4. Recopilat. & l. vnica, cap. 1. & 2. tit. 10. lib. 3. 5.29.11.
L. 2. & ſeqq. vſque ad 5. tit. 14. lib. 4. Recopilationis, 1.15.31.
L. 19. tit. 21. lib. 4. Recopil. 1.2.35.
L. 25. tit. 21. lib. 4. Recopilat. cap. 1. & 2. 1.8.16.
L. 9. tit. 3. lib. 5. Recopil. 1.6.4.
L. 1. & 2. tit. 9. lib. 5. Recop. 5.5.1. & ſeqq.
L. 11. tit. 10. lib. 5. Recopil. 5.27.29.
Eadem l. 11. tit. 10. lib. 5. Recopil. 2.5. 35. & ſequentibus.
L. 4. 5. & 6. tit. 16. lib. 5. Recopil. & l. 9. eiuſdem tit. & libri, 1.3.16.
L. 1. & 12. & 14. tit. 18. lib. 5. Recopilat. 2.1.40. & ſeqq.
L. 2. tit. 19. lib. 5. Recopilation. 1.3.21. & 4.2.8.
L. 1. 4. & 6. eodem tit. & lib. 2.1.24. & 25.
L. 4. tit. 19. lib. 5. Recopil. 1.8.3.

INDEX

L.4.tit.2. lib. 6. Recopilationis, 1.8.9. & ſeqq.
L.1 tit.7. lib.6. Recopil. 5.11.7.
L.7. tit 11.lib.6. Recopil. 5.27.44.
L.18. tit.14. lib.6. Recop. 5.12.10.
L.1. in fin.tit.18.lib.6. Recop. 5.27.17.
L.26 & 27. tit.18.lib.6. Recopilationis, 5.27.39.
L.35. in fin.tit.18.lib.6. Recop.5.27.33.
L.7. & 8. tit.2. lib. 7. Recopilationis, 5.35.11.&16.
L.1. tit.12. lib.7. Recopil. 5.10.13.
Conductorum bona, in quibus executio facta fuit prò Iuribus Regijs, ſi non poſſunt diſtrahi, poteſt Iudex compellere priuatos diuites ad ea emenda, & qua forma hoc exequendum ſit, 5.18.8. & 9.
Conductoris Regiorum reditnum bona omnia capiuntur prò executione debiti, & meliora, & quæ faciliùs emptorem inuenire poſſunt, ſubhaſtantur, non ſeruata forma *legis à Diuo Pio*, §. *In Venditione ff. de Re Iudicata*, 5.18.6.
Conductor foricarum, vide verb. *Forica.*

Confeſſarius.

Confeſſarius àn habeat priuilegium funerariæ actionis prò legato ſibi à teſtatore relicto? 5.2.18.

Confeſsio.

Confeſsio, ſeù quietatio de dote recepta, vide verb. *Dotis receptæ confeſsio.*

Confiſcatio.

Confiſcatio eſt in duplici forma, alia ordinaria, alia extraordinaria, quæ declarantur, 5.24.6. & ſeqq.
Confiſcatio dicitur ordinaria, quandò bona à lege *ipſo Iure*, vèl *ipſo facto* confiſcantur, vèl ſi conſuetudine, aùt ſtatuto idem caueatur, & referuntur exempla delictorum, in quibus procedit, 5.24.7. & 8.

Con-

Confiſcatio extraordinaria eſt, quæ imponitur ex Iudicis poteſtate, & eius arbitrio, in caſibus à Iure non expreſsis, quę facultas ſolùm conceditur in ſumma poteſtate conſtitutis, nempè Principi, & alijs ſuperiorem non recognoſcentibus, & ſummis Magiſtratibus, 5.24.10.

Confiſcatio ordinaria incurſa ex crimine commiſſo, operatur bonorum præſentium amiſsionem, & eorum dominium Fiſco quæritur, licèt non poſſeſsio niſi aprehendatur, 5.25.2.& 3.

Cõfiſcatio ordinaria operatur duos effectus, qui declarantur. Et in ea Princeps antè declaratoriam poteſt de bonis diſponere, & fructus adquirit, & quid in foro conſcientiæ? 5.25.14.& 15.

Confiſcationes, & earum praxim euertere nititur Bodinus, ſed Pater Marquez notatur, qui prò earum iuſtificatione inſurgit, & rationibus ab eo perpenſis ſatisfacit, 5.24.13.& 14.

Confiſcationes omnes ſuſtulit Iuſtinianus, ſiuè indictas legibus antiquis expreſsè, ſiuè in pœnæ conſequentiam, excepto maieſtatis crimine, 5.24.9.

Confiſcationum materiam Doctores exponentes referuntur, & adducitur D D. Ioannes de Solorçano, qui de confiſcationibus pèr Inquiſitores in Regnis Indiarum factis agit, & Iudicium ſuum interponit, 5.24.11.& 12.

Confiſcatis bonis rei, Fiſcus loco hæredis eſt, & quomodò hoc intelligatur, 5.24.3.

Confiſcatione, ſeù publicatione bonorum facta, actiones paſsiuæ in Fiſcum tranſeunt, & reus liberatur à creditoribus, quibus tenetur Fiſcus ſatisfacere de bonis condemnati; & idcò omnes creditores ei anteponuntur, 5.24.4.

Confiſcatio, ſeù Publicatio bonorum, quę idem eſt, ſic accipitur, vt æs alienum deducatur, 5.24.2.

Confiſcatis bonis delinquentis pèr ſententiam, cùm iàm ſint propria Fiſci, non poteſt in eis conſiſtere hypotheca, 5.24.5.

Confiſcatio bonorum Mariti non poteſt exequi in medietate lucrorum ſpectante ipſo Iure ad vxorem à die adquiſitionis, 5.26.9.

Confiſcata bona ſpectant ad Fiſcum cum obligatione ſatisfaciendi creditoribus anterioribus delinquentis quando agit ad exactionem penę pecuniariæ à lege, ſtatuto, ſeù ſententia impoſitę, vel quãdo ocupat prædicta bona in conſequentiam condemnationis confiſcata, non verò quando Iure proprio tamquam dominus vindicat, & verò dominio aprehendit res, ſeù merces in commiſſum incurſas, 5.27.46.

Confiſcata bona ſi Fiſcus iàm agnouit, & cœpit ſatisfacere creditoribus, ex ſpeciali priuilegio, poteſt bona repudiare, & eximere ſe a nexu obligationis, 5.24.5.

Confiſcatio bonorum fideicommiſsi, vèl maioratus remiſsiuè proponitur, ibidem 15.

Coniux.

Cõiugi ſuperſtiti an debeatur lectus quotidianus ex bonis præmortui extantibus creditoribus, & in eorum præiudicium? 5.5.9.

Conſilium. Conſiliarius.

Cõſilia Regij Patrimonij, & Sanctæ Cruciatæ poſſunt citare pèr ſuos Officiales quemcumque exiſtentem in ſua Prouintia, licèt quòad Iuriſdictionem ſit diuiſa in varia territoria, 2.4.7.& 8.

Conſilio Supremo Caſtellæ ex legibus Regni facultas erigendi cambia, & approbandi Perſonas, quæ illa exercere debeant in hac curia, attributa eſt, & puniendi campſores, qui foro ceſſerint, cum inhibitione Conſilij Regij Patrimonij, ſeù alterius Tribunalis, 2.1.42. & 43.

Conſiliarijs, Miniſtris, & Officialibus Senatus Regij Patrimonij, prohibetur emptio Iurium conſignationum, vèl punctuationum, & omnis contractus, vèl negociatio ſuper eis, 5.27.26.

Conſuetudo.

Cõſuetudine, vel ſtatutis diuerſarum Prouintiarum inductę ſunt variæ formæ cedendi bonis cum actibus ignominioſis. Et refertur forma cedẽdi in Roma, & in multis locis Italiæ, 1.3.9.& 10.

Conſuetudine, vel ſtatuto poteſt introduci, ad ſimplicem creditoris requiſitionem debitores carcerari poſſe, vt ſoluant, vèl fideiubeant, 1.2.21.& 22.

Contentio.

Contentio orta tam inter quæſtores criminum, ſeù Prætores, & Auditores, ſeù Conſiliarios de cauſa, àn ſit ciuilis, vèl criminalis? quomodo decidenda ſit? 2.4.27.

Contentionum, ſeù competentiarũ iuntę, ſeù Prætorij de inſtitutione, & Iuriſdictione, qui Autores egerunt, 2.4.26.

Contractus.

Contractus ex contrauentione obligatus Fiſcus

Fiſcus tenetur præſtare intereſſe, 5. 36.1.
Contractus, ſeù comertia omnia prohibita ſunt in noſtra Hiſpania cum Hæreticis, & Iudæis, 1.10.1.
Contractus, vèl negocium quælibet ſuper Iuribus, conſignationibus, vèl punctationibus prohibetur Conſiliarijs, Miniſtris, & Officialibus Senatus Regij Patrimonij, 5.27.26.

Contrauentio.

Contrauentionis conditionum millionum cognitio expectat priuatiuè ad Senatum Supremum in Aula 1500. 2.2.47.

Contumax.

Contumax poteſt eſſe Adultus, tamquàm dolicapax, & prò debito carcerari, 1. 7.3.& 4.
Contumaces àn poſsint eſſe minores, & carcere detineri donec ſoluant, vèl bonis cedant, 1.7.1.

Corrector.

Correctorum huius Regni locum Thenentium Iuriſdictio eſt ordinaria, 2.4.4.

Creditor creditum.

Creditor creditori præferrtur vèl quia tẽpore prior, vèl quià eius conditio a Iure cenſeatur potior conditione alterius ex aliqua cauſa, quæ adiuuata publicam augeat vtilitatem, aùt ſummam Religionis rationem, ſeù æquitatem in ſe poſsit habere. Et creditor prior, vèl potior priùs eſt ſatisfaciendus. Et referuntur Authores, qui de concurſu, & prælatione creditorũ ex profeſsò egerunt, 5.1.2.& 3.
Creditor habens hypothecam, vèl ſimplicem, vèl priuilegiatam alijs præfertur. Et definitur hypotheca, & diuiditur in expreſſam, & tacitam, ibid.9.
Creditor chirographarius anterior non præjudicatur propter hypothecam, quam habet Fiſcus poſt ſententiam condemnatoriam in bonis delinquentis, quæ eſt anomala, nec operatur contra eum, 5. 23.7.& 8.
Creditor prior tempore, vèl potior Iure, priùs eſt ſatisfaciendus ex bonis debitoris, 5.1.1.
Creditor faciens ſequeſtrari bona debitoris, & cum detineri, ſi iſte egeat, & non poſsit ſe, & familiam alere, tenetur ei probidere de alimentis, 3.5.7.
Creditores, ad quorum inſtantiam debitor eſt captus, ſi moniti à Iudice ei non preſtent alimenta, debet debitor à carceribus relaxari, & declaratur, & exornatur, ibid.8.
Et idem in Nobili in ſua domo carcerato, ibidem.
Creditor anterior, qui requiſitus à poſterioribus non obſeruat formam legis Regni, ſed patitur debitorem incedere ſine torque ferreo, amittit Prælationem, 1.3.27.
Creditor poteſt vindicare rem in eius fraudem alienatam a poſsidente eam, etiam titulo oneroſo, non reſtituto pretio, quãdò is fuit particeps fraudis, & habuit noticiam decoctionis, 5.26.15.
Creditor, vèl quilibet Iudex poteſt detinere debitorem fugientem à loco domicilij, vèl adminiſtrationis, & debet remitti ad ſuum Iudicem, 2.1.13.20. & 35.
Creditor, detinens debitorem ſuum fugientem, tenetur eum intra ſpaciũ 24. horarum, proprio Iudici, vèl publico carceri tradere. Et idem probatur in mercatoribus fallitis, ibid.22.& 23.
Creditor, quamuis poſsit debitorem fugitiuum capere, non tamèn poteſt eum verbaliter citare, ibid.19.
Creditor non poteſt debitorem ſuum liberum hominem inuitum in pignus capere, nèc detinere, 1.2.20.
Creditor aprehendens debitorem cum bonis, ſeù rebus, quas ferebat, àn habeat etiàm prælationẽ in illis rebus, 2.1.29.
Creditor aprehendens debitorem fugientem cum centum, quæ ei debebat, non efficitur Dominus centum propria authoritate, ſed interueniente Iudice, ibid.30.
Creditor, cui competit facultas detinendi propria authoritate debitorem fugientem, tenetur intrà 24. horas eum præſentare ſuo Iudici, & àn iſte terminus, aùt breuior ſit præciſſus? quod declaratur, & adducitur prò eo clauſula concordię, quam vocant Comitis de Oſſorno, ibid.32. vſquè ad 34.
Creditor mutuans ad emptionem rei, ſolùm adquirit actionem perſonalem cum priuilegio prælationis reſpectu creditorum ſolam perſonalem habentium, & non adquirit hypothecam, niſi expreſsè caueatur, 5.3.11.& 12.
Creditori mutuanti ad refectionem domus, vèl nauis tacita hypotheca conceditur, quod, licèt de Iure cõmuni eſſet cõtrouerſum, attenta *l.26.tit.13.part 5.* apertum eſt, ibid.9.
Et quòd hypotheca hæc datur in ipſa re refecta, & non in alijs bonis debitoris, & ideò debet probari rem extare, & pro-

uide-

uidetur creditori de bona cautela, ibid. 10.

Creditor mutuans ad refectionem, conſtructionem, ſeù emptionem rei ſinè pacto, aùt conuentione in concurſu cum dote, hæc illi præfertur; ſed ſi dos concurrat ex ſua hypotheca tacita, ſeù expræſa cum hypothecis expreſsis talium creditorum, tùnc tempore prior præfertur, ibid. 13. vſquè ad 16.

Creditore mutuante ad rem emendam, conſeruandam, vèl conſtruendam concurrente cum dote, quis eorum præferatur? ibidem 8.

Creditori, qui in nauem extruendam, inſtruendam, vèl emendam credidit, præfertur Fiſcus, & ideò ſimilitèr deponenti, qui cedit prædictis creditoribus, 5. 21. 13.

Creditor, impendens in redemptionem captiui, adquirit in ipſo Ius pignoris, ſeù hypothecę, & prò pretio in eius bonis præfertur omnibus creditoribus, ex ratione fauoris Religionis, & pietatis, 5. 2. 21. vſquè ad 24.

Creditor expendens in funere defuncti, id eſt, in omnibus rebus neceſſarijs, vt corpus ſepulturę tradatur, habet tacitam hypothecam priuilegiatam. Et præfertur creditoribus alias hypothecas tacitas priuilegiatas anteriores habentibus. Et ſimilitèr habentibus expreſſas hypothecas anteriores, ibid. 7. vſquè ad 9.

Creditori non eſt tradendus Nobilis in ſeruitium prò debito ciuili, nèc in carcere poni, nèc capi, niſi dolo bona ſua amitat, vèl abſcondat, 1. 8. 1. 2.

Creditor perſonalis vt poſsit agere cõtra debitorem debitoris ſui, quæ requirantur? 5. 17. 25. & 26.

Creditor debitoris calamitoſi indiſtinctè, ſiuè ſit chirografarius, ſiuè hypothecarius, poteſt debitorem compellere, vt actiones ſuas cedat, vèl ſinè ceſsione aduerſus debitores eius experiri, ibid. 26.

Creditor poſterior, ex cauſa oneroſa, àn præferatur anteriori ex cauſa lucratiua, veluti donatario anteriori cum hypotheca, vèl conſtituto? & diſtinguitur intèr creditorem ex cauſa lucratiua cum hypotheca, vèl conſtituto, vt iſte præferatur, ſecùs verò qui non habet, ibidem 7.

Creditor hypothecarius poteſt offerre primo creditori hypothecę incumbenti, vèl ad eam agenti creditum ſuum, & cogere vt ei actiones cedat. Et idem poteſt efficere Fiſcus, 5. 20. 3.

Creditor, non obſtante Iudicio concurſus iam formato, poteſt liquidare inſtrumentum viarium, vèl coràm Iudice rei, vèl incuſationem obligationis penès acta, quandò ipſe non comparuit in Iudicio graduationis, licèt poſteà virtute executorialium debeat in eo comparère, vt ei ſoluatur, 4. 2. 9.

Creditori anteriori habenti tacitam hypothecam præfertur Fiſcus habens expræſſam, licèt poſteriorem, ſicùt præfertur dos, 5. 17. 16.

Creditor anterior, ſiuè generalem, ſiuè ſpecialem hypothecam habens, ſi concurrat cum Fiſco ſeruatur intèr eos Regula *qui prior de regulis Iuris*, & Fiſcus non vtitur Iure ſpeciali, ibidèm 17.

Creditor poſterior ſi ſit Fiſcus poteſt res obligatas capere, & vendere, & ſatisfactis ex pretio prioribus creditoribus potius Ius habentibus, reſiduum prò ſuo credito retinere, & prò concluſione expenditur text. *in l. Res, quæ 22. §. Res autèm, ff. de Iure Fiſci*, 5. 20. 1. & 2.

Creditor, qui obtinuit ſententiam aſsiſtentię ſupèr aliqua re decocti, ſi nõ fuit executioni mandata, formata graduatione, debet concurrere cum alijs creditoribus, nèc ſententia tribuit prælationem, ſicùt tribueret antè graduationem, de Iure communi. Sèd ſi ſententia fuit exequuta, & creditor immiſsus in poſſeſſionem rei, tùnc creditores anteriores decocti tenentur agere via ordinaria Iure auocationis contra eum. Et idem erit ſi præuenerit in executione ſententiæ, etiàm pèr appoſitionem horæ, 4. 2. 3. 4. & 5.

Creditor perſonalis, qui potiùs obtinuit prò ſe ſentẽtiam, licèt ſit poſterior, rectè exigit creditum ſuum, & alij nil poſſunt ab eo petere, ſed ſi ſententia prò omnibus feratur, ſi bona non ſufficiunt, omnes concurrunt prò rata, ibid. 6.

Et referuntur Doctores, qui agunt de intellectu legum partitę hoc decidentiũ, & de tota materia, ibid. 6. & 7.

Creditori, in caſu decoctionis, & aprehenſionis bonorum factæ pèr Iudicem, non prodeſt vigilantia, nèc præoccupatio, ibid. 8.

Creditores omnes intereſſe habentes ad concurſus Iudiciũ citandi ſunt, & quos commodum, vèl præjudicium contingere poteſt, 4. 1. 1.

Creditorum decocti citatio ſi omittatur, nullum erit cõcurſus Iudicium, ibid. 4.

Creditores certi, tàm præſentes, quàm abſen-

abſentes, perſonalitèr citandi ſunt, & ſi intrà terminum ſibi præfixum non comparent, & ſua Iura deducunt, amittunt gradus priuilegium, & prærogatiuam, non verò ſuum creditum, & quid ſeruandum ſit quandò tardiùs Ius ſuum deducunt? ibid. vſquè ad 8.

Creditores concurrentes ad bona decocti poſſunt eſſe in triplici differentia, nàm quidam ſunt reales, alij perſonales, alij verò mixti, quod declaratur, 5.1.5.

Creditores alij ſunt priuilegiarij, alij qui ſimùl cum priuilegio habent hypothecam, & declaratur quid ſit priuilegium in hac materia? ibidem 8.

Creditores eiuſdem Iuris, velùti perſonales, & ſinè qualitate poſſeſſionis, ſeù alia priuilegiata, omnes ſimùl admittuntur pro rata, niſi in obligatione facti, in qua primus præfertur 5.15.13 & ſeqq.

Creditores hypothecarij eiuſdem temporis concurrentes ad bona debitoris quę non ſufficiunt ad omnes ſoluendos, accipiunt debitum prò rata dùm neuter ſit in poſſeſſione, quia tùnc is præferetur, ibidem 15.

Creditores àn poſsint eligere curatorem decocto, vt eius bona conſeruentur, & defendantur, 1.11.10.

Creditores non debent contedere dilationem, ſeù moratoriã his debitoribus, qui ſua culpa, & malitiosè decoxerunt; ſed his, qui caſu, vèl fortunæ iniuria, ad egeſtatem deuenerunt, 1.13.5.

Creditores hæreditatis non poſſunt conuenire filium ſoluentem debitum Primipilare, quià ex hoc non videtur adire hæreditatem, licèt in alijs debitis ſic, 5.14.15.

Creditores anteriores debent ſatisfieri à Fiſco in caſu aprehenſionis bonorum debitoris, 5.27.4.

Creditorum oppoſitio, & concurſus àn detur in rebus, quę cecidерunt in commiſſum, & ſunt contrabani, velùti in mercibus quarum fabrica, & introductio in Regnum prohibita eſt, ſeù in bonis, auro, argento, & aljis rebus extra Regeſtum ab Indiarum ditionibus, vèl alijs Prouintijs tranſuectis, ibidem 5. vſquè ad 10.

Creditores àn Fiſco præferantur in rebus, ſeù mercibus in commiſſum incurſis ex omiſsione manifeſtationis, & profeſsionis factæ in portubus? ibidem 14.

Creditores non poſſunt intendere, quòd ex bonis, quæ in commiſſum ceciderunt, eis ſoluatur, cùm numquàm fuerint debitoris. ibidem 15.

Creditores illius, qui cõmiſsit quodcumque delictum, habent prælationem in bonis antè illud acquiſitis, ſi ſint illius temporis, & ſimiliter in poſteà quęſitis, quæ poteſt reus donare, & alienare, dùm non faciat dolosè in fraudem, ſed in bonis adquiſitis medio tempore intèr delictum & ſententiam diſtinguitur; nàm in caſibus confiſcationis ordinariæ prolata ſententia declaratoria, Fiſcus omnia aprehendet, & alienata vindicabit, in caſibus verò extraordinariæ creditores præferentur. 5.26.6.

Creditores delinquentis, cuius bona pèr Fiſcum occupantur, ſi in continenti clarè oſtendant Ius ſuum, ſummariè debet eis ſatisfieri; ſi verò eorum petitio requirat altiorem indaginem, debet ſequi ordinarium Iudicium. 5.3.1.2.

Creditores delinquentis non poſſunt impedire quominùs bona Fiſcus capiat, & ſibi incorporet, niſi habeant dominium, vèl poſſeſsionem ipſorum bonorum. ibidem 3.

Creditores omnes delinquentis antepoñtur Fiſco agenti prò pœnis, ſiuè legalibus, ſiuè arbitrarijs ex malefitijs ſequutis. 5.23.9 & 10.

Creditores agentes de damno vitando prę ferruntur Fiſco agenti de lucro captando prò perſecutione pœnę ratione delicti etiàm ſi de credito non conſtet niſi ex confeſsione debitoris Fiſcalis. ibidem 11.

Creditoribus rei, cuius bona Confiſcata fuerunt, tenetur ſatisfacere Fiſcus, quià in eum tranſeunt actiones paſſiuæ, & reus liberatur à creditoribus, qui omnes ideò ei prę ferruntur. 5.54.4.

Creditoribus delinquentis tenetur ſatisfacere Fiſcus ocupans bona confiſcata in conſequentiam condemnationis, ſeù quandò agit ad ex & onem pœnæ pecuniariæ à lege, ſtatuto ſeu ſententia impoſsitæ, non verò quandò Iure proprio tamquàm dominus vindicat, & vero dominio aprehendit res, ſeù merces in commiſſum incurſas. 5.27.46.

Creditores anteriores delinquentis, habentes Ius ad eius bona ex contractibus, prę ferruntur Fiſco agenti prò pœnis, & condemnationibus, non etiàm ſi ſint ex delicto. 5.28.1.

Creditores decocti pòſt factam graduationem habent æquale Ius executiuum ad inſtàr ſententiæ. 4.2.2.

Creditoribus omnibus prefertur deponens pecu-

pecuniam obſignatam, ſi res extat, vèl rem, quæ pondere, numero, vèl menſura conſiſtat, vt ſpeciem, quià non amittit eius dominium, 5.21.2.

Creditores hypothecarij præferuntur deponenti pecuniam ad numerũ, qui amittit dominium, & hoc caſu, vèl ſi res non extet, impropriè dicitur depoſitum, ibidem 3.

Creditores chirografarij habentes priuilegium perſonale, ſi concurrant in caſu pecunię depoſitæ ad numerum, vèl quò res non extat, cum deponentibus, iſti præferuntur illis, non verò creditoribus habentibus actionem perſonalem priuilegiatam, vt Fiſcus, qui ideò eis anteponitur, ibidem 11.

Creditoribus concurrentibus ad bona decocti ex cauſa depoſiti non extantis Fiſcus præfertur, ibid. 15. & 16.

Creditores mariti non poſſunt fraudari pèr eius confeſsionem dotis receptæ factam in fauorem vxoris, qui poſſunt excipere aduersùs eam & eius hæredes dotem non fuiſſe numeratam, ſi non ſint elapſa tempora huius exceptionis, & maritus ei non renunciauit, 5.6.6. & ſeqq.

Creditores mariti præjudicantur ex eius confeſsione dotis receptæ facta conſtante matrimonio, quandò antè matrimonium præceſsit promiſsio dotis pèr publicum inſtrumentum, quæ concluſio noſtris terminis adaptatur, ibidem 10. & 11.

Creditores inſcij de confeſsione dotis receptæ, facta pèr debitorem pòſt decoctionem, poſſunt obijcere exceptionem non numeratæ dotis, etiàm elapſo tempore opponendi, quià talis confeſsio nullius eſt momenti, ibidem 15.

Creditores mariti decocti, vèl vergentis ad inopiam àn præferantur vxori, quæ occultauit, vèl abſcondit bona aliqua mariti, ſeù dotalia? 5.9.1.2 & 7.

Creditores poſteriores mariti decocti, an ſint præferendi vxori, quæ ex extraordinario cultu, & laſciuo, & pompoſo ornatu fuit cauſa decoctionis mariti, in concurſu cum ea pròdote? 5.10.1.2. & 3.

Creditores mariti non poſſunt præjudicari ex eo quòd ſit in culpa non obuiandi luxui & extraordinario cultui vxoris, ibidem 18.

Creditoribus extantibus, in eorum præjudicium, àn debeatur vxori ſuperſtiti lectus quotidianus ex bonis mariti præmortui? 5.5.9.

Creditores habentes hypothecam anteriorem præferuntur poſterioribus, non ſolùm in bonis iàm quæſitis pèr debitorem, ſed etiam in his, quæ pòſt hypothecas poſteriores contractas, ei obuenerunt. Quod fallit ſi concurrant cum Fiſco, nam eo caſu ſolùm operantur effectum hypothecæ in bonis, quę debitor habebat antequàm contraheret cum Fiſco, 5.17.18. & ſeqq.

Creditoribus expreſſam hypothecam anteriorem habẽtibus præfertur vendens rem habita fide de prætio adiecta hypotheca prò ſolutione pretij in tali re, & etiam doti, 5.3.17.

Et proponuntur aliquę cautelæ obſeruatæ à DD. ad hoc, vt venditor in hoc caſu ſibi proſpiciat, ibid. 18. & 19.

Creditoribus omnibus etiàm priuilegiatis præfertur dominus rei eam vindicans, quia rei vindicatio eſt ſuprà omnes actiones perſonales, & hypothecarias, ibid. 21. & 22.

Creditoribus omnibus mercatoris, qui emptis rebus ſeù mercibus etiàm habita fide de prætio, antè traditionem animo fugam meditatus, ſtatìm traditione facta ſolùm vertit, præferendus eſt dominus talium rerum, ſeù mercium ſupèr eis, ob prædictum dolum, ibid. 23.

Creditoribus omnibus præfertur ſequeſter, ſeù adminiſtrator prò impenſis neceſſarijs factis in re ſequeſtrata, 3.5.3.

Creditoribus chirografarijs, etiàm anterioribus, præfertur Fiſcus, 5.17.15.

Creditoribus anterioribus non ſolùm præfertur Fiſcus in bonis quæſitis pòſt ſuũ contractum à debitore communi, ſed etiàm in fructibus prouenientibus pòſt eum ex illis, & hypothecis aliorum creditorum anteriorum, quod ſpeciali nota addendum eſt Fiſci priuilegijs, ibid. 21.

Creditoribus habentibus cum hypotheca aliud priuilegium, non præfertur Fiſcus in bonis poſteà quæſitis, nàm hoc ſolùm procedit in creditoribus deducentibus Ius ſuum ex hypotheca anteriori tantùm, & declaratur *l. fin. in princip. ff. Qui pot. in pign. habeant.* ibidem 23.

Creditoribus, & parti non præfertur Fiſcus prò expenſis factis in perquirendo, ſeù capiendo reo criminoſo, licèt eas debeat deducere ex bonis delinquentis, 5.29.1. & ſeqq.

Creditoribus habentibus priuilegium in perſonali præfertur Fiſcus, quia ipſe habet priuilegium in hypothecaria & etiã in perſonali, 5.17.24. & 9.21.n.14.

Creditoribus, tàm ex cauſa neceſſaria, quàm voluntaria pòſt obligationem initam, eodem iuris vinculo tenetur debitor, & ſic in eorum præjudicium non poteſt lucra repudiare, 5.37.4.
Creditoribus contradicentibus, & petentibus, vt reus detineatur in carceribus, donèc eis ſoluatur, àn in eo poſsit exequi pœna corporalis, & quomodò hoc intelligatur? 5.30.1.2.& 3.
Creditoribus Theſaurarij, Adminiſtratoris, Suſceptoris, vèl cuiuſcumque officialis Regij, àn præferatur Fiſcus à die cõceſsionis, & datæ tituli, vèl à die ſuſcepti officij, & poſſeſsionis ſequutæ? & quandò dicatur officium perfectè adquiſitum? & diſtinguitur intèr officia habentia annexam adminiſtrationem, vèl non. 5.35.1.vſquè ad 5.
Creditoribus Iura Regalia habẽtibus quomodò danda ſit ſatisfactio ex bonis, & effectibns debitoris decocti, & fideiuſſorum? & exponitur forma in hoc procedendi aſsignata per *Decretum Conſilij expeditum die 2. menſis Iunij anni 1663.* 5.38.4.& 5.
Creditoribus poteſt præjudicium cauſare debitor repudiando, & non adquirendo lucra ei obuenientia in foro exteriori, ſed non in foro conſcientiæ, 5.37.1.& ſequentib.
Et quòd hæc ſententia tamquàm animæ fauorabilior, & ſecurior, ſit admittenda, ibid.12.
Concluſio prædicta limitatur fauore fiſci, in cuius præjudicium non poteſt repudiare debitor, maximè ſtante dicta ſententia, ibid.9.& ſeqq.
Et quòd talem repudiationem faciens eſt in aperto dolo, ibid.6.
Creditum non reddentes, & fraudantes creditores ſunt decoctores, 1.1.7.
Creatio officiorum, vide verb. *Officium.*

Crimen.

Crimen commitens, ex quo incurritur confiſcatio ordinaria, ſtatìm amittit bona præſentia, & eorum dominium Fiſco quæritur. Poſſeſsio tamèn in eum non tranſit, niſi aprehendatur, vèl expreſsè dicatur, 5.25.2.& 3.
Crimen Peculatus, vide verb. *Peculatus crimen.* *Culpa.*
Culpa ſola àn ſufficiat, vèl ſit neceſſarium quòd concurrat dolus debitoris, vt priuetur beneficio ceſsionis bonorum, 1.4.6.& 7.
Et diſtinguitur intèr debitorem faciẽtem actum licitum, ſeù indifferentem; & eum, qui dat operam rei illicitæ, ibid.8.
Culpa ſua decoctus miſſeratione indignus eſt, 1.1.11.
Culpa de leuiſsima poteſt redargui officialis, qui officium procurauit: ſecùs verò ille, cui ſinè ſua ſolicitudine ſpontè conceſſum fuit, *Cumulatio.* 5.35.19.
Cumulationi actorum facit locum exceptio nè continentia cauſę diuidatur, quæ eſt diuerſa ab exceptione litis pendentiæ, *Curator.* 2.4.15.& 16.
Curator prouidendus eſt decocto, qui cõſeruet bona, & defendat ea ab actionibus, & calumnijs creditorum, & quis Iudex ſit competens ad decernendum talẽ curatorẽ, & àn creditores poſsint eũ cõcorditer eligere? 1.11.7.& ſeqq.
Curator, ſeù ſequeſter bonorum decocti, non habet poſſeſsionem illorum, ſed ſolum cuſtodiam, & curam, quod ſecùs eſt in ſequeſtro voluntario, quæ differentia comprobatur, & referuntur Authores, qui agunt de ea, & alijs, quæ intèr ſequeſtrum, ſeù depoſitarium neceſſarium, & voluntarium verſantur, & declaratur materia, 3.2.4.& ſeqq.
Curator, vide verb. *Adminiſtrator, ſeù Curator.*
Curatores, & Tutores minorum, nondùm redditis rationibus ſuæ Adminiſtrationis, non admittuntur ad conductionem vectigalium, 1.7.9.
Curatoris, vèl tutoris in bonis à quo die incipiat hypotheca, àn à die rationis redditę, vèl à die ſuſcepti officij, 5.35.2.
Curatoris, ſeù Adminiſtratoris nominatio per ſe ſola inducit interdictionem bonorum, 3.3.5.

Cuſtodes.

Cuſtodes montium, vide verb. *Miniſtri, ſeù Cuſtodes.*

D

Damnum.

Damni emergentis, & lucri ceſſantis in æſtimatione conſiſtit intereſſe, 5.33.4.
Damni emergẽtis interſſe, vide verb. *Intereſſe.*
Damnũ, vèl intereſſe partis non cõprehenditur ſub remiſsione pœnæ, veluti in abolitionibus generalibus ob publicam cauſam factis, in quibus intelligitur ſolũ remiſſa pœna commiſsi, & fraudis, non verò extenditur ad dirictus, vèl portorium, quod debebat ſolui, nèc ad Ius quęſitum accuſatori, ſeù delatori ad aliquã partem pœnæ, 5.28.10.

Debitor, Debitum.

Debitores omni Iure debent reddere debitum ſuis creditoribus, 1.2.1. vſquè ad 3.
Debitores lege XII. Tabularum addicebantur in ſeruitutem creditorum, prætèr alias pœnas, ibid.9. & 10.
Debitoris bona, & nõ corpus, obnoxia eſſe debito, & creditori, cautum fuit lege Petilia, ſublata lege XII. Tabularum, ibidem 12.
Debitorum ſeruitutem, & etiàm filiorum, & itèm venditionem, Ius Diuinum, & Hæbreorũ leges permiſſerunt, ibidem 16.
Debitorum ſeruitus Cæſareo, & Pontificio Iure ſublata eſt, ibid.19.
Debitor quo genere ſeruitij, & operarum circà creditorem obſtringatur, 1.3.17. & ſequentib.
Debitorem ſuum liberum hominem creditor non poteſt inuitum in pignus capere, nec detinere, 1.2.20.
Debitores carcerari poſſe ad ſimplicem creditoris requiſitionem, vt ſoluant, vèl fideiubeant poteſt conſuetudine, vèl ſtatuto introduci, ibid.21.
Debitor poteſt pacto obligari ad carcerem iuſſu Iudicis, in caſu non ſolutionis, ibid.23.
Quod poteſt etiàm exequi contra eius hęredem, ibid.24.
Debitoris perſona non poteſt capi, niſi priùs facta excuſione in eius bonis, ibidem 32.
Debitor ex cauſa pecuniaria, habens bona, non incarceratur, ibid.33.
Debitor ex cauſa ciuili, ſi non indicet bona ſufficientia prò credito, tenetur præſtare fideiuſſorem *de Janeamiento*, aliàs carceratur, ibid.34. & 35.
Debitor, contra quem executio procedit, ſi ea facta non reperiantur bona, nec det prædictam fideiuſsionem, carceratur donèc ſoluat, ibid.38.
Debitori, Imperatorum benignitate, conceſſum eſt beneficium ceſsionis bonorum, pèr quod non ſolum vitam ſeruabat, ſed carceris moleſtiam effugiebat, & de forma, & qualitatibus, quibus facienda eſt: Quod etiàm apùd Romanos legis Iulię conſtitutione obſeruabatur, 1.3.1. & ſeqq.
Debitor, ceſsione bonorũ facta, liberatur à carcere, & iniurijs creditorum, non autèm à debito, ibidem 4.
Debitor, bonorum ceſsione facta, àn excuſetur in foro animæ? ibidem 5.
Debitoris cedentis bonis obligatio durante inopia ſuſpenditur, & ſolùm tenetur in quantùm facere poteſt, & ad pinguiorem fortunam peruentus alimenta deducere poteſt, ibid.6.
Debitori cedenti bonis torques ferreus imponitur, & qua de cauſa, ibid.20.
Debitor, qui ceſsit bonis cum actibus ignominioſis, vbi ità obſeruatur, ſi ad pinguiorem fortunam deueniat, àn teneatur creditoribus ſatisfacere? 13.11.
Debitor cedens bonis ex conſtitutione Summi Pontificis Pij V. tenebatur aſportare virretum viride, vt euitaretur, ibid.21.
Debitor pecuniarius, etiàm ex cauſa deſcendente ex delicto, admittitur ad ceſsionem bonorum, ibid.25.
Quod intelligendum eſt reſpectu intereſſe, & debiti partis, non verò reſpectu pœnæ, quæ Fiſco, vèl alio publico loco applicatur, ibid.26.
Debitor, qui culpa ſua bona conſumpſit, vèl in fraudem creditorum alienauit, non gaudet beneficio ceſsionis bonorũ, 1.4.1.
Debitoris dolus àn requiratur, vèl ſufficiet ſola culpa, ad hoc, vt priuetur beneficio ceſsionis bonorum, proptèr eorum diſſipationem, ibid 6. & 7.
Et diſtinguitur intèr debitorem facientem actum licitum, ſeù indifferentem, & eum qui dat operam rei illicitę, ibid.8.
Debitores vt conuincantur de fraude in alienatione, ſeù diſſipatione bonorum in præjudicium creditorum, ſufficit probatio ſecundùm communitèr accidentia, & legum præſumptiones, ibid.9.
Debitor Fiſcalis àn poſsit coerceri cenſuris ad exactionem, 1.5.6.
Debitor Fiſcalis, àn poſsit bonis cedere? Et quid, ſi ſit debitor ratione tributorũ, ſeù collectarum? ibid.8. & 9.
Debitor Regij Patrimonij ex locatione, vèl receptione reddituum Regalium, beneficio ceſsionis bonorum non gaudet, nèc eius effectibus, ibid.12.
Et ſic deueniens ad pinguiorem fortunam tenetur ſatisfacere ex bonis poſteà quæſitis, ibid.13.
Debitor carceratus prò ſolutione debiti, occultans bona, amittit beneficium ceſsionis bonorum, 5.9.6.
Debitor Fiſcalis, ſi debitum ſit liquidum, executiuè conueniendus eſt, 1.5.1.

Sed

Sed ſi debitum non ſit liquidum, & conſtans, requiritur ordo Iudicialis, & ſententia, ibidem 3.
Et talis debitor carceri mancipandus eſt, donèc ſoluat, etiàm ſi det fideiuſſorem *de ſaneamiento*, ibid. 4. & 5.
Debitor Fiſci, vide verb. *Fiſci debitor*.
Debitor nobilis non poteſt capi, nèc poni in carcere prò debito ciuili, nèc eſt tradendus creditori in ſeruitium, 1.8.1.
Quod fallit, ſi ille bona dolo amiſsit, vèl ea abſcondit, ibid. 2.
Debitor, qui molle creditorum opreſſus & effectus non ſoluendo, ſinè dolo fugit ad Eccleſiam, àn gaudeat eius Immunitate? 1.12.1. & ſeqq.
Debitor, qui decoxit vitio fortunæ, & non culpa ſua, fugiens ad Eccleſiam, nõ debet ab ea extrahi, ibid 4.
Debitor dolo facultatibus lapſus, vèl cum bonis, & libris ad Eccleſiam confugiens, nõ gaudet eius Immunitate, ibid. 4. & 5.
Debitoris bona, qui ſinè dolo confugit ad Eccleſiam cum eis, an ſint Immunia? & àn poſsint pèr Iudicem Laicum ab Eccleſia extrahi? ibidem 8.
Debitor Fiſcalis ex tributis, gabellis, ſeù alia cauſa, àn gaudeat Immunitate Eccleſiæ? ibidem 10.
Debitor exiſtens in Eccleſia, àn poſsit in ea verbalitèr citari, etiàm prò cauſa criminis? ibidem 12.
Debitoribus paupertate opreſsis, quibus indulgentur induciæ, concurrente iuſta cauſa ſolent à Principe litterę moratoriæ concedi, 1.13.1.
Debitor, ſiuè ſit præſens, ſiuè abſit, tùnc propiè dicitur decoctus, cùm facultatibus ſuis conſumptis ex quacumque cauſa, effectus eſt non ſoluendo, & datus ei curator, 1.11.11.
Debitor degens in alieno territorio propter delictum, ſeù decoctionem, debet pèr litteras requiſitorias à Iudice loci delicti, ſeù decoctionis citari, 2.1.9.
Debitor in eo loco debet conueniri, & tenetur rationem reddere, vbi negotium, vèl adminiſtrationem exercuit, ibi. 12.
Debitor fugiens à loco domicilij, vèl adminiſtrationis, poteſt pèr quemcunque Iudicem; immò & per ipſum creditorem detineri, ibid. 13.
Debitor fugiens facit quodammodò furtum ſui: Et poteſt capi omnibus diebus, etiàm feriatis, ibid. 14.
Debitor fugitiuus vbiquè poteſt conueniri, & coràm quolibet Iudice, aliàs incompetenti, nèc poteſt eius Iuriſdictionem declinare, ibid. 15.
Debitor fugiens, & ſecùm portans bona, ſeù res alienas, potiori ratione poteſt aprehendi, & detineri, ſimùl cum bonis, à quocumque Iudice, & ab ipſa parte, ibid. 20. & 21.
Debitor fugiens, & detentus à creditore debet intrà ſpatium 24. horarum proprio Iudici, vel publico carceri tradi, & idem in mercatoribus fallitis, ibidem 22. & 23.
Debitor, licèt regularitèr de iure non poſsit conueniri in loco contractus, niſi ſibi inueniatur, nec ſit locus remiſsioni, hoc fallit, quandò fugit in fraudem creditorum, nè eis ſoluat, ibid. 27. & 28.
Debitorem fugientem aprehendens creditor cum centum, quę ei debebat, non efficitur dominus centum propria authoritate, ſed interueniētę Iudice, ibid. 30.
Et quid ſi debitor eſt Clericus, vèl Eccleſiaſtica Perſona? ibid. 31. & 32.
Et àn hic terminus, ſeù alius brebior, ſit præciſſus, vel arbitrarius? & adducitur concordia Comitis de Oſſorno, ibid. 33. & 34.
Debitor Fiſcalis ex conductione, vèl adminiſtratione Reddituum Regalium, ſeù ex alia cauſa, qua forma declaretur decoctus in Conſilio Regij Patrimonij? Et Tabullarij maioris redituum Regiorum officium, & eius exercitium definitur, 2.2.1.
Debitor Fiſcalis ex conductione, vèl adminiſtratione, ſeù alia qualibet cauſa, qui declaratur decoctus, ſubijcitur Iuriſdictioni Supremi Conſilij Regij Patrimonij, & in conſequentiam Iudicis decoctionum, ibid. 4.
Debitoris Fiſcalis fideiuſſor àn poſsit cõuenire debitorem, prò quo ſoluit, coràm Iudice Fiſcali, ibidem 8.
Debitoris, qui decoxit, perſona, & bona pèr Iudicem aprehendenda ſunt, ſtatìm àc de decoctione noticiã habeat, 3.1.1.
Et diſtinguitur in hoc forma procedendi contra debitorem Fiſcalem, & particularem, ibid. 2.
Debitor formans concurſum creditorum, debet exhibere coràm Iudice liſtam fidelem omnium bonorum, & creditorũ, ibidem 18.
Et ſi nollit hoc facere, poteſt ad id cõpelli, ibid. 19.
Debitor formans concurſum, vèl decoctus, cuius bona ſequeſtrantur, non priuatur

uatur eorum poſſeſsione, ſed ſequeſter eius nomine poſsidet, & ſolùm habet cuſtodiam, & adminiſtrationem, 3.2. 10.
Debitor Fiſcalis, ſi ſit certus, & liquidus, cùm executiuè poſsit conueniri, ſi decoquit, maiori ratione poterunt eius bona ſequeſtrari, & declaratur, 3.4.5.
Debitoris cadauer regularitèr non poteſt ſequeſtrari, & detineri, nè ſepulturæ tradatur, quod procedit etiàm in debitore Fiſcali, ibid. 6. & 7.
Debitor ex operibus ſuis debet dictim ſoluere creditori, datis ſibi neceſſarijs alimentis, 1.3.18. & 19.
Debitor detentus ſi egeat, & non poſsit ſe, & familiam, & bona ſe mouentia ſequeſtrata alere, tùnc creditor, ſequeſtrari faciens, tenetur interim prouidere de alimentis, 3.5.7.
Debitor captus ad inſtantiam creditorum, ſi iſti moniti à Iudice, ei non præſtent alimenta, debet à carceribus relaxari, ibidem 8.
Et idem in nobili in ſua domo carcerato, ibidem.
Debitor ipſe decoctus àn poſsit inſtrumentum, via ritus, contrà ſuos debitores liquidare? 4.2.13. & 14.
Debitor pòſt decoctionem, ſi confiteatur ſe recepiſſe dotem, nullius momenti eſt talis confeſsio, & creditores inſcij de ea poſſunt obijcere exceptionem non numeratæ dotis, etiàm elapſo tempore opponendi, 5.6.15.
Debitorem debitoris ſui, vt poſsit creditor perſonalis conuenire, quæ requirantur? 5.17.25 & 26.
Debitorem debitoris ſui poteſt conuenire creditor debitoris calamitoſi, ſiuè ſit chirographarius, ſiuè hypothecarius, ſinè eius ceſsione, vèl cõpellere eum vt actiones ſuas cedat, ibid. 26.
Debitorem debitoris ſui quomodò poſsit conuenire Fiſcus, & qua prærogatiua in hoc gaudeat? ibid. 27.
Debitorem debitoris ſui poteſt conuenire actione vtili habens hypothecariam ſimùl cum actione perſonali, ibidem 28.
Debitor in cauſa executiua contra eius bona intentata poteſt opponere omnes exceptiones, quę in termino decem dierum poſſunt verificari, licèt debitor Fiſci ex conductione redituum Regalium ſolùm poſsit opponere exceptionem ſolutionis, ſeù ademptionis Iuris percipiendi, 5.18.5.
Debitoribus, qui accipiebant vſuras minores ſemiſibus, ſuccedens Fiſcus, pòſt ſucceſsionem accipit ſemiſes ab eas ſoluentibus, 5.32.14.
Debitores Fiſcales, ſi moram committant in ſolutione quantitatum debitarum, tenentur Fiſco ſoluere intereſſe retardationis, 5.33.5.
Debitor regularitèr poteſt non adquirere, & repudiare, ſeù contemnere lucra ei obuenientia in præjudicium creditorum ſuorum in foro exteriori, ſed non in foro conſcientiæ, & maximè in præjudicium Fiſci, 5.37.1 & ſeqq.
Et quòd hæc ſententia, etiàm in priuatis, tamquàm animæ fauorabilior, & ſecurior debet admitti, ibid 12.
Debitor ſiuè ex cauſa neceſſaria, ſiuè ex voluntaria pòſt obligationem contractam, eodem Iuris vinculo tenetur ergà creditorem, ibidem 4.
Debitor non adquirens lucra ei obuenientia, ex quibus poteſt ſatisfacere ſuis creditoribus, & ea renuncians, eſt in aperto dolo, ibidem 6.
Debitum reddere debent debitores omni Iure, 1.2.1. vſquè ad 3.
Debitum vnicum reputatur ſortis & vſurarum, 5.4.13. & 14.
Debiti Fiſcalis in executione non ſeruatur forma data *in l. à Diuo Pio, §. In Venditione, ff de Re Iudicat.* ſed omnia bona debitoris ſumuntur, & meliora ſubhaſtantur, & venduntur, & itèm poteſt fieri executio in rebus aliàs exemptis, vt ſunt equi, & arma nobilium, & boues, animalia, & alia inſtrumenta aratoria, 1.5.4. & 5.
Debito non liberatur Hæbreus effectus Chriſtianus, 1.10.9.
Debita fiſcalia, vide verbo, *Fiſcalia debita.*

Decoctio, Decoctus.

Decoctio quid ſignificet? & decoctus quis dicatur? 1.1.2. & ſeqq.
Decoquere eſt paulatìm diminuere & coquendo abſumere, ibidem.
Decoctio eſt fuga, vèl latitatio debitoris, ſeù ceſſatio à ſolutione creditorum, ob eorum mollem, & bonorum iacturam, ibidem 6.
Decoctorum triplex genus eſt: primum eorum, qui fortunæ: ſecundum illorum, qui ſuo proprio; tertium eorum, qui partìm ſuo, partìm fortunæ vitio, bona amiſ-

amiſſerunt, ibidem 9.
Decocti fortuna, miſeratione digni ſunt, & ideò contra eos criminaliter procedi non poteſt, ſed non qui culpa ſua decoxerunt, ibidem 11.
Decoctus tùnc dicitur debitor, ſiuè ſit præſens, ſiuè abſens, cùm, facultatibus ſuis conſumptis ex quacumque cauſa, effectus eſt non ſoluendo, & datus ei curator, ibidem 11.
Decoctores ſunt in noſtra materia, qui creditum non reddunt, & ære credito fraudant creditores, ibid. 7.
Et dicuntur etiàm falliti, ex eo, quod rumpant, & creditoribus fidem fallant, ibidem 8.
Decoctus quandò dicatur ſoluendo eſſe, & de ſignificatione ſolidi, & quomodò recognoſcatur potiſsima ratio decoctionis, 1.11.12. & 13.
Decoctio ſolet incipere à fuga, & latitatione, & quid ſit latitare? Sèd hæc non eſt neceſſaria, nàm ſatis eſt quòd debitor molle creditorum opreſſus non poſſit ſoluere, ibid. 1. & ſeqq.
Decoctio grauis refertur, in qua Author criminaliter proceſsit cum magno beneficio Regij Patrimonij, & creditorũ, & Iudex Ordinarius Eccleſiaſticus huius Curiæ voluit eum cenſuris impedire, 2.5.49.
Et ponitur Regia Schedula directa huic Iudici, vt ſe inhiberet, vt exquutus eſt, ibidem 50 & 51.
Decoctioni mariti præbens cauſam vxor ex laſciuo, & pompoſo ornatu, àn in concurſu cum eius creditoribus poſsit vti priuilegio prælationis, vèl illud amittat? 5.10.1. & ſeqq. vſquè ad fin.
Decoctionis Iudex debet ordinare generalem proclamationem, vt ſub pœna indicentur bona decocti, & eorum credita profiteantur, & poteſt etiàm dare præmium his, qui bona occulta manifeſtauerint, & comprobatur de Iure Regio, 3.1.20. & 21.
Decoctionis Iudex, vide verb. *Iudex concurſus, ſeù decoctionum.*
Decoctionis doloſæ cauſa, tàm Pubes, quàm Impubes doli capax poteſt conijci in carcerem. 1.7.6.
Decoctionum Iudex iuſſus fuit pèr Regiũ reſcriptum ei intimatum quòd Iura Regalia habentibus nullum præjudicium irrogaretur, ſed eis Ius ſuum tribueretur pèr legitimos iuſtitiæ tramites, 5.38.6. vſquè ad 9.
Decoctione ſequuta, tàm in debitore particulari, quàm Fiſcali, vèl publico, Iudex debet ſtatim procedere ad aprehenſionem perſonæ, & omnium bonorum, & diſtinguitur forma procedendi ad prædicta, in debitore particulari, & in debitore Fiſcali, & publico, 3.1.1. & 2.
Decoctionum Iudex poteſt inhibere alijs quibuſcunque Iudicibus, nè in earum cauſis procedat, 2.4.19.
Decoctionum Iudex in qualibet earum cauſa non poteſt graduationis ſententiam proferre, in qua tàm Regi prò dimidia annata, & alijs deductionibus, quas quolibet anno facit ex Iuribus Regalibus, quàm partibus, quę ea poſsidẽt, prò reliqua ſumma, quæ eis reſtat, non confecta, & data ei relatione pèr antelationem, pèr computatores deſeruientes in libris Regijs ad quos ſpectat, 5.38.10. & ſeqq.
Decoctionum Iudices, vide verb. *Iudices decoctionum.*
Decoctionum Tribunal, vide verb. *Iudex decoctionum.*
Decoctus àn, pòſt decoctionem formitèr cauſatam, poſsit agere, vèl conueniri? 3.3.5.
Decoctus poteſt inſtrumentum via ritus liquidare contra ſuos debitores, 4.2.13. & 14.
Decoctus, licèt non amitat actiones actiuas, nèc paſsiuas, adminiſtrator eas ſuo nomine exercet, & ipſe non habet perſonam, nèc facultatem comparendi in Iudicio, ibidem 16.
Decoctus, cuius bona ſequeſtrantur, non priuatur eorum poſſeſsione, ſed ſequeſter eius nomine poſsidet, & ſolùm habet cuſtodiam, & curam, 3.2.10.
Decoctus poteſt exequi omnes actus honorificos annexos ipſis bonis, vt ſunt nominatio Iudicum, præſentatio ad beneficia vacantia, Iuris Patronatus, & ſimiles, 3.3.7.
Decoctus pòſt ſequeſtrum bonorum ſuorum factum, & formatum concurſum, non poteſt ſe ingerere in adminiſtratione eorum, & ſi ſecùs faciat, grauitèr punitur, ibid. 1.
Decoctus pèr ſequeſtrum bonorum, & Iudicio pendente, antequàm ſit condemnatus, & virtute ſententiæ bona ſint, vèl Regi, aùt creditoribus adjudicata, non amittit eorum dominium, nèc poſſeſsionem, ibidem 2.
Decoctus quãdò dicatur dèbitor Fiſci, 1.14.1.

Decoctus qua forma declaretur in Consilio Regij Patrimonij debitor Fiscalis ex conductione, vèl administratione reditauum Regalium, seù ex alia causa, 2. 14.1.

Decoctum declarari conductorem, id est, *ponerse en quiebra la renta*, vèl auferri ab eo, id est, *hazer toma de ella para la Real Hazienda*, committitur arbitrio Dominorum de Consilio, ibid.2.

Decoctus declaratur conductor cessans in solutione, vèl non adhibens idoneos fideiussores, seù non obtinens mandatum ad exigendum reditus, seù prouentus Iuris conducti suo tempore, vulgò, *Recudimiento*, ibidem.

Decoctus fugiens, vèl sarcinulas ad id parans, potest capi, & detineri ab ipsa parte, vèl quocumque Iudice, remittendus ad suum Iudicem, 2 1.35.

Decoctus potest assistere liti, vèl causæ pèr Administratorem actitatæ, 3.3.5.

Decoctus àn repellatur à testimonio ferendo? 1.11.15.

Decoctus æquiparatur fonti aquis exciccato, & mortuo. Maximè in his quæ sunt præjudicialia creditoribus, secus verò in vtilibus, & eius fama prorsus est minuta, ibid.14.

Decoctus dicitur etiàm, qui occultat bona, vèl ad Ecclesiam confugit, licèt non ea occultet, ibid.16.

Decocti mentiri facilè solent, & rectè infertur, decoctus, ergò fraudator, ibid. 17.

Decocti vxor àn possit petere bona superlucrata alienata à viro suo, vt sibi tradantur Iure pignoris, seù hypothecæ quousquè dos consumpta sibi refundatur? 5.5.8.

Decocti creditores ad bona sua concurrentes possunt esse in triplici differentia, nàm sunt reales, personales, & mixti, 5.1.5.

Decocti bonis sequestratis citandi sunt ad concursus Iudicium omnes creditores interesse habentes, & quos commodum, vèl præjudiciũ contingere potest, 4.1.1.

Decocti aliquo infortunio, & non sua culpa vxor, & filij possunt ex bonis relictis subtrahere necessaria ad sustẽtationem, 5 9.12.

Decocti ad bona concurrens Fiscus non cum dote, sed cum alio priuato, etiam priuilegiato, in casu dubij circà anterioritatem, præfertur ei, si agit ex causa onerosa, secùs verò si agat ex causa lucratiua, 5.15.10.

Decocti mercatoris in libris, quod prima figura apparet attendi debet, 3.1.15.

Decocti compellendi sunt pèr Iudicem ad manifestationem librorum, & declarationem specificam bonorum, iurium, & effectuum; sicùt etiàm formans concursum creditorum debet exhibere coràm Iudice competente listam fidelem omnium bonorum. Et si nollint hanc declarationem facere, possunt etiàm tormentis ad id adstringi, & existentibus Indicijs fraudis, seu occultationis, contra eos criminalitèr procedendum est, ibid.18.& 19

Decocti solent rationes in libris, & codicibus intricare in necem creditorum ibidem 11.

Decocti libri, scripturę seù chirografa sũt sequestranda, & sub fida custodia ponenda, ibid.8.vsquè ad 10.

Decocti solent bona sua, & merces intricare, & viliori pretio distrahere, & rationes in Codicibus adulterare, & turbare in necem creditorum, 1.11.18.

Decocti & foro cessi, non solùm sunt indigni moratorijs, sed debent sæuiter puniri, nec iterum ad mercaturæ, seù negotiationis exercicium admitti, 1.13. 9.& 10.

Decocti bonis Administrator, seù Curator datus, tenetur de dolo, & lata culpa, 3.2.3.

Decocti bonis curator, seù sequester datus non habet possessionem illorum, sed solùm curam & custodiam, quod secùs est in sequestro voluntario, 3.2.4.

Et proponuntur differentię, quæ versantur intèr sequestrum, seù depositarium voluntarium, & necessarium, ibib.5.

Et quod idem procedit in sequestro, seù depositario electo à partibus, seù creditoribus demandato Iudicis, & declaratur materia, ibi l.6. & seqq.

Decocti bona Curator, seù Administrator eorum, debet summa cura, custodire curare, & defendere, nè interim dùm lis pendet inter creditores, dissipentur, aùt amittantur, & verè dicitur sequester, seù depositarius, 3.2.2.& 3.

Decocti vxor, vide verb. *Vxor decocti.*

Decoctus àn debeat percipere alimenta ex bonis iàm sequestratis 3.5.5.9.& 10.

Decocto non debentur semper alimenta, sed solum dùm lis discutitur, & pendente iudicio venditionis, seù adjudicationis bonorum, ibid.11.

Decocto, cuius bona sunt sequestrata, præstanda sunt alimenta, maximè in nobilibus;

bus: feudatarijs, & poſſeſſoribus maioratuum, niſi feudum reperiatur ob ſeruitia, & onera valdè grauatum, ibid. 9.

Decocto Patre, & ingenti ære alieno grauato, maximè contracto ex dilapidatione, deducenda ſunt, etiàm cum prælatione, alimenta pro filijs, ibid. 12.

Decocto non debent miniſtrari alimenta, nèc litis expenſæ, ſi ipſe habeat alias vndè ſe alat, nèc quandò bona ſunt parui momenti, nèc quandò conſtat eſſe furtiua, ibid. 10.

Decocto illicò bona ſequeſtranda ſunt, licèt ſequeſtra regularitèr ſint odioſa, & à Iure prohibita, 3.3.8.

Decoctis interdicitur adminiſtratio ſuorum bonorũ, & ideò neceſſaria eſt perſona, quæ illa tueatur, & adminiſtret, 3.2.1.

Decoctus vitio fortunæ, & non culpa ſua, fugiens ad Eccleſiam, non debet ab ea extrahi, 1.12.4. & 5.

Decoctores, & falliti qui latitant, & bona, ſeù libros occultant, vèl ſecùm in Eccleſiam deferunt, reputantur tamquàm publici latrones, & poſſunt pèr Iudicem Secularem ab ea extrahi, ſecus verò, ſi ipſi ſoli in eam ſe recipiant, ibid. 6. & 7.

Decocti bona fugientis cum eis ad Eccleſiam ſine dolo, àn ſint ei immunia? ibidèm 9.

Decoctores, ſeù falliti non habent beneficium ceſsionis bonorum, quià præſumitur bona ſua in fraudem diſsipaſſe, & huius concluſionis ratio redditur, 1.4.3. & ſeqq.

Decoctorum pœnis, & Regulis ſubijcitur Nobilis conducens Regios reditus, 1.8.13.

Decoctor, ſeù euerſor quis ſemèl deprehẽſus in officio, ſeù munere ſibi iniũcto, non ſolùm eo priuandus eſt, ſed nullo modo debet iterùm ad illud admitti, 1.14.1. & ſeqq.

Decoctor doloſus, tàm Pubes, quàm Impubes doli capax poteſt carcerari, 1.7.6.

Decoctoribus, qui ſua culpa, & malitioſè decoxerunt, non debent concedi litteræ moratoriæ, ſed his, qui caſu, vèl fortunæ iniuria, ad egeſtatem deuenerunt, 1.13.3. & 4.

Decimæ.

Decimæ, & primitię àn potiantur hypotheca priuilegiata cum prælatione omnium creditorum, 5.2.2.

Decimæ ſoluuntur non deductis expenſis, mero Iure, & non ex priuilegio, & prò eis tertius, & ſingularis poſſeſſor poteſt cogi ad ſolutionem eius temporis quo poſſedit & etiàm præteriti, & anterioris, licèt ſecùs ſit in alijs cauſis, ibid. 4.

Decurionatus.

Decurionatus, vide verb. *Officia.*

Delegatus Iudex.

Delegatus Iudex datus à Principe, vèl Senatu in cauſa, vèl cauſis ſibi commiſsis habet Iuriſdictionem ordinariam, & eſt maior ordinario, 2.4.1. & 2.

Delegationis factæ ad vniuerſitatem cauſarum forma declaratur, ibid. 3.

Delegatus Principis, ſeù Senatus poteſt ſubdelegare cauſas in toto Regno quibuſcumq; Iudicibus, ſeu perſonis, ibi. 5.

Et citare omnes exiſtentes in eo, & eius diuerſis territorijs pèr curſores ſuos, & referuntur, & conciliantur opiniones, quæ circà hoc ſunt de Iure, ibid. 6.

Delegati Iudicjs, vide verb. *Iudicis delegati.*

Delictum.

Delictum quãdò committitur ſupèr re ipſa contra diſpoſitionem Iuris queſita, actus eſt nullus, & dominium eius amittit faciens actum, 5.27.27.

Patrimonij Regij debitor ex locatione, seù receptione reddituum Regiorum, deueniens ad pinguiorem fortunam, tenetur satisfacere ex bonis postea quæsitis, ibid. 13.

Patrimonij Regij conseruatio, vèl recta administratio, sunt nerui Reipublicę, 2. 3. 10.

Patrimonium Regium spectantium quantitatum, seù rerum depositi, & sequestra debent fieri apùd Thesaurarium Consilij, 3. 2. 15.

Patrimonij Præses, vide verb. *Præses Patrimonij.*

Patrimonij Regij officiales, vide verbo, *Regij Patrimonij officiales.*

Patrimonium Fiscale, seù Regium, vide verb. *Fiscus, Princeps.*

Primonij Regij Tribunal, vide verb. *Tribunal, Senatus, Consilium.*

Peccatum.

Peccatum àn incurrat mulier in luxu, & studio

ſtudio præcioſarum veſtium? 5.10.6.

Peculatus crimen.

Peculatus crimen incurrit, qui pecuniam fiſcalem attrectat, furripit, & in vſus ſuos, ſeù aliorum conuertit, & quòad actionem ciuilem tenetur in quadruplũ, in quo ſimplum incit, & in idem ſcelus incidunt conductores, ſeù exactores, qui pecuniam exactam ex reditibus Regijs ità contrectant, nèc ſoluunt creditoribus, quibus conſignata eſt, vèl diminutè, aliquo retèto, ipſis ſatisfaciunt, 5.34.5.

Peculatus crimen grauiſsimum eſt, & furto ſimile, immò maiori pœna coercendum, quæ capitalis eſt in Theſaurario, Officiali, ſeù Miniſtro Regio, qui conuictus fuerit aliquid de ærario, ſeù capſis Regijs amouiſſe, vèl intercepiſſe, ibidem 6.

Peculatus criminis reus, prætèr pœnas, tàm ciuiles, quàm criminales, quas incurrit, tenetur pecuniam reſtituere cum legitimo intereſſe, ibid. 8.

Pecunia.

Pecuniæ depoſitæ etiàm ad numerum dominium non tranſit in depoſitarium generalem, & ideò debet eam habere paratam, nec ea poteſt vti, 3.2.13.

Pecunijs depoſitis ad numerum poteſt vti depoſitarius, & quomodò teneatur de caſu fortuito? 5.21.4.

Pecunia Regia, ſeù Fiſcalis, vide verbo, *Regia pecunia.*

Pecuniam mutuans ad refectionem, ſeù conſeruationem rei, & itèm ad emptionem ſub vſuris àn potiatur priuilegio, & prælatione in ſuis caſibus, vèl illam amittat? & defenditur non amittere priuilegiũ quòad ſortem principalem, & prò ea eſſe præferendum, licèt non prò vſuris; dum intelligatur de illicita vſurarum ſtipulatione, non verò de licita, veluti impoſitione cenſus, aùt ſimili, 5.3.24. vſquè ad 28.

Pecuniam verſam in vtilitatem alicuius non pèr coniecturas, ſed pèr veras probationes iuſtificari debet, quod fallit in venditione rei ad Fiſcum pertinentis facta pèr Hæreticum, vèl alium delinquentem pòſt delictum, qui ſit mercator, Nam ſolùm ex hac coniectura probatur verſio in eius vtilitatem, 5.26.14.

Pecunia minoris, militis, ſeù Eccleſiæ res empta cui adquiratur? 5.34.11.

Pecuniam priuatorum retinens Fiſcus pòſt moram, emergente exindè damno, vel ceſſante lucro legitimo, tenetur præſtare intereſſe, 5.36.1.

Perſonalia priuilegia.

Perſonalia priuilegia, vide verb. *Priuilegia perſonalia.*

Peſquiſitor.

Peſquiſitor, vide verb. *Iudex peſquiſitor.*

Pœna.

Pœnam perſequens Fiſcus ratione delicti agit de lucro captando, & creditores agentes de damno vitando ei præferuntur, etiàm ſi de credito eorum non conſtet, niſi ex confeſsione debitoris Fiſcalis, 5.23.11.

Pœna prò delicto quandò imponitur *ipſo Iure*, vèl *ipſo facto* pèr Iura, tàm Canonica, quàm Ciuilia, intelligenda ſunt ſinè ſententia condemnatoria, ſolùm cum declaratoria, 5.25.12.

Pœna impoſita pèr legem, vèl ſtatutum ſub hoc verbo ſubſtantiuo *ſit* incurritur ipſo Iure, & ipſo facto; maximè quandò verbum, *ſit*, iungitur participio præteriti temporis, v.g. ſit excomunicatus, ſit priuatus. 5.27.28. & ſeqq.

Pœna quandò apponitur ſupèr re à Iure prohibita, & delictum patratur ſupèr ipſa, inducit actus nullitatem, & amiſsionem ipſius. ibid. 27.

Pœna certa, quandò impoſita eſt delinquenti, aùt damnum facienti ex ſtatuto, ordinatione, vèl conſuetudine: Miniſtri, ſeù cuſtodes poſſunt pœnas illas exigere, & recipere à ſponte dante non expectata ſententia. Et referuntur Authores, qui agunt de his cuſtodibus montiũ, portuum, & confinium, & de eorum miniſterio, & exceſsibus, 5.23.16. & 17.

Pœna pecuniaria ſi indicatur pèr contractum, legem, aùt ſententiam, ità vt Fiſco dimidia, & alia dimidia priuato competat, ſi bona rei ſint ſufficientia, Fiſcus totam exiget, & cum parte diuidet. Sèd ſi bona non ſufficiant, àn concurrant prò rata? vèl Fiſcus præferatur 5.28.2. vſquè ad 7.

Reſolutio prædicta ſolùm procedit in mera condemnatione pœnarum, & calumniæ, ſeù delicti, non verò in quantitate conſignata parti, vèl ex contractu, vèl ratione damni, ſeù intereſſe, nàm in hoc pars præfertur Fiſco, ibid. 8.

Pœna remiſſa, quæ lucrum eſt, non cenſetur remmiſſum damnum, vt in abolitionibus generalibus ob publicam cauſam factis, remmiſsio pœnæ intelligitur commiſsi, vèl fraudis, non dirictum, vèl porto-

portorij, quod debebat ſolui, nèc reſpectu delatoris, ſeù accuſatoris, qui habebat ius quæſitum ad aliquam partem pœnæ, ibidem. 10.

Pœna, qua mulctatur contumacia delinquentium appellata *Deſprez, & Homecillo*, præfertur omnibus pœnis, tàm parti, quàm alijs pèr ſententiam aſsignatis, & referuntur Authores, qui de his pœnis ratiocinantur ad plures quæſtiones, 5. 29. 11.

Pœna corporalis àn poſsit exequi in reo, contradicentibus creditoribus, & petentibus, vt detineatur in carceribus, donèc eis ſoluatur? & reſoluitur affirmatiuè. 5. 30. 1. & ſeqq.

Pœnæ capitali executio diferenda non eſt, etiàm ſi reus dicat ſe habere ſecretum communicandum Principi, concernens eius ſalutem. ibid. 7.

Pœna capitalis coercentur Theſaurarij, Officiales, ſeù Miniſtri Regij, ſi conuincantur aliquid de Ærario ſeu Capſis Regijs amouiſſe, vèl intercepiſſe, 5. 34. 6.

Pœnarum vſuræ, vide verb. *Vſuræ pœnarũ.*

Pompoſus, ornatus.

Pompoſi ornatus, vide verb, *Ornatus pompoſi.*

Pontifex.

Pontifex maximus habet Fiſcum, 2. 2. 20.

Portus, Portoria.

Portus, & limites Regni ſi iàm merces, & aliæ res introduci, vel comertiari prohibitæ, egreſſæ ſunt, àn poſsint confiſcari, vèl liberę maneant? 5. 27. 32. & 33.

Portuum cuſtodes, vide verbo, *Miniſtri, ſeù cuſtodes.*

Portorium quid ſit, & appelletur? & quòd inter Regalia hoc portorium, ſeù *almoxarifazgo*, ſit præcipuũ, & magis Regis vtilitati proficuum, maximè pòſt inſtitutam nauigationem ad noſtras Indias Occidentales. 5. 27. 35.

Portorij ſolutio rerum, ſeù mercium profeſſarum, licèt omitatur fraudulenter, non incidunt in commiſſum, ſed de Iure ciuili dirictus duplicantur, & de Iure Regio quadruplicantur, 5. 27. 43. & 44.

Portoria, & tributa minuens Princeps ſibi magis conſulit, & ſuos reditus auget, ibid. 41.

Poſſeſſor, Poſsidere, Poſſeſsio.

Poſſeſſor tertius, & ſingularis tenetur ad ſolutionem decimarum, non ſolùm prò eo tempore quo poſſedit, ſed etiàm prò præterito, & anteriori, licèt ſecùs ſit in aliis cauſis, 5. 2. 4.

Poſſeſſor prædij, non ſolùm tenetur prò tempore præterito, quandò onus eſt reale, & afficit, & ſequitur rem; ſed etiàm quandò eſt mixtum, ſcilicèt incollectis, ſeù incictionibus impoſitis perſonis, non ſimpliciter, ſed propter bona, 5. 13. 9.

Poſſeſſores, vide verbo, *Tertij poſſeſſores.*

Poſsidere titulo oneroſo, vel lucratiuo quandò quis dicatur? 5. 26. 16.

Poſſeſsio bonorum decocti non tranſit in curatorem, ſeù ſequeſtrem eorum, ſed ſolùm cuſtodia, & cura, quod ſecùs eſt in ſequeſtro voluntario, 3. 2. 4.

Et proponũtur differentię inter ſequeſtrũ, ſeu depoſitarium voluntarium, ſeù neceſſarium, ibid. 5.

Et quòd idem procedit in ſequeſtro, ſeù curatore electo à partibus, ſeu creditoribus demandato Iudicis, ibid. 6.

Et quòd hoc limitatur ſi cõtrarium actum eſt, tàm in ſequeſtro, ſeù depoſito facto pèr Iudicem, quàm pèr partes, ibid. 8. & 9.

Poſitum frumentarium.

Poſitum frumẽtarium, vide verb. *Annona*

Poteſtas.

Poteſtas abſoluta àn detur in Principe, & quomodò exercenda ſit, 1. 15. 31.

Poteſtate œconomica, & politica quomodò, & quandò debeat vti Princeps ergà ſuos ſubditos? ibid. 27. vſque ad 34.

Pragmatica.

Pragmaticæ, vide verb. *Leges, & Pragmaticæ.*

Prædium.

Prædium debitis tributorum Regalium, vèl gabellarum affectum tranſit ad quemcumquè cum ſuo onore, etiàm prò tempore pręterito, quamuis ſit Clericus vel aliàs exemptus. 5. 13. 7.

Præfectus

Prefectus vide verbo, *Procurator Ceſaris.*

Prælatio.

Prelationem amittit creditor anterior, qui requiſitus à poſterioribus non obſeruat formam legis Regni, ſed patitur debitorem incedere ſinè torque ferreo. 1. 3. 27.

Prælatio àn competat creditori, qui aprehendit debitorem fugientem cũ bonis, ſeù rebus, quas ſecùm ferebat. 2. 1. 29.

Prelatio impenſarum funeris deſcendit à prima cauſa fauoris publici Religionis, 5. 2. 13.

Prælationis priuilegium competit Magiſtratibus, & Iudicibus prò ſuis ſalarijs, & honorarijs, ibid. 39.

Prælatio iſta conceditur, non ſolùm prò ſalarijs, ſed etiàm prò ſportulis vulgò,

propinas, & omnibus gagijs debitis Magiſtratibus Doctoribus, Scholaribus, Iudicibus, Vicarijs, aduocatis, & alijs, quibus debetur aliquid prò mercede, ex cauſa ſtudij, ibidem 40.

Prælatio datur aduocato pro ſalario ſeu honorario ſibi debito, maximè in re eius patrocinio, & opera adquiſita, ſeù recuperata, etiàm ſi ſit feudalis, & maioratus. ibid. 41.

Et idem in quolibet operario, & artifice. ibid. 45.

Prælatio competit Iudicibus, ſeù Magiſtratibus, & militibus, in bonis Regij Ærarij, pro ſuis ſalarijs, & ſtipendijs, & redditur ratio, & comprobatur, ibid. 42. & 43.

Prælatio, & priuilegium Magiſtratibus, ſtudioſis, aduocatis & ſimilibus, prò ſalarijs, in concurſu, ſolùm debet dari reſpectu creditorum hypothecas tacitas, ſeù priuilegiatas à Iure pretendentium, non verò eorum, qui habent hypothecas expreſſas anteriores, quòd non intelligitur reſpectu rei circà quam labor ſtudium, ſeù cura adhibita fuit, in qua omnibus præfertur. ibid. 44. & 45.

Prælationis priuilegium àn, & quo caſu detur famulis, laboratoribus, ſeù ſeruitoribus prò mercede ſeruitij, & laboris ſui, ibid. 46.

Prælationis priuilegium doti conceſſum reſpectu creditorum, ſolùm tranſit in filios ratione ſanguinis dùm ſint eiuſdem matrimonij, & non alterius, 5.8.1. vſque ad 3.

Prælationis priuilegium conceſſum doti, àn tranſeat in ceſſonarium mulieris? ibidem 4.

Prælationis priuilegium non tranſit in ceſſonarium dotis, quando principaliter ceſſio fit ad commodum ceſſionarij, aùt alterius, & non mulieris, aùt eius filiorũ, ibid. 11. & 12.

Prælatio conceſſa fuit mulieri reſpectu creditorum anteriorum, ſiuè hypothecam, ſiuè priuilegium habentium, dùm agit actione de dote, non verò ſi dotem petat vigore legati, aùt alio titulo, 5. 3. 2.

Prælatio conceditur Fiſco in concurſu bonorum ſui adminiſtratoris, ſuper bonis adquiſitis pòſt contractam obligationem cum eo, non verò in anteà quæſitis affectis ſpeciali, vèl generali hypotheca. 5.14.3.

Prælatio conceditur Fiſco reſpectu priuati ſi agat de cauſa onerosa, nàm in cauſa lucratiua è contrà priuatus præfertur Fiſco, 5.17.4.

Prælationis priuilegium Fiſco competens iuxta *l. Si is, qui* 28 *ff de Iur. Fiſc.* tranſit in eum, qui ſoluit id quod fiſco debebatur, ùt facilius alij debita fiſci exſoluant, 5.18.23.

Prælationis priuilegia, & alia perſonalia Fiſco competentia tranſeunt in ceſſionarium, ſi hoc agatur, non tamen tranſibunt in ceſſionarium dotis, ibid. 24.

Prælationem operatur appoſitio horæ non ſolum in inſtrumentis eodem die confectis, ſed etiàm in omnibus actibus eiuſdem generis, & qualitatis velùti in prouiſionibus beneficiorum in teſtamentis, poſſeſſionibus, & in præuentione quòad Iuriſdictionem inter duos Iudices æquales, 5.16.7 & 8.

Prælationem, ſeù priuilegium conceſſum doti amittit mulier, quæ ex laſciuo, & pompoſo ornatu dedit cauſam decoctioni mariti, 5.10.15.

Prælatione, & priuilegio doti conceſſo poteſt priuari mulier ſolum propter culpam adhibitam in omiſſione conſeruationis, & augmenti rei familiaris viri, & ipſius, ibid. 16. & 20.

Prælationem, & primum locum habent Iura Regalia habentes ſuper reditibus Regijs, & Regalijs conſignata, 5.38.1.

Prælatus.

Prælati bona malè adminiſtrantis ea, quæ ad Eccleſiam ſuam ſpectant, ſunt affecta hypotheca priuilegiata, Eccleſiæ fauore, 5.2.5.

Prælati Eccleſiaſtici, vide verb. *Epiſcopi.*

Præſcriptio.

Præſcribi non poſſunt tributa, ſeù vectigalia Regia, 5.11.3.

Præſes.

Præſes Patrimonij ſucceſsit hodiè loco Procuratoris Cæſaris, 2.2.21.

Præſes Conſilij Patrimonij habet facultatem, & arbitrium conuocandi, & conſulendi Regios Fiſcales, ràm Supremi Senatus, quàm aliorum Tribunalium huius Curiæ, quando grauitas, & qualitas negotij hoc expoſcat, ibid 33.

Præſes Illuſtriſsimus D. Lopecius de los Rios laudatur, 2.2.31.

Præſes Illuſtriſsimus D. Didacus Zapata extollitur, 1.15.35.

Præſes Illuſtriſsimus D. Petrus Ægidius de Alfaro encomiatur, 5.38.15.

Præſes Sacri Ærarij vide verbo, *Procurator Cæſaris.*

Præſides Chancellariarũ habẽt facultatem diri-

dirimendi cõtentiones ortas supèr cognitione causarum intèr Auditores, seù Ministros sibi subditos intèr se, non verò quandò competentia est cum Iudice exercente ordinariã Iurisdictionem, vèl delegato alicuius Tribunalis superioris, 2.4.27.

Præesse dignis, & electis à Rege, magnę excellentiæ, & authoritatis reputatur in Iure, 2.3.11.

Præsumptio.

Præsumptiones legum sufficiunt, vt debitores conuincantur defraude in alienatione, seù disipatione bonorum in præjudicium creditorum, 1.4.9.

Prætores.

Prætorum, seù quæstorum criminum contentio orta cum Auditoribus, seù Consiliarijs, de causa, àn sit ciuilis, vèl criminalis quomodò decidenda sit? 2.4.47.

Præuentio.

Præueniens intèr Iudices ordinarios, seù ęqualis Iurisdictionis potest inhibere secundo, nè in causa procedat, 2.4.14.

Pretium.

Pretium emptori rei, seù possessori etiàm titulo oneroso non tenetur restituere fiscus vindicans eam à delinquente nullitèr alienatam, quod procedit tàm in cõfiscatione ordinaria, quàm extraordinaria, interueniente mala fide, 5.26.10. & 11.

Pretium debet restitui à Fisco vindicantẽ res alienatas ei, qui cum reo criminoso contraxit, seù cum Hæretico occulto in multis casibus, qui enumerantur, ibidem 12.

Prior.

Prior, seù Abbas Monasterij negligens ab officio, & dignitate priuatur, 1.15.10.

Primipilus, Primipilaris causa.

Primipilus apud Romanos erat Præfectus, seù Centurio decimæ Legionis, quæ erat prima, & cęteris prestantior. 5.14.6.

Referuntur Authores, qui de hoc officio latè sermonem instituerunt, & ratio dispositionis redditur, ibid.7.

Officij denominatio prędicta conuenit significationi ei assignatæ pèr leges Partitarum. ibid.8.

Primipilus, attentis legibus, militaris annona dicebatur, quæ a Primipilo admistrabatur, & pèr capita legionum diuidebatur, ibid.9.&.10.

Primipili debitores potest conuenire fiscus ante Excusum principalem, & antè diem ibid.14.

Primipilaris causa, in administratione bonorum Regij patrimonij, speciali nota digna est; nam in ea hypotheca tacita legalis, non solùm procedit in bonis exercentis officium Primipili, sed etiam vxoris non obligatæ, & filiorum, licèt patribus hæredes non existant. ibid.4. &.14.

Sèd priuilegium prædictum non habet locum in bonis propijs vxoris, quæ non sun dotalia, vt in paraphernalibus, ibi.5.

Primipilaris causæ priuilegium dependet ex Iurè militaris annonæ, a qua totius Exercitus robur, ac nerui, & Reipublicæ salus dependet, ibidem, 10 & seqq.

Authores, qui hanc resolutionem, & fauorem, militaris annonæ exornant, referũtur, ibidem.13.

Primipilaris caussę priuilegium àn hodiè habeat locum? & cui officio conueniat? 5.14.17.

Primipilum hodiè esse Thesaurarium Generalem Principis, aliqui Authores dixerunt, ibid.18.& 19.

Referuntur alij, qui tenent hoc officium hodiè non esse in vsu, nèc prædicta in practica seruari. ibid.20.

Primipilaris causę priuilegium potest hodiè obseruari in Principis patrimonio, militiæ destinato, & iàm ad bella parato, & sic contrà stipendiarios, seù Thesaurarios Exercitus, vulgò, *Pagadores, ò Probeedores, y tenedores de bastimentos de los Exercitos,* ibid.22. & seqq.

Primipilaris causæ dispositioni legali iustissimè subiacent stipendiarij, & Thesaurarij Exercitus, si causam publicam fraudantes, decoquant, & fugiant, ibid. 22. & 28.

Primipilare debitum soluens filius non videtur adire hæreditatem paternam, licèt in alijs creditis contrarium præsumatur, & sic ex eo non potest conueniri ab alijs creditoribus hæreditatis, ibi.15

Princeps.

Princeps frequentèr solet litteras moratorias concedere, quibus indutię debitoribus paupertate oppresis indulgẽtur, si concurrat iusta causa, 1.13.1.

Princeps, si ei liqueat euidentia certa, & indubilitabili, de dolosa, seu desidiosa, & præiudiciali administratione Regij Patrimonij, an possit Officialem sine citatione, & forma iudiciali amouere? 1.15. 11.& seqq.

Princeps non debet facilè delationibus contra Magistratus assentiri, nèc sindicatum, seu visitacionem contra eos decernere, ibid.13.

Prin-

Princeps concedens officium ſeu munus cũ clauſulis, noſtra mera, & libera voluntate durante, vèl ad beneplacitum, & ſimilibus, poteſt, quotiès libuerit, reuocare conceſsionem, ibid. 14.

Princeps quòd poſsit exiſtente cauſa, Officialem remouere, nemo dubitauit. Et comprobatur in Officialibus Regij Patrimonij, ibid. 16, & 17.

Princeps eſt Reipublicę caput, & Parens, & ideò ad ſimilitudinem Patris Familias, in propria domo competit ei æconomica, & politica poteſtas, quę non eiſdem regulis, quibus contentioſa metitur. Sèd tamquam correctio, & præcautio futuri damni exercetur, ibid. 23.

Princeps ex iuſta cauſa, & ob publicam vtilitatem poteſt, omittere citationem, & iudicare veritate inſpecta ibid. 24. & ſeqq.

Princeps ex hac æconomica, & politica poteſtate, poteſt etiam priuare vita nocentem abſque proceſſu, licèt rariſsimè exequendum ſit, vt expenditur. Et hæc reſolutio confirmatur Grauiſsimorum Theologorum aſſenſu. ibid. 27. & duobus ſeqq.

Princeps àn poſsit vti poteſtate abſoluta, & quomodò debeat eam exercere? ibidem 31.

Princeps ſuperiorem non recognoſcens poteſt contra allegata, & probata ſecundum propriam conſcientiam iudicare, licèt alij Iudices non poſsint, ibid. 32.

Princeps Romanus ad quiſiuit omnem Iuriſdictionem ex lege Regia, 2. 1. 1.

Princeps eſt Iuriſdictionis fons à quo fluit in Iudices, & Magiſtratus, & refluit ad ipſum pèr appellationes, querellas, & nullitates, ibid. 2. & 3.

Princeps duplex habet patrimonium, vnũ Fiſcale, & publicum, Alterum priuatũ, quæ à diuerſis Iudicibus ab initio adminiſtrabantur, 2. 2. 14. & 15.

Princeps habet facultatem conſtituendi Iudices, & eos diſtinguendi, 2. 3. 1.

Princeps Secularis poteſt lege, vel ſtatuto prohibere, nè bona immobilia in Eccleſiam ſeù Eccleſiaſticas Perſonas alienẽtur, vèl quocũque titulo poſsint tranſire ad eas, quod pluribus legibus, ordinationibus, & ſtatutis diuerſarum prouinciarum ſtabilitum eſt, 2. 5. 32.

Princeps poteſt donare, ſeù alias concedere Iura ſua, reditus, vel alia bona, adiecto eo pacto, & conditione, vt non poſsint tranſire, ſeù alienari in Eccleſiam, vel Perſonas Eccleſiaſticas, ibid. 33.

Princeps, & eius Iudices Regij procedere poſſunt contrà Eccleſiaſticos, qui turbant, vel impediunt exactionem Iurium Regiorum, vel ea vſurpant. ibid. 39.

Princeps ex ſolo contractu, vèl conceſsione dominium transfert ſinè traditione, & idem in Eccleſia, & ſic in re vendita, vèl donata ab eis præfertur primus poſteriori, etiàm exiſtenti in poſſeſsione rei traditæ, 5. 19. 2.

Quod intelligitur quandò conſtat Principem voluiſſe transferre dominium, ſiuè in cõtractu, ſiuè in priuilegio; ſed in dubio in priuilegijs præſumẽdũ eſt, translatum dominiũ, ſecùs in contractibus, ibid. 3. & 4.

Princeps antè ſententiam declaratoriam delicti, in confiſcatione ordinaria poteſt de bonis diſponere, & fructus adquirit, licèt executio non poſsit fieri, niſi ea ſequuta, 5. 25. 14.

Princeps ſibi magis conſulit, & ſuos reditus auget, cum tributa, & portoria minuit, 5. 27. 41.

Princeps ſolet concedere priuilegia officiorum de communi ſtylo cum clauſula, donèc benè, & fideliter te geſſeris, & quòd ſi non apponatur, ſubintelligitur, 5. 35. 4.

Princeps tenetur capere delinquẽtem ſuis expenſis, 5. 29. 1. & 2.

Princeps àn poſsit priuare officialem Regium ab eo nominatum gratia, & mero beneficio, ſi malè in eius exercitio ſe geſſerit? & quid in eo qui illud habuit mediante contractu oneroſo, & interueniente pretio? ſeù quomodò contra eum ſit procedendum? 5. 35. 6. & 7.

Princeps quandò ex publica cauſa compellit priuatos ad mutuandam ſibi aliquàm pecuniam, debet eis damna emergentia, & lucra ceſſantia compenſare, 5. 36. 4.

Princeps quomodò, & quibus caſibus teneatur prò venditione, ſeù conceſsione tractarum ad intereſſe, quandò caſu conceſſionarius impeditus fuit extrahere, ibid. 6.

Princeps, vide verbo, *Fiſcus.*

Principis beneficium debet eſſe conſtans, & manſurum, & nemo ſinè citatione, & proceſſu poteſt damnari, vèl ab officio remoueri, quod maximum eſt dedecus, 1. 15. 12.

Principis patrimonium militiæ deſtinatũ, & iàm ad bella paratum poteſt hodiè haberi prò cauſa Primipilari, & eius priuilegium poteſt obſeruari, contra ſtipendiarios, ſeù Theſaurarios Exercitus, vulgò,

vulgò, *Pagadores, Prouedores, y tenedores de baſtimentos de los Exercitos*; licet ordinarium ſit iudicandum iuxtà ordinarias regulas Iuris, 5.14.22. & ſeqq.

Principis ad Regaliam attinet creatio, & diſtributio officiorum, qui ea prò recta Regni moderatione, & iuſtitiæ adminiſtratione dignis, & benemeritis conferre debet iuxtà officiorum exercitia, quod comprobatur, 5.35.9. & 10.

Et etiàm eis inuitis deberent dari officia, & munera publica, ibid. 20.

Principis licentia poſſunt diſtrahi officia Decurionatus, Tabellionatus, ſcriptoriæ, & ſimilia, qui eam facilè ſolet concedere, & ex hoc dicuntur alienabilia, ibid. 17.

Principis motu proprio, vèl ex mera conceſsione, qui habet officium dificiliùs poteſt eo priuari, quàm ille, qui illud procurabit, & ambiuit, ibid. 18. & 20.

Principis delegatus, vide verb. *Delegatus.*

Principi, & alijs in ſumma poteſtate conſtitutis, nèc ſuperiorem recognoſcentibus, & etiàm ſummis Magiſtratibus cõceditur ſolum facultas imponendi pœnam confiſcationis extraordinariæ, quæ imponitur ex Iudicis poteſtate, & eius arbitrio in caſibus à Iure non expreſsis, 5.24.10.

Principi àn adquiratur res empta ex pecunia Regia ab eo, qui illam ad certum vſum habebat, & ad quid emens teneatur? & quid in re empta ex pecunia minoris, militis ſeù Eccleſiæ? 5.34.11.

Principes ſolùm iuſtum, & certum lucrum fiſci appetere debent, & referuntur prò hoc aliqua exemplaria noſtrorum Regum, 2.4.42. vſquè ad 45.

Principes boni ſemper contemnunt Fiſci compendium, 5.11.10.

Priuatus.

Priuata nota conductoris decocti, inuenta in libris, non eſt ſufficiens, vt habeatur quis prò participe, niſi alijs medijs cõſtet, 3.1.13.

Priuatus in dubio præfertur Fiſco agenti ex cauſa lucratiua, licèt ex cauſa onerosa Fiſcus ei præferatur, 5.17.4.

Priuato poſsidente ex cauſa lucratiua, & concurrente cum Fiſco ex cauſa onerosa, in dubio prò Fiſcali inſtrumento præſumitur quòd ſit anterius, ſed ſi ambo concurrant ex eadem cauſa, ſeruatur interèr eos *Regula, cap. qui prior de reg. Iur. in* 6. ibid. 8.

Priuati inſtrumentum præſumitur poſterius inſtrumento fiſci, ibid. 19.

Priuato quandò præferatur Fiſcus dubio prioritatis ceſſante? ibid. 13.

Priuatus tenetur probare rem ſibi hypothecatàm fuiſſe in bonis illius, qui obligationem cõtraxit, tempore obligationis, quod limitatur in Fiſco, ibid. 14.

Priuato ſuccedens Fiſcus quando, & quomodò vſuras det? 5.32.13.

Priuati diuites poſſunt compelli ad emendum bona ſubhaſtata, quæ emptorem non inueniunt, in debitis fiſcalibus, & qua ſolemnitate, & forma exequendum ſit, tàm quòad pretium bonorum, quàm quòad electionem talium emptorum? 5.18.9.

Priuatiua Iuriſdictio.

Priuatiua Iuriſdictio, vide verb. *Iuriſdictio priuatiua.*

Priuilegium.

Priuilegia competentia Iure Regio executioni factæ prò debitis Fiſcalibus, proponuntur, 1.5.5.

Priuilegium miſerabilium perſonarum non procedit in cauſis fiſcalibus, 2.2.6.

Priuilegia omnia actionum perſonalium, hypothecis cedere debent, & interèas ſilent, 5.1.7.

Priuilegium in materia creditorum, quid ſignificet? ibidem 8.

Priuilegia conceſſa doti in matrimonio verò, & legitimè contracto; àn procedant etiàm in dote conſtituta in matrimonio putatiuo? 5.6.19.

Priuilegia alia ſunt realia, alia perſonalia, quod declaratur, 5.8.8.

Priuilegia realia in ceſſonarium, & eius hæredes transferuntur, perſonalia verò quando cedentis vertitur vtilitas, ibidem 10.

Priuilegia perſonalia priora depoſito referuntur, & itèm poſteriora, remiſsiuè, 5. 21.12.

Priuilegium habet Fiſcus in hypothecaria, & etiàm in perſonali, & ideò præfertur his, qui ſolum habent priuilegium in perſonali, 5.16.24 & q.21.n.14.

Priuilegium mulieris, vide verb. *Prælationem, & priuilegium.*

Priuilegium prælationis, vide verb. *Prælatio.*

Priuilegium hypothecæ tacitè, vid. verb. *Hypothecæ tacitæ priuilegium.*

Priuilegium depoſiti, vide verbo, *Depoſiti priuilegium.*

Priuilegia officiorũ, vide verb. *Officiorum priuilegia.*

Priuilegia dotium, vide verbo, *Dotium priuilegia.*

Priuilegio fori, vide verb. *Fori Priuilegium.*

Probatio.

Probatio ſecundùm communiter accidentia, ſufficit, vt debitores conuincantur de fraude in alienatione, ſeù diſſipatione bonorum, in præjudicium creditorũ, 1.4.9.

Probatio potiſsima decoctionis eſt, cùm recognoſcitur, facultates debitoris non ſufficere ad ſolutionem, 1.11.13.

Probatio ſuſpitionis fugę. Et quis dicatur ſuſpectus de fuga? Iudicis arbitrio relinquitur, 2.1.18.

Proceſſus.

Proceſſus, & citatio, vide verbo, *Citatio, & proceſſus.*

Proclamata.

Proclamata, vèl edicta, vide verb. *Edicta, vèl proclamata.*

Procurator.

Procuratoris rei priuatæ negligentia imputatur Domino conſtituenti, eò quòd negligentem elegit, vèl cum in tempore non remouit, quod Principi aplicatur, 1.15.15.

Procurator Cæſaris erat olim Iudex Fiſcalis, & de eius Iuriſdictione, authoritate, & poteſtate. Et appellabatur etiã ſummæ rei procurator, & item Rationalis, & Præfectus, ſeù Præſidens Sacris Ærarijs, 2.2.10. vſquè ad 13.

Procuratorem illum Cæſaris, de quo in Iure communi fit mentio, quis Iudex hodiè repræſentet? ibid. 19.

Et quòd eius loco ſucceſsit hodiè Præſes Patrimonij, ibid. 21.

Procuratores Regnorum, quandò neceſsitas vrget, tenentur aſſenſum concedere, aliàs ſinè eorum conſenſu poteſt imponi tributum, ibid. 45.

Procuratores Regni, vide verbo, *Regni Procuratores.*

Profeſsio.

Profeſsio, & manifeſtatio mercium in portubus, & confinibus, quod dicitur, *Regiſtro*, eſt ad effectum ſolutionis portorij, & ideò maximè eſt commendata & grauibus pœnis omiſsio eius mulctata, 5.27.36.

Profeſsio mercium, & rerum quando ſtatuta eſt ſub aliqua pœna extraordinaria, tùnc creditores Fiſco præferuntur, ſed quandò ſtabilita eſt ſub expreſſa pœna amiſsionis rerum, tùnc Fiſcus anteponitur, ibid. 42.

Profeſsione rerum, ſeù mercium facta, ſi omittatur, vèl defraudetur ſolutio pedagij, ſeù portorij, etiàm per dolum, res non incidit in commiſſum, ſed de Iure ciuili talia Iura, & dirictus duplicantur, ibid. 43.

Et de Iure Regio quadruplicantur, ibi. 44.

Prohibitio.

Prohibitio commertij alicuius rei operatur commiſſum, & amiſsionem eius ipſo Iure in contrafaciente, 5.27.12. & ſequentib.

Prohibitio cõmertij alicuius rei afficit ipſam, vitium, & nullitatem in ea ponens, ibid. 14.

Prohibitio commertij, & actus ſub vitio nullitatis, & afficiens ipſam rem, operatur, quòd poſsit fieri aprehenſio per Iudices Seculares; etiàm quòd faciens actum ſit perſona Eccleſiaſtica, ibi. 17.

Promiſsio.

Promiſsio Regis facta ſub fide, & verbo Regio æquiualet iuramento, 2.2.50.

Promiſsio dotis, vide verb. *Dotis promiſsio.*

Propria.

Propriæ rei, cuius dominium reuocabile eſt, conſtitui poteſt hypotheca, quæ eſt egregia limitatio *leg. Neque pignus, ff. de Reg. Iur.* 5.5.8.

Pubes.

Pubes poteſt capi prò debito, & bonis cedere, 1.7.2.

Pubes, vèl impubes doli capax, in caſu decoctionis doloſæ poteſt carcerari, ibi. 6.

Publicus.

Publicus fauor, vide verb. *Vtilitas, ſeù fauor publicus.*

Publica vtilitas, & priuata poteſt ſumi quatuor modis, qui exponuntur cum Bartolo *in leg. 1. num. 25. ff. Soluto Matrimon.* 5.1.11.

Alia, vide verbo, *Vtilitas publica.*

Publicatio.

Publicatis bonis rei, vèl occupatis his quę vacant, per Fiſcum, is non tenetur vltrà vires bonorum aprehenſorum, nèc facere inuentarium, 3.1.7.

Publicatio idem eſt ac cõfiſcatio, 5.24.2.

Et de hoc alia, vide verb. *Confiſcatio.*

Publicationis bonorum Ius præſcribitur quinquenio, & quomodò hoc intelligatur? 5.26.5.

Publicatis bonis *ipſo Iure*, vèl per ſententiam, vèl in cõſequentiã condemnationis ad mortem, ân cenſeantur publicata bona, quæ reus habebat tempore delicti, vèl tempore ſententiæ? & diſtinguitur inter confiſcationem inflictam *ipſo Iure*, in qua attenditur tempus delicti, & pœnam arbitrariam, in qua tempus ſententię, 5.25.8. & 9.

Q

Quæſtor.

Quæſtores, vide verb. *Camerarij Principũ.*

R

Ratio.

Ratio ſumma eſt quæ prò religione facit, 5.2.1.

Rationes.

Rationem reddere debet debitor in eo loco, vbi negotium, vèl adminiſtrationem exercuit, 2.1.12.

Rationem reddituri pecuniæ publicæ, vèl Fiſcalis ex quacumque cauſa, tenentur primò manifeſtare, & offerre relationem claram, fidelem, & apertam negotiationis, ſtationis, ſeù contractus, & onerationis, vèl exonerationis pecuniarum ſub iuramenti religione, & ſub pœna tripli ſoluendi, ſi in aliquo deficiat, & de ſupoſitione, ſeù mendatio conuincatur, & referuntur Authores, qui de ea agunt, 5.34.22.

Rationem reddere ſingulis annis tenentur Theſaurarij, & adminiſtratores pecunię Regiæ, ibi l.19.

Rationem reddere obligatus reus capitalis alicuius negotiationis, vèl adminiſtrationis, àn poſsit detineri prò ea reddenda ad inſtantiam partis? 5.30.4. & 5.

Rationes ſuas ſolent decocti adulterare, & turbare in Codicibus ſuis in necem creditorum, 1.11.18.

Rationes, etiàm cancellatæ, ſi intè bona decocti fortè reperiantur, conſeruandæ ſunt, 3.1.16.

Ratiotinijs reddẽdis obnoxius, non poteſt ordinari, nèc Monaſterium ingredi, 1.9.9.

Receptor Regius.

Receptor Regius, vide verb. *Theſaurarius.*

Recompenſatio.

Recompenſatio fructuum, vide verbo, *Fructus.*

Rector.

Rector Eccleſiæ, ſeù Parrochus prò decimis, & primicijs habet hypothecam priuilegiatam, qua præfertur omnibus alijs creditis, & tributis, etiàm expreſſam hypothecam habentibus, 5.2.2.

Recudimiento.

Recudimiento, vide verb. *Mandatum ad exigendum.*

Redemptio.

Redimens captiuum propria pecunia, adquirit in eo Ius pignoris, ſeù hypothecę, & prò pretio in eius bonis præfertur omnibus creditoribus, 5.2.21.

Redemptio captiuorum eſt magnum, & præclarum iuſtitiæ munus, ibid.25.

Redemptionis cauſa obligatus Nobilis, & carceribus detentus, non poteſt relaxari, donèc creditori ſatisfiat, & idem in muliere, ibid.26.

Reditus.

Reditus Regios conducere, vèl gabellas, & prò conductoribus fideiubere, de Iure cõmuni Clerici prohibentur, 1.9.8.

Reditus, Iura, vèl alia bona concedere, ſeù donare Princeps poteſt, eo pacto adiecto, vt non poſsint tranſire, ſeù alienari in Eccleſiam, vèl Perſonas Eccleſiaſticas, 2.5.33.

Reditus Regios adminiſtrantis bona ſunt tacitè hypothecata Fiſco, & in eis habet præ'ationem, quę hypotheca extenditur etiàm ad bona futura, ſicùt generalis, & expreſſa, & comprobatur de Iure Regio, 5.14.1. & 2.

Reditus Regios adminiſtrans, ſi ſuperlucretur bona pòſt contractam obligationem cum Fiſco, Fiſcus in eis præfertur cæteris creditoribus, non verò in anteà quæſitis affectis ſpeciali, vèl generali hypotheca, ibid.3.

Reditus Regij dicuntur Sacroſancti, & parati in defenſionem Fidei, & Regni, 5.11.4.

Redituum Regiorum Theſaurarij Suſceptores, ſeù Exactores, qui pecuniam exactam ex eis contrectant, nèc ſoluunt creditoribus, quibus conſignata eſt, vèl diminutè, aliquo retento, ipſis ſatisfaciunt, incurrunt crimen peculatus, & idem in conductoribus. & quòad actionem ciuilem tenentur in quadruplum, in quo ſimplum ineſt, & idem crimen committunt ſurripientes, & in vſus ſuos conuertentes Regiam pecuniam, 5.34.5. & ſeqq.

Redituum Regalium, ſeù Regiorum Cõductor, ſeù Adminiſtrator, vide verbo, *Conductor, Adminiſtrator.*

Regalia.

Regalia, vide verbo, *Rex, Princeps.*

Regalia Iura, vide verbo, *Iura Regalia.*

Regeſtum.

Regeſtum, & manifeſtatio mercium, & aliarum rerum, in portubus, & confinibus fit ad effectum ſolutionis portorij, & ideò valdè commendatur, & grauibus pœnis omiſsio eius mulctatur, 5.27.36.

Re-

Regesti omissio de Iure partitarum inducit amissionem rerum, seù mercium *ipso Iure*, dummodò sequatur sententia, ibidem 38.

Regesti omissio de Iure nouiori operatur commissum, & amissionem rerum *ipso facto*, & *ipso Iure*, & referuntur leges Regni, ordinationes, & schedulæ circà hoc statuentes, ibid. 5.39. & 40.

Regius, Regia.

Regij Patrimonij officiales possunt remoueri à Principe existente causa, 1.15.17.

Regiam pecuniam debent habere paratam & promptam ad vsos destinatos Thesaurarij, Exactores, seù Officiales Regij, & nequeunt eam attingere, nisi cum expresso ordine Regis, seù Ministrorum superiorum, quibus talis distributio cõmissa est, 5.34.1.

Regiam pecuniam attrectans, surripiens, & in vsus suos, seù aliorum conuertens comitit crimen peculatus, & quòad actionem ciuilem tenetur in quadruplũ, in quo simplum inest, ibid. 5.

Regia pecuniã ad certos vsus destinata, re, emens, ad quid teneatur? & àn res empta Principi adquiratur? & quid in re empta ex pecunia minoris, militis, seù Ecclesiæ? ibid. 11.

Regia pecunia potest vti, & eam in proprios vsus conuertere Thesaurarius. Receptor, seù Exactor, qui eam suo periculo, & custodia exigit, & idem si eam colligit à debitoribus fisci sibi consignatis cum obligatione eam restituendi certo tempore ibid. 15.

Et quid hodiè procedat in Thesaurarijs generalibus, & Camerarijs Principis? ibid. 16 & seqq.

Regius Officialis, vide verbo, *Officiales Regij.*

Regij Iudices, vide verbo, *Iudices Regij.*

Regij reditus, vide verb. *Reditus Regij.*

Regiæ pecuniæ Exactores, Susceptores, Receptores, Administratores, vide verbo, *Thesaurarius.*

Regios reditus conducens, vide verbo, *Conducens. Conductor.*

Regiæ Camerę, vide verb. *Cameræ Regiæ.*

Regia Vectigalia, vide verbo, *Vectigal.*

Regnum.

Regnum magis cordialitèr custodiunt, & defendunt Nobiles, & Equites, quàm alij, 5.12.6.

Regni procuratoribus conuocatis in comitijs generalibus more solito, tributa, vectigalia, & aliæ collectæ in nostro Regno imponuntur, & non alitèr. Et de causis, quæ debent concurrere ad talem concessionem, 5.11.8.

Regnorum procuratores, vide verb. *Procuratores Regnorum.*

Rex.

Regis seruitio prohibentur incumbere Hæretici, & Iudei, & maximè circà professionem medicinæ, in quo obseruantur aliqui casus speciales, 1.10.3.

Reges Hispaniæ, licèt, ex sua Regalia possent noua vectigalia, seù tributa indicere, tamèn ex benignitate quadam, ab hoc Iure destiterunt, & constituerunt, nè noua tributa, seù vectigalia imponerentur, nisi in Commitijs Generalibus Prouinciarum Castellæ, & Legionis, conuocatis earum Procuratoribus, & horum consensu accedente, 2.2.44.

Rex tenetur conditiones expressas in seruitijs pèr Regnum concessis inuiolabilitèr obseruare, ibid. 48.

Rex maiori ratione tenetur obseruare cõtractus, quàm priuatus, ibid. 49.

Regis promissio facta sub fide; & verb. Regio æquiualet iuramento, ibid. 50.

Regis vtilitati præponenda est vtilitas communis subditorum, 5.11.2.

Rex est Pater Populi, & eius caput, & ideò de membris curare debet, & hac de causa tributa, & vectigalia ei præstantur, ibid. 3.

Regum verus Thesaurus in subditorum leuamine, & hilaritate consistit, ibid. 8.

Regi cõuenientius est ditare, quàm ditem esse, ibid. 19

Regibus summè expedit beneficentia, & liberalitas in subditos maximè nobiles, & in hoc versatur publica vtilitas, 5.12.1.

Regi, & Regno ex seruitio personali vassalorum, & feudatariorum, maior vtilitas, & conuenientia sequitur, quàm ex seruitio Militum pecunia conductorum ibid. 5.

Regibus seruitium militare prestari debet à Magnatibus, Ducibus, Titulatis, & Dominis Vassallorum, vèl personalitèr, vèl cum Equitibus, seù militibus, vulgò, Lanças, qui loco huius seruitij subrrogati sunt, ibid. 7.

Et idem seruitium debetur ab Episcopis, & Prælatis Ecclesiasticis Regni, qui habent à D. Rege terras, bona temporalia, & alios honores, & refertur allegatio Authoris, in qua hanc Regaliam fundauit, ibidem.

Et quòd hoc seruitium debetur solum ex concessione honoris, & dignitatis, sinè

bonorum conſideratione, ibidem.8.
Rex vice duarum perſonarum fungitur, & plura munera diuerſis reſpectibus repreſentat, 5.13.2.
Regis Suprema Regalia eſt creatio, & diſtributio officiorum, qui ea gratis prò recta Regni moderatione, & iuſtitiæ adminiſtratione dignis, & benemeritis, iuxtà officiorum exercitia, conferre debet, quod comprobatur, 5.35.9 & 10.
Et quòd etiàm eis inuitis deberent dari officia, & munera publica, ibid.20.

Reſpublica.

Reipublicę nerui in recta adminiſtratione, & conſeruatione Regij Patrimonij conſiſtunt, 2.3.10.
Et in vectigalibus, & tributis, 5.11.5.
Reipublicæ non minùs interſt, repleri liberis hominibus, quàm gubernari pèr homines doctos, & litteratos. Et etiàm interſt Reipublicæ, quòd ſint plures, nàm fruſtrà lura condita eſſent deficientibus Miniſtris, qui ea exequerentur, 5.2.30. vſquè ad 32.
Reipublicę, & Fiſci interſt locupletes ſubditos habere ad publicas neceſsitates, 5.11.1.
Reipublicæ corporis politici velùti oſſa, & nerui ſunt Magnates, & ex illuſtri progenie procreati, ideòquè debent eā protegere, & defendere, 5.12.3. & 4.
Reipublicæ in euerſionem tendit fraudatio ſtipendiorum, & præmiorum militum, quià milites eis priuati ſigna, & exercitus deſerunt, 5.14.23.
Reipublicę, & Officialis fauori congruit, vt ſinè iudiciali cognitione, & accuſatione, quæ infamiam irrogat, cauſa exceſſus expediatur, 1.15.25.
Reipublicæ interſt delicta puniri. 5.23.1.
Reipublicæ debitores, qui pèr aliquod tēpus differunt ſoluere, incurrunt moram reipſa, 5.32.12.
Reipublicæ deberur intereſſe à tempore quo inceruenit mora reſtituēdi reliquatum, 5.34.20.
Reipublicæ officialis, qui ex publicis annonis, ſeù poſitis frumentarijs pecunias accipit prò emptione frumenti, & eas in proprios vſus conuerrit, qua pœna teneatur? & quid in Iudice, qui eas ſinè facultate expendit? ibid.14.

Rei Vindicatio.

Rei vindicatio eſt ſuprà omnes actiones perſonales, & hypothecarias, & dominus rei præfertur in ea omnibus creditoribus, quamtùmuis priuilegiatis, 5.3.21. & 22.

Relatio.

Relatio pèr antelationem eſt neceſſaria ad graduationem creditorum decocti, qui habent Regia Iura conſignata ſupèr reditibus Regalibus, in quibus accidit decoctio, & exemplificatur, & expenditur, 5.38.11 & ſeqq.
Relationem manifeſtare, & offerre tenentur reddituri rationem fiſcalis, vèl publicæ pecuniæ, claram, fidelem, & apertam negotiationis, ſtationis, ſeù contractus, & onerationis, vèl exonerationis pecuniarum, ſub iuramenti religione, & ſub pœna tripli ſoluendi, ſi in aliquo deficiat, & de ſupoſitione, ſeù mendatio conuincatur, & referuntur Authores, qui de ea agunt, 5.34.22.

Religio.

Religio Catholica in Hiſpaniæ Regnis ſempèr ſplenduit, & floruit. Et maximè Potentiſsimi eorum Monarchæ ei deferunt. Quæ principalis, ac ferè vnica cauſa amplitudinis, & firmitatis huius Monarchiæ eſſe conijcitur, 2.5.11.
Religionis cauſa præcipua eſt, & ſumma ratio prò ea facit, 5.2.1.

Reliquum, Reliquator.

Reliqua cum legitimo intereſſe pòſt moram debent ſoluere Theſaurarij, & Officiales Regij ſi in rationibus cum eis expenſis reliquati ſint, 5.34.19.
Reliquator, & reliquari, quid ſignificent? ibid.24.

Remedium.

Remedium læſionis, vide verbo, *Læſion!*

Repudiatio.

Repudiare poteſt Fiſcus bona in caſu confiſcationis, ex ſpeciali priuilegio, etiàm ſi bona incorporata iàm agnouerit, & cęperit ſatisfacere creditoribus, 5.24.5
Repudiare poteſt debitor, & non acquirere lucra ei prouenientia in præjudicium creditorum ſuorum in foro exteriori: ſed non in foro conſcientiæ, 5.37.1. & ſequentib.
Et quòd hæc ſententia tanquàm animæ fauorabilior, & ſecurior, ſit admittenda, ibid.12.
Concluſio prædicta limitatur fauore fiſci, in cuius præjudicium non poteſt repudiare debitor, maximè ſtante dicta ſententia, ibid.9. & ſeqq.
Et quòd talem repudiationem faciens eſt in aperto dolo, ibid.6.
Repudiatio lucri & hæreditatis obuenientis reo, qui condemnatus erat in certa quantitate prò damno alicui illato, & prò eius ſatisfactione, non admittitur quaſi

quaſi in fraudem facta, & refertur deciſio Supremi Senatus Caſtellæ adducta à Gregor. Lopez *in leg.* 12. *tit.* 10. *part.* 5. *gloſſ.* 2. ibid. 7. & 8.

Res.

Res omnes commertiare prohibitę à lege, ſtatuto, ſeù banno, vèl ratione fabricæ, originis, vèl Prouintiæ cadunt in commiſſum, & in eis Fiſcus omnibus creditoribus præfertur, & non datur concurſus, nèc eorũ oppoſitio, 5. 27. 11.

Rem ipſam afficit prohibitio commertij eius, & actus ſub vitio nullitatis: & hoc operatur quòd Iudices Sæculares poſſint eam aprehendere, etiàm quòd faciens actum ſit perſona Eccleſiaſtica, vèl aliàs exempta, ibid. 17. & ſeqq.

Res, ſeù merces quę extra regeſtum intromittuntur in Regnũ incidunt in commiſſum de Iure communi, quod declaratur, ibid. 37.

Retentio.

Retentio datur ſequeſtro de re ſequeſtrata, donèc ei, de impenſis neceſſarijs factis in ea ſatisfiat, 3. 5. 3.

Retentio prò expenſis funeris, non ſolùm datur hæredi cum beneficio inuentarij, ſed etiàm cuicumque creditoris eas facienti, 5. 2. 12.

Reuocatoriæ actiones.

Reuocatoriæ actiones, vide verb. *Actiones reuocatoriæ.*

Reus.

Reus capitalis obligatus ad reddendam rationem alicuius mercaturę, negotiationis, vèl adminiſtrationis, àn poſsit breui aliquo tẽpore detineri prò ea reddenda ad inſtantiã partis? 5. 30. 4. & 5.

Reus criminis Peculatus, tenetur pecuniam reſtituere cum legitimo intereſſe, prætèr pœnas, tàm ciuiles, quàm criminales, quas incurrit, 5. 34. 8.

Reus criminis, vide verbo, *Delinquens.*

Reo capite damnato pèr ſententiam legitimè pronunciatam, hæc ſtatim ſinè mora exequi debet, nèc quouis prætextu differenda eſt executio, etiàm ſi dicat reus, ſe habere ſecretum communicandum Principi concernens eius ſalutem, 5. 30. 4.

S

Sacerdotium.

Sacerdotium nobilitat. 1. 9. 1.

Sacroſanctus.

Sacroſancti dicuntur Reditus Regij & parati in defenſionem fidei, & Regni, & ideò ſumma cura cõſeruari debent, 5. 11. 4.

Salarium.

Salaria Magiſtratuum, & Iudicum Rempublicam moderantium ſummè expetit, quòd ſint ampliſsima, & congruentia prò decenti ſuſtentatione, & quid Princeps conſiderare debeat ad certum ſalarium? 5. 2. 33. 34.

Salaria ſuccedunt loco alimentorum, & eorum priuilegijs gaudent, ibid. 37.

Salarijs Magiſtratuum nihil eſt detrahendum prætextu cuiuſcumque neceſsitatis, ibid. 35.

Salaria non poſſunt capi Iudicibus & Magiſtratibus prò executione rei iudicatę, niſi omnibus alijs bonis deficientibus, & tùnc debita & decurſa, non verò futura, ibid. 38.

Salaria Magiſtratuum, & Iudicum habent hypothecam tacitam, ibid. 29.

Salaria Magiſtratuum, Iudicum, Doctorũ Scholarium, Aduocatorum, & aliorum, quibus debetur aliquid ex cauſa ſtudij, àn habeant prælationem inter omnes creditores? Et reſoluitur præferri creditoribus hypothecas tacitas, ſeù priuilegiatas à Iure habentibus, non verò his, qui habent expreſſas anteriores, ibid. 40. & ſeqq.

Salaria Aduocatorum, Artificum, & operariorũ præferuntur omnibus creditoribus, etiàm hypothecam expreſſam anteriorem habentibus in ipſa re, quæ eorum labore, ſtudio, ſeù cura adquiſita, ſeù conſeruata fuit, ibid. 44. 45.

Salaria, ſeù mercedes ſeruitij, & laboris præſtiti pèr famulum, laboratorem, vèl ſeruitorem, ſolùm habent hypothecam cum prælatione in bonis Dominorum, quandò eorum opera, labore, & induſtria patrimoniũ auctum, ſeù conſeruatũ fuit, quod declaratur, ibid. 46.

Salaria correctorum, & Iudicum Regni, quibus Iuſtitię adminiſtratio commiſſa eſt, debent eis à Principe miniſtrari, 5. 29. 6.

Salaria Iudicum, tàm ordinariorum, quàm peſquiſitorum quomodò hodiè de Iure Regio ſint ſoluenda? ibid. 7.

Salaria Iudicum deputatorum à Dominis inferioribus debent ſolui ab ipſis Dominis, ibidem 8.

Salarium àn debeatur ſequeſtro, ſeù adminiſtranti bona decocti? 3. 5. 4.

Salus.

Salutis publicæ ratione procedit, etiàm in delictis militaribus Vele leuato, ſinè citatione, & proceſſu, 1. 15. 26.

Sanctæ Cruciatæ Consilium.

Sanctæ Cruciatæ Consilium, vide verbo, *Consilium.*

Satisfactio.

Satisfactio, quæ debet dari ex bonis, & effectibus debitoris decocti, & fideiussorum, eius creditoribus Iura Regia habentibus, quomodò, & per quem Iudicem facienda sit? 5.38.4.& seqq.

Schedula Regia.

Schedulæ Regiæ expediuntur per Senatũ Regij Patrimonij, per quas inhibentur Iudices Ecclesiastici, si quouis prætextu velint impedire Iurisdictionem Iudicum Fiscalium, & exactionem vectigalium, seù reddituum Regalium, 2.5.42.& seqq.

Schedula Regia expedita per Senatum Regij Patrimonij, in fauorem Authoris, qui vt Iudex decoctionum procedebat in causa graui cõtra ordinarium Ecclesiasticum huius Curiæ volentem eum censuris impedire, refertur ad litteram, ibidem 51.

Sæcularis Iudex.

Sæcularis Iudex, vide verb. *Iudex Sæcularis.*

Semmisses Vsuræ.

Semmisses vsuræ, vide verbo, *Vsuræ.*

Senatus Regij Patrimonij.

Senatus Regij Patrimonij expedit litteras Regias contrà Iudices Ecclesiasticos protegentes eos qui subtrahunt Regia Vectigalia, vèl subtrahentibus auxiliantur, & referuntur Authores de hac praxi deponentes, & exemplaria, 2.5.42; vsquè ad 46.

Gironda, dum ait, quòd si per Iudices Ecclesiasticos vis fiat in causis gabellarum, implorandum est auxilium Regiarum Chancellariam, reprobatur, ibid.47.

D. D. Ioannes de Larrea adducitur benè hanc praxim exponens, & comprobans, ibid.48.

